alius ex suo proprio significatu implicat similia. Feli. c. sedet. de rescri. uer. dictio Alius. nu. 6. col. 577. Adde tu, quòd ista dictio, Alius, Alia, Aliud, est implicatiua similium, ut per Scribentes d. c. sedes. Adde, q̃, si huic dictioni præponitur nomen uniuersale, importat maiora expressis. Ita glo. no. secundum Ioan. de Imo. cle. j. uersi. quamuis. de re iudi. Sed habes contrariam glo. l. si fugitiui. uerbo, alia. C. de fer. fugi. quæ dicit, simili, uel extraordinaria. Tu dic, quòd gloss. d. cle. j. procedit regulariter, nisi materia subiecta aliud importet. Et hoc modo intelligas gl. l. si fugitiui. De ista dictione Alius, uide do. Abb. c. officij. de pœni. & remissi. & c. mulieres. de senten. excom. Adde tex. c. cùm non ab homine. de iudi. uersi. alio crimine. tex. cum glo. l. in bonæ fidei. C. de rebus credi. Soci. consilio suo incip. Præstantissime doctor. & consilio ccc.

alias: dictio ista refertur ad similia. Fel. c. inter cæteras. nu. 17. uersic. demū scias. de rescri. col. 437. Adde, quòd idem tenuit Bal. l. si fugitiui. uer. quæro: hic dicitur. C. de seruis fugi. & Bar. l. sed & reprobari. in prin. ff. de excu. tuto. Adde, quòd aliquando ista dictio Alia, impropriatur, ut cùm dicitur, crucifixus est Christus, & alij duo latrones, ut plenè per Bart. d. l. sed & reprobari. ff. de excu. tuto. & l. non solùm. §. quæritur. ff. de procu.

alia: ista dictio posita in statuto, quid importat. Pone, quòd statuto cauetur, quòd committens maleficium debet condemnari in mille, uel alia pœna arbitrio potestatis. Dic, quòd non poterit imponi alia pœna, quæ non sit æqualis primæ, uel parum excedens. Ita Fel. c. sedes. de rescrip. uersi. dictio Alius. nu. 6. col. 577.

alij, quorum interest: ista clausula posita in rescripto, restringitur solùm ad quatuor, nisi sponte plures ueniant. Ita Fel. c. sedes. de rescrip. uer. ad quod facit, quando. nu. 6, col. 578.

allegare sensum legis sufficit, licet uerba non exprimātur. Feli. de simo. c. & si quæstiones. nu. 4. col. 977.

allegans turpitudinem suam auditur: & hoc, quando uertitur periculum animæ suæ: do. Abb. c. lator. de re iudi. j. col. uersic. nota

bene. Adde etiam, quòd in alio casu auditur allegans turpitudinem suam: & hoc, quando ille, qui allegat turpitudinem suam, certat de damno cuitando, & alius certat de lucro. De materia ista uide Fel.d.c.lator.in princ.ubi per duas col.prosequitur materiam istam, nu.1.col.425.

allegationes iuris an possint fieri post conclusionem in causa: uide, quæ posui in litera C.§.conclusio in causa impedit.

altare ædificatum dotatum per testatorem, ad hoc ut officiatur beneficium, et ipse efficiatur patronus, requiritur approbatio episcopi, sine qua nihil ualent conuentiones testatoris, uel ædificantis, uel dotantis. Ita Felin.c.ex parte.el ij.de rescrip. uersi. & quia in hoc est uarietas.nu.1.col.526. Et adde ad ista, quæ posui in litera C.§.capella dotata.

altari fructus reliti, sunt principalis rectoris ecclesiæ, etiamsi testator non dicat. Felin.c.ex parte.el ij.de rescrip.in princ.uersic.secundò dubitatur.nu.3.col.527.

alternatiua: materia ista est longa, & diffusè tractatur per scribentes in uarijs locis. Ideo uide Fel.c. inter cæteras.de rescrip. nu.1. col.430. Adde do.Abb.d.c.inter cæteras.j.col.

alternatiua concessa in beneficijs, seu gratijs, electio an sit beneficiati. Fel.c.inter cæteras.de rescrip.uersi.regulariter in alternatiuis. nu.4. col. 437.

alternatiua: in alternatiuis sufficit alteram partem esse ueram. Fallit multis casibus enumeratis per Fel.c.inter cæteras.de rescri.uersi. sufficit unam de alternatiuis.nu.16.col.437.

alternatiua parit obscuritatem: & propter hoc dubitatur, an exceptio alternatiua procedat: de quo uide, quæ posui in litera E.§. exceptio alternatiua.

alternatiua in libello, uel alijs actibus, quando non noceat: ponit do. Abb.c.constitutus.de resti.in integ.in vj.col.ubi Inno.Ant. de Bu. c.dilecto.de testib.do. Abb.c.ex parte.de foro compe.j. & ij.col. Adde Felin. c.inter. de appella. uersic. Cæterùm de quibusdam. num.5.col. 678.

ambasiator si fuit spoliatus in itinere, dum iret, à latronibus, non recuperat damnum à populo: & hoc maximè habet locum, si affectauit legationem. Bar.l.si seruus communis.§.quod damno.ff.de furt. Adde Felin.c.fina.de testib.uersi. & hinc est, quòd ambasiator.nu.3.ij.parte, col. 852.

amicitia utrùm repellat testem à testificando: uide, quæ posui in litera T. § testis propter amicitiam.

amicus quando tenetur de delicto amici. Vide, quæ posui in litera D.§.delictum commissum per famulos.

amicus utrùm admittatur pro amico ad agendum sine mandato, præstita cautione de rato. Cy.l.exigendi.C. de proc. tenuit, quòd sic, quòd admittatur amicus pro amico præstita cautione: & uidetur sequi Barto.in l.non solùm.§.qui alieno.ff.de procura.uersic. fallit in coniuncta persona. Et idem tenet Sali.d.l.exigendi.ij. col. uersic. Item liberti. Spec.tit.de aduocato.§.obijcitur. uer. est & ordo.Ioan. And.c.fin.de postula. Adde tamen, quòd communis opinio est in contrarium, ut latè per do. Abb.c. coram.de officio deleg.uersi.sed hoc dictum. Lud. Roma.l.si uerò.§.de uiro.xxvj. fallentia.ff. soluto matri.Ang.l.sed & hæ.ff.de procura.Bald.l.j. xxij.col.C.qui accusare non poss. Ant.de Butrio, & Imol.d.c.fin. de postu. & Ioan. And.c.nonnulli.de rescrip. Adde Felin.qui etiam tenet cum ista communi opinione.d.c.coram.uer.de amico. nu.2.col.1204.

amittat: hoc uerbum non sonat in præteritum, sed in futurum, nisi addatur, ipso iure. Felin.c.Rodulphus.de rescrip.uersic.amittat. nu.24.col.998.

ANATHEMA Maranatha: ista uerba important, quòd sit uerbum latæ sententiæ: & uerbum Maranatha, importat, id est, usq; ad aduentum Domini sit excommunicatus: & intellige istud, donec pœniteat. Ita Felin.c.Rodulphus. de rescrip.uersi. sit anathema.nu.33.col.1005.

animæ periculum ubi imminet, terminus præfixus ad aliquid faciendum, non currit in præiudicium partis: do.Abb.c.exceptionem. de excep.ij.no. Adde Felin.ibi, nu.1.col.126.

animus hominis quomodo probatur? Dic, per iuramentum illius, qui dicitur hoc habere in animo: & sic in consistentibus in animo statur iuramento illius, utrùm sciuerit, uel ignorauerit: uoluerit, aut non uoluerit. Ita dicit gloss.c.significasti. el j. de homi. gl.iij. & gl.§.aliæ.Institu.de actio.do.de Rota conclu.xlv.inc.Itè si impetranti. Felin.d.c. significasti. in princip.num.2.col.1137. Adde, quòd fallit ista conclusio, quando ille, qui dicit, Hoc habebam in animo, esset infamis: quia tunc non creditur etiam cum iuramento. Arch. c.præsulatus, j.q.iiij.Felin.d.c. significasti.nu.2. col.eadem. Item fallit, quando ille, qui dicit, Hoc habebam in animo, & contra illud est præsumptio iuris. Barto.l.inter omnes.§. rectè.ff.de furt.Imol.c.ij.de constitu.ix. col. do. Cardi.cle.ij.§.cæterùm.de elect.vij.q. do. de Rota decisi: ccccxxv.incip. Item extra Rotam.in nouis: Felin.d.c.significasti.num.3.col. ead. Item fallit, quãdo animus alicuius posset probari alio modo, quàm per iuramentum illius: putà, per actus extrinsecos: do.Card.cle.j.circa fin.de pœn. Et nota, quòd quando aduersarius illius, qui negat animum illius fuisse, prout ipse iurauit, quòd audietur in foro contentioso, si ex coniecturis, uel per testes, uel alio modo uult probare contrarium. Ita glo.l.Fulcinius.§.j.ff.ex qui.cau. in pos. ea. Bar.l.apud Celsum.in prin.ff.de doli excep. Bal.l.pe.C. de bo. autho.iudi.pos. Felin.d.c.significasti.nu.4.col.1138.

animum nocendi si quis habet, & dic, quòd si peruenit ad actum exteriorem, tenetur de delicto, licet effectus non fuerit secutus. Text. est l.is, qui cum telo. & l.si quis, non dicam, rapere. C. de episco. et cleri. qui tex. sunt authenticati, de pœn. dist.j. Adde, quòd difficultas oritur ex conclusione ista, an ex isto animo nocendi inchoato, & nondum perfecto, debeat puniri iste, ac si perfecisset delictum. Adde, & fac regulam, quòd animus nocendi, qui peruenit ad actum exteriorem, punitur, ut in legibus allegatis: & est gloss.c.super eo. & c.fi. de eo, qui dux.in matri.gl.ij.c.j. de diuor. gl.fi.c.j.de conuer.infidel. & glo.ij.l.generaliter.§.j.ff.de calum. do. Abb.c.j.de eo, qui mitti. in posse.causa rei ser.iiij.col.uersi.ex prædictis. Adde Felin.c.j.de præsump.num.2. & 3.col.1027.ij. parte. Et ibi habes etiam fallentias ad regulam: & primò, quando animus nocendi uenit ad actum propinquum, & tamen non ad consummationem: utputà, quia ipse agens impeditus impedimento facti, non perficit, quod inchoauerat, si pœnituit, & ulteriùs non progreditur, non punitur, l. qui ea mente. & ibi glo.ff. de furt. Domi. de sancto Gemi.c.gratia.ulti.col.j.q.j. Felin.d.c.j. de præsumpt.num.4. col.1028. Item fallit ista regula, ubi quis habuit animum attentare rem prohibitam, & non solùm attentauit, sed perfecit, si ex isto effectu nemini nocuit, talis non est puniendus: putà, est commissa falsitas circa illud, quod de se non prodest, uel nocet, talis non punitur de falso, etiam quòd sit commissa falsitas. Imo.c. quantò.de iureiur.de quo uide Ioan.de Ana.c.j. ix.col.de crimine falsi. Felin.d.c.j. de præsump. nu.5.col.eadem. Item fallit ista regula, quando animus nocendi non deuenit ad actum exteriorem, sed stetit in sola uoluntate, etiam quòd fuerit deliberata, tamen non est sortita effectum: tunc talis non punitur ex ista sola uoluntate, l. cogitationis. ff. de pœnis. canonizata c. cogitationes. de pœnit. dist.j. Ita do. Card. cle.j.iij. q.de usur. Fel. d.c.j.nu.6.col.ea. Adde, quia dixi, q, sola uoluntas nõ punitur, nisi adsit effectus: dicas, quòd tamen uoluntas in matrimonio habetur pro effectu, & punitur: do. Card.cle.j.xx. q.de consang. & affi. Et in foro conscientiæ uoluntas punitur: quia aliquando est peccatum ueniale, aliquando peccatum mortale, c. nunquid.vj.dist. Domi.d.c. gratia. Etiam in hæresi uoluntas punitur ad minus, quo ad ecclesiam. De istis casibus uide per Felin. d. c.j.nu.7.col. 1029. Item fallit ista regula: quia animus nocendi sine effectu non punitur, ubi lex imponit pœnam ipso facto: quia ad eam incurrendam non sufficit animus nocendi, etiam cum actu exteriori, c. cùm nuncius.§.pen.de elect. Ioan.And.c. perpetuæ. de elect. in vj. & in regula, in pœnis.de reg. iur. Domi.de sancto Gemi.d. c.perpetuæ.Fel.d.c.j.uersi.fallit quartò.nu.8.col.suprà præalleg. Item fallit ista regula in delictis non atrocibus: quia quamuis quis habeat animum nocendi, & uenerit ad actum exteriorem, tamen non debet puniri, nisi adimpleuerit. Bald.d.l.si quis, non dicam.C.de episc. & cleri.ij.col.dom.Cardi.d.c.j.de eo, qui mit. in pos.Felin.d.c.j. de præsum.uersi.fallit quintò.nu.9.col.ea. Item fallit ista regula in pœnis ecclesiasticis, ut est excommunicatio, & similia: quia ex quo animus est destinatus ad nocendum, & etiam quamuis fecerit conatum, tamen ad incurrendas illas pœnas requiritur.

quiritur factum consummatum: do. Card.c.præterea.el ij.de appel. Vnde fit, quòd si quis fecerit omnem conatum, ut percuteret clericum, & tamen non percussit, licet per istum non stetit, tamen non est excõmunicatus: glo. & doct.c.in audientia.de senten.excom. Felin.d.c.j.uersi. fallit sextò.nu.10. col.1030. Item fallit ista regula in factis ciuilibus: quia animus nocendi cum factis exterioribus non punitur effectu non secuto. Bald.d.l.si quis, non dicam.ij.col. Felin.d.c.j.uersi. fallit septimò.nu.11. col.ea. Item fallit ista regula in statutis punientibus delicta: quia animus nocendi sine effectu non punitur: quia statutum puniens delictum, intelligitur de delicto consummato. Barto.l.j.ff.ad l.Cornel.de sicar.j.col.uersi.do. Imol.d.c.j.de præsump. Bal.d.l.si quis, non dicam. Hosti. in summa, de pœnis.§.in quibus. Ioan. And.d.c.perpetuæ.de elect.in Sexto, Bal.l.si fugitiui.C.de seruis fugi. Ant.de Bu. d.c.j.de eo, qui mit.in posses.penul.col. Adde Felin.d.c.j.de præsum.uersic.fallit octauò.nu.12. col.ea.ij.parte. Et uide tu eundem Felin. in tracta.quando conatus punitur. ubi habes etiam omnia prædicta: part.iij. col.1238.

annua solutio an tollatur præscriptione, utputà, debes singulis annis decẽ: de quo uide, quæ posui in litera P.§.præscriptio an currat contra annuam solutionem.

annus: pone, quòd si in instrumento, uel alia scriptura dicatur, Aliquot annis, uel Post annos, intelligitur de duobus. Fel.c.plerunq;. de rescrip.col.712.

annus quando debeat esse completus, uel non completus, ponit glo. c.nostram.de regula.gl.ij. & glo.cle.generalem.de ætate & qualità. Pono, quòd ius dicit, In xx.anno, an sufficit inchoasse? Quid si dicatur, Tibi annorum xviij. an oportet, quòd sint completi? Vide gloss.d.cle.generalem.uerbo, decem. Quid, si dicatur, Cùm peruenit ad annum xviij? Ponit Bar.l. nec putabam.ff.de condi. & demon.dom. Abb.d.cle.generalem. Adde Felin.c.cùm uigesimum.de offic. deleg.uersic.limita ista.nu.7.col.1232.

annus Pontificatus debet scribi in instrumento confecto in terris ecclesiæ: Fel.c.j. de fide instru.nu.5.col.881.

annus positus in instrumento, incipitur aliquando ab incarnatione, & aliquando à circumcisione: quis autem sit magis de iure tenendus, uide latè per Felin. d.c.j. de fide instru.uersic. Et considera. nu.5.parte ij.col.ea.

annus secundus datur appellanti, qui propter inopiam non potuit prosequi appellationem suam: do. Abb.c.ex ratione.de appel. ij. col. uersi. & inter. Idem tenuit Bal.c.si qui.de testi.in fi. Et idem tenet Inn. & do. Car. c.significantibus. de offi. deleg. Adde Fel.d. c.ex ratione.in prin.nu.1.col. 704.

annus datus ad prosequendam appellationem, si est consumptus per ipsum appellantem in reuocandis attentatis, non computabitur in primo anno: de quo uide ad plenum, quæ posui in litera T. §.tempus datum ad prosequendam appellationem.

annus datus ad prosequendam appellationem, si est consumptus per ipsum appellantem circa ostendendo sententiam nullam, etiamsi succubuit, non computabitur in primo anno: & hoc, dum modò habeat iustam causam credulitatis: uide de hoc, quòd posui in litera T. §. tempus datum ad prosequendam appellationem.

anni Domini an sint de necessitate ponendi in instrumento, adeo quòd si non fuerint positi, instrumentum sit nullum: uide Fel.c.j. de fide instru. uersic. item requiruntur. nu.3.col.881.parte ij.

annuli delatio quid significet: & sic mulieres, quæ deferunt annulos, quid proprie denotant, an per hoc præsumantur maritatæ. Vide do. Abb.c.illud.de præsump.ultima col.uersic. uenio ad secundum. & etiam c.finali, de despon.impub. in gloss. cap. si quis uxorem.xxvij.q.ij. Archidia.c.æstimant.xj.q.iij.in fi. Ange.consilio suo xvj. Host.in summa, tit. de sponsi.rub.de matri.§.qualiter. Adde Felin. d.c. illud. uersi. & in materia.nu.13. col.1069.

anteferri: de clausula Anteferri, uide in litera C.§. clausula anteferri.

antiquior canonicus congregat capitulum, ubi caput capituli deficit. Felin. c.j.nu.1.de maio. & obe.col.1304. Et quomodo intelligatur istud Antiquior, ibi.

antiquior de collegio an possit congregare collegium, non existente qui congregare habeat, adeo quòd non obedientes uocationi suæ constituantur in contumacia: ponit Fel.c.cùm omnes. de const. nu.35.col.121. Et uide infrà, in litera C.uerb.collegium.

antiquior possessio in interdicto Vti possidetis, est sufficiens causa uictoriæ: do. Abb.c.licet.de probat.iij.col.uersi.iij. Adde Fel.latè d.c.licet.uersi. & ad istam tertiam, nu.9. col. 480.ij.parte.

aperiens literas alijs destinatas, dicitur fallarius. Ita dicit gl.iij.c.cùm olim.el ij.de offi.deleg.Inno.ibi declarando glo.dicit, quòd aliud est Aperire literas, & mutare: aliquid aliud est, solùm aperire & legere: & dicit, quòd iura allegata in ipsa glo. procedunt in primo casu, uidelicet quando aperuit & mutauit: & quòd in secundo casu punitur pœna arbitraria, uidelicet quando solùm aperit & legit. Fel.d.c.cùm olim.uer.gloss.uerbo, sigilla. respondet ad dicta ibi per Inno. & uerè adeo confusè, nu.2.col.1202. quòd non potui intelligere, quid uelit dicere. Adde tu pro clariori intelligentia istius difficultatis, quòd prò opinione Inno.inuenio, quòd Bar. tetigit hanc q. l. Titio.ff.ad municip.ij.col. uer. uenio ad tertiam q. ubi dicit, q, qui abrasit nomen alterius in literis priuatis, uel alibi, & ponit nomen suum, committit crimen falsi. Adde, quòd idem in simili tenuit Bald.rub.C.de fide instru.xviij.colu. uersic. quæritur.ubi dicit, quòd abradens & inscribens falsum in libro rationum, punitur de falso. Et etiam producens falsam scripturam priuatam, potest puniri de falso, l. fi.C.de fide instru. & ibi Bald. & l.si quis.C.eo.tit. Adde concilium Pau.de Cast.consilio j.

apocha, quæ est subscripta manu testium, sed testes mortui sunt, atè quàm ipsi testes fecerant fidem de ueritate apochæ, an probet. Vide, quæ posui in litera S.§.scriptura priuata.

apocha, quæ est scriptura priuata, etiam non solennizata, quando faciat fidem, uide, quæ posui in litera S. §. scriptura priuata ad hoc.

ad Appellandum qui dantur decem dies, an possint prorogari, etiam communi consensu partium? Vide, quæ posui in litera D.§.decem dies, qui dantur.ij.

ad Appellandum qui dantur decem dies, an iudex possit prorogare ex causa, uel abbreuiare: uide, quæ quæ posui in litera D.§.decem dies qui dantur.j.

de Appellando ad parem, uel ad maiorem, consuetudo an ualeat? & quare? Fel.tit.de appel.in rub.in princip.part.iij.col.663.

appellans ab executione excessiua, utputà executor in exequendo excessit modum, si pars appellat, an teneatur exprimere causam in appellatione? Do. Abb.c. quod ad consultationem. de re iudi. xij.col.uer. appellans.tenuit, quòd sic. Et idem tenuit ibi Anto.de But. Et dic, quòd non obstat, quòd potest dici in contrarium: uide licet, quòd talis executio est interlocutoria, habens uim diffinitiuæ: & si à tali interlocutoria appellatur, non debet exprimi causa. Do. Card.cle.appellanti.de appel.in fi. Bal.l.minorib. C.de his, quib.ut ind. Tamen fallit in ista interlocutoria, etiam quòd habeat uim diffinitiuæ: quia requirit expressionem causæ, quando appellatur ab executione excessiua. Lud. Roma.consi.suo.xlj. Vide Felin. d. c.quod ad consultationem. uersi. oportet exprimere. num.18.col.512. Adde, quòd contrarium tenuit Lud. Roma.cõsilio suo, Omnipotentis. ubi dicit, quòd si appellatur ab excessiua executione, non est necesse exprimere causam. Tu uide Felin.d. c. quod ad consultationem.num.18.col.ead.uersi.ad primum rosso detur. Vbi recitat opinionem Lud.in dicto suo. Dic tamen, quòd communis opinio est, quòd appellans ab excessiua executione debet exprimere causam grauaminis, & in quib. excessit. Et in simili habes Inno.c.pastoralis.de offi.deleg.in ij.col.uersi.sed dices. ubi dixit, quòd quando appellatio est prohibita à lege, uel ab homine, si contingit appellari, causa est exprimenda. Et istam opinionem tenuit etiam Fel.d.c. quod ad consultationem.uersi.nihilo minùs primam opinionem, num.19.col.513. quam confirmauit per multa media.

appellans ab executione excessiua, si est procurator, etiam constitutus ad lites & causas: & etiamsi procuratorium dicat, quòd possit appellari ab omni sententia diffinitiua, & interlocutoria, tamen in tali appellatione requiritur speciale mandatum: & hoc, quia appellans ab executione excessiua, si succumbit, condemnatur in quinquaginta libris, l.ab executione. C. quo.appel.non reci. & propter hoc requiritur speciale mandatum. Ita Bar.l.si procurator.ff.de condi.inde.ij.col.uersic. & per istum textum. Adde Fel.c.quod ad consultationem.de re iudi.uersi.no.insuper perpetuò.nu.21.col.516.

appellans à correctione, debet exprimere causam iustificantem appellationem: scilicet, quia in corrigendo excedit modum: & hoc habet locum in omni appellatione, quæ de iure non admittitur, nisi in aliquibus casibus: quia debent exprimi casus, in quibus est licitum appellare. Ita Fel. c. super literis. de rescrip. uersi. decima regula, nu. 17. col. 648.

appellans an debeat intimare appellato appellationem, & si nõ intimauerit, utrùm appellatio sit deserta. Fel. ponit c. cùm contingat. de rescrip. uer. quarta conclusio. nu. 6. col. 718. & uersi. limita primò. num. 7. col. 719. Adde dom. Abb. cle. causam. de elect. Et uide, quæ posui in litera I. §. intimatio est fienda. Adde Arch. c. quàm magnum. xxiij. q. iij. ubi dicit, quòd non tenetur quis credere patri, dicenti se appellasse, nisi de appellatione faciat authenticam fidem. Et idẽ tenet Inn. d. cle. causam. xiij. col. licet Car. aliter ibi dicat in xj. q. Adde Felin. in materia ista c. fina. de appella. qui reprehendit Card. Vide Fel. d. c. cùm contingat. uersi. non obstat ratio Archi. nu. 8. col. 771.

appellans ab interlocutoria si comparet coram iudice, à quo appellauit, an videatur renunciasse appellationi? Vide, quæ posui in litera P. uersic. pars condemnata per sententiam interlocutoriam.

appellans extraiudicialiter an teneatur exprimere causas grauaminis. Vide, quæ posui in litera E. §. exprimere debet appellans.

appellans in causa appellationis potest non deductum deducere, c. cùm Ioannes. de fide instru. Ita potest appellatus: text. l. per banc. C. de tempo. appel. do. de Rota decis. ccclxv. incip. si à diffinitiua. in nouis: do. Ab. c. significauerũt. iiij. col. de excep. Ant. de Butrio, do. Abb. & Imol. d. c. cùm Ioannes. Adde Felin. c. finali, de mutu. peti. in princ. nu. 1. col. 301. ubi etiam do. Abb. uersi. ex his rationibus. j. col.

appellans continuans iudicium coram iudice à quo, uidetur renunciare appellationi. Text. multum not. c. gratum. de offi. deleg. & ibi dom. Abb. ij. col. uersi. item nota, quòd appellans. ubi limitat istud: primò, quòd intelligatur de appellatione interposita, non autem interponenda. Et allegat Innoc. & Ioan. And. ut ibi. Adde, quòd idem tenet Anto. de Butr. & Imol. d. c. gratum. Adde etiam, quòd recipiens terminum à iudice post sententiam, non renunciat appellationi interponendæ. Ita Innoc. c. quod ad consultationem. de re iudic. Et idem tenet dom. Abb. c. quod ad consultationem. viij. colum. Idem tenet Felin. d. c. gratum. nota ibi in tex. uideretur ab appellatione. num. 7. col. 1110. Vbi ponit multa ad istud propositum. Secundò limita, quòd comparens post appellationem coram iudice à quo, faciendo actum, per quem magis uult ostendere desiderium suum in appellando, non dicitur propter hoc renunciare appellationi: dom. Abb. d. cap. gratum. ij. colum. uersi. sed quæro. gloss. c. si à iudice. de appella. in vj. domini de Rota decisi. cclxxxvij. incip. Licet appellationi interponendæ. in fine, & ibi Felin. uer. secundò limita. num. 8. col. 1110. Tertiò limita, quòd si actus gestus per appellantem coram iudice à quo, fuerit approbatus, uel improbatus à parte, propter hoc non dicitur renunciatum appellationi: dom. Abb. d. cap. gratum. ij. colum. uersic. adde aliam solennem. Idem tenet Felin. d. c. gratum. uersic. tertiò limita. nu. 8. col. 1111. Et ibi multas concordantias posuit. Quartò limita: quia si iudex à quo, admisisset appellationem, si postea appellans comparet coram eo, & facit actum, propter hoc non renunciatur appellationi, neque etiam renunciari potest. Ista est una notabilis limitatio, quam tenuit Rota decisi. ccclxiij. quæ incipit, ex hoc insurrexit. in nouis. Idem tenet Felin. d. c. gratum. uersic. ultimò Abbas hic ponit. aliàs est uersic. ultra Abb. hic ponit. ubi suprà. col. ead. Quintò limita, quòd si iudex à quo, dolo induxit appellantem ad faciendum aliquem actum post appellationem: quia non dicitur renunciatum appellationi. Ioan. And. c. penuls. ij. colum. de relig. domi. Felin. d. c. gratum. uersic. sextò limita. num. 10. colum. 1112. Sextò limita, quòd si appellans reuertitur post appellationem coram iudice à quo, pro compositione cum aduersario fienda, propter hoc non dicitur renunciare appellationi. Ita solenniter Hostien. cap. cùm uenissent. de eo, qui mititur in possessio. Felin. idem tenet dicto cap. gratum. uersic. nonò limita. num. 11. columna 1112. adde quæ posui §. actus gestus. suprà: & etiam §. actus factus. & adde Felin. capitu. cùm uenisset. de testi. uersic. in gloss. ij. num. 3. colum. 695.

appellans impeditus circa reuocationem attentatorum lite pendente, an contra ipsum currat annus datus ad prosequendum apellationem: uide suprà, annus datus ad prosequendam appellationem.

appellans impeditus circa ostendendum sententiam nullam, an contra ipsum currat annus datus ad prosequendam appellationem: uide suprà §. annus datus.

appellans an posit appellare ultra decem dies, quando fuit impeditus agendo super nullitate sententiæ: uide, quæ posui in litera T. §. tempus datum ad prosequendam appellationem.

appellans in decimo die debet exprimere horam, in qua appelluauit: quia possibile est, quòd appellando in decima die, quòd uidecima sit inchoata. Ita Raph. l. j. §. dies. ff. quando appel. sit. Et idem tenet ibi Angel. de Aretio. Adde Felin. capitu. quod ad consultationem. de re iudic. uersic. quarta conclusio. num. 26. colum. 519.

appellans si uult probare per iuramentum suum, quòd appellauit intra decem dies, qui dantur ad appellandum, uel intra decem dies à die scientiæ, non statur suo iuramento. Felin. c. quòd ad conclusionem. de re iudic. num. 27. colum. 519. uersic. sexta conclusio.

appellans poterit appellare à grauamine successiuo, etiam post decendium. Pau. de Cast. consi. suo xxv. iij. colum. Fel. c. ex parte. de appel. in fi. Fel. c. quod ad consultationem. de re iud. nu. 29. uersi. nona conclusio. col. 520.

appellans, qui fuit impeditus in primo anno prosequi appellationem, an sit restituendus pro rata temporis amissi: an uerò dabitur ei totus annus integer: do. Abb. c. ex ratione. de appel. iiij. col. uersic. uenio ad secundam. intricatè loquitur. Adde tu, & dic, quòd communiter tenetur illud, quòd dicit gloss. c. si electio. de elec. in vj. in gloss. fin. ubi dicitur, quòd si appellans fuit impeditus in primo anno, debet habere secundum annum indistinctè, etiamsi fuerit impeditus in primo anno in uno die. Et ratio est: quia iste secundus annus datur appellanti sine ministerio iudicis. In alijs autem casibus si succurritur appellanti impedito cum ministerio iudicis, putà, restituendo in integrum: tunc in tantum restituitur, quantum amisit, uel in quantum fuit impeditus. Ita Paul. de Cast. consi. suo xxxix. incip. Visa appellatione. & do. de Rota tit. de appel. lviij. in antiquis. Vide Felin. d. c. ex ratione. uersic. quintò, dum intricatè. nu. 6. col. 705. Adde, quòd ubi appellans fuit impeditus, si petit annum tertium, tunc restituitur solùm ad illud tempus, in quo fuit impeditus. Arch. ubi etiam Dominic. de sanct. Gemi. in summa. ij. q. j. Felin. d. c. ex ratione. uersi. limita primò. nu. 7. col. ead. Adde etiam, quòd appellans impeditus, est restituendus, quando ostendit impedimentum fuisse causam, quòd non potuit prosequi appellationem: sed si, eo non obstante, potuisset appellans expedire infra annum appellationem, tunc non habebit aliquam restitutionem: imo appellatio erit deserta. Ita Ange. consilio suo cccvj. inci. in quæstione proposita. Fel. d. c. ex ratione. uer. limita secundò. nu. 8. col. 706.

appellans, qui non fuit prosecutus appellationem, an posit illum iudicem, à quo appellauit, recusare in alia causa: do. Abb. c. ad hæc. de appe. iij. col. uersi. sed iuxta tenet, quòd sic. Et idem tenuit Ant. de But. ibi Adde, quod Felin. d. c. ad hæc. uersi. deserta appellatione. nu. 4. col. 697. plus dicit, quòd data desertione appellationis, iudex à quo, qui potest exequi sententiam suam, poterit recusari, ut suspectus: quod not. quia quotidie habebis in facto. Facit gloss. c. dispendia. de rescr. in vj. uerbo, omnibus. quæ dicit, quòd delegatus, qui semel grauauit, & fuit appellatũ, potest postea in omnib. alijs causis allegari suspectus. Adde Fel. d. c. ad hæc. uersi. ubi suprà, col. ead. Et hoc modo limitabis doctrinam Ange. l. si contra maiores. C. de appella. ubi dicit, quòd si est deserta appellatio, uictor potest adire iudicem, qui sententiam tulit, & petere, ut mandet illam executioni: quia hoc est uerum, nisi appellans recusauerit ipsum iudicem à quo, ut per Fel. Adde ad ista, quæ posui in litera I. §. iudex à quo deserta appellatione.

appellans si non petijt apostolos, dicitur non appellasse: do. de Rota. tit. de

tit. de app. xlj. in nouis: de quo uide Domi. de sanc. Ge. c. ab eo. §. fi. ij. col. de app. in vj. & Felin. c. personas. de appel. uersi. non sufficit. nu. 4. col. 685.

appellantem qui per metum cõtinuat iudicium coram iudice à quo, non uideri renunciasse appellationi. Vide Felin. c. gratum. de offi. deleg. uersi. undecimò limita. post nu. 11. col. 1112.

¶ Appellare à loco non tuto notoriè, non est opus. Bald. l. executorem. C. de excep. rei iud. Abb. in apostillis cle. appellanti. de appel. & c. ex parte. el j. in fin. de app: Felin. c. cùm R. de offi. deleg. in prin. num. 1. uersi. item, quòd. col. 1209. item nu. 2. uersi. amplia tertiò. col. 1210.

appellare potest pars, quando iudex potest aliquid facere ex officio suo, & non uult facere. Felin. c. per tuas. de testi. uer. item in quantum dicit hic gloss. nu. 5. col. 814. & uide, quæ posui in litera I. §. iudex an posit interrogare partes.

¶ Appellari an licet semper ad Papam, omisso medio de iure canonico? dic, quòd non: casus c. cùm te consulente. de offi. deleg. ubi dicitur, quòd si delegatus subdelegat, sed non in totum, ad ipsum appellabitur, & non ad Papam. Vide Felin. ibidem in princ. colum. 1101.

appellari an liceat in cõmissis arbitrio iudicis, si partem lædit. Vide §. arbitrium iudicis: & sic in commissis.

appellari non licet à pœna legis, uel statutitamen bene appellatur à sententia declaratoria pœnæ legis incursæ. Ita Fel. c. cùm non ab homine. de iudi. uer. & no. quod licet. nu. 12. col. 94.

appellari potest die feriato. Ita Felin. c. fi. de iudi. uersic. sexta declaratio. nu. 10. col. 176. Et ibi, an die feriata in honorem Dei.

appellari quando posit ad superiorem ob tarditatem iudicis. Felin. capitu. pastoralis. uersic. Considero tertiò. num. 6. de offic. iudic. colum. 1254.

appellari potest à sententia declaratoria excommunicationis, quam quis incurrisse dicitur. Felin. c. Rodulphus. de rescri. uersi. & appellari. nu. 43. col. 1016.

appellari non potest omisso medio, l. imperatores. ff. de appella. c. dilecti. de appel. el ij. Fallit hoc, quando pars appellaret omisso medio, & altera pars taceret: quia ualeret appellatio: gloss. d. c. dilecti. & ibi dom. Abb. & Imol. & Fed. & Anto. de But. c. cùm Bertholdus. de re iudi. v. colum. Petr. de Ancha. c. Romana. ij. col. de appella. in vj. Fallit etiam, ubi consuetudo esset, quòd appellaretur omisso medio: quia ualet. Ita glo. c. ij. de consue. in vj. in gloss. magna, in princi. Adde Felin. cap. super quæstionum. §. porro. de offic. deleg. uersi. appellari non potest. ubi latè hoc prosequitur, multas alias limitationes posuit, nu. 14. col. 1164.

appellari quando potest, propriè dicitur iudicatum. Felin. de re iud. c. duobus. num. 12. uersi. ultimò ad dicta. iij. parte. col. 663.

¶ Appellasse si quis se dicat, & pars aduersa dicat, q. infra decem dies non appellauit, quis probabit. Vide Paul. de Eleaza. c. tertio loco. de proba. quem sequitur Felin. c. iij. de proba. uer. extra glo. pulchrum & utile. nu. j. ij. parte. col. 405. Adde do. Car. cle. causam. de elec. §. uerùm. in penul. q.

¶ Appellatur ad ecclesiasticum de tota causa, ne continentia eius diuidatur, quando clericus & laicus in simul pronunciant. Felin. in rubri. de appellat. iiij. uersic. dixit etiam Bartol. colum. 669. part. iij.

¶ Appellatio alternatiua an ualeat? dom. Abb. cap. inter. de appella. ultima colum. uersi. quæro secundò: dicit, quòd in duobus casibus ualet: primus est, quando nulla incertitudo cadere potest: secundo casu, quando iusta causa excusat. Adde, quòd in contrarium est communis opinio, uidelicet quòd imo ualeat appellatio alternatiua etiam ultra istos duos casus. Ange. l. cùm proponas. j. colum. C. de bo. autho. iud. posi. & ibi Bald. Vide Felin. d. c. inter. uersi. appellatio generalis. colum. 675. Adde, quòd de iure ciuili istud non potest procedere: quia etiamsi appellaretur alternatiuè, intelligitur de primo iudice. Felin. dicto cap. inter. uer. limita primò. de iureiu. nu. 3. col. 677. Item istud non habet locũ etiam de iure canonico, ubi appellans alternatiuè, infra decendium declararet, ad quẽ iudicem uellet reducere appellationem. Felin. d. c. inter. uersic. limita secundò. num. 4. colum. 677. Item istud non habet locum, nec de iure ciuili, nec de canonico: & hoc, quando appellans alternatiuè non potuit appellare, nisi ad unum iudicem tantùm: quia de illo intelligitur, etiam quando appellat alternatiuè. Felin. d. c. inter. uersi. cæterùm de quibusdam. ubi suprà, nu. 5. col. 678.

appellatio à diffinitiua: quando ab ea appellatur, aliquando oportet, quòd causa exprimatur. Tu dic, quòd hoc est necesse, quando tertius comparet pro suo interesse: quia non auditur appellans, nisi exprimat causam. Ita do: Abb. c. super. de re iudi. j. col. uersicul. nota ibi. Idem tenet Bart. l. à sententia. ff. de appel. ij. colum. uersic. ego autem. Adde Felin. d. c. cùm super. in prin. num. 1 & 2. colum. 551.

appellatio à diffinitiua si remouetur, nõn est remota ab interlocutoria; nec econtrà. Felin. c. causam, quæ. de rescri. uersi. & dum dicit hic Butr. num. 27. col. 619. Adde tu: pone, quòd Papa, seu princeps remouet in rescripto appellationem, ut tertius comparens posit appellare pro suo interesse, secundum quod aliàs permittitur à lege, ut l. à sententia. ff. de appel. reci. Vide Inn. & Ioan. And. c. ex parte. de offi. dele. Adde Barto. l. j. §. j. uersic. quæro. ff. à quib. appe. non licet.

appellatio à diffinitiua licet non faciat mentionem de primo rescripto, ualet. Vide, quæ posui in litera R. §. rescriptum secundum, si super appellatione.

appellatio potest interponi die feriato. Felin. c. cùm M. Ferrariensis. de constit. uersi. secunda conclusio. num. 32. colum. 218. Vide gloss. e. appellatio. de appel. in vj. uerbo, lecta. & ibi Bart. & Bal. l. j. C. de fer. Adde, quòd etiam appellatio potest fieri de nocte, si potest haberi copia eius, cui fienda est appellatio. Bald. authen. hodie. penult. colum. C. de appel. & Fel. d. c. cùm M. Ferrariensis. uersi. quarta conclusio. nu. 34. col. ea. ubi 5.

appellatio ab interlocutoria ualet, etiam sine expressione grauaminum: & hoc, quando ex actis apparet iniquitas interlocutoriæ, sufficit dicere. Appello propter iniquitatem sententiæ, quæ est euidens ex actis. Ita Fel. c. cùm ordinem. nu. 11. de rescrip. uer. prima declaratio. col. 463. & per Felin. c. super quæstionum. uersic. glo. in uerbo, causæ finem. de offi. deleg. num. 6. col. 1159. & inde.

appellatio ab interlocutoria: In ea nõ habet locum regula, Non probatum probabo, Non deductum deducam: & ratio est, quia illa iustificatur solùm ex actis primò factis, cle. appellati. de app. Dic tamen, quòd fallit istud, quando iudex non admisisset probationes partis: quia tunc in causa appellationis admitteretur, per regulam l. per hanc. C. de temp. app. per tex. c. cùm Ioannes. de fide inst. Vide Felin. d. c. cùm Ioannes. uersi. modò dictam regulam. nu. 26. ij. parte. col. 961.

appellatio an posit tolli per principem? & dic, quòd formalitatem appellationis bene potest tollere princeps, non autem substantiam appellationis, Vide do. Abb. rub. de appel. iij. col. uer. ad tertium. & ibi Fel. uersi. circa tertiam. nu. 3. col. 666.

appellatio an tollatur, si expressi aliquas causas, & unam solam probaui. Vide Felin. c. licet. de proba. uersi. secunda conclusio. nu. 43. ij. parte, col. 502.

appellatio an suspendat pronunciationem, uel extinguat? Conclusio sit ista, quòd inspecto præsenti statu sententia per appellationem dicitur extincta, seu rescissa: sed inspecto futuro statu, dicitur suspensa. Ita Bald. in rub. C. de app. Ang. l. tale pactum. §. qui prouocauit. ff. de pac. & ibi Bald. in repeti. Anto. de But. c. uenientes. de iureiur. Vide Ioan. de Imol. c. pastoralis. §. præterea. de offi. deleg. & rub. ff. de app. Pet. de Ancha. c. si à iudice. de app. in vj. ij. col. Bald. l. ita demum. C. de procura. & l. j. iij. col. C. ne ex delict. defunct. Et istud intellige in appellatione à diffinitiua: secus in interlocutoria. Ita Ioan. And. c. fi. de appel. in vj. & Ang. l. iij. ij. q. ff. de appe. reci. Bart. Ange. l. furti. ff. de his, qui not. infa. in prin. Vide per Felin. d. c. pastoralis. §. præterea. in prin. colu. 1174. ubi per Felin. in rub. de appel. col. 666. nu. 2. Et ibi habes limitationes & regulam. Adde tu do. Abb. qui tangit hanc difficultatem primò in d. §. præterea. & postea c. uenientes. de iureiur. in fi. de feque. pos. & fruct. j. col. uersi. not. duo. Et in istis locis dicit, quòd appellatio suspendit pronunciatum: & quòd communiter iura canonica hoc dicunt: & pro sua opi. facit multùm tex. l. si instituta. §. de in officioso. ff. de inoff. test.

appellatio interposita à gramine auditoribus sacri palatij cum toto negotio, etiamsi pronunciant malè appellatum, non reuertitur

causa ad priorem iudicem à quo. Et no. quòd hoc facit contra tex. c. cùm appellationibus. de app. in vj. Vide Felin. c. olim. de except. uersi. alius casus. nu. 8. col. 83. ubi dicit, quòd hoc habet locum solùm in auditoribus sacri palatij.

appellatio à grauamine commissa iudicibus in partibus cum clausula, De toto negotio, intelligitur, scilicet in euentum grauaminis: aliàs non: & ideo, si Papa committit causam grauaminis cum toto negotio ad instantiam partis appellantis, propter hoc non ponit totam causam in cognitionem illius iudicis, nisi in euentum legitimæ appellationis ab interlocutoria: ita Fel. c. causam, quæ. de rescrip. uersic. nec dicas. nu. 6. col. 607. & c. olim. de exce. uersic. alius casus. nu. 8. col. 83. Et nota, quòd isti iudices delegati illiterati errant in hoc, & multi aduocati imperiti hoc ignorant.

appellatio à sola omissione condemnationis expensarum an ualeat: putà, actor habuit sententiam pro se. tamen iudex omisit condemnare reum in expensis, uel etiam absoluit: an propter hoc poterit appellare? Vide, quæ posui in litera V. §. uictor, qui habuit sententiam diffinitiuam pro se. & in litera E. §. expensæ si non sunt petitæ.

appellatio dubium si sit, an sit admittenda, uel non, iudex debet eam admittere. Io. And. c. ut debitus. de app. Spe. tit. de app. §. nunc dicamus. uer. j. & uer. circa hoc. Arch. capitu. j. & c. si à iudice. de app. in vj. Adde Felin. c. significauerunt. de testi. nu. 1. colum. 739. ij. parte.

appellatio an sit deserta, uel non: & quando rationes sint adductæ prò & contrà, iudex in dubio debet pronunciare non esse desertam. Ita Pau. de Cast. l. j. ff. si quis cautio. Et idem tenet Fel. c. significauerunt. de testi. nu. 1. ij. parte, col. 739.

appellatio à futuro grauamine in iudicio non ualet: quia pars, quæ appellat, debet expectare, quòd iudex inferat grauamen: glo. cle. sicut. de app. in uerbo, à futuro. & in glo. c. concertationi. de app. uerbo, grauatum. do. Abb. c. significauerunt. de testi. iij. col. uersi. sed quæro. & c. j. de dila. ij. no. & c. cùm cessante. de app. j. colum. uer. item no. est uerum, quòd. do. Abb. d. c. significauerunt. iij. col. Sed primum uidetur discedere ab ista sua prima opi. tamen reprobatur à Mod. ut per Fel. d. c. significauerunt. uer. sed contra ista. nu. 11. col. 744. Et ideo tene primam opi. quam etiam ipsemet do. Abb. tenuit in tribus locis suprà alleg. Adde & limita conclusionem istam duobus modis. Primo, quòd si appellans in iudicio, appellat à futuro grauamine, et exprimit aliquem actum, per quem designatur futurum grauamen, ualebit appellatio. Ita dom. Abb. d. c. j. de dil. ij. no. & d. c. cùm cessante. de appe. uer. item no. & Felin. d. c. significauerunt. de testi. nu. 9. uer. extra glo. dicit hic. col. ead. ij. parte. Secundò limita conclusionem istam in appellatione extraiudiciali: quia ualet appellatio à futuro grauamine, cle. sicut. de app. do. Abb. locis præd. & Fel. d. c. significauerunt. uer. prædicto, circa fi. col. ead. Et ratio diuersitatis est: quia lex in iudicialibus multum præsumit pro iudice: ideo de faculi non admittit appellationem, sicut in extraiudicialibus.

appellatio iudicialis quam primùm est iustificata, reuocatur, quicquid factum est post dictam appellationem: secus est in appellatione extraiudiciali: quia non reuocatur, nisi illud solum, quod factum est contra appellationem. Ita do. Abb. c. cùm I. & A. de re iudi. v. col. uersi. sed certè. & ibi Felin. uer. in appellatione. nu. 5. col. 622. Et per ista nota differentiam inter appellationem iudicialem & extraiudicialem.

appellatio extraiudicialis: si post eam fit aliquid, illud non reuocatur, nisi sit factum post appellationem contra appellationem: & sic non sufficit facere post appellationem, nisi etiam factum sit cõtra. Ita do. Abb. c. j. de app. j. col. uersi. quartò quæro. & ibi Felin. nu. 2. col. 672. Et nota per ista, differentiam inter appellationem iudicialem & extraiudicialem.

appellatio extraiudicialis non iustificatur ex eo solo, quòd pars offerat se probare causam grauaminis: sed oportet, quòd sit uera causa: & hoc habet locum, etiamsi non fuit audita pars. Vnde oportet eam probare. Ita do. Abb. c. j. de app. ij. col. uer. sed contra prædicta. Inno. c. uenerabili. de censi. j. col. uer. sed respondeo. do. Abb. c. cùm inter. de elect. ibi Imo. Vide Fel. d. c. j. de appel. uer. dum dicit signanter, nu. 2. col. 672. Adde, quòd secus est in appellatione iudiciali: quia sola oblatio probationis causa iustificat appellationem: ita dom. Abb. & Felin. ubi suprà.

appellatio extraiudicialis si non est ex causa probabili, nõ fit reuocatio attentatorum post eam: & hoc, quando appellans habet ius commune contra se. Vide Felin. c. j. de appel. uer. dum dicit Abb. nu. 3. col. 672.

appellatio extraiudicialis si est deserta, an sit factum præiudicium ipsi appellanti, adeo quòd non possit alio iure ius suum prosequi, putà querelando, ut est tex. c. concertationi. de app. in vj. do Abb. c. cùm sit. de app. v. col. uer. secundus, quando. tenuit, quòd non sit præiudicium: quia imo poterit prosequi ius suum per alium. Vide, quòd contrarium tenuit Fel. d. c. cùm sit: quia ex quo iste appellans elegit uiam appellationis extraiudicialis, & est deserta: tunc uidetur, quòd amplius possit deducere grauamen per uiam querelæ: uide Felin. d. c. cùm sit. uersi. secundò considera. num. 10. colum. 691.

appellatio potest interponi die feriato. Fel. c. cum M. Ferrariensis. de consti. uersi. secunda conclusio. nu. 32. col. 218. Vide glo. c. appellatio. de app. in vj. in uerbo, lecta. & ibi Bar. & Bal. l. j. C. de fer. Adde, quòd etiam appellatio potest fieri de nocte, si potest haberi copia eius, cui fienda est appellatio. Bald. authen. hodie. penul. col. C. de ap. Fel. d. c. fi. de ap. octauò quæritur. & Fel. d. c. cùm M. Ferrariensis. uer. quarta conclusio. nu. 34. col. 218.

appellatio si non est facta in tempore ab ipso appellante propter metum, eò quia uidet, quòd iudex consueuit malè tractare consanguineos eorum, qui appellant ab ipso, ualet appellatio, si posita fuerit interposita metu cessante, iuxta text. c. fin. de app. de quo uide Fel. c. ecclesia sanctæ Mariæ. de consti. nu. 99. col. 294. uer. decimotertiò quæro. ibi. Adde etiam Ang. l. j, circa medium: aliàs est col. xxxvj. uide, quæ posui in litera M. §. metus iustus.

appellatio uno contextu geminata, unica appellatio censetur. Felin. c. ex literis. de consti. uersic. sed hanc fallentiam. nu. 8. col. 312.

appellatio generalis respectu iudicum, utputà, Appello ad iudicem competentem, ualet de iure ciuili, non de iure canonico: do. Abb. c. ij. de appel. ij. col. uersi. circa hunc text. Vide ibi Felin. num. 1. colum. 675.

appellatio est deserta per lapsum termini impositi à iudice à quo, sicut per lapsum termini iuris: de quo uide, quæ posui in litera I. §. iudex à quo, potest præfigere.

appellatio ipso iure non currit impedito: ita Fel. c. uenerabilis. de iudi. uer. tertia conclusio. nu. 6. col. 157.

appellatio in causa feudali à sententia Domini feudi, si sit instituta, quis sit iudex competens. Vide Fel. c. cæterùm. de iudi. uer. quis dicatur iudex. nu. 20. col. 62.

appellatio interposita ex causa rationabili, si iudex illam admittit cum clausula, Si & in quantum, an dicatur detulisse, & eam admisisse: dicas tu, q, sic, si est rationabilis: secus, si est irrationabilis. Ang. consi. sito ccxvij. Bald. l. edita. xxxj. col. uer. item dubitatur. C. de eden. Vide Car. cle. quamuis. in fin. uer. tertiò quero. de app. Adde Fel. c. cùm contingat. de offi. dele. uer. ulteriùs est consilium. nu. 13. col. 1215.

appellatio. In causa appellationis non habet locũ prorogatio: Vide, quæ posui in litera P. §. prorogatio non potest fieri.

appellatio interposita per partem à sententia delegati episcopi recusati, uel non recusati, an talis appellatio poterit fieri ad episcopum. Ponit Fel. c. si quis contra. de fo. compe. uersi. gloss. in uerb. executor. nu. 4. col. 182. Adde do. Abb. d. c. si quis contra. xij. col. uersi. sed circa prædicta.

appellatio, quæ fit à delegato Papæ recusato, qui non subdelegauit in totum, poterit ad eum fieri. Fel. c. si quis contra. de fo. compe. uer. item in delegato. nu. 5. col. 182.

appellatio, quæ fit à delegato episcopi, an sit fienda ad eius uicarium. Fel. c. si quis contra. de fo. compe. uersi. si iudex recusatus. num. 5. colum. 182.

appellatio sola an sit sufficiens causa recusandi iudicem à quo: & hoc, quando appellans fuit reconuentus coram ipso iudice à quo. Ponit do. Abb. c. ad hæc. de app. ij. col. uer. septimam lecturam. Et ibi concludit, quòd non contrarium tenuit Imol. d. c. ad hæc. Dic tamen, quòd communis opinio est, quòd sola appellatio non sufficiat. Vide Fel. d. c. ad hæc. nu. 1. col. 696.

appellatio in una causa non suspendit iurisdictionem iudicis, quo ad alias

aliàs causas, de quo uide, quæ posui suprà §. appellatio sola. Adde tamen, quòd si appellatum est super uno articulo unius causæ, quòd tunc bene esset suspensa iurisdictio iudicis in tota illa causa. Felin. c. ad hæc. de appel. uer. & in quantum probatur. num. 3. colum. 697.

appellatio potest interponi contra pronunciationem iudicis, quam facit de exequendo sententiam. Ita do. Abb. c. quod ad consultationem. de re iud. xj. col. uer. & dicit Bar. l. si cum exceptione. §. hæc autem. ff. quod metus cau. circa fi. Vide Fel. d. c. quod ad consultationem. uer. à pronunciatione iudicis. nu. 13. col. 510. Adde, quòd contrarium tenuit Spec. & ibi Ioan. And. ti. de execut. sen. §. pen. uer. sed secundum. & Cy. l. ab executione. C. quorum app. non reci. Tu uide Fel. d. c. quod ad consultationem. uersi. in contrariũ. nu. 14. col. 511. Vbi dicit, quòd Bar. l. ab executione. C. quo app. tenuit, quòd à pronunciatione. quam fecit iudex de exequendo, appellatur: hoc non est uerum: imo Bar. ibi tenet totum oppositum, quem uide in prin. Adde, & dic, quòd si ista opi. secunda esset uera, uidelicet quòd non possit appellari à pronunciatione, quam fecit iudex de exequendo, quòd tunc poteris limitare eam multis modis. Et primò, quando non esset lata aliqua sententia, sed iudex simpliciter dixit, q, sit executio fienda de instrumento publico: quia isto casu pòt appellari. Salic. d. l. ab executione. Fel. d. c. quod ad consultationem. uer. limita primò, dum modò. nu. 15. col. suprà præall. Itẽ limita', q, quando p istã pronunciationẽ de exequendo inferretur grauamen de nouo, tunc potest appellari. Ange. d. l. ab executione. §. hæc autem. Fel. d. c. quòd ad consultationem. uersic. limita secundò. ubi suprà, nu. 16. col. ea. Limita etiam, quòd si iudex pronunciat sententiam exequendam, & hoc fecit intra decendium, quod datur ad appellandum, quòd tunc à dicta pronunciatione poterit appellari. Ange. & Imol. d. l. ab executione. Felin. d. c. quod ad consultationem. uersic. limita tertiò. num. 17. colum. 512.

appellatio si est deserta, uictor potest adire iudicem, qui tulit sententiam, & petere, ut mandet illam executioni. Fel. c. ex parte. lo. ij. de rescrip. uersi. declara tamẽ dupliciter. nu. 8. col. 532. Adde ad ista, quæ posui in litera I. §. iudex delegatus, qui tulit sententiam.

appellatio si remouetur per scriptum Papæ simpliciter à sententia alicuius iudicis, intelligitur à diffinitiua tantùm, cùm appellatione sententiæ non ueniat interlocutoria: gloss. c. cùm olim. de testi. Fel. c. causam. quæ. de rescrip. uer. & dum dicit hic. num. 27. col. 619. Et sic non obstante tali ratione poterit appellare à sententia interlocutoria: quod no. Vide suprà, §. appellatio à diffinitiua.

appellatio si est remota per rescriptum, tollit appellationes à iure non permissas. Ita Felin. post Host. c. pastoralis. §. fi. de off. deleg. uersi. gl. in uerbo, appellatione. nu. 27. col. 1181.

appellatio si remota est per statutum, uel rescriptum, intelligitur respectu partis litigantis: secus respectu tertij: & sic tertius poterit appellare. Felin. c. super eo. de offi. deleg. in prin. col. 1089.

appellationis causa à diffinitiua: in ea potest deduci, & probari, quod non fuit deductum, neq; probatum in causa principali. Ista est regula firmissimè approbata per text. c. cum Ioannes. de fide instru. & per tex. l. per hanc. C. de temp. appel. & l. scio. ff. de ap. & tex. c. fraternitatis. de testi. & Bald. ibi iiij. col. per istam regulam dixit unum notabile dictum, quòd si in causa principali testes sunt reprobati, quia infames, in causa appellationis poterit probare pars producens, quòd fuerunt famæ restituti. Et uide Felin. d. c. cùm Ioannes. uersi. in tex. ibi, nec probata. nu. 17. col. 959. parte ij. Adde, & dic, quòd ista regula in tantum est uera, quòd habet locum etiam in appellato. Ita do. Abb. d. c. cùm Ioannes. ult. col. uer. ultimò quæritur. & ibi Anto. de But. & Imo. do. de Rota deci. ccclxv. incip. st à diffinitiua. Et ratio est, secundum istos Doctores: quia per appellationem sententia suspenditur, c. ueniens. de iureiur. & tunc etiam, qui non appellauit, consequitur commodum ex facto partis aduersæ. Et istud tenuit Archi. do. de Sanc. Gemi. §. biduum. uersi. quandoq; ij. q. vj. Imò plus dicunt do. de Rota decisi. ubi suprà, quòd appellatim poterit petere & instare, ut reformetur sententia in sibi nocentibus, uel omissis: de quo uide Fel. d. c. cùm Ioannes. uersi. amplia primò. nu. 18. col. ead. Adde & restringe illud, quod dixi de appelato, non habere locum, quando ipse appellatus renunciasset appellationi, ante quàm incipiat eam prosequi. Ioan. And. in addi. Specu. tit. de sen. §. j. uersic. sed pone Domi. de sanc. Gemi. d. uersi. quandoq; Fel. d. c. cùm Ioannes. uersi. hanc ampliationem. num. 19. col. 960. Item restringe istud, quod dixi in appellato: quia si appellans appellauit solùm ab uno articulo sententiæ latæ contra se, ipse appellatus, quo ad alios articulos, non poterit petere reuocationem. Fel. d. c. cùm Ioannes. uersi. secundò restringe. nu. 20. col. 960. Item restringe istud, quod dixi in appellato: quia si appellans appellauit, se astringendo ad ea, quæ faciunt solùm cõtra eum, tunc appellatus non poterit uti beneficio appellationis, quo ad alia. Ita do. Ab. d. c. cùm Ioannes. ult. col. uersic. ego limitarem. & ibi Imo. & ibi etiam uide Fel. uersic. tertiò restringe. nu. 21. col. 960. Adde etiam, quòd ista regula, Nõ deductum decucam: Non probatum probabo, habet locum etiam coram iudice, qui habet uidere arbitramentum, tanquam bonus uir. Ita Frid. de Senis consilio suo cclxxxvj. incip. Petrus rector ecclesiæ. penult. col. Ant. de But. c. Quintauallis. de iureiu. xxviij. col. uersi. uenio ad sextum. Felin. d. c. cùm Ioannes. uersi. amplia secundò. num. 22. ubi suprà, col. 960. Limita istud non habere locum, quando ageretur de probando dolo arbitratoris: quia non poterit probari coram tali iudice assumpto, ut uir bonus, de quo uide ad plenum per Fel. d. c. cùm Ioannes. uersi. hãc ampliationem restringe. nu. 23. col. ead. Limita etiam, quòd si pars scienter & dolosè omisit non producere probationes coram arbitratore, tũc coram tali iudice assumpto, ut uir bonus, non admitteretur producere. Vide Fel. d. c. cùm Ioannes. uer. secundò restringe. nu. 24. col. ead. Adde etiam, quòd ista regula, Non probatum probabo, Non deductũ deducã, habet locũ semper, quando probatio emergit de nouo, uel de nouo uenit ad noticiã, etiamsi statutũ diceret, q, in causa nullitatis, uel appellationis, non debent recipi nouæ probationes. Bald. l. inuitus. C. de procura. Fel. d. c. cùm Ioannes. uersi. amplia tertiò. nu. 25. col. 961. Adde etiam, quòd ista regula, Non probatum probabo, Non deductum deducam, non habet locum, quando pars in causa principali dolosè omisit producere probationes: quia in causa appellationis non admittitur ad probandũ: gloss. magna c. ad audientiam lo ij. de rescrip. & ibi Ant. de But. c. inter monasterium. de re iudic. & dom. Abb. c. exceptionem. de except. Felin. d. c. cùm Ioannes. de fide instru. uersi. secundò limita dictã regulam. nu. 27. col. suprà præall. ij. parte. Adde, quòd contrarium tenuit Imol. d. c. ad audientiam. iij. col. de quo uide Fel. d. c. cùm Ioannes. uersi. sed contrarium. nu. 28. ubi ĩ.

appellationis causa & principalis, uidentur diuersæ causæ: quod est uerũ respectu instantiæ: sed capiendo causam respectu eius, quod deducitur in iudicio, causa appellationis est eadem cum principali: c. tua nobis. de appel. de hoc uide latius per Fel. c. fraternitatis. de testi. in princi. nu. 1. col. 654. ij. parte.

appellationi interponendæ, uel interpositæ, quando possit renunciari. Ponit Felin. c. ex parte. el ij. de rescrip. uersi. sed de isto articulo. num. 6. col. 527. Adde tu Bal. l. edita. xiij. col. C. de eden. & l. per hanc. C. de tempo. appel. in fin. Adde etiam, q, si iudex deiulit appellationi, non potest renunciari: & Bal. l. postquam liti. vj. colu. uersi. tertiò quæritur. C. de pac.

appellationi renunciari nõ pòt, an hoc sit uerũ, uide Fel. c. si diligenti. de foro comp. uersi. sextum corollarium. nu. 7. col. 214.

appellationi si est renunciatũ, si appellans uult prosequi ipsam appellationẽ, & excipio, & renunciasti appellationi, an talis exceptio impediat litis ingressum? Pet. de Anch. consi. suo ccclxv. incip. Pro declaratione. tenuit, q, sic: & idem tenet Fel. c. exceptionem. de except. uer. idem dic de exceptione, nu. 40. col. 140.

appellationi si est renunciatum, an pars possit agere contra iudicem, qui tulit sententiam iniquã contra se? Adde, quid si non fuit appellatum. Adde etiam, quid si bis fuit appellatum, adeo q, amplius appellari non potest. De his omnibus uide, quæ posui in litera P. §. pars renuncians expressè. Adde, quid si fuit appellatum, sed remanet appellatio deserta. Vide, ubi ĩ.

appellationem deseruisse quis dicatur uerè. Fel. c. personas. de appellat. nu. 2. uersi. & dicit Thomas Fask. col. 684. part. iij.

post Appellationem extraiudicialem gesta ut irritentur, oportet, q, sint gesta pòst & contrà: secus si pòst, & non contrà. Fel. de appe. c. j. nu. 1. in princ. col. 672. part. iij. uide etiam in litera G. §. gesta post appel.

in Appellatione interposita à iudice, exprimenda est causa. Felin.c. cùm sit Romana.de appellat.nu.11. uersic. exprimenda est causa. col.691.part.iij.

appellatione remota: an quis possit committere causas cum ista clausula. Vide, quæ posui in litera P.§.princeps, qui non recognoscit. & in litera O.§.ordinarius potest committere.

¶ Appellatus ante terminum iuris potest præuenire appellantem, dum modò nimium non præcurrat: istud præcurrere stabit arbitrio iudicis. Felin.c.ex parte.el ij.de rescrip.uersi. cle.si appellationem.nu.7.colum.529. Adde quòd quando iudex à quo, abbreuiat terminum iuris, non debet appellatus, nec etiam appellans impetrare ante terminum: & impetratio non faciens mentionem de termino hominis, est nulla. Ibi Fel.d.c.ex parte.et uersi. prædicto.

appellatus iussus à iudice, ut exhibeat sententiam latam pro se, si negat illam fuisse latam, iudex debet pronunciare, quòd, si unquam talis sententia lata pro eo apparuerit, sit nulla, & uires non habeat: & ualebit talis declaratio sic facta à iudice. Ita dom. Abb.c. G.perpetuus.de fide instru.iij.col.uers.quæro de quæstione. Idem tenet Barto.l.j.§.edenda.ff.de eden.& l.ij. C.eo.tit.j.col. Bald.in repe.l.ij.xij.col. ff.de iureiu. Ioan.And. & Domi.de sancto Gemi.c. Romana.§.si uerò.de appel.in vj.Vide Felin.d.c.G.perpetuus.uersi.extra glo.nu.10.col.975.parte ij. Et est cõmunis opi. Adde, & dic, quòd ista communis opinio habet locum, etiam quando ipse appellatus iussus à iudice, ut exhibeat sententiam, non negat latam, sed solùm dicit illam non habere: quia poterit iudex facere præceptum, ut suprà. De quo uide Felin.d.c.G.perpetuus.uersi. & istud uulgatum Innoc.nu.11.col.976. Item dic, quòd communis opinio habet locum, etiam in arbitro, & arbitratore: quòd si bonus uir, qui habet uidere de læsione, si petit laudem exhiberi, & non exhibeatur, poterit facere præceptum, ut suprà dixi in sententia. Vide Felin.d.c.G.perpetuus.uersi.amplia secundò.nu.12.col.suprà præalleg.parte.ij. Item ista communis opinio habet locũ, ubicunq; iudex præciperet parti, ut exhibeat instrumentum, uel aliam scripturam: & si pars est contumax in edendo, iudex debet facere præceptum, ut suprà in sententia. Ita Pet. de Anch.cle.j.§.cæterùm.de usur.in fine.Felin.d.c.G. perpetuus. uersi. amplia quartò.nu.13.col.eadem,ij. parte. Adde tamen pro limitatione omnium dictorum, quòd si appellatus dicit se paratum iurare, quòd non desijt habere illam sententiam latam pro se dolo, quòd ei non imponeretur silentiũ, ut suprà fuit dictum. Ita Bal.l.hi, qui.iij col.C.de appel. Item limita omnia suprà dicta non habere locum, quando appellans potuit habere copiam sententiæ, & non curauit: quia non imponeretur silentium appellato. Ita dom. Abb.d.c.G.perpetuus.ult.col.& ibi do.Card. Io.And.& Imo.& etiam Felin.ibidem, uersi. limita tertiò.nu.14. col.eadem.iij.parte.

appellatus potest in causa appellationis non deductum deducere, & non probatum probare, sicut potest etiam appellans: de quo uide s.§.appellans in causa appellationis.

appellatus, qui negauit appellatum fuisse, non potest petere reuocari attentata, pendente appellatione, nisi recedat ab illa impugnatione.Fel.c. capitulũ.de rescri.uersi.& istis adde.nu.9.col.870.

appellatus si recipit appellationem, uel aliàs interest sua, ne appellatio deferatur, non potest appellans illi renunciare.Fel.c.ex parte. lo ij.de rescrip.uer. si appellatus.nu.5.col.527. Adde tu, quòd etiamsi appellatus non recepisset appellationem, & sic re integra existente appellans renunciasset appellationi, debet condemnari in expensis, c.interposita, §.ille.de appel. & hoc in expensis ratione prosecutionis.

¶ Approbatus ad unum officium, potest ad aliud simile reprobari. Ita no.do.Abb.c.præsentium.col.ij.de testi.uer.aduerte. Adde Fel. uersi.in gl.j.in fi. nu.7.col.719.parte ij.

approbatus semel an possit reprobari. Vide, quæ posui in litera R. uerb. reprobare.

approbatus semel ad unum officium, non potest amplius respectu eiusdem officij reprobari. Ita do. Abb. c. cùm uenerabilis.de excep.pe.col.uer.& ex prædictis. Et idem tenet ibi Imo.& do.Abb. c.scriptum.in fin.de elec. Ant.de But.c.præsentium. de testib.iij. col. Adde, quòd secus est, si esset dissimile officium: quia posset reprobari. Vide Fel.d.c. cùm uenerabilis.nu.48.uersi.ultimò tenementi.col.76. Adde & limita, q. ista non habent locũ in superiore: qa ex causa potest semel approbatus in uno officio, reprobari in eodem officio, uel simili. Ita dom. Abb. d.c.cùm uenerabilis.ult. col. uersi. limita tamen. Adde Fel.d.c.cùm uenerabilis.uer.limita, ut per Abb.nu.49.col.77.

¶ Arbiter non potest esse, nisi attigerit uigesimum annum: quod amplia, etiamsi attigerit compromisso pendente. Spe.tit.de arbitro. §.ij.uersi. item si minor. Adde Fel. c.cùm uigesimũ.de officio deleg.uersic.illud, quod.nu.4.col. 1231.

arbiter & delegatus in quibus æquiparantur, & in quibus differunt, uide elegantissimè per Felin. c. penul. de offi. deleg. num.1. colum.1233.

arbiter qui habet pronunciare de iure, an possit iudicare secundum statuta loci. Vide, quæ posui in litera L.§.iudex, qui habet pronunciare de iure.

arbiter, qui ex potestate sibi à partibus cõcessa, potest sine scripturis procedere, intelligitur, q. partes contentarunt stare simplici relationi ipsius. Ita do. Abb.c.quoniam contrà.de proba.iij.notabi. Felin.d.c.quoniam.uersic.subdit etiam hic signanter.nu. 2. & 3. col. 513.ij. parte: & ibi dicit, quòd ista opi. communiter non tenetur. ibi eum uide.

arbiter, qui habet potestatem prorogandi compromissum, non poterit prorogare illud, nisi bis, etiamsi in instrumento posita sit ista clausula, semel & iterum. Bal.c.præsentata.de testi.iiij.colum. Adde Fel.c.licet.iij.de testi.uersi. Ex quo infert Spe. nu.4.ij.parte, col. 817.

arbiter non potest punire testem delinquentem coram se: quia iurisdictione caret, nisi esset electus ex forma statuti. Ita Ang.l.si uacantia.C.de bonis uac.lib.x.Tamẽ dicit ibi, q. nunquam uidit hoc seruari. Adde Felin. c.fi.de re iudica.nu.12.col.661.

arbiter potest iudicium suum interpretari. Bart.l.ne in arbitris.C.de arbi.in fin.Arch.ij.q.iij.§.ex his.Fel.c.qualiter & quando.de accusa.el j.uer.tertiò no.q. arbiter.nu.23.col.827.

arbiter an possit imponere pœnam mortis, quando aliàs esset iudex competens delicti. Vide, quæ posui in litera P. §. pœna, quæ est imponenda.

arbiter potest cognoscere, si sua sit iurisdictio, si uertitur dubium super qualitate rerum expressarum in compromisso. Fel.c.super literis.nu.18. uersi.an sua sit iurisdictio.de rescrip.col.650.

arbiter an possit ferre sententiam de nocte. Fel.c.consuluit.nu.18.uer. gl.in uerbo, tenebras.de offi.deleg.col.1142.

arbiter, qui uerisimiliter acceptando arbitrium apparet, q. imponeret finem controuersiæ, & non acceptat, peccat mortaliter. Ioan. de Imol.c.pastoralis.de off.dele. Vide glo.c.sicut.xj.q.j. Adde Fel. c.pastoralis.de offi.deleg.nu.6.uers.gl.in uer.cõpellere.col.1172.

arbiter potest ferre sententiam: de quo uide, quæ posui in litera S.§. sententia lata super parte.

arbiter, si tulit sententiam contra ius litigatoris, sententia est nulla: & hoc, quando in compromisso fuit dictum, quòd ipse arbiter non possit procedere de iure & de facto, sed pronunciare de iure: quia si pronunciat contra ius litigatoris, non ualet sententia. Bart.l.diem.§.stari.ff.de arbi.de quo uide Fel.c.causam.de re iudic.uersi.obstat fortiter.nu.8.col.496. ubi ponit opiniones contrarias, postea uidetur tenere opin. Barto. quòd no. Adde, quòd istam opin. Bart.tenuit dom. Abb.d.c.causam.ulti. colum.uersic. & aduerte.

arbiter, si pronunciauit se non esse arbitrum, compromissum expirat. Vide, quæ posui in litera I. §. interlocutoria, per quam finitur iurisdictio.

arbiter non est capax prorogationis. Vide, quæ posui in litera P.§. prorogatio coram arbitro.

arbiter malè arbitrando facit litem suam. Text. & glo.l.pe.C.de arbi.& ibi Doct.do.Abb.c. pastoralis.§. quia uerò. uer.sed quæro. de offic.deleg. Vide Felin. d.c. pastoralis. §. quia uerò. num.20. uersic.item dicit Abb.col.1178. Adde, quòd arbiter, qui negligit intra terminum arbitrari, facit litem suam, sicut malè arbitrando. Ludo.Ro. consilio cccxxviij. incip. In casu propositæ q. siue consultationis.

arbiter si pronunciauit contra formam compromissi, semper potest

opponi cõtra sententiam: de quo uide, quæ posui in litera E.uersi. exceptio, quæ prouenit ratione defectus.

arbiter & arbitrator potest eligere alteram uiam: tamen in non eligendo potest, & uidetur procedere utraq; authoritate: & poterit pars, si erit læsa, petere reductionem inspecta potestate arbitramentali: dom. Abb.c. Quintauallis. de iureiur. penul.charta, uersic.ego autem.Felin.c. cum ex officij.de præscript. uersi.ex ista conclusione.num. 21,22,23.col.329, & 330. Et sic not. quòd quando præclusa est una uia ad appellandum, datur alia, ut hic in exemplo posito.

arbiter si processit, ut arbiter & arbitrator, à sententia arbitri non fit reductio, neque appellatur, l.j.C.de arbi. sed bene à sententia arbitratoris. Vide, quæ posui in litera D.§.delegatus potest esse arbiter & arbitrator. Et ibi habebis omnia clarè: & uide Fel. in materia ista, d.c.cùm ex officij. uersic.inducuntur ista. nu.32.col. 334.ubi reassumit totã istam difficultatem, & ibi latissimè ponit, quid tenendum.

arbiter & arbitrator potest eligere, quã uiam uult, in procedendo, sic quòd una electa non potest ad aliam redire. Spec. tit. de arbi. §.fin.uer.sed pone. Bart.l.si dominum.ij.colum.ff. de furt.Barto. & Bald.l.iij.ff.de milita. testam. do. Abb.c. Quintauallis.penul. char. uersi. secus tamen in arbitro.Felin.c.cùm ex officij.de præscri.uersic.sed hic attende.nu.23.col.330.Et ibi dicit, quòd hoc maximè est uerum in iudice ecclesiastico.

arbitro an censeatur statuta instantia, sicut iudici. Vide per Fel.c.uenerabilis.de iudi.uersi. Coram arbitro.nu.22.col.164. Adde do. Abb.d.c.uenerabilis. ult.col. uersic. ultimò quæritur. Adde, quid in arbitratore. Vide do. Abb.loco præal.& Fel.ubi s.

arbitri electi communi consensu partium, si discordant, compelluntur eligere tertium, l.item si unus.ff.de arbit.Pone modò, quòd sit electus iste tertius, an debeat pronunciare unà cum alijs, uel eorum altero: do. Abb.c. suspicionis. de offi.deleg.j.col.uersi. item not.dicit, quòd Legistæ d.l.item si unus.dicunt, quòd duo debent pronunciare secundum consilium istius tertij: quod etiam tenuit Spec.tit.de arbi. §.fi. uersi.sed nunquid. & Bart.d.l.item si unus. Alij dicunt, quòd iste tertius debet solus: postea dicit do. Abb.quòd placet sibi, ut iste tertius debeat pronunciare unà cum alijs. Adde Felin.c.suspicionis. uersi.utrùm uerò.nu.1.colum.1223.ubi dicit, quòd Bal.l.j.ij.opposi. C. de his, quæ pœnæ no.sensit, quòd solus pronunciet iste tertius: sed postea l.iubemus.C.de appel.sentit contrarium: & ibi Fel.tenet opi.do.Abb.

arbitri iuris possunt pronunciare tertio absente: & hoc, quia maior pars est præsens. Barto.l.item si unus.§.si plures.ff.de arbi. Et ibi dicit, quòd non est sic in uoluntarijs. Idem tenet Bal.c.cùm uigesimum. de officio deleg.ubi dicit, quòd l.cùm Iulianus. ff. de arbi. non habet locum in arbitris iuris. Felin.c.suspicionis.uersic. gl.in uerbo, ad quos.nu.2.col.1223.

arbitri iuris magis sapiunt naturam potestatis delegatæ, quàm compromissoriæ. Ita dom. Abb.c.fin.de re iudi.penult.colum. uersic. q. si arbitri. & Bart.l.fi.C.de iudic.ubi Bal. & Sali.Fel.d.c.fi.nu. 11.uer. sententiæ arbitrorum. col. 661. Adde, quod dubium est, an ab istis arbitris iuris possit appellari. Bar.l.j.C.de nouo codice comp.tenuit, quòd non: & sequitur Ant.de Butr.c.Quintauallis. de iureiuran.xvj.col.& Domi.de sancto Gemi.c.ab arbitris.circa fin.de offi. deleg.in vj. Adde, quòd contrarium tenent do. Abb. c.cùm dilectus.de arbi.x.col.& Bar.l.j.§.interdum.in fi.ff.à quibus appel. non licet. Bald.l.penul.in fin.ff.de his, qui sunt sui, uel alieni iuris. & l. diem.§.stari. ff.de arbit. Vide per Felin.d.c.fin. uersi.& hinc est, quòd nu.11. & 12.col.ead.& col.662. Adde, quòd istud habet locum etiam in arbitris electis ex forma statuti inter consanguineos: & hoc procedit, etiamsi esset factũ pactũ de non appellando. Ita Pau.de Cast.l.à diuo Pio.ff.de re iud.in princi.Lanfran.tracta.suo de arbitris.xxiiij.q.

arbitri iuris non eliguntur, nisi in casibus à iure expressis. Notat Fel. c.pastoralis.in princ.nu.1. de rescrip.col.548. Adde, quòd contrarium tenuit Panor. ibidem colu. ij. ut latè uidere poteris per Fel. ubi suprà.

arbitri qui possunt de consensu partium prorogare terminum compromissi, & non est dictum semel, uel pluries, intelligitur de una prorogatione, & prima. Fel.c.fi.nu.4.uer.dispensatio ad duo.de treuga & pace.col.1391.& c.licet.lo iij.nu.4.de testi.uer. ex quo infert.col. 817. parte ij.

arbitri statutarij possunt pronunciare tertio absente: quia maior pars est præsens. & sic, quod est dictum de arbitris iuris, habet locum etiam in arbitris statutarijs. Ita do.Abb.c.cùm dilectus.x. col. de arbit.ubi dicit, quòd ab istis appellatur, sicut ab arbitris. Item tenet Imo.l.j.penul.col.ff.sol.matri. Domi.de sancto Gemi. c.ab arbitris.de offi.deleg.in vj.Adde Fel.c.suspicionis.de offi. dele.uer.& omnia, quæ dicuntur.nu.3.col.1224.

arbitri statutarij inter consanguineos electi, an cogantur acceptare. Vide Inno.c.suspicionis.de offi.deleg.& Imo. ibi. Adde Fel.c. pastoralis.de offi.deleg.uer.est alius casus.nu. 7.col.1172.

arbitri à delegatis in hoc discrepant, quòd coram illis non habeat locum reconuentio, coram his uerò sic. Felin.c. penul.de offi. deleg. in prim.nu.1.col.1233.

arbitrorum plurium simpliciter datorum tempus morte unius expirat. Fel.c.uno delegatorum.de offi.deleg.nu.1.col.1233.

arbitrorum iuris sententiæ cuius potestatis naturam sapiant: uide §. arbitri iuris magis.

arbitris committi debere quæstionem reuocationis rescriptorum, in casu quando iudices in cognitione dissentiunt. Vide Fel.c.pastoralis.de rescrip.in prim.nu.1.col.548.

arbitris, qui ad cognoscendum de iudicum competentia electi erant, illos esse iudices competentes, qui non sunt, pronunciantibus & partibus non appellantibus, illi ipsi iudicum officio fungentur & de causa cognoscent. Felin.c.pastoralis.de rescrip.nu.10.uersi.dicas etiam. col.556.part.j.

arbitros statutarios interdum cõuenire cum arbitris iuris, Vide Fel. c.suspicionis.de offi.deleg.nu.3.uersi pro quo uide.col.1224.

¶ Arbitrator an possit ferre sententiam de nocte. Dic, q. sic: & ista est limitatio ad text.c.consuluit.de offi. delega. quam ponit Bald. l.eos.§.sentiunt.in fi.C.de appel. Adde Felin.d.c.consuluit.uer.gl. in uerbo tenebras.nu.18.col.1142. Adde, quòd istud uerum est in casib.in quib.arbitrator procedere potest partibus absentib. Qui autem sunt isti casus, Lud.Roma.numerat d. l. si quis arbitratu. ff.de uerb. oblig. Et in materia ista uide Felin.d.cap. consuluit. uerbo prædicto.

arbitrator non tenetur ferre sententiam conformem libello: de quo uide, quæ posui in litera S. §. sententia debet esse conformis libello.

arbitrator, qui malè arbitrando lædit partem, tenetur solùm de dolo, & lata culpa: dom. Abb.c. pastoralis.§. quia uerò. uersic. sed quæro.de offi. deleg. Istam conclusionem firmat Imol.l. diuus.ff. de senten.& re iudi.& ibi Roma.ubi reprobant gl.l.j.C.de contrahen.emp. Limita tamen, nisi læsisset in modico: quia tunc tenetur.Bart.& Sali.l.penul.C.de pac. Limita etiam, ubi data esset ei latissima potestas: quia non tenetur, nisi de dolo uero, uel præsumpto. Ita Ange.de Are.l.j.col.v.in prin.ff.de appel.re. Text.l. qui superstitis.C. de dolo, ubi text.dicit, quòd si læsio est enormis, quòd præsumitur dolus: de quo diffusè per Felin.d.c.pastoralis.§. quia uerò. nu.20.uer.item dicit Abb. col.1178. Adde, quòd arbitrator malè arbitrando facit litem suam. Ita not. Bart.l. penul.C. de pact. col.fi.uersi.ultimò no.& l.fi ff. si mensor fal. mo. dix. Vide Pau.de Cast.consi.lxxj.

arbitratores electi communi consensu partium, si non possunt conuenire in unum iudicium, an sint compellendi eligere tertium, sicut statuitur in arbitris uoluntarijs, ut l. item si unus. in fi. ff. de arbi.& c.innotuit.eodem tit.do.Abb.c.suspicionis.de offi.deleg. uersic. sed notabile dubium. dicit, quòd doctores Canonistæ non tangunt quæstionem istam: postea dicit, quòd Bald. tangit hanc difficultatem c.j.de inuestitu. in mari.fac. Colla.x. & dicit, quòd Bal.ibi tenet, quòd non. Adde, quòd Bald.l. hac edictali. §.his illud.C. de secun.nup.dicit, quòd si arbitratores discordant, partes debent eligere tertium. Tamen contrarium uoluit idem Bald.l.ij. penu.col.C.de rescin. uend. Idem tenet do.Car. consi.suo lxxxvj. In causa, quæ uersa est.ubi dicit, quòd d.l.item si unus, non habet locum in arbitratoribus.Bal.l.si.x.q.C.de contrah.emp. Adde Fel. d.c.suspicionis.nu.1.col.1223. tenere opinionem Bal.

arbitriũ iudicis: & sic in commissis arbitrio iudicis, si partem lædit, uel grauat, an possit appellari? Et dic, quòd regulariter potest appella=

appellari ab arbitrio iudicis: quia licet potest arbitrari, tamen non potest ledere partem: glo. c.ij. de corpo. uitia. Barto. lege, si qua pœna. ff. de uerb. significa. Fel. c. super his. de accu. uersi. in gl. in uerbo, arbitrium. num. 7. col. 797. Adde & limita regulam istam, nisi iudex haberet arbitrium liberum: quia ab eius arbitrio non potest appellari. Innoc. c. fin. de fer. circa fin. do. Abb. d. c. super his. Bal. l. ubi pactum. C. de transact. in fin. Felin. d. c. super his. col. 798. nu. 8. uersi. & ideo. Item limita istã regulã, quando actus decisus à iudice suo arbitrio non esset præiudicialis: quia non licet appellare. Innoc. c. pastoralis. de rescrip. Felin. d. c. super his. uersi. secundò limita. nu. 9. col. 798. Item limita dictam regulam, quando iudex arbitrabitur super his, quæ spectant ad eius officium: quia non potest appellari. glo. c. j. de censi. c. vj. uerbo, diffinitionem. Felin. d. c. super his. uer. tertiò limita. nu. 10. col. ea. Itẽ limita prædictã regulam, quando lex aliquid committeret conscientiæ iudicis: quia si iudex arbitrabitur pro conscientia sua, non appellatur: gloss. c. statutum. de rescrip. in vj. uerbo, relinquatur. Tamen habes glo. in contrarium cle. j. de iure patro. Vide Felin. pro concordia d. c. super his. uer. quartò limita. nu. 11. col. ea. Item limita prædictam regulam, quando lex permiitit iudici dispensationem, si iudex non uult dispensare, non potest appellari. Bald. l. quicunq; C. de seru. fugi. vj. col. Felin. d. c. super his. vj. col. uersi. quintò limita. nu. 12. ubi proxi. col. 799. Item limita prædictam regulam, quando lex ponit in potestate & dispositione iudicis: quia si non uult uti potestate sua, non appellabitur. Felin. d. c. super his. uersic. sextò limita. nu. 13. col. ea. Tamen si pars petit, & iudex denegat, potest appellari. Felin. ubi suprà. uersi. secundò fallit. col. ea. & ibi latissimè ponit de materia ista: quem uideas omnino. Adde ad ista, quòd quando causa est commissa alij iudici, ut illam suo arbitrio decidat, an ab eo potest appellari? Pau. Cast. l. iubemus. §. deferre. ff. de in lit. iuran. uidetur dicere, quòd non: & ita dicit uelle Innoc. c. conquestus. de usur. Adde tu, quòd illud uidetur uerum, quando committitur libero arbitrio iudicis, adeo quòd possit proferre, quẽ uult, iuxta id, quod habetur l. cùm quidam. la ij. ff. de leg. ij. Sed si simpliciter committitur arbitrio iudicis: quia appellatione arbitri intelligitur de arbitrio boni uiri, l. si libertus. ff. de oper. libe. la j. ff. de leg. ij. poterit tunc appellari ab eo: quod facit iudex uigore arbitrij, ut est text. cum glo. not. & ibi Bar. l. si qua. in glo. magna. ff. de uerb. signifi. & glo. d. c. super his. ubi do. Abb. & alij. Adde gloss. fin. iuncto tex. c. j. de confess. in vj. & clarè Domi. de sancto Gemi. c. ij. de iura. cal. in vj. Roma. l. admonendi. circa fi. ff. de iureiur. Et ita intellige Bald. l. ij. C. quomodo & quando iud. & Bald. l. quicunq; C. de ser. fugi. Spec. titu. de officio iudi. §. impedit. uersi. j. & Ioan. And. c. exceptionem. de excep. in fin.

archidiaconus non debet præcedere uicarium episcopi. Ita Felin. rubrica de maio. & obed. uersi. non ualet consuetudo. num. 10. col. 1302.

archiepiscopus an succedat in loco episcoporum suorum suffraganeorum: data ipsorum negligentia. Ponit Felin. c. pastoralis. de offic. ordi. uersi. tempera istas limitationes. nu. 5. & col. 1252. uersi. circa nouam opi. ubi latè, nu. 6. col. 1253.

archiepiscopus potest tollere prauam consuetudinẽ in diœcesi suffraganeorum, & excommunicare seruantes eam. Ita Felin. d. c. pastoralis. de offi. ord. uer. ultra scribentes. nu. 7. col. 1254.

archiepiscopus potest assignare terminum episcopo, ut constituat sibi uicarium, uel officialem: quo elapso archiepiscopus prouidebit. Ita Felin. d. c. pastoralis. de offi. ordina. uersi. potest archiepiscopus. nu. 8. col. 1255.

archiepiscopus punit subditos suffraganeorum suorum, quantum est in iure expressum: de simo. c. in tantum. nu. 2, col. 1019.

hiepiscopus delinquens in diœcesi suffraganei, non potest puniri arcper ipsum suffraganeum. Felin. c. cùm inferior. de maio. & obe. in princi. nu. 1. col. 1360. Adde, quid de episcopo, qui deliquit in diœcesi alterius episcopi, an possit per eum puniri: do. Abb. c. sanè. de foro compe. col. ij.

archiepiscopus potest excõmunicare subditos suffraganeorum suorum denegantes ei procurationem: dom. Abb. c. cùm ex officij. de præscrip. iiij. col. uersi. uenio nunc. Et pro ista opinione do. Abb. faciunt illa, quæ habentur per do. Alex. ff. de iurisdi. om. iud. j. col.

Adde, & intellige istud sano modo, dum modò archiepiscopus uisitet diœcesim suffraganeorum suorum: quia si negatur ei procuratio, poterit excommunicare: si autem non uisitat, tunc non poterit excommunicare: do Abb. d. c. cùm ex officij. iij. colum. uersic. ego concordando. Item intellige istud, quando subditi suffraganeorum nullam iustam allegarent causam in denegando procurationem: quia tunc posset excommunicare: si uerò subditi suffraganeorum allegarent iustam causam, non archiepiscopus, sed suffraganeus debet hoc cognoscere. Ita dom. Abb. loco præalleg. Adde Felin. d. c. cùm ex officij. uersi. in quantum. nu. 2. colum. 318. Adde etiam, quòd de iure archiepiscopus potest se impedire in subditos suffraganeorum suorum, ut est tex. c. pastoralis. de offi. ordina. & ibi Felin. nu. 1. col. 1248. enumerat multos casus circa potestatem archiepiscopi in subditos suffraganeorum. Adde etiam, quòd licet archiepiscopus possit excommunicare subditos suffraganeorum in casibus prædictis, tamen non potest punire non obseruantes excommunicationem. Fel. ubi suprà, quod nota.

archiepiscopus an dispenset cum subditis suorum suffraganeorum. Fel. c. at si clerici. §. de adulterijs. de iudi. nu. 18. col. 52.

archipresbyter & similes non habent uocem in capitulo de iure. Fel. c. cùm M. Ferrariensis. de consti. uersi. in ea. gloss. ibi, circa finem, nu. 18. col. 210.

archipresbyter, decanus, præpositus, & isti, qui habent dignitates in ecclesia cathedrali, utrum habeant uocem in capitulo: uide, quæ posui in litera D. §. dignitatem, uel personarum habens.

area an ueniat appellatiõe domus, tam in ultimis uoluntatibus, quàm in contractibus. Ponit Felin. c. Rodulphus. nu. 22. de rescrip. uers. hortus autem. col. 995.

argumentum à simili ualidum est in iure. Facit c. si quando. de rescrip. text. c. dudum. de præb. in vj. Instit. manda. §. item tenet. Fel. c. ij. de sponsa. uersic. quartò no. ibi, num. 9. col. 737. Adde, quòd hoc fallit, quando ius uellet trahere constitutionem ad præterita: quia non extenditur per argumentum à simili. Bald. c. j. an mari. succe. uxori. in feu. Felin. ubi suprà. Item fallit in statuto: & hoc, quandò in eo dicitur, quòd uerba statutorum intelligantur ad literam, prout iacent: quia tunc statutum non extenditur ad similem. Bal. l. ij. C. de patri. qui filios distra. penul. col. Adde, quæ est ratio? Dic tu, quia argumentum à simili non potest legi, sed uenit per coniecturas, l. j. ff. si tabu. testa. exta. Ita Bal. d. l. ij. Et facit doctrina Ang. l. si ita. ff. de libe. & posth. quòd stante statuto, sub simplicibus nunquam continetur casus mixtus. Item fallit in statuto, uel lege, quæ non habet in se expressam, uel tacitam rationem, sed solùm uoluntas statuentis esset pro ratione: quia isto casu argumentum à simili non sumeretur. Fel. d. c. ij. uersi. quartò limitatur. nu. 11. col. 737. Item limita, nisi detur dissimilitudo parua: quia tunc non procedit argumentum à simili. Ant. de But. c. fi. de consue. Felin. ubi suprà. uer. quintò limitatur. col. ead. Item fallit in statuto imponente pœnã habito respectu ad priuilegium: quia non fit extensio per argumentum à simili. Fel. d. c. ij. nu. 12. num. sextò limi. col. ea. Item fallit, ubi lex esset odiosa: quia argumentum à simili non habet locũ. Bal. l. fi. de inter. matr. Fel. ubi suprà, colu. ea. Item fallit in materia priuationis: quia in ea non procedit per argumentum à simili: quia in illa non imponitur pœna, nisi lex expressè dicat. Bald. authen. ex testamento. C. de sec. nup. Vide Archidia. & Domi. de sanc. Gemi. c. relatum. xxvj. dist. Fel. d. c. ij. de sponsa. uersic. octauò limita. nu. 13. col. 738. Adde ad ista, an argumentum à contrario sensu habeat locum in statutis ad corrigendum ius commune: glo. c. j. de æta. & quali. in vj. in glo. ij. tenuit, quòd non: & idem tenet glo. c. significasti. de foro compe. in gl. magna. glo. cle. j. de sen. excom. uerbo, obseruare. Et pro ista conclusione facit dictum Bal. l. j. C. de inuti. stipu. quòd si statutum disponit, quòd minor xxv. ann. non possit se obligare, nisi cũ certa solennitate, non potest sumi argumentum à contrario sensu, ut post illam ætatem possit se obligare. Adde & limita istam conclusionem, quando statutum operetur aliquid in sensu directo: aliàs sumeretur argumentum à contrario sensu, etiam ad corrigendum ius cõmune, ne statutum sit superfluũ. Lud. Ro. l. si cùm dotẽ. in prin. ff. fol. matri. Bal. l. obseruare. §. proficisci. ff. de off. procõsul. & leg. iiij. q. Vide Imo. & do. Alex. d. l. si cùm dotem. Fulg. et Pau. de Cast. & do. Alex. l. j. ff. de offi. eius, cui man. d. est iurisdi.

argu-

argumentum à contrario sensu habet locum in uerbis contrahentium. Felin. c. significasti. de foro comp. uersic. istis iunge. num. 9. col. 247.

argumentum à contrario sensu habet locum etiam in rescriptis. Fel. c. significasti. de foro cõpe. uersi. amplia secundò. nu. 11. col. 247.

argumentum à contrario sensu, an habeat locum in statutis? Vide suprà in uer. præcedenti.

argumentum à contrario sensu habet locum etiam in sententijs. Felin. c. significasti. de foro compe. uersic. amplia quartò. num. 13. col. 247.

arma quæ dicantur. Vide do. Card. cle. ne in agro. §. ne præfatæ. v. q. de statu. mona. Adde Felin. c. ita quorundam. de Iudæis. uersi. in glo. ij. in fi. nu. 2. col. 1061.

articulans an uideatur fateri omnia contenta in ipsis articulis? ponit Fel. c. examinata. de iudi. uersi. in quantum dicitur. nu. 2. col. 131.

articulus falsus productus in iudicio, si pars producens dicit se nolle eo uti, utrùm excusatur à pœna: dom. Abb. c. præsentium. de testi. iiij. col. Et dicit, quòd si pars à principio non approbauerit articulum, quòd tunc excusatur: secus, si approbauerit. Vide Bart. l. si falsos. C. de falsis. Adde Felin. d. c. præsentium. uer. secunda conclusio. nu. 11. col. 720. ubi dicit, q. absq; dubio in producente falsum articulum scienter, q. committitur falsum, si super eo producit testem: secus est, si ignoranter formauit falsum articulum.

articuli quando producuntur, an pars sit citanda? Vide, quæ posui in litera C. §. citatio partis.

articuli possunt dari post terminũ assignatũ per iudicẽ in causa spiritualij, & etiã profana, dum modò dentur ante cõclusionẽ in causa. Ita do. de Rot. in tit. de testr, decisio. xxj. in antiquis. Et idem tenet Felin. c. pastoralis. de except. uer. demum uide. num. 30. col. 35.

articulos & probationes in dubio iudex debet admittere, et non respuere: de quo uide, quæ posui in litera P. §. publicatio sola testium. circa fin.

artifices an teneantur edere actori librum suarum rationum, quem faciunt ratione sui officij ad intentionẽ fundandam actoris. Vide, quæ posui litera M. §. mercatores & artifices.

ASSERIS: Cauti aduocati & procuratores semper ponunt in omnibus responsionibus suis uerbum istud Asseris, ne uideantur confirmare dicta partis aduersæ. Ita Ant. de But. & Imo. c. ad hæc. de rescrip. Bart. extrauag. ad reprimendam. uerbo, asserit. Bald. multa dicit de ista clausula c. studuisti. de offi. del. eg. Cald. tit. de rescrip. consi. viij. domi. de Rota decisi. cccl viij. incip. Papa confert. in nouis. Adde Felin. c. iurauit. nu. 1. de proba. nu. 1. uer. in textu, ibi. col. 419. parte ij.

¶ Assessor. An iudex tenetur requirere consensum partis in electione assessoris? Dic, quòd non. Tex est c. statutum. §. assessorem. de rescrip. in vj. Adde Felin. c. super quæstionum. §. uerum. de offi. deleg. uersi. glo. uerbo. recipiatur. nu. 9. col. 1161. Adde, an iudex tenetur ex facto assessoris? Inn. d. c. super quæstionum. §. uerum. tenuit, quòd sic. Glo. c. hoc quippe. ij. q. vj. tenuit contrarium. Idem tenuit Imo. l. iiij. §. in eo. ff. de dam. infec. Adde Fel. d. c. super quæstionum. §. uerum. uersi. prædicto, ubi suprà, col. ea. Adde, an imperitia assessoris excuset iudicem: gl. l. ij. ff. quod quisq; iur. tenet, quòd imperitia assessoris non excusat iudicem: & omnes illam approbant. Idem tenet Ang. l. j. C. de his, qui lat. oscul. Bal. l. mancipia. C. de ser. fugi. Limita, nisi respublica elegisset illum. Bal. l. j. C. de pœna iud. qui ma. iud. Sali. l. fin. eo tit. Limita etiam, quando partes elegissent. Bald. l. obseruare. §. proficisci. xxx. col. ff. de offi. proconf. & leg. Limita etiam, quando esset doctor collegij. Ita Sal. l. fin. C. de pœn. iud. qui malè iud. Adde Fel. d. c. super quæstionum. §. uerum. uersi. alleg. ead. col.

assessor episcopi, uel alterius iudicis ecclesiastici, an possit esse laicus? Vide, quæ posui in litera L. §. laicus, an possit esse assessor.

assessores debent resistere iudici ad errorem inclinato. Ita Felin. c. si quando. de rescrip. j. colum. Adde gloss. l. quoniam. C. de appel. & ibi Bart. nu. 1.

¶ Astringens se generaliter ad probandum aliqua, quæ aliàs insolidum sufficerent, si non probat omnia, succumbet. Ita Felin. c. ex parte. de rescrip. uersic. restringe secundò, nu. 38. col. 396.

astrictus probare debitum per instrumentum tantùm ex forma statuti, poterit, non obstante statuto, probare per quinq; testes. Ita do. Abb. c. ij. de proba. in fi. Adde Felin. d. c. ij. uer. tertiò intellige, nu. 14. ij. parte, col. 396.

astrictus probare debitum per instrumentum ex forma statuti, poterit tamen probare damnum, quod dependet à contentis in instrumento per testes: de quo uide, quæ posui in litera S. §. statutum, quod restringit facultatem probandi.

ATTENTATA post appellationem per iudicem, pars non debet facere mentionem de rescripto secundo. Felin. c. ex tenore. de rescri. uersi. de rescripto nullo. nu. 2. col. 581.

attentata post appellationem ab interlocutoria non sunt nulla. Limita, nisi iudex ad quem, inhiberet. Tex. est c. non solùm. de app. in vj. Adde, quòd hoc intelligitur, si inhibitio sit facta canonicè: aliter non. Ita Domi. de Rot. decisi. sua cccxxij. in nouis. Vide per Felin. c. super quæstionum. §. fi. nu. 20. de offic. deleg. uer. nota, quòd. col. 1168.

attentata post appellationẽ extraiudicialiter interpositam reuocantur officio iudicis: & de modo probandi, Felin. c. dilecti. col. pen. uersi. gusta principaliter dictum. de maio. & obed. ibi, materiam attentatorum. col. 1350. nu. 4.

attestationes an sint publicandæ de necessitate, ad hoc ut sententia ualeat. Vide, quæ posui in litera P. §. publicatio testium.

attestationes factæ in iudicio criminali, faciunt fidem in alio iudicio, & inter alias personas. Ita do. Abb. c. testimonium. de testib. viij. col. Et hoc nota.

attestationes si sunt inspectæ solùm, & pars eas non percunctauerit, non excluditur ipsa pars à productione aliorum testium super eisdem articulis: do. Abb. c. ultra tertiam. de testib. ultimo notabi. Adde Fel. ibi in prin. nu. 1. ij. parte. col. 846.

attestationes si non sint uisæ à parte, sed auditæ à testibus referentibus, qui dixerunt illud, quòd deposuerunt, propter hoc non dicuntur, quòd sint didicitæ, adeo quòd noui testes non possint produci super eiusdem articulis. Ita do. Abb. c. ultra tertiam. de testib. j. col. uersi. secunda quæstio. Adde Fel. ibi in princ. nu. 2. col. 847. Et ibi posui additionem.

attestationes partis aduersæ si sint didicitæ ab alia parte, noui testes nõ possunt amplius produci. Fel. c. ultra tertiam. de testi. uer. item scias. nu. 3. col. 847.

attestationes si sint apertæ à iudice: & quamuis pars nondum eas uidit, tamen noui testes non possunt produci. Fel. c. ultra tertiam. de testi. j. col. uer. item scias, quòd si iudex. nu. 4. col. 847.

attestationes nullæ possunt ratificari per partes. Fel. c. significasti. de foro compe. uer. adde etiam Bal. nu. 8. col. 246.

attestationes apertas habens penes se, præsumitur eas didicisse: de testi. c. constitutus. nu. 4. col. 717.

attestationes nullæ possunt haberi ratæ per consensum partium, non solùm expressum, sed etiam tacitum: do. Abb. c. cùm causam. de testib. ix. col. uer. oppo. contra. & hoc ex mente Inno. De quo passim uide Bal. do. Car. & Ant. de But. ibi: domi. de Rota decisi. clxij. incip. Item not. in antiquis, & domi. de Rota decisi. cclix. incip. Item si auditor. Bar. l. j. ff. de ferijs. Bal. l. fi. C. de testib. in princ. Bal. l. nõ ignorat. in fi. C. quæ accusa. non pos. Fel. in d. c. cùm causam. uer. in gl. fi. ibi, sed illud. nu. 19. col. 762. ij. parte. Adde & limita cõclusionẽ istam, quòd quando attestationes sunt nullæ ex defectu recipientis, putà quia iudex est incompetens: quia isto casu tales attestationes non conualidantur consensu utriusq; partis. Ita do. de Rot. in d. conclusi. cclviij. suprà alleg. Ita eleganter Felin. d. c. cùm causam. uersi. fallit secundò. nu. 20. col. suprà prælleg. Item limita conclusionem istam, quòd quando in testibus adest talis defectus, qui non potest consensu partium conualidari, ut quando testes sunt recepti ante litem contestatam, ut per Innoc. c. significauit. de testi. quem sequitur Bal. authen. si quis in aliquo. ultima colum. C. de edendo. tunc etiamsi partes consentiunt & attestationes istæ sic receptæ ualeant, tamen non conualidantur: do. Alex. l. j. ff. de ferijs. licet Hosti. d. c. significauit. teneat contrarium, & malè. Item limita conclusionem istam, quòd si testes sunt corruptí pecunia: nam nullitas dicti talium testium non potest cõmuni consensu utriusq; partis comprobari. Ita Bar. authen. qui semel. C. de prob. penuli. col. in fi. & do. Alex. d. l. j. Adde, quòd contra Bart. tenuit dom. Ias. præceptor meus, d. l. j. ff. de ferijs. iiij. col. uersic. ego dubito.

audien-

audientia causæ commissa tantùm, non potest ille diffinire eam sine expressa licentia committentis. Scribentes cle. auditor. de rescrip. Adde do. Ab. c. significasti. de offic. deleg. Ioan. And. in addi. Spec. tit. de leg 4. §. sequitur. uersi. & not. Domi. de sancto Gemi. c. j. de supplen. negli. præla. in vj. do. Ab. c. cùm super. de causa possef. & Imo. c. ueniens. in ultimo notabili, de reniu. et Fel. d. c. in præsentia. nu. 20. uersi. in tex. ibi, de mandato. de proba. col. 443. parte ij.

auditor sacri palatij quam iurisdictionem habeat, an ordinariam, uel delegatam? Felin. rubrica de rescrip. uersi. hos quinq; casus. col. 356. Adde, quid de alijs Auditoribus curiæ, putà contradictoriarum cameræ? Vide glo. cle. auditor. de rescrip. in j. gl. in rub. de offi. deleg. uersi. quæro, utrùm auditores.

auditores sacri palatij quem modum obseruant in citationibus fiendis de persona absentis? Vide, quæ posui in litera C. §. citandus.

auditores Rotæ non habent authoritatem legis cõdendæ: et ideo sententia contra decisiones Rotæ lata, ualet. Vide, quæ posui in litera S. §. sententia lata contra decisiones Rotæ.

¶ AVTHORITATES Diuinæ scripturæ sunt approbatæ, possunt tanquam leges allegari in causis. Ita Felin. c. ex parte. de rescrip. nu. 48. uersi. authoritates diuinæ Scripturæ. col. 406. Et aliquid per eundem c. quaeliter & quando. el. ij. de accusa. uer nota primò in princ. colum. 903. Adde, quòd dictum unius Sancti munitum authoritate ueteris uel noui Testamenti, præfertur decisioni Papali, ità dixit glo. c. de libellis. xxij. dist. quam glo. exclamat do. Abb. c. qualiter & quando. el ij. de accu. Vide unum consil. Ioan. Cal. num. 30. sub rub. de testa. Et ibi dicunt isti per istam gl. quòd dictum unius sancti præfertur constitutioni Papali in decisionibus causarum.

authoritates poetarum quam uim habeant? Felin. de accus. c. qualiter & quando. lo ij. nu. 1. col. 904.

B

BAnnitus An possit hæres institui. Felin. c. ex literis. de consti. dicit, q. ciuis expulsus perpetua expulsione de ciuitate, non est amplius ciuis. Vnde quæro, an bannitus, qui perdit ciuitatem, utrùm possit institui hæres. Adde tu, quòd Bar. l. j. C. de hære. insti. tangit hanc difficultatem. Et primò de bannito nostri temporis, an illud, quod ibi dictum est in deportato, habeat locum in bannito nostri temporis, uel pro declaratione istius dubij allegat gl. Inst. quibus mod. ius pat. potest. fol. §. relegati. quæ facit illam distinctionem: aut bona eius banniti confiscantur, & æquiparabitur deportato: aliàs non. Tu dic, quòd illa gloss ibi per Doct. magis communiter reprehenditur per plurimas rationes, quas uide per Cyn. & alios ibi: & tene illud, quod dixit ibi Bar. & in illa disputatione incip. statuto Lucanæ ciuitatis. quia est cõmunis opinio, & magis communiter tenetur: nam Bart. in illis locis dicit, quòd si ex forma statuti tales banniti non possunt impunè offendi, non æquiparabuntur deportatis, & aliquo modo non amittent iura ciuitatis suæ, quantum ad acquirendum, nec amittendum iura ciuium Romanorũ: sed si possunt impunè offendi ex forma statuti, tunc perdunt ciuitatem suam & priuilegia suæ ciuitatis, seu statutorum ciuitatis, per l. amißione. ff. de capi. diminu. non autem iura, nec ea, quæ sunt iuris communis ciuium Romanorum: sicut enim deportatus, qui deportari debet authoritate imperatoris, iuxta l. j. §. deportatos. ff. de leg. iij. & l. ij. ff. de pœn. non perdit, nisi ea, quæ sunt imperij Romani, seu ciuium Romanorum: non autem ea, quæ sunt iurisgentium. l. quidam. ff. de pœn. quamuis imperator habeat potestatem tollendi ea, quæ sunt iurisgentium condendo legem generalem, ut probat Bar. l. fi. C. si contra ius, uel uti. pub. & in procemio ffórum, ij. col. ita etiam debet esse in bannito à rectore ciuitatis uirtute statuti, ut perdat iura et beneficia inducta per statuta illius ciuitatis, non autem iura communia perdat: quamuis ciuitas illa haberet potestatem tollendi iura communia per statutum, iuxta notata l. omnes populi. ff. de iusti. & iur. Adde, quòd Imol. l. ex facto. §. ex facto. ff. ad Trebel. tenet contra Bar. & dicit, quòd Sali. l. j. C. de hære. institu. tenet etiam ipse contra Bar. ibi: sed Sali. ibi tenet opi. Bar. quæ est communis: sed melius allegasset Ray. ibi d. l. j. quia in aliquibus tenet contra Bart. & Pau. de Cast. tenet ibi opi. Ray. & dicit, quòd ita consuluit. Tamen Imo. post Pet. de Anch. c. ij. de testa. melius considerans, tenuit opi. Bar. ibi d. l. j. C. de hære. insti. quæ communis limitat hoc singulariter Bal. l. iij. ult. col. C. si pend. app. mors sequatur: nisi statutum dicat, quòd banniti sunt extra protectionem communis: quia intelligitur tam quo ad iura cõmunia, quàm quo ad municipalia. Et isto casu saluatur opi. Pau. de Cast. ibi d. l. j. C. de hær. inst. & sequacium. Et quia materia est longa, uide Specu. & Io. An. tit. de instrumen. edi. §. compendiosè. uersi. quid de bannito, & tit. de actore. §. j. uersi. Item quòd bannitus. & tit. de arbitro. §. refert. uer. quid de bannito. & Io. An. addi. Spe. tit. de accu. iij. parte, §. sequitur. in addi. incip. do. Odoff. per Dy. l. si quæramus. ff. de testa. per Iacob. de Bel. in disputatione incip. Sempronius. quam ponit C. ut intra certum tempus. post l. ij. Cy. & omnes d. l. j. C. de hær. inst. Iac. But. authen. item quicunq;. C. de episf. & cler. Bar. & Bal. d. l. amißione. §. j. de cap. diminu. Bar. extrau. qui sint rebelles. uersi. rebellando. Bar. & alij. l. ex facto. §. ex facto. ff. ad Trebel. Guli. de Cu. Bar. Bal. l. si qua pœna. ff. de his, qui sunt sui, uel alie. iur. Bar. Bal. Imol. l. eius, qui. ff. de testa. Ang. in disputa. incip. Bononiensis. iij. q. do. Alex. d. l. j. C. de hære. insti.

Bannitus ex contumacia ex forma statuti, non est infamis: ideò alibi erit testis. Felin. c. postulasti. de fo. compe. nu. 5. uersi. pœna diminutiua. col. 232. Vide, quæ posui in litera T. §. testis bannitus.

bannitus tolleratus in ciuitate, quia talis tollerantia præstat ei securitatem, licet nondum sit de banno cancellatus, non potest offendi in persona, secundum Sal. l. nullus. C. de iudi. sequitur Ioan. de Ana. c. sicut. v. col. de Iudæ. dicens, se uidisse obseruari Bononiæ: & hoc est singulare dictum Felin. c. quæ in ecclesiarum. de consti. uer. quartus casus. nu. 7. col. 127.

bannitus, uel deportatus, qui acceptat officium publicum, cùm sit inhabilis ad hoc, qua pœna debet puniri: ponit Felin. c. scisciratus. de rescr. uersi. limita sextò. circa fi. nu. 8. col. 541.

bannitus, qui petit securitatẽ determinatè, sed indeterminatè concessa intelligitur secundum petitionem, utputà petit saluum conductum pro decem diebus, & fuit simpliciter concessus, intelligitur pro decendio. Fel. c. super literis. de rescrip. uersi. adde etiam Ludou. nu. 9. col. 644.

bannitus potest impunè offendi ex forma statuti: non habet locum hoc extra territorium. Vide, quæ posui in litera S. §. statutum disponens, quando bannitus possit impunè offendi.

bannitus, qui amisit omnia bona, si restituatur ad ciuilitatem, & etiã ad bona, an recuperet bona in alium alienata? Vide Felin. c. inter. de maiori. & obedi. uer. in quantũ aũt. nu. 4. col. 1325. Adde, q. imo bannitus restitutus non recuperat bona per fiscum alienata. Abb. c. j. de paroch. Vide Felin. c. super eo. de offi. dele. uer. quòd non ualet dispensatio. nu. 4. col. 1090.

bannitus restitutus per Papam, uel imperatorem, uel alium principem, ad bona confiscata, recuperat res emphyteoticas, etiam per Papam, uel alium principem iam alteri concessas. Ita Felin. c. inter. de maio. & obe. uersi. limita primò. nu. 5. col. 1326.

bannitus captus an possit interfici impunè: Bar. l. ij. §. transfugas. ff. ad l. Corn. de sica, tenet, quòd non: quia imo potest puniri: quia eum occidit: quia etiam carceratus non licet interfici. Fel. c. cum iuramento. de homi. uersi. item tangit hic. nu. 3. col. 1119.

bannitus mortuus an possit sepeliri in ciuitate, à qua est bannitus? Dic, quòd non. Casus est, & ibi Bar. l. ij. C. de cadaue. puni. Et in simili habetur de interdicto, cui interdictus est ingressus ecclesiæ, non poterit in ea sepeliri: do. Card. cle. j. in fi. de pœ. & remis. Felin. c. à nobis. el ij. de senten. excom. uersi. Nunquid percutiens. nu. 4. col. 1191.

bannitus an possit percutere, uel occidere alium bannitum, & an habebit præmium, sicut habent alij non banniti ex forma statuti. Gul. de Cug. l. j. ff. de iusti. & iure. tenet, quòd sic. Et idem tenet Bald. l. j. de precib. imper. offe. Bart. l. cùm mulier. ff. solu. matri. Fel. c. duobus. de senten. excom. nu. 1. col. 1233.

bannitus potest impunè occidi: & hoc, quando per statutum est ita sancitum: de quo uide, quæ posui in litera S. §. statutum, quòd bannitus. Tamen fallit in aliquibus casibus, ut hic §. bannitus non semper potest occidi impunè.

bannitus non potest semper occidi impunè, etiamsi statutum dicat, quòd bannitus impunè occidatur. Primus casus est, quando statutum non

tum non fieret ex causa. Secundus casus, quando filius occideret patrem. Tertius casus, quando quis occideret bannitum de banno, cuius pendet lis. Quartus casus, quando bannitus tolleratur in ciuitate. Quintus casus, quando quis occideret non rectè bannitum. Sextus casus, quãdo bannitus occideret seipsum. Septimus casus, quando occidens bannitum ignoraret illum esse bannitum. Octauus casus, quando occideret extra territoriũ bannientis. Nonus casus, quando quis occideret bannitum ex rancore: de quo uide Feli. c. quæ in ecclesiarum. de consti. uersic. per istã conclusionem. nu. 2. col. 126. Et ita habebis istos nouem casus enumeratos & declaratos, in quibus statutum non habet locum, uidelicet quòd bannitus possit impunè occidi. Adde ista ad illa, quæ posui in litera S. §. statutũ, quòd bannitus. & §. statutũ disponens.

bannitus, qui potest impunè occidi, potest etiam impunè spoliari, & bona sibi auferri. Vide Feli. c. quæ in ecclesiarum. de consti. uersic. nota secundò, quod stante. nu. 14. col. 130.

bannitus, qui non est audiendus ex forma statuti, neq; agendo, neque excipiendo, pone, quòd Titius bannitus agit contra Sempronium etiam bannitum, an Sempronius poterit excipere contra Titium, quòd est bannitus, & quòd non potest agere ex forma statuti: do. Abb. c. dilecti. de except. v. col. format quæstionem istam: & quòd iudex poterit repellere utrumq;. Idem tenet Bar. l. cùm mulier. ff. fol. ma. & Bal. l. si creditoribus. in fi. C. de seruo pignor. da. manumis. do. Abb. c. nulli. de accus. Adde Fel. d. c. dilecti. uersi. ad exemplum. nu. 5. col. 88.

bannitus à xx. libris suprà, qui ex forma statuti potest impunè offendi, si est condemnatus in x. libris in una causa, & in alia causa in alijs x. non dicitur condemnatus in xx. ad hoc, ut possit impunè offendi. Ita Bart. l. ubi fideiussor. ff. de fol. Bar. l. ij. §. j. ff. de condi. insti. Bal. l. sancimus. §. si quis. el j. C. de donat. do. Abb. c. ad Apostolicam. de reg ij. col uer. pone, statuto caueri. Vide Fel. c. in omni. de testi. in princ. nu. 1. col. 580. parte ij. Et ratio est: quia ubi adunatio, seu cumulatio summarum inducit odium, non debet fieri talis cumulatio: secùs, ubi induceret fauorem: de quo uide, quæ posui in litera C. §. coaceruatio plurium summarum. Et idem tenet Fel. d. c. in omni. uersic. prædicto. Adde ad ista: Pone: iudex in sententia dixit, Condemnamus Titium in uiginti libris: & postea dicit, decem pro percußione in facie, & decem pro percußione in brachio, an dicatur condemnatus in uiginti, ad hoc, ut possit offendi impunè. Bar. d. l. ubi fideiussor. tenet, quòd non potest offendi: quia non dicitur una condemnatio. Adde: iudex dicit, Condemnamus Titium in decem libris, quas si non soluerit intra decem dies, condemnamus ipsum in uiginti: dic, quòd isto casu, si nõ soluerit, intelligitur, condemnamus ipsum in uiginti libris: & sic poterit impunè offendi: de quo uide per scribentes l. ij. §. j. ff. de excu. tu. & per Bar. l. ij. ff. de pub. iudic, j. col. uer. circa hoc.

bannitus, qui perdit nobilitatem ex forma statuti, intelligitur perdidisse, quo ad lucra & honores: non autem, quo ad damna & onera & incommoda. Ita Fel. c. intelleximus. de iudic. nu. 2. uersi. nota ex isto textu. col. 68.

bannitus an possit impunè offendi intra tempus datum ad appellandum? Vide, quæ posui in litera R. §. reus damnatus ad mortem.

bannitus an possit citari in loco, in quo fuit exbannitus: & an teneatur mittere procuratorem. Vide, quæ posui in litera C. §. citatus, quamuis sit citatus.

bannitus an possit occidi ab hæredibus, uel consanguineis interfectis? Vide, quæ posui in litera S. §. statutum an ualet, quòd homicida.

bannitus potest occidi de iure communi impunè, etiam ubi non est statutum. Vide, quæ posui in litera S. §. statutum an ualeat, quòd homicida.

bannitus si comparet in termino banni, bannum resoluitur in uim simplicis citationis. Feli. c. ex literis. uersic. & per istum text. de consti. nu. 18. col. 317.

¶ Bannum an ecclesia habeat. Vide, quæ posui in litera E. §. ecclesia an habeat bannum, seu exilium.

bannum quando liget & obliget ad obseruantiã. Vide do. Abb. c. ij. de consti. in fine, ubi dicit, quòd sufficit, quòd sit publicatũ in eminentioribus locis ciuitatis, etiamsi non sit publicatum per totam ciuitatem: & hoc contra Archi. & ibi per eum. Adde Feli. d. c. ij. uer. Vlteriùs in quantum Abb. nu. 21. col. 77.

baptismus an deleat crimina facta & perpetrata ante ipsum baptismum, adeò quòd ipse criminosus non possit accusari: glos. pen. c. quòd autem, xxxv. q. j. tenuit, quòd sic. Idem tenet glos. iij. c. quoniam, xliiij. dist. & gl. ij. c. sine pœnitentia. de conse. dist. iiij. Et idẽ tenet Cal. Ant. de But. & Imo. c. de his. de acc. Arch. l dist. in summa. Adde, quòd contrarium tenuit Innoc. Host. & do. Abb. c. gaudemus. de diuor. & do. Abb. d. c. de his. ij. col. uersic. secunda limitatio. ubi Feli. uer. secundò fallit. nu. 7. col. 766.

baptismus: an pro baptismo recipiendo licitè possit dari pecunia? Vide, quæ posui in litera N. §. necessitas excusat à simonia.

baptismus potest mutari per Papam ex causa, secundũ formam uerborũ. Ita Innoc. c. j. de baptis. Feli. c. quæ in ecclesiarum. de consti. uersi. secunda conclusio. ibi, nu. 19. col. 131.

baptismus quando uitietur ex peruersione ordinis. Fel. in c. cùm dilecta. uer. ad istam regulam adde. de rescrip nu. 4. col. 683.

baptismus: an sufficit dicere, Baptizo in nomine Trinitatis. Fel. ponit c. cùm dilecta. de rescrip. uer. similiter dicit. nu. 11. col. 699. & d. c. quæ in ecclesiarum. num. 20. col. 132. de consti. Adde tu, quid si dicatur, Ego te baptizo in nomine Christi, an sit baptizatus? & ego dico, quòd non: quia licet dispensatum fuerit, ut Apostoli possent baptizare in nomine Christi, ut dicit gl. c. à quodam. de consecra. dist. iij. illud facit, ut nomen Christi dilatareturut ibi. tamen gl. d. c. à quodã. tenet, quòd si baptizatur in nomine Christi, quòd ualet Baptismus. Sanctus Thomas iiij. senten. tenuit contra glos. Vide Arch. d. c. à quodam.

bastardus, qui natus est ex adulterio geminato, si legitimatur nõ expressa qualitate adulterij, talis legitimatio nõ ualet: de quo uide, quæ posui in litera L. §. legitimatio bastardi.

bastardus, seu spurius, quomodo possit institui hæres. Vide cautelam, quam ponit Fel. c. multorum, de Iudæ. j. no. nu. 2. col. 1054.

bastardi an ueniant appellatione filiorum in lege, seu statuto. Vide, quæ posui in litera F. §. filiorum appellatione.

bastardi non doctorantur: do. Car. in procemio Clemen. Vide Feli. c. quantò. de magist. ij. conclusione, nu. 2. col. 1049.

bastardi dicuntur de consanguinitate patris, quo ad matrimonium contrahendum: secus, quo ad alia. Vide, quæ posui in litera M. §. matrimonium impeditur.

BELLVM generale an excuset citatum, qui dicit, non possum comparere: quia iter non est securum. Vide, quæ posui in litera I. §. inimicitiæ capitales.

bellum iustũ moueri potest authoritate ecclesiæ. Io. And. c. excõmunicamus. el j. de hæreti. Feli. nu. 2. col. 1108. Et quãdo ecclesia moueat bellum iustum uide ibi Feli. uersic. in gl. in uerbo, reuixerit. nu. 7. col. 1111.

benedictio abbatis an imprimat charactẽrem: & an possit fieri qualibet die. Vide, quæ posui in litera A. §. abbas electus, an dicatur Abbas. c. inter monasterium. nu. 2. de re iudic. col. 585.

beneficium an quis possit tenere cum bona conscientia, deseruiendo illi per uicarium. Vide, quæ posui in litera C. §. clericus beneficia. & §. canonici absentes.

beneficium annale ex dispositione statuti: an Papa possit illud conferre, ut perpetuum, etiam non facta mentione statuti. Vide Felin. c. constitutus. de rescrip. uer. ex istis sequitur corollarium. nu. 10. col. 627.

beneficium manuale: an Papa possit illud conferre, ut perpetuum. Fel. c. constitutus. nu. 10. de rescrip. uer. ex istis sequitur. col. 677. Quod autẽ dicatur beneficiũ manuale? dic, q. illud quod ad nutũ superioris moueri potest prælatus. Adde, an talis prælatus possit agere pro iuribus beneficij nomine proprio sine mandato? Vide per Felin. c. iij. de proba. uersic. primò declara. nu. 7. ij. parte, col. 403.

beneficiũ collatũ per ordinarium, qui habebat manus ligatas, utputà erant expectantes, qui habebant gratias expectatiuas, qui per mensem poterant acceptare: & ordinarius intra mensem fecit collationem, si expectantes non acceptant per totum mensem, ut cle. j. de concef. præben. an ualeat dicta collatio mense elapso: do. Abb. c. cùm ex officij. de præscrip. xj. col. tenuit, quòd sic. Et idem tenent Do. de Ro. tit. de concef. præbẽ. decis. xvij. in antiq. do. Abb, disputatione sua, Augerio. xxvj. fol. uide Felin. d. c. cùm ex officij, uer. nona & ultima conclusio. nu. 36. col. 338. Adde, quòd cõtrarium

rium tenuit do.Card.consil.suo cxvj.incip.A.& B.Vide Feli.ubi ꝗ.qui tenet contra do.Abb.

beneficium collatum per ordinarium,antè quàm sit deuolutũ, si deuolutio sequatur post collationẽ,an cõualidatur ipsa collatio:do. Abb.tenuit,quòd sic,c.cùm ex officij.de præscript.xj.col.uer. episcopus contulit.& idem tenent Do. de Ro.tit. de concess. præben. xvij.decis.in antiq.Adde Felin.d.c.cùm ex officij.uer.nona & ultima conclusio.nu.36.col.338. Adde, quòd Domi.de Ro.ti.de iu. pa.ix.dec.in antiquis, dicunt,quòd si episcopus conferret beneficium iurispa.ut deuolutum,cùm non sit deuolutum, quòd non tenet collatio, etiamsi posita deuolutur.Adde Fel.d.c.cùm ex officij.uer.alleg.

beneficium collatum alicui,si nondum per ipsum est acceptatum,& aliud beneficium impetrat, an teneatur facere mentionem in impetratione de tali beneficio sibi collato,& nondum acceptato. Ponit Fel.c.in.nostra. de rescript. uersic. infertur etiam per prædicta.nu.5.col.912.

beneficium confertur ad tempus per Papam: inferior autem non potest.Ita Fel.c.in nostra.de rescrip.uersic.de tertio.nu.9.col.915.

beneficiũ collatum si est per simoniam, an talis collatio sit nulla ipso iure.Vide,quæ posui in litera C.§.collatio beneficij.

beneficium ecclesiasticum quod dicatur. Feli.c.in nostra.uer. restant multa.de rescript.nu.9.col.915.

beneficium pingue permutatum cum tenui, facit,quòd talis permutatio præsumatur fraudulenta & simoniaca. Vide, quæ posui in litera P.§.permutans beneficium tenue.

beneficium an quis possit habere ex uarijs titulis? Vide,quæ posui in litera P.§.meum non potest esse meum ex alia causa.

beneficium potest conferri de iure speciali,etiã per laicum:do Abb. c.dilecto.de testi.j.no. Tamen ille ,qui confert beneficium iure speciali,non potest constituere.Host.c.cùm ex iniuncto.de hæret.& ibi Abb.& alij.Et sic habes,quòd qui potest instituere de iure speciali, non poterit destituere. Vide do.Abb.c.accepta.de resti. spo. circa fin.& c.ea, quæ.de sta.mo.j.col.Adde Fel.c.auditiis.de præscrip.uersic.similiter uidemus.nu.12.col.298.

beneficium in commenda non potest dare , qui habet ius conferendi illud de iure speciali. Do. de sanc. Gemi.c.nemo. de elect.in vj.in fi.Et idem tenet Fel.c.auditiis.uer.ꝗ.alleg.nu.12.col.298.

beneficium potest iudicari per iudicem , qui ignorat iurisdictionem suam : de quo uide, quæ posui in litera I.§.iudex, qui ignorat iurisdictionem suam.

beneficium electiuum:an in impetratione ipsius sit fienda mentio expressa, quòd illud beneficium est electiuum? & an hoc habeat locum in beneficijs minoribus,an solùm in dignitatibus.Vide Felin. c.in nostra.de rescrip.uer.xxxij.corollarium.nu.26.col.911.

beneficium nõ dicitur electiuũ, ex eo q, plures stant cum tali priore. Fel.de rescrip.c.in nostra.nu.27.uer.item scias.col.933.

beneficium dicitur uacans usq; ad confirmationem electi: de quo uide,quæ posui in litera E.§.electus quale ius acquirat.

beneficium dicitur electiuum , quando capitulum eligit solenniter, etiamsi post electionem nõ sequatur alia confirmatio superioris, sed solùm fit installatio , putà à proposito.Oldr. consil. suo cxlvj. incip. Factum tale est. Vide Felin. c.cùm Bertholdus.de re iudic. uer.hinc uidemus.nu.3.col.563.

beneficium impetrans debet facere mentionem de qualitatibus beneficij obtenti : & sufficit generalis. Ita Felin. c. ad aures. de rescript.uersic.de qualitatibus.nu.2.col.497. Adde tu,an sit fienda mentio de qualitatibus beneficij impetrandi , & beneficij iam obtenti, & de ordine annexo beneficijs:& quid de ualore beneficij:& de omnibus istis uide do.Abb.c.ad aures.de rescrip.j.& ij. col,c.postulasti.eo.ti.in fi.Adde,quòd fallit hoc in motu proprio, & in beneficijs datis à Papa alicui causa remunerationis : quia gratia ualet, etiamsi nulla sit facta mentio de beneficio, quod habet.Vide Ias.l.ex hoc iure.ff.de iust.& iu.Adde,an sit fienda expressio qualitatum superfluarum , & an noceat earum falsitas. Vide Felin.d.c.ad aures.uersic.nihilo minus.nu.3.col.498.

beneficium in totum tolli non potest,nisi quando beneficium uacat : do.Abb.c.ad hoc.de excess.præl.Adde tamen,quòd diminutio redituum bene fieri potest ex causa , etiamsi beneficium non uacet. Text. c.j.de reb.eccles.no,alie.in vj. Adde Fel.c. cùm accessissent. de consti.uer.& ista facerent. nu.23.col.184.

beneficium iurispa. si non est deuolutum,& conferatur per episcopum,non tenet collatio,etiamsi post collationem deuoluatur: do. de Rot.tit.de iure pa.ix.decis.in antiquis. Adde Felin.c.cùm ex officij.de præscrip.uers.multa ex prædictis.nu.37.col.341.

beneficium non dicitur uacans per mortem beneficiati, quãdo prebendæ non sunt diuisæ , uel distinctæ. Felin. c.cùm accessissent.de consti.ij.notabili,nu.j.col.173.

beneficium non dicitur uacans per mortem beneficiati,quando illud beneficium est de mensa prælati. Quando beneficia dicantur de mensa prælati,ponit glos.not.cle.j.de excess.prælat.uerbo,ad mensam.Et quòd talia beneficia non dicantur uacare,dixit glos.d.cle. j.de excess.præla.uerbo, non uacent.Adde Feli.c.cùm accessissent. de consti.uersic.no.secundò.ibi,alius casus.nu.2.col.174.

beneficium : pone , quòd quis litigat super titul.beneficij,& probat de non iure aduersarij , an consequatur beneficium ex hoc solo? Et dic,quòd non:sed non oportet, quòd probet de iure suo. Text. est de hoc c.olim.de rescrip.& bona glo.c.j.de eo, qui mit.in posl.vj.in glos.fin. Et idem tenet Anto.de But.c.in præsentia.de renũ.iiij.col.uersic.secundò op.ubi dicit, quòd non sequitur,exclusus est aduersarius, ergo ipse agens & petens debet obtinere.Vide etiam Lud.Ro.consil.suo.cccxlvij.in princ.ubi dicit,q, etiamsi sit declaratum super nõ iure rei, non probat ius competere actori:quia potest nec agentis esse beneficium, nec conuenti : & dicit etiam, quòd reus absoluitur, etiam quòd nullum ius habeat in beneficio:& hoc, quãdo actor nihil probat: & idem cõsuluit Ang. consi.ccij.incip.Charissime frater doctor. Et uide dictum Compostel.mandatum de rescrip.quòd licet constet reum ex propria cõfessione nullum ius habere in beneficio,& actor nihil pro se probat,debet iudex in eadem instantia pronunciare pro reo & contra actorem : sed postmodũ noua instantia inchoata poterit procedere contra reum. Idem tenet do. Abb.c.conquerente.de restit. spol.incerta.Adde Fel.d.c.olim.de rescrip.uer.ultimò gusta.nu.9. col.128. & Innoc.c.ad aures. de resci.ubi dicit, quòd iudex, & quilibet extraneus,& ipse uictus potest inquirere de titulo beneficij ipsius rei.Vide Fel.c.lator.de re iudic.Adde, quòd si superior scit,quòd possidens beneficium nõ habet iustum titulum,& tacet, adeò q, ille steit diu in beneficio , talis superior non poterit amplius amouere ipsum à beneficio,sed bene ab alio.Ant.de Bu.c.ad audientiam.el ij.de rescri. Inno.c.ex insinuatione. de procu.Arc. c.ordinarij.de offi.or.in vj. Fel.d.c.lator.uer.Si diceretur contrà. col. 432.

beneficium, quo quis est priuatus ipso iure , an possit alteri conferri non facta alia declaratione. Vide per Feli. c.cùm non ab homine. de iudi.uer.ultimò alleg.nu.10.col. 92.

beneficium an potest admitti per pactum,ut putà quis promisit facere aliquid,& astrinxit se,quòd si non facit illud, quòd uult amittere beneficium, an ualeat tale pactum de amittendo beneficium, si non fecero tale quid? Dic,quòd gl.tangit istud c.P.& G.de offi. dele g.uerbo, promulgaret.& ibi tenet, quòd sic. Adde tu,quòd si talis obligatio fit in manib. superioris , uidelicet ordinarij, qui possit recipere resignationem, ualebit tale pactum:quia istud continet in se tacitam renunciationem:sed renunciatio facta in manibus non superioris,qui non possit instituere & destituere , non ualet.Tex.est c. quod in dubijs.de renun.do.de Ro.deci.cccvj.incip. item si actor.in nouis,tit.de renun. Et hoc modo limitabis text. c. ult.de fal. Adde etiã,quòd clericus non potest se obligare ad amissionem beneficij sine licentia superioris.Ita do.Abb.c.cùm dilecti. de elect.ult.col.uer.gl.in uerbo,obligauit. Adde Felin. d. c. P.& G.uer.in glos.ibi,sub pœna.nu.4.col.1226.ubi latiùs de hoc.

beneficiũ tenue si dicitur esse,& ex aduerso per aliũ dicitur pingue, quis debebit,pbare.Vide,quæ posui in litera D §.diues si qs dicit.

beneficium regularium potest aliquando conferri per episcopũ,sed quibus personis debet illud conferre episcopus, uide in litera E.§. episcopus,qui potest conferre beneficia regularia.

beneficium curatum:si super eo agitur, iudex potest recipere probationes parte inuita , & post conclusionem in causa: de quo uide, quæ posui in litera I.§.iudex potest inuita parte.

beneficium seculare mutat statum spacio quadraginta annorũ : idem econuersò in beneficio regulari:putà,beneficium,quod solet regi per

per seculares, potest regi per regulares:& hoc,quando per spacium xl. annorum istud seruatũ est. Idem de regulari. Et hoc modo intelligas tex.c.cùm de beneficio.de præb.in vj.Felin.c. in nostra.de rescrip.uer.quartò no.quòd requiruntur.nu.3.col.946.

beneficium manuale si confertur per Papam , ut perpetuũ,non amittit naturã suã. Vide, quæ posui in litera P.§. prioratus manualis.

ad Beneficiũ,quòd consuetum est regi per seculares clericos, Abbas & monachi non possunt præsentare regularem. Fel.c. in nostra. de rescrip.uersic.decimò & ultimò.nu.46.col.947.

beneficium, ne quis conueniatur ultrà, quàm facere possit,non competit ei,qui propter maleficium deuenit ad inopiam.Fel.c.quæ in ecclesiarum. de consti.uer. & in quantum.nu.67.col.155. Adde tu in simili, quòd si debitor tempore contractus cœpit dilapidare bona , adeò quòd culpa sua uergit ad inopiam , poterit creditor eum facere capi.Ita Bal.l.ſi pro ea.in princ.C.mand.

beneficij appellatione uenit præbenda largè sumpto uocabulo , sed in materia stricta appellatione beneficij non uenit præbenda.Fel. c.postulasti.de rescrip.uer.circa gl.ij.nu.4.col.746.

beneficio restitutionis in integrũ renunciari non potest:de quo passim uide,quæ posui in litera M. §.minor nõ pōt renũciare beneficio.

beneficia abbatis electi statim uacant, secus in episcopo : quia nisi facta consecratione.Feli.c.meminimus. de accus.uer. ultimò no.nu. 19.col.787.

beneficia per Papam conferri possunt ad tempus, & sub conditione. Vide per Felin.c.fi.de iudi.uer.in quantum dicitur non esse.nu.6. col.168.

beneficiorum diœcesis appellatione non ueniunt exempta. Ita Fel.c. graue.de off.ord.j.col.uers. Omnia ista uidentur.nu. 2.col.1283.

¶ *Beneficialia litigia an possint dirimi forte.Ponit Fel.c.capitulũ.de rescrip.uersi.sed an sortibus.nu.21.col.882.*

¶ BIGAMVS *ex dispensatione Papæ potest promoueri ad sacros ordines:glo.no.c.rector.xxxiiij.dist.do.de Rot.decis.inci.quodã. Fel.c.quæ in ecclesiarum. de consti.uer.secunda conclusio. ibi, & in istis adde.nu.20.col.132.*

bigamus professus an possit ordinari. Vide per Feli.c. cùm deputati. de iudic.nu.3.uer. adde glossam.col.144.

¶ BLANDITIAE *principũ instantissimæ inducũt iustum metum. Vide p Fel.c.j.de of.deleg.nu.2.uer.et ampliãt dicẽdo. col.1022.*

¶ BONA *an possint auferri impunè ab illo,q potest occidi impunè, uigore statuti.Ponit Fel.c.quæ in ecclesiarũ.de cõsti.uers.nota secũdò.& nu.14.col.130. & uide,quæ posui in litera V.§.uerberari.*

bona alibi sita , quæ ueniunt distribuenda inter pauperes Christi ex dispositione testatoris , talis distributio est fienda per episcopum domicilij, sed executio per episcopum bonorum. Ita Fel.c.postulasti. de foro compe.uer.item scias.nu. 13.col.237.

bona ecclesiæ quæ sunt deperdita ex negligentia prælati,possunt recuperari ex officio iudicis : de quo uide , quæ posui in litera P.§. possessio bonorum.

bona capta in bello iusto, an sint capientium.Ponit Io. An.c.excommunicamus.de hære.Inno.c.sicut olim.de iniur.ubi etiam do. Ab. & Anto.de But.c.olim.de resti.spo.Bal.c.j.de mil.uasal. q. contu. est.iiij.col.Ang.in sua dispu.incip.Renouata guerra.Bal.l.ſi quis. ff.de capti.& postlimi.reuer.Domini.de sancto Gemi.c.ius gentium.j.dist.Salic.l.ab hostibus.la ij.C.de cap.Fel.d.c.excõmunicamus.el j.uers.not.ex §.catholicæ.nu.2.col.1108. Adde,quòd communiter tenetur,q, mobilia fiunt occupantium:immobilia debent restitui. Bart.l.postliminij ius.ff.de cap.Sali.d.l.ab hostibus.Adde Felin.d.c.excommunicamus.in uer.& communiter dicitur. nu.3. col.3.præalleg.

bona amissa an quis possit licitè retinere. Feli. c.canonum statuta. de const.nu.44.col.55.

bona acquisita ab aliquo ex præscriptione , uel usucapione, possunt tolli per principem sine causa. Vide in litera. P. §. princeps potest auferre.

bona patrimonialia clericorum an gaudeant eorum priuilegio cum bonis ecclesiæ. Ponit Feli.multa bona circa hanc difficultatem,c. ecclesia sanctæ Mariæ.de consti.uer.in gl.ij.in fi.nu.7.col.243.

bona clericorum patrimonialia gaudent priuilegio fori. Ita Fel. c.ij. de for.compe.nu.2.uer.tene istam.col.176. Vide eum de præscri. c.ſi diligenti.nu.13.uer.ultimò,dum.col.352.& inde.

bona confiscata in uno loco , an intelligantur confiscata bona alibi sita.Vide Fel.c.postulasti.de foro compe.uer.respectu confiscationis.nu.6.col.232.

bona clerici delinquentis applicabuntur ecclesiæ, ubi deliquit:etiam bona ipsius patrimonialia. Fel.c.excõmunicamus. el j.de hær.nu. 1.uer. nota ibi, si.col.1106. Adde & limita istud, nisi dominium directum illorũ bonorũ esset alterius:putà,laici:quia non cõfiscabitur.sed reuertetur ad dominũ : do.Car.cle.ij.de hære.in vij.q.

bona ecclesiarum possunt præscribi spacio xl.anno.per aliam ecclesiam,& etiam iura spiritualia. Ita do.Abb.c.ad aures.de præscri. j.not.ibidem Fel.nu.1.in princ.col.215.& inde.Adde,q, istud habet locum etiam in dote : quia dos ipsiũs ecclesiæ potest præscribi per aliam ecclesiam per xl.annos.Ita Fel. d.c.ad aures.j. notabili, nu.1.col.215.

bona mobilia ecclesiæ Romanæ an possint usucapi spacio triennij. Vide,quæ posui in litera P.§.præscriptio centenarij.

bona ecclesiarũ an possint distribui per Papam inter suos consanguineos. Archid.c.licet.xij.q.ij.dicit, quòd Papa peccet mortaliter,si uult res ecclesiasticas consumere in turpes usus, uel dare consanguineis,ut eos diuites faciat. Adde Felin.c.quæ in ecclesiarum.de consti.uers.et quãuis respectu beneficiorũ.nu.44.col.144.

bona hospitaliũ non possunt alienari sine decreto episcopi: tamẽ episcopus potest illa bona uendere libere sine aliquo decreto:& hoc de bonis hospitalis priuati: quia possunt alienari sine solennitate. Et hoc modo intelligas Ant.de Bu.do.Abb.& Imo.c.nulli.in fi.de reb.eccles.non alie. ubi dicunt, q, in alienatione rerum hospitalis requiritur eadem solennitas,quæ de rebus.eccles.Et uide do.Alex. cõsil.suo clj.inci. Quædã petia terræ.j.col.& cõsil.suo.ccclxviij. Viso processu causæ. Vide Bal.l.ſi prædia.ff.de reb.eo.& Bal.authen.hoc ius.C.de sacrosa. eccles.ij.col.uersic. quæro.ubi Paul.de Cas.do.Car.cle.ij.de relig domi.circa fi.uer. illi autem.Adde Fel. latè de hoc c.de quarta.de præscrip.uer.Confirma. nu.3.col.187.

bona ingredientium monasterium , Fratrum Minorum, Prædicatorũ,& Carmelitarũ,& similiũ,qui nullum fecerũt testamentũ,cui applicabuntur, ex quo isti sunt incapaces bonorũ ingredientium religionem ipsorum ? Vide, quæ posui in litera F.in iiij.§ §. incipientibus,Fratres Minores.

bona ingredientiũ religionem particularem alicuius ordinis, ut sunt isti de Monte Olineti,acquirũtur toti ordini.Ita do.Ab.c.in præsentia.de prob.xxiiij.col.uer.secundò dubitatur. Vide per Feli.d. c.in præsentia.uer.quintò quæro.nu.44.col.460.

bona recedẽtis à monasterio,an sint ei instituenda.Vide,quæ posui in litera M.§.monachus si recedit de monasterio.

bona paraphernalia quæ dicantur. Vide per Bal.c.iurauit. de prob. Adde Fel.ibi in fi.nu.2.parte ij. col.421.

¶ *Bona opera quæ fiunt per cõstitutũ in peccato,an ualeãt ad salutẽ animæ& dicit gl.c.iij.de hær.q, ualẽt,præcipuè quo ad bona tẽporalia.Itẽ mentẽ illustrãt ad cõuersionẽ:& facilior est cõuersio: do.Abb.d.c.iij.in fi.ubi Fel.gl.fi.nu.2.col.1087.An illa bona operantur ad salutẽ post sententiã,uide Host.in summa,de pœ.& remis.§.an facta.per beatũ Tho.dist.xliij.q.ij.arti.iij.Pet. de Anc.in repe.regulæ,peccatum.x.q.de reg.iur.in vj.Fel.d.c.iij.in fi.*

bona fides in dubio præsumitur in corporalibus:et hoc, quando ingrediẽs possessionẽ sine titulo stet in ea per xxx.an.Bar.l.ſi C.vnde ui.in fi. Inno.c.ij.de in integ.rest. Vide do.Abb.c.ſi diligẽti. de præscrip.iij.col.uers.aduerte. Et idem sentit ibi Feli. ij.col.uer. in quantũ Abb.concludit,q, in incorporalibus.nu.4.col.343.

bona fides in corporalib. præsumitur in dubio: do.Abb.c.ſi diligẽti. de præscri.iiij.col.uer. uenio ad secundum . & hoc,nisi appareat antiquior possessor:sed si secundus possessor steterit in possessione per cursum xxx.an. tollitur mala fides allegata per antiquũ possessorẽ post xxx.annos.Idem tenet Inno.c. innotuit.de eo,qui furord.susce. & Ant.de But.c.ij.de resti.in integ. ubi dicit , q, longa patientia antiqui possessoris iustificat possessionẽ noui. Et idẽ tenet Inno.ibi ult.col.Adde et intellige prædicta,q, bona fides præsumitur sine titulo, ubi non est antiquior possessor,nec est ius cõmune in cõtrarium.Ita Bar.l.ij.§.ſi a pupillo.ff.pro emp. in fi.& l.j.§.hoc interdicto.ff.de itine. actuq; prima.pe.col.Old. cõsil.suo ccxxiiij.inci.Ad obiectus.do.Abb.c.grauis.de resti.spo.ix.col.do. Alex. consil.suo.cccxl.incip.Viso & discusso.iij.uol. Adde Feli.d.

c.si diligenti.uersi.allegato,nu.4.col.344.

bona fides,quo ad unum,iuuat præscribentem,licet mala fides adsit, quo ad illum,qui non est dominus. Felin.de præscript.c.illud. nu. 1.col.227.

bona fides,aut mala, quomodo probatur? Tu dic,quòd multis modis probatur:qui non curauit uidere mandatum procuratoris,est in mala fide.Bar.l.qui furtum.§.fin.ff.pro empto. Sed uide Anto.de But.c.peruenit.de censi.xviij.col.uer.secundò dicit gl.Adde Fel.c. si diligenti.de præsc.iij.col.uer.modos autem.nu.5.col.344.

bonus quis præsumitur circa intrinseca, putà, q. sit castus, sobrius, &c.sed non præsumitur circa extrinseca: de quo uide,quæ posui in litera I.§.idoneus præsumitur.

¶ Bonus quilibet præsumitur regulariter. Inno.c.dudum.de elect.el ij.pe.col.& ibi do.Abb.pe.col.uersi.extra gl. Vide Felin.c.fin.de præsum.uer.in gl.uerbo,idoneus.nu.12.col.1090. Adde, quòd ista regula fallit: & primò,ubi agitur de præiudicio tertij.Feli.d. c.fin.uersi.fallit primò.nu.13.col.5.præalleg.Item fallit ista regula, ubi quis præsumeretur bonus cum suo damno: quia tunc non præsumitur bonus.Bar.l.qui iurasse.§.si pater.ff.de iureiu. Fel.d. c.si.uer.fallit secundò.col.ead. Itẽ fallit,ubi agitur de utilitate animæ: quia quis non præsumitur bonus. Petr. de Ancha.consil.suo clxxix.incip.Prima facie.Fel.d.c.si.uer.fallit tertiò,col.1091.Item fallit ista regula, quando ex actis præteritis quis apparet malus: quia non præsumitur bonus. Fel.d.c.si. uer. fallit quartò & ultimò.col.ead.Vide 7.§.bonus quis non præsumitur.

bonus quis nõ præsumitur,ubi agitur de præiudicio alterius. Ita do. Abb.c.cùm in iure.de offic.deleg.in princ. & ibi Fel.col.1188. Et istud est limitatio ad regulam, quæ dicit,quòd quilibet præsumitur bonus,ut c.j.de scruti.& c.si.de præsump.Et istam limitationem tenuit gl.c.si quis.l.dist.& gl.c.statutum.uerbo,ab aliquo.de resti.in vj. Adde Fel. d.c.cùm in iure. in princ.nu.j.col.ead.Et ibi ponit multa in materia ista.

bonus quis non præsumitur, ubi agitur de utilitate animæ: quia in dubio præsumitur magis, quòd quis commiserit delictum, quàm non.Pet.de Anch.consil.suo clxxv.incip.Prima facie.Adde Fel.c. cùm in iure.de offic.deleg.uerb.quartò fallit.nu.1.col.1188. Adde etiam, quòd ubi ex actis præcedentibus oriatur coniectura doli: quia tunc illæ coniecturæ arguunt dolum. Bald.l.j. circa fin. C. si quis omis.causa test. Vide Fel.d.c.cùm in iure.uer.prædicto. Item fallit,ubi quis fuit semel malus: quia semper præsumitur malus in eodem genere mali, uel simili.Bartol.l.si cui.§.ijsdem.ff.de accus. Adde tu,nũquid,quod olim fuit,præsumitur hodie esse? Dic,quod aut quæritur de his,quæ solo tractu tẽporis mutantur,ut est ætas, & tunc,quod olim fuit minori ætate, hodie nõ præsumitur. Tex. est.l.si minorem.C.de in integ.resti.& tex.l.quod te.C. de proba. & l.spadonem.§.qui solutus. ff.de excus. tut. Secus est in maiori ætate: quia qui olim maior fuit,hodie fortior est: aut quæritur de his, quæ tractu temporis non mutantur: & tunc aut in his, quæ sunt in anima: aut in his, quæ sunt extra animam. Primo casu de his,quæ ornant animam,ut sunt uirtutes:& tunc,quod olim fuit, hodie præsumitur esse, donec contrarium probatur. Text.l.cùm quidam.& l.pater.§.rogo.ff.de leg.ij. Aut quæritur de his, quæ uituperant animam: ut sunt uitia: & tunc in eadem specie, quod homo olim fuit, hodie præsumitur esse: & tunc locũ habet regula, quæ dicit, semel malus, ut ff. de accus.l.si cui.§. ijsdem.& ibi Bar.uer.uento ad secundam partem.& tex.l.non omnes.§.à barbaris.ff.de re mil.Limita regulam istam,nisi posset probari,quòd esset correctus uirtutibus, opposito spacio triennij, ut authen.de mona.§.sancimus. De qua limitatione uide Salic.d.l.si minorem. ij.col.uer.stat ergo conclusio. Adde Bar.in materia ista,l.Cassius. de senato.& l.si priùs.ff.de no.ope.nũ. Canonistæ c.insinuatum. de simo.Adde ad ista,quòd promouẽdus præsumatur bonus.Car. cle.j.ij.no.de concess.præb. dicit, quòd secus in iam promoto, ut ibi per eum,Arch.c.actor.vj.q.j. Adde Fel.c.cùm in iure.de offic. deleg.uersi.quintò limita.ubi 5.col.1189.

¶ Bononiensis:ista uerba,Titius Bononiensis, important, quòd Titius est ciuis originarius Bononiæ. Fel.c.significante. de rescript. uer.quærit Compost.nu.8.col.974. Adde tu,q. si dicitur,Bononiensis, fine de Bononia, quòd intelligitur, quòd ibi conuersatur & moriatur. Aliqui dicunt,quòd si dicitur Bononiensis,quòd intelligitur, uel quòd ibi habeat domicilium, uel quòd sit oriundus ibi. Ita Bart.l.prouincialis.ff.de uerb.sig. & rub.ff.sol.ma.j.col. Adde gl. in c.archi.Florentinus. lxxxv.dist.quæ dicit, quòd Florentinus est ille, qui inde natus est.Adde,quid si dicitur, non Bononiensis, sed talis de Bononia, quòd significat, quòd habeat ibi domicilium, uel habeat originem: Vide Bar.d.l.prouinciales. in fi.Et adde Bal.auth.& omnino.C.ne uxor pro mari. uersi.sed hic dubitatur.& l.siue posidetis.C.de proba.

¶ Brachium seculare non inuocatur,nisi in subsidium.Fel.de iudi.c. cùm non ab homine.nu.1.col.87.

¶ BREVIORES causæ an egeant libello, aliquáue scripturâ? Vide,quæ posui in litera L.§.libellus potest mitti.

C

Adat Ab omni iure suo: Ista uerbo importãt per sententiam.Fel.c.Rodulphus.de rescrip. nu.24.col.998. uersic. Cadat ab omni iure. Adde ibi Fel. qui diffusè loquitur de isto uerbo,Cadat, maximè in emphyteuta, qui non soluit canonem, uel uendit emphyteusim irrequisito domino,an cadat ipso iure.

¶ Cæcus an posit esse testis. Vide,quæ posui ĩ litera T.§.testis cæcus.

cæco creditur de uisis ante cæcitatem. Spec.tit.de teste.§.j.uersi.sed nunquid cæcus. Bart.l.ad testium.§.j.ff. de testib. gl.§.sin autem. uerb.& uidisse.authen.de hæred. & Falc. & ibi Ang. Vide Feli. cùm nobis.nu.9.de præscri.uersi.item in quantum.col.287.

¶ Calor iracundiæ non excusat à peccato: do.Abb.c.sicut. de iure iur.iij.not.Tamen ibi dicit do.Abb.quòd culpa minuitur,licet totalite non tollatur.Adde Fel.d.c.sicut.in prin nu.2.col.1177.

¶ Calumniator quando quis dicatur,adeò quòd posit puniri de calumnia.Vide,quæ posui in litera A.§.accusator an dicatur.

calũniator præsumitur,qui non probat.Fel.de cal.c.j.nu.4.col.951.

¶ Cancellatio instrumenti, etiam in loco suspecto in legato libertatis,non uitiat ipsum legatum,l.proximè.ff.de his, quæ in test.deleg. Et hic dubitatur, an testator uoluerit deberi legatum, in dubio autem præsumitur non reuocatum legatum. Ita do.Abb.c.ex literis.de fide instru.ij.no.Et dic,quòd istud habet locum etiam in legato ad pias causas. Ita do.Abb.ibi,& Bar.l.si unus.C. de testa. Adde Fel.d.c.ex literis.uer.secũda cõclus.nu.2.ij.parte,col.904.

¶ Canon latæ sententiæ quomodo cognoscatur. Vide Fel.c.si diligenti.de fo.compe.uer.gl.in uerbo, causam perdant.nu.34.col.224.

canones an semper sint seruandi in foro animæ, seu conscientiæ. Vide,quæ posui in litera L.§.lex canonica,uel ciuilis.

canones pontificis sunt seruandi ab omnibus,& non seruantes canones sunt puniendi: sed qua pœna sint puniendi, uide, quæ posui in litera E.§.episcopus nõ seruans canones, uel seruari non faciens.

canones sunt proponendi legibus ciuilibus in terris subiectis Romanæ ecclesiæ:uide,quæ posui in litera L.§.lex canonica.

canones omnes ligant:& hoc habetur pro regula Felin. c. j.de consti.nu.11.uersi.capio modò.col. 41.

canones seruãtur in terris imperij in materia,in qua non est expressa decisio iuris ciuilis, etiam quòd sint opiniones inter Legistas, quæ contrariantur canoni. Fel.c.ecclesia sanctæ Mariæ.de consti uersic.secunda declaratio est.nu. 49.col.262.

canones si contrariantur iuri ciuili in materia non concernente peccatum, lex ciuilis, si est benignior, est seruanda & in foro ecclesiastico propter euitationem pœnæ. Fel.c.ecclesia sanctæ Mariæ. de consti.uersic.quinta declaratio.nu. 53.col.263.

canones,uel leges, quæ dirigunt uerba importantia liberam uoluntatem ad iudicem, ipse iudex poterit non seruare ipsas leges. Ita Fel.c.j.de consti.uer.fallit octauò regula.nu.50.col.59.

canones Papæ ligant omnes.Ista est firmissima regula, & adeò,quòd qui non obseruant canones ex cõtemptu,peccant mortaliter: etiã laicus prælatus non solùm peccat, sed subditi possunt ab eo leuare obedientiã. Ita gl.sing.c.sacerdos.ij.q.vij.Fallit tamen ista regula in decẽ casibus.col.41. Vide per Fel.c.j.de consti.uersi.capio modò gl.nu.11. col.41.Imò plus dicit gl.sing.c. generali.de ele.in vj. uerbo,nihilo minùs.q. credens canones Papæ nõ ligare,potest,ut hæreticus condemnari. Fel.d.c.j.de consti.Et illa gl.dicit etiam,q. transgressor canonis ex contemptu, si est prælatus, est deponendus.Fel.d.c.j.de consti.uer.quinimo plus uoluit,nu.11,col.42.

canones

canones Papæ quando non imperant,sed consulunt,qui eos non seruant,non sunt puniendi pœnis, de qua c.j.de consti. Ita do. Abb.d. c.j.j.col.uersi.in gl.ij.Vide Fel.d.c.j.uersi.fallit tertiò.nu.20.col. 45. Et hoc modo limitabis 5.§. canones Papæ ligant omnes. Ista conclusio fallit in tribus casibus.Primus,ubi quis astringit se consilijs,ut faciũt isti profitentes in aliqua religione approbata: quia ligantur:& uide Felin. d.c.j.uer.hæc regulariter.col.ead.Secundus casus est, quando quis uenit contra canonem concilij ex contemptu:quia tunc peccat.Feli.d.c.uer.alius casus. nu.22. col.45. Tertius casus est,quando canon continet in se consilium reuerentiæ: quia talis canon obligat. Felin. c.j.uersi.tertius casus.nu.23. colum. 46.

¶ Canonicus antiquior an posit congregare capitulum, quando nõ est alius,qui posset congregare. Vide,quæ posui in litera A.§.antiquior d: collegio. Et quomodo intelligatur illud Antiquior, an ratione ætatis,an ucrò respectu anterioris receptionis, uide Feli. c.cùm omnes.de consti.uer.sed dubium est.nu.35.col.121.

canonicus an posit stare in iudicio pro canonico:& pro eo agere sine mandato.Felin.c.cùm M.Ferrariensis. de const.uer.no.semper hoc dictum. nu. 11.col.206. Et ibi uidetur intelligere l.sed & hæ. ff.de procur.in coniunctis coniunctione sanguinis.Fallit in episcopo,qui potest agere pro capitulo suo ratione coniunctionis spiritualis.Fel.c.edoceri.de rescri.prædicta cautione rati.

canonicus an posit agere proprio nomine pro iuribus præbẽdæ suæ: gl.j.c.iij.de proba.tenuit,quòd sic:sed tex.§.fi.xij.q.j. uidetur sentire,quòd non: qui text,dicit,q. licet bona ecclesiarũ fuerint diuisa per præbendas, non tamẽ canonici ea possident,ut propria,sed ut procurationem quandam: quia ex ipsis bonis debent alere necessaria,quæ superfunt debent expendi in cõmunes usus ecclesiæ. Et per istum tex.tollitur gl.c. præsenti.de offic. ord.in vj.quæ dicit, quòd isti canonici, quamuis non habeant administrationẽ,faciunt fructus suos: de quo uide do.Abb.in repe.c.cùm esses. de testa.Et quòd canonicus non posit agere proprio nomine pro iuribus præbẽdæ suæ, tenet Io. An.d.c.iij.de prob. & ibi Bal.& Ant. de But.& Imo.ubi dicunt, quòd si canonicus agit contra canonicum,non est necessarium mandatum prælati, uel capituli,sed nomine proprio poterit agere:quia ecclesia nõ poterit pati damnũ: quia bona non exibunt de collegio canonicorum:sed si agit cõtra extraneum, tunc dicunt necessarium mandatum. Adde,& dic,q. si præbenda est annexa canonicatui irreuocabiliter iure perpetuo,& loco beneficij,tũc canonicus poterit agere proprio nomine pro iurib.præbendæ suæ,& nõ est necessarium mandatũ prælati,uel capituli:quia isto casu habet legitimã administrationẽ. Ita Inno.d.c.iij.& c.transmissam.in gl.mag. de ele.Do.de sancto Ge. c.præsenti.de offi.ord.pe.col.in vj.do.Car.& Ant.de But.c.si ne prælati ui.suas. & ibi Ana.vij.col.do. Abb.d.c.iij. de probat.iiij. col.uer.aut ex bonis ecclesiæ.& ibi Imo.& Bal.l.ij.xiiij.col. C.de ser.& aqua.Spec.tit.de actore. §.j.uersic.canonicus.Adde Felin. d.c.iij.de prob.uersi.in gl.j.Adde tamen, quòd quando canonicus agit nomine proprio, ut in casu hic notato, debet formare libellũ in personam ecclesiæ: quia etiam alius prælatus, qualiscunq; sit, non agit nomine proprio, sed concipit libellum in personam ecclesiæ suæ,per tex.c.olim.& ibi Inno.de resti.§ol.Bal.authen.sed hodie.C.de episc. & cle.Ant.de But.do. Abb.c.literæ.de dila.Do. de Rota in nouis decis.iiij.Io.An.regulæ,priuilegium. de reg.iu.in vj.Adde Fel.d.c.iij.de proba.uersi.secundò declara.nu.7.ij. parte, col.403.

canonicus habet liberam administrationem, quo ad facultatem agendi in iudicio: tamen quo ad facultatem locandi, uel contrahendi non censetur habere liberam administrationem: quia obligatio facta in uita canonici, non transit ad successorẽ,sicut in alijs prælatis. Et not.quòd in hoc differt canonicus ab alijs prælatis: quia locatio aliorum prælatorum transit ad successorem, tex.c.fin.ne prælati ui.suas. Ita tenet do.Abb.c.iij.de proba.iiij.col. uersi. uel saluando dictum Inno.Et idem tenent Ant.de But.& do.Abb.d.c. fi.& ibi Ana.Et ratio est: quia canonicus non dicitur propriè habere successorem in præbenda,seu canonia,ut est glo.sing.c.quod sicut.de elec.uer.consentire. Vide do.Abb.c.nouum genus.de decis.Pet.de Anch.regula,priuilegium.ij.q.de reg. iur.in vj. Domi. de sanct.Ge.c.si duo.§.j.de procur.in vj.Adde Fel.d.c.iij.de proba.uer.tertiò pro declaratione.nu.8.col.404.

canonicus an posit petere absolutionẽ ab excõmunicatione prò canonico sine mandato. Vide,quæ posui in litera A.§.absolutionem ad cautelã an petere posit canonicus. ubi habebis, quòd sciũs est in absolutione ad cautelam:quia canonicus eam petere nõ potest.

canonicus in una ecclesia an posit habere duas uoces in capitulo & distributionem quotidianam duplicatam: dò. Ab.c.cùm olim. de re iudic.ij.col.uer.& per hoc ponit difficultatem istam. Et cõcludit, q. quando quis habet duas dignitates in una ecclesia, putà canonicatum & thesauriam, & quælibet dignitas de per se habet uocẽ, ex quo unus solus habet istas duas dignitates, debet etiã habere duplicem uocẽ & duplices distributiones. Idem tenet ibi Inno.& Io.An.& do.Car.consil.suo liiij.incip.Casus talis est: decanus ecclesiæ.& Bal.d.c.cùm olim. Adde,quòd hoc fallit,quãdo canonicus, qui habet duas dignitates & qualitates, si deseruit uni qualitati, & non potest deseruire alteri, ut quia seruitia sunt discreta & incompatibilia, putà quando canonicus habet capellaniam curatam, quid dum celebrat, non debet habere distributiones quotidianas: do.Abb.d.c.cùm olim.iij.col.uersi. ego sic distinguo. Vide Fel.d.c.cùm olim.uersi.limita hæc.nu.2.col.464.

canonia quotuplex est.Felin. de simo.c.tua nos.nu.2.uersic.adde do. Card.col.1015.

canonicus,qui habet duas uoces in c.an posit illas diuidere: et sic seruire duobus:do.Abb.c.cùm olim.de re iudic.iiij.col.uer. quid autem.tenuit, quòd non: & uide Felin.c. quamuis.de offic.deleg.in prin.nu.1.col.1050. & d.c.cùm olim.uer.dum dicit Abb.num.3. col. 465.

canonicus ecclesiæ cathedralis an posit esse minor annis xiiij.sine dispensatione: do.Abb.c.super.de præben.tenet, quòd non: & ibi Host.Ant.de But.Vide Feli.c.ex insinuatione.de simo.in prin.nu. 1.& 2.col.987.& inde. Adde, q. contrarium tenet gl.c.statutũ. de rescript.§.j.uerbo, canonicis.in vj. Idem tenet Imol.d.c.super. do.Car.cle.fi.de æta.& qua.quia illa est communis opi. Vide Fel. d.c.ex insinuatione.in princ.col.ead.

canonicus, qui nouiter est receptus in canonicum, si ratione statuti illius ecclesiæ tenetur ad solutionem alicuius rei, & sponte soluit, non coactus, committit simoniã. Ita do. Abb.d.c.dilectus.el ij.de simo.j.col.uersi.& ex hoc.Et idem tenet Io.ã.And.c.præterea. de iur.pat.Vide Fel.c.dilectus.el ij.nu.2.col.993.

canonicus regularis non potest agere pro ecclesia sua sine mandato. Domi.de san.Gemi.c.ad decimas.iiij.col.de rest.§po.in vj.Et idem de monachis dicit Io.An.c.generali.de elect.in vj.Vide per Felin. c.iij.de proba.uer.quartò intellige.nu.9.parte ij.col.404.

canonicus nõ potest esse testis in causa suæ præbendæ,cùm illa sit deputata pro mensa sua: & sic limitabis dicta Doctorum c. insuper.de testi.ubi dicunt, quòd prælatus in causa suæ ecclesiæ potest esse testis: quia hoc uerum est in bonis non deputatis pro mensa prælati.Ita do.Abb.d.c.insuper.v.col.uer. ex quo infero. Adde,q. idem tenet ibi Fel.uer.fallit octauò.col.594.Adde ad ista,quæ posui in litera T.§.testes.

canonicus receptus ultra numerum taxatum, an habeat iura canonicalia: & regulariter post multa adducta per do. Abb.c.cùm M. Ferrariensis. de consti. ix.col.dicitur, quod sic: & idem tenet Fel.d.c.cùm M. Ferrariensis. uer.in gl.in uerbo, ultra numerum. nu.23.col.213.Adde Bar.l.si duas.§.Grammatici.in fi. ff.de excusat.qui tenet, quòd non habeat priuilegium canonicorum: & tenuit hic in lec.Nico.de Neapo.

canonicus an debeat omnino installari,ad hoc, ut uerè dicatur canonicus.Vide,quæ posui in litera I.§.installatio.

canonicus supernumerarius an posit esse delegatus Papæ. Fel.c.cùm M.Ferrariensis.de consti.uer.5.allegat.nu.23.col.213.

canonicus non existens in sacris, non habet uocem in capitulo: tamẽ si admitteretur ad actus capitulares, uel ad electionem, talis electio, uel actus non inficitur, nec uitiatur. Felin. c. cùm M.Ferrariensis.de const.uersi.& dum dicit ista gl.nu.18.col.210.

canonicus,qui habet duas uoces in capitulo, aut ex natura,aut quia sit sibi cõmissa,an poterit dare unam uocem uni, & alterã alteri. Vide Felin.c.quamuis.de offi.deleg.in princ.col.1050. Adde do. Abb.c.cùm olim.de re iudic. v. col.qui dicit, quòd scholaris, qui habet duas uoces, unam suam, alteram sibi commissam, non po-

test

test dare unam uocem uni, & alteram alteri.

canonicus, qui uadit principaliter ad horas canonicas propter distributiones quotidianas, non autem propter officium diuinum, committit simoniam mentalem. Text. est c. odij. xxij. q. j. & ibi Arch. Et ibi gl. exclamat contra scholares, qui principaliter uadunt ad ecclesiam propter uidendas amasias. Vide Feli. c. ex parte. lo j. de offi. deleg. uer. in quantum Abb. nu. 2. col. 1072.

canonicus, cui facta est delegatio, si moritur, an successor posit cognoscere? dic, quòd non: quia commissio facta canonico censetur personalis, & non transit in successorem. Io. de Imo. c. statutum. de rescri. in vj. & Domi. ibi v. col. Bal. magis expresè l. si plures. pe. col. C. de condi. inser. Imo. cle. ij. iiij. col. de rescr. Et ratio istorũ dictorum est, quia canonicus nõ habet successorem: gl. no. c. quod sicut, de ele. Bart. l. bonorũ. ff. rem ra. hab. Adde ad ista Fel. c. quoniam abbas. de offi. deleg. uersi. Capio illud. nu. 5. col. 1085.

canonicus potest esse testis pro concanonico. gl. c. cùm R. de offi. deleg. uerbo, cùm sint. Adde Felin. d. c. cùm R. uer. glo. in uerbo, cùm sint. nu. 4. col. 1211.

canonicus non habet successorem: & ad hoc habes Bald. l. ij. xvj. col. C. de ser. & aqua. ubi dicit, quòd pro spoliatione facta canonico prædecessori, non competit interdictum successori: secus in alio prælato, ut ibi per eum. Adde do. Abb. c. nouũ genus. de decimis. ubi dicit, quòd si decimæ non fuerunt solutæ canonico mortuo, peruenient istæ ad capitulum, non autem ad successorem. Adde, quòd idem tenet do. Abb. c. ex literis. de prob. ubi dicit, quòd canonicus est legitimus administrator præbendæ suæ, & non potest obligare pro ea successorẽ suum: secus in alio prælato, ut ibi per eum, & Pet. de Anch. reg. priuilegium. de reg. iu. in vj. ubi dicit, q. priuilegium cõcessum canonico, non transit ad successorem. Adde ad ista Feli. c. quoniam abbas. de offi. dele. uer. quòd canonicus. nu. 6. col. 1085.

canonicus impetrans beneficium facta mentione canonicatus, & nõ præbendæ, nulliter impetrat. Ita Felin. c. cùm adeò. de rescript. in princ. col. 593.

canonicus si impetrat canonicatum, etiã quòd deferat clericam, & habitum, impetratio est nulla, si non habet ordines. Felin. c. cùm adeò. de rescr. uer. Cõtrariam partem. nu. 4. col. 595. Adde, quòd idem tenet Abb. c. ij. de insti. in fi. Adde, quæ posui in litera L. §. laicus est incapax.

canonici absentes an sint uocandi in receptione alterius canonici: distingue, utrùm talis receptio sit collatiua tituli, aut non. Vide Fel. c eam te. de rescrip. uer. actus consistens. nu. 13. col. 482.

canonici absentes an sint uocandi in alienatione rerum ecclesiæ: Vide, quæ posui in litera A. §. alienatio rei ecclesiæ.

canonici quando possunt statuere sine consensu episcopi, etiam super statu ecclesiæ: ponit Fel. c. cùm omnes. de consti. uers. & ex dicto. nu. 7. col. 98. & inde. Adde tu no. per Innoc. c. accedentibus. j. col. de priuile. ubi ipse dicit, q. canonici non possunt tollere statuta honorabilia ecclesiæ, & facere alia. Adde Prid. de Senis consil. suo xvj. ubi ipse quærit, an sede uacante canonici possunt facere statuta, & utrùm episcopo creato durent? & an per episcopũ possint reuocari. Adde ad ista, quæ posui §. canonici non possunt statuere.

canonici absentes an sint uocandi. Vide, quæ posui in litera A. §. absentes an sint uocandi.

canonici an possint erigere dignitatem extinctam sine consensu episcopi sui. Fel. c. cùm accessissent. de consti. uersic. tertia conclus. nu. 14. col. 180.

canonici an possint recipere aliquid à canonico recepto, putà birretum, pastum, uel similia, sine suspicione simoniæ. Vide, quæ posui in litera S. §. statutum ecclesiæ. & adde §. seq. in ead. litera S. statutum, per quod quis.

canonici, & generaliter alij, an possunt à nouo canonico exigere aliquid. Vide per Scribentes c. quoniam. de simo. Io. de Ana. rub. eo. tit. do. Abb. c. non satis. de simo. & c. Iacobus. S. Tho. ij. ij. q. c. art. iij. in fi. Bar. l. iij. ff. de uerb. oblig.

canonici non possunt statuere super statu ecclesiæ: & sic super residentia, sine consensu episcopi. Ita do. Abb. c. cùm omnes. de consti. ij. col. uersi. secundus intellectus, Idem tenet Pet. de Auch. repe. c. j. de consti. in vj. xxvj. col. uersi. in vj. q. Arch. & Do. de san. Gemi. c. Catholica. xj. dist. Old. consil. suo. clxxxj. incip. de authoritate. Ant. de But. c. constitutus. de rescrip. x. col. uer. oppono primò. Et dic, quòd in tantum hoc est uerum, quòd consensus episcopi, si ex post facto superueniret, non sufficeret. Ita Fel. d. c. cùm omnes. uer. Cæterùm ad illud. nu. 9. col. 99. ubi plures concordantias allegat. Adde tamen, quòd fallit hoc, ubi canonici facerẽt statutum in pertimentibus ad ipsum capitulum: quia non requiritur cõsensus episcopi. Fel. d. c. cùm oẽs. uer. ubi autẽ. nu. 9. col. 3. præalle. Itẽ fallit, quãdo uacat sedes episcopalis: quia capitulum habet iurisdictionem episcopalem, tunc posset facere statutum super statu ecclesiæ, sicut episcopus, & durat tale statutum in perpetuum. Feli. d. c. cùm omnes. uer. alias autem. nu. 10. col. 100. Adde & restringe istas fallentias, quòd in aliquibus casibus non habent locum, utputà quia licet capitulum succedat in iurisdictione episcopali, tamẽ non poterit facere capitulum sede uacante statutum in materia feudi. Ita Fel. d. c. cùm omnes. uersic. licet prædicti. nu. 10. col. 100. Itẽ ubi non imminet necessitas, capitulum non posset facere statutum super statu ecclesiæ sede uacante, etiamsi succederet in iurisdictione episcopali. Feli. d. c. cùm omnes. uer. secundò est aduertendum. nu. 10. col. 100. Item si capitulum uellet statuere in præiudicium futuri episcopi, non posset etiam sede uacante, etiamsi haberet iurisdictionem episcopalem. Felin. d. c. cùm omnes. uersi. tertiò est aduertendum. nu. 10. col. 101.

canonici sede uacante non possunt statuere in materia feudi, etiamsi succederent in iurisdictione episcopali: & ratio est, quia quæ cõpetunt episcopo in speciali iurisdictione, non succedunt in eas canonici. Fel. c. cùm omnes. uersi. licet prædicti. nu. 10. col. 100.

canonici absentes possunt percipere fructus beneficij, si consuetudo hoc introduxit: & hoc habet locum, etiamsi nõ deseruiant per uicarium: de quo uide Felin. c. cùm omnes. de consti. uersi. sed maius. nu. 22. col. 111. & uide, quæ posui §. clericus beneficia, utrùm possint.

canonici, qui habent statutum inter se, quòd canonicus receptus soluat, putà x. etiamsi tale statutum non sit pœnale, tamen recipiendo committunt simo. quia in materia simoniæ consideratur solùm petitio. Fel. c. cùm M. Ferrariensis. de consti. uersi. sed ad unum. nu. 20. col. 210. Adde do. Abb. c. dilectus. de simo. canonici si admittunt inhabiles in capitulo, an actus inficiatur: uide, quæ posui in litera A. §. actus factus.

canonici supernumerarij an ex consuetudine, uel statuto possunt puniri, ut nõ habeant stallum in choro, neq; uocem in capitulo. Fel. ponit c. constitutus. de rescript. uersi. item an de iure. nume. 24. col. 635.

¶ Canonicatus collatus si est ultra numerũ canonicatuũ, an censeatur collata præbenda: & si præbenda postea uacat, an possit propria authoritate præbendam apprehendere. Fel. c. cùm M. de consti. nu. 8. uersi. & ex his. col. 209.

canonicatus non est dignitas: c. statutum, in prim. de rescrip. in vj. & ibi do. de san. Gemi. do. de Ro. deci. ccccxliij. in nouis, tit. de præb. incip. item si legatus. Adde Felin. c. pastoralis. de offi. deleg. uersi. utrùm uerò abbatia. col. 1173. nu. 10.

canonicatu collato an intelligatur collata præbenda. Feli. c. cùm M. Ferrariensis de consti. uer. an autem collato. nu. 6. col. 209. Et uide, quæ posui in litera P. §. præbẽda assignata. quæ faciunt ad ista.

¶ CANONISTA in promotione ad dignitatẽ ecclesiasticã præfertur Theologo. Ita Fel. c. clerici. de iudi. uersi. item nota, quòd Canonista. nu. 5. col. 79.

¶ Capella an spectet ad plebem, an autem requirat rectorem de per se. Vide Feli. c. ex parte. el ij. de rescri. j. uer. nu. j. col. 526. cui adde do. Ab. c. eo. j. no. Adde, quid si capella est cõstructa in ipsa plebe, uel eius fundo, an prælatus maioris ecclesiæ erit rector utriusq; ? Vide Fel. d. c. ex parte. el ij. de rescri. d. uers. & col. ea. Adde, & pone, quòd capella ædificatur, ut sit perpetuum beneficium per se stans, an de necessitate habebit perpetuum rectorem. Vide Felin. d. c. ex parte. de rescript. d. uer. & quis habebit institutionem, uel præsentationem in ista capella, uidelicet ipse rector, uel alius. Vide, quæ posui in litera R. §. rector parochialis. & litera E. §. ecclesia sita in diœcesi.

¶ Capella dotata, uel ædificata à testatore, ad hoc ut efficiatur beneficium, & ut testator, uel instituens efficiatur patronus, requiritur approbatio episcopi, sine qua nihil ualent constitutiones statuen-

statuentium, siue testantium, uel ædificantium, & dotantium. Ita Felin. c. ex parte. el ij. de rescript. in prin. nu. 7. col. 526. Adde ad ista, quæ posui in litera T. §. testator, q relinquit omnia sua bona.

capella non curata potest teneri cum titulo beneficij. Vide, quæ posui in litera R. ubi ad plenum, §. rector parochialis ecclesiæ potest habere.

capella fundata in ecclesia, an rector illius ecclesiæ habeat ius instituendi in capella. Anto. de But. c. querelam. de elec. iij. col. tenet, quòd sic: do Abb. c. iij. de eccles. ædi. dicit, quòd rector ecclesiæ, in qua fundata est capella, efficitur compatronus cum ipso fundatore. Vide Fel. c. cùm uenerabilis. de excep. uers. cõsidera primò. nu. 38. & uer. seq. nu. 39. col. 70. & uide, quæ posui 3. §. capella an spectet ad plebem. & §. capella dotata. & §. capella non curata. & uide, quæ posui in litera R. §. rector parochialis ecclesiæ.

capella sita in parochia alterius ecclesiæ, quis habet præsentare ministrum in dicta ecclesia, seu capella. Vide, quæ posui in litera E. §. ecclesiæ sitæ in diœcesi. circa fi.

capella an teneatur ad charitatiuum subsidium: do. Abb. ponit c. accedentes. de præscrip. in fi. Adde Felin. ibi, uersi. ultimò, dum tangit. nu. 8. col. 258.

¶ Capellanus & quilibet particularis de ecclesia, admittitur ad agẽdum pro iuribus suæ ecclesiæ sine mandato. Ita Fel. c. cùm deputati de iudi. uer. limita tamen hoc dictum. nu. 5. col. 146.

¶ Capitales pœnæ sunt tres: prima est mors corporis, l. capitalium. ff. de pœnis. Secunda pœna capitalis est damnatio in metallum, l. quidam. ff. de pœn. Tertia pœna capitalis est deportatio: & isti non perdunt libertatem, sed ciuitatem. Vide Felin. c. qualiter & quando. el ij. de accus. §. ad corrigendos. uer. circa secundum. nu. 23. col. 919.

¶ Capitulũ an possit authorizare in suppressione dignitatis, quãdo bona sunt applicanda mensæ capituli, ut uniuersis, uel etiã ut singulis. Vide Fel. c. cùm accessissent. de consti. uers. secundò limita. nu. 22. col. 184. Posui in litera E. §. episcopus an possit applicare. Adde, an hoc possit facere capitulum cũ episcopo: nu. 23 uers. & ista. col. 185.

capitulum canonicorum an ueniat appellatione ciuium. Feli. in c. eã te. de rescri. uer. cæterùm, quando de materia. nu. 16. col. 487.

capitulum canonicorum an succedat mortuo episcopo in iurisdictione delegata episcopi. Feli. c. eam te. de rescrip. uer. in mandato facto. nu. 17. col. 492.

capitulum canonicorum an possit transigere, etiamsi omnes canonici non consentiant. Vide per Felin. c. cùm omnes. de consti. uer. & ideo. nu. 9. col. 99.

capitulum sede uacante an possit absoluere iurantem à iuramento? & uidetur dicendum, quòd non: quia hæc est quædam dispensatio. Vide Felin. c. j. de iureiu. nu. 19. ij. parte. uersi. secundò quæro. col. 1111. Adde, quòd in contrarium est ueritas: quia sede uacante succedit capitulum in spiritualibus & tẽporalibus, c. pen. & fi. de supplen. neg. præla. in vj. & uide consi. do. Car. xxxviij. incip. Quædam habens unum filium. Adde Feli. d. c. j. de iureiu. in uer. in contrarium facit. nu. 20. col. 1112.

capitulum canonicorum an teneatur admittere personam non capitularem constitutam procuratricem ab aliquo canonico, ut pro eo det uocem in electione prælati, aut concanonici, uel alicuius actus expediendi capitulariter: & dic, quòd si capitulum nõ uult admittere talem personam, quòd non potest arctari. Ita Io. An. regula, quod alicui. de reg. iur. in vj. Fell. c. cùm omnes. de consti. uer. octauò fallit. nu. 18. col. 109. & c. Apostolicæ. de except. uer. sed tunc statim dices. nu. 7. col. 110.

capitulum ecclesiæ matricis debet reuereri, & honorari à prælatis & clericis diœcesis, sicut episcopus: & hoc sede repleta. Ita do. Abb. c. cùm non liceat. de præscrip. iij. no. Adde Fel. ibi nu. 2. col. 260. & uide Inno. c. dilecti. de maio. & obe. Adde & limita istud: quia non habet locum in singulis canonicis: do. Abb. loco præallegato. Et hoc tenet etiam Imo. c. cùm dilectus. de consue. Ant. de But. c. illa. de elect. Et sic not. quòd capitulum maioris ecclesiæ debet præcedere prælatum ecclesiæ inferioris: & hoc, quando procedit capitulariter. Vide Bal. l. fin. C. de bonis li. Do. de Ro. decis. vij. ti. de regula. in antiquis: Vide Feli. d. c. cùm non liceat. ubi 3. col. ead.

capitulum ecclesiæ maioris debet præcedere prælatum ecclesiæ inferioris, etiamsi esset ecclesia collegiata. Vide 3. §. capitulum ecclesiæ matricis.

capitulũ unũ, & sic ab alijs separatum, quãdo dicatur? dic, q. quãdo uno cõstructo & una essentia plura consistunt: de quo uide Fel. c. cùm inter. de re iud. uersi. dicitur autem. nu. 7. col. 485.

capitulum, super quibus est fundata inquisitio, tradenda sunt inquisito nomina testium. Vide Felin. c. qualiter & quando. el ij. de accusa. §. debet. j. no. nu. 15. col. 914.

capitulum canonicorum ecclesiæ cathedralis an ueniat appellatione ciuium. ponit Feli. c. Rodulphus. de rescrip. uer. de hoc uerbo, District. nu. 18. col. 991. & dixi 3. in litera C. eo uers.

capitulũ ecclesiæ inferioris an succedat in iurisdictione mortuo prælato suo, sicut dicimus de capitulo ecclesiæ cathedralis. Vide latè per Fel. c. his, quæ. de maio. & obe. nu. 2. col. 1340.

capitulũ ecclesiæ inferioris succedit mortuo prælato, in iurisdictione spectante prælato suo de iure speciali. Feli. c. his, quæ. de maio. & obe. uer. secundus casus. nu. 2. col. 1341.

capitulum sede uacante potest absoluere ab excommunicatione, cuius absolutio spectabat ad prælatum. Felin. c. his, quæ. de maio. & obe. uer. allegato, ubi 3. col. 1342. Adde tu do. Ab. ibi d. c. his, quæ. in fine, qui expresè illud dicit.

capitulum succedit collatione spectante ad episcopum iure deuoluto uacante sede. Ita Feli. c. cùm olim. de maio. & obe. nu. 3. uersi. circa quindecim q. col. 1353.

capitulum potest recipere resignationes sede uacante. Felin. c. cùm olim. de maio. & obe. uer. ad sextam. nu. 4. col. 1354.

capitulum potest dispensare uacante sede. Feli. c. cùm olim. de maio. & obe. uer. ad octauam. eo. nu. col. 1355.

capitulum potest dare beneficia in cõmendam sede uacante. Felin. c. cùm olim. de maio. & obe. uer. ad undecimam. nu. 6. col. 1355.

capitulum sede uacante non habet facultatem doctorandi. Feli. c. uerùm. de foro compe. uer. tertium corollarium. nu. 2. col. 187.

capitulum quando dicatur negligens in defendendo iura ecclesiæ? Vide Felin. c. cùm olim. de testi. uersi. quando autem dicatur. nu. 4. ij. parte. col. 734.

capitulũ an possit agere pro omnib. beneficiatis in ecclesia: do. Abb. c. cùm olim. de testi. v. col. uer. nunquid autem decanus. Adde Feli. ibi uer. an autem decanus. nu. 5. ij. par. col. 736.

capitulum sede uacante non potest facere statutum in materia feudi: quia non succedit in iurisdictione speciali episcopi. Fel. c. cùm omnes. de consti. uersi. licet prædicti. nu. 10. col. 100.

capitulum in quocunq; actu, etiam cessante impedimẽto, præterquã in actu electionis, potest constituere procuratorem. Ita do. Abb. latè c. quia præter. de elec. & Fel. c. cùm omnes. de consti. uersi. secunda declaratio. nu. 27. col. 115.

capitulum in actibus, in quibus requiritur præsentia ipsius capituli, seu consensus, potest deputare aliquos: & illi repræsentabunt totum capitulum: do. Abb. c. ij. v. col. de re iud. Feli. c. cùm omnes. de consti. uer. de consti.

capitulum quando uult committere uices suas alteri, putà uni de collegio in certo actu, talis subdelegatio, uel substitutio debet fieri diligentia omnium. Arch. c. episcopus. xvj. q. vij. Feli. c. cùm omnes. de consti. uer. decimoquarto fallit. nu. 18. col. 110.

capitulum in contumacia, seu uniuersitas, non potest constitui, antequam congregari potuerit, ut l. j. C. de lib. uni. Adde Felin. c. cùm omnes. de consti. uer. in ea gl. ibi. nu. 24. col. 114.

capitulũ uel collegiũ, si habet consentire circa actũ, an requiratur, ut capitulariter consentiãt, uel non. Facias primò distinctionẽ, ut actus sit expediendus in iure, aut in facto, ut putà Papa mãdat c. ne eligant, uel præbendã cõferant, debet hoc fieri collegialiter: sed si Papa mãdat capitulo, ut aliquẽ recipiant in canonicum, cui ipse Papa contulit præbendam, cum hic sit nuda receptio facti, nõ exposcit actũ collegialem. Fel. c. cùm omnes. de consti. uer. prima declaratio. nu. 26. col. 115. Et adde multa alia similia ibi per Felin. quando actus sit expediendus collegialiter per canonicos, uel nõ.

capitulum sede uacante succedit solum in competentibus episcopo iure communi, non iure accidentali. Fel. c. eam te. de rescript. nu. 17. uersi. & adde Lud. col. 393.

capitulum non potest administrare bona cõmunia inter suum episcopum & ipsum capitulum episcopo contradicente. Fel. c. edoceri.

de rescript.uer. & ex dictis Abb. hic.nu.3. col.668. Adde, quid econtrà? Vide, quæ posui in litera. E. §. episcopus habens administrationem.

capitulum solum potest agere sine consensu superioris pro rebus cõmunibus malè alienatis. Fel.c.edoceri. de rescri.uersi.secunda declaratio.nu.4.col.669.

capitulum pro bonis communibus inter episcopum & ipsum capitulum, non potest agere sine consensu episcopi. Fallit tamen, quãdo præstat cautionem rati: quia debet admitti. Ita Fel.c. edoceri. de rescri.uer.tertia declaratio.nu.5.col. 670.

capitulum ecclesiæ cathedralis non habet de iure communi potestatem excõmunicandi, nec interdicti: nam iurisdictio est penes episcopum. Fel.c.ex parte decani. de rescri.nu.1.col.949.

capitulum sede uacante an succedat in potestate commendandi ecclesias. Feli. de maio. & obe.c.cùm olim.nu.6.col.1355. Et an succedat in dandis indulgentijs: ibidem nu.7.col.1356.

capitulum sede uacante an teneatur constituere uicarium. Ibidem nu.9.ead.col.

capitulum si sede uacante facit statutum contrariũ alteri statuto episcopi, an ualeat? & utrum possint tollere statutum episcopi, & facere aliud. Ponit Fel.c.cùm omnes. de cõst.uer. aliàs autem. nu.10. col.100. Vide, quæ posui §. canonici non possunt statuere.

capitulum sede uacante non potest statuere in his, in quibus capitulum non succedit de iure: & est gl. notabilis c. cùm olim. de maio. & obed. Ponit Feli.c.cùm omnes. de const.uer. licet prædicti. nu. 10.col.100. ubi addit multa similia, quæ non fuere tacta per doctores ibi: uide, quæ posui §. canonici non possunt statuere.

capitulum sede uacante, ubi non imminet necessitas statuendi, non potest facere statuta in materia, in qua aliàs nõ posset uiuente episcopo. Fel.c.cùm omnes. de const.nu.10.uer. secundò est aduertendum.col.100. Vide, quæ posui §. canonici non possunt statuere.

capitulum si uellet statuere sede uacante in præiudicium prælati futuri, uel ecclesiæ, non ualet statutum, etiamsi ipsi canonici iurarẽt ipsum statutũ obseruare. Lap. alleg. xx. Hoc intellige, quando ipsi canonici uellent auferre ab ipso episcopo, quæ de iure cõmuni, uel laudabili consuetudine ipsi episcopo cõpetunt: secus, si aliter. Vide Feli.c.cùm omnes. de const.uer. tertiò est aduertentum. nu.10. col.101. & uide, quæ posui §. canonici non possunt statuere.

capitulum non potest facere statutum aliquo casu. Ita Inno. c. cùm omnes. de consti. Vide Felin. d.c.cùm omnes. uer. alleg. 5. ead. col.

capitulum debet absolui ab impetitione: pone, quòd quis petit à capitulo pro suo interesse centum, eò quia capitulum impediuit ipsum petentem, quò minùs uteretur, uel frueretur certa possessione sibi locata: & in libello non dixit, q capitulariter illi de capitulo eum impediuerunt: dico capitulum absoluendum esse à tali petitione: quia debebat dicere in libello, quòd capitulariter fuerit impeditus: & hoc, quia quod factum est à capitulo, non intelligitur capitulariter factũ, nisi constet, q congregati faciant. Ita consuluit. Ang. cõs. suo ccxlij. inci. Visis & discussis. Fel. posuit c. cùm omnes. de consti. uersi. & ideo Angel. nu.25. col.114.

¶ Captiui, qui ex maleficio sunt capti, an sint redimendi ex bonis ecclesiæ, uel de bonis fideicommissi. Vide Fel.c. quæ in ecclesiarum. de consti. uer. in gl. ij. in fi. nu.66. col.155. & uide, quod ibi alle. gl. c. sacrorum. xij. q. ij. quæ tenet, quòd sic: & Bal. ut ibi per eum.

¶ Captura an dicatur de processu. Vide Pet. de Anch. cle. j. de excess. præla. & ibi do. Car. circa fi. uer. sextò quæro. Felin. remissiuè c. quoniam contrà. de proba. uer. ex quibus. nu.8. col.517. ij. parte.

¶ Captus, qui ducitur ad carceres, si offert fideiussores idoneos, debet relaxari: aliter fit ei iniuria. Fel.c. legebatur. de maior. & obe. in prin. nu.1. col. 1312. Adde tu, & amplia istud, quòd non solùm habet locum in causis ciuilibus, sed etiam in criminalibus, ubi pœna pecuniaria uenit imponenda, l. j. ij. & iij. ff. de custo. reo.

captus pro crimine merente pœnam corporalem, nõ relaxatur offerendo fideiussorem. Ita Feli.c. legebatur. de maio. & obe. in prin. nu.2. col.1312.

¶ Caput an sit membrum. Vide Fel.c.cùm illorum. de sen. exc. uer. itẽ appellatione. nu.10. col.1200.

caput est membrum honorabilius cæteris. Ita do. Abb. cùm non liceat. de præscrip. ij. no. Vide Bald. c. j. §. ad hoc. de pace iur. fir. & Ang. l. si quis. C. de pœn. ubi dicit, quòd non ualet statutum, quòd pro delicto quis bulletur in facie, seu in fronte. Adde Fel. d.c. cùm non liceat. in princ. nu.1. uer. & dum dicit. col.259.

¶ Carceratus pro debito, an sit alendus expensis creditoris. Bar. l. sancitũ. ff. de rerum diuisi. dicit, quòd debitor incarceratus debet ali suis expensis. Adde tu, & limita, quòd hoc est uerum, si ipse debitor habet, unde se alat: si autem nõ habet, debet ali expensis creditoris: aliàs iudex debet eum relaxare: Ita dicit eleganter Ang. de Are. insti. de actio. §. fi. in fi. Et idem tenet Fel.c. j. de libel. obla. uer. modò iunge generaliter. nu.9. col.276. & 277.

carceratus pro eodem delicto bis, non relaxatur amplius. Bartol. & Bal. l. iij. C. de episc. audi. Fel.c. si cautio. de fide instru. uer. & hinc est, quòd bis. nu.43. ij. parte, col.994.

¶ Cardinalatus dignitas est maior post Papã quacũq; alia dignitate. Ita Fel. rub. de maio. & obe. nu.7. col.1300. & inde. uer. & limita. Adde tu, q Domi. c. episcopus. xvij. dist. aliter sentit ibi eũ uide.

¶ Cardinalis, qui asserit se delegatum, creditur ei etiamsi non ostendat rescriptum delegationis. Hosti. in summa, in tit. de offic. deleg. Spe. tit. de proba. §. interdum. uers. quid de auditionib. do. Abb. c. quod super his. de fide inst. iij. col. uer. ego credo. Adde Fe l.c. cùm in iure. de offi. deleg. uer. secundò limita. nu.6. col.1190.

cardinalis an comprehendatur à iure exorbitante loquente generaliter. Vide Host. c. ij. de cleri. non resid. Ioã. Mon. c. unico, de schisma. in vj. Lud. Ro. consil. suo. 497. Pet. de Anch. consil. suo ccxc. incip. Pro clariori euidentia. Et quia est materia longa & fastidiosa, ideo uide latissimè per Feli.c.cùm in iure. de offi. deleg. nu. 7. uer. ultimò, ubi requiritur. col.1191.

cardinalis præsumitur, quòd sit legatus: & sic, quòd ei sit facta commissio legationis ad minus in forma generali, etiamsi non appareat mandatum. Spe. tit. de leg. §. superest. uer. quid si legati. glo. c. nobilissimis. xcvij. dist. Lapus alleg. xiiij. incip. Idem est dicere. & alleg. xxxiij. incip. an frater minor. do. de. Ro. decis. clxxvj. incip. itẽ no. q, legatus. in antiquis, tit. de offi. le. Cal. consil. suo ij. in tit. de offi. le. Bal. l. iurisiurandi. ij. col. C. de testa. Adde Felin. c. cùm in iure. de offi. deleg. uer. præsumitur cõmissio. nu.12. col.1193. ubi dicit, quòd hoc habet locum etiam in omni alia persona grauissima, & illustri: & ibi multa allegat, quem uideas. Limita tamen hoc, quando legatio esset præiudicialis alteri: quia nõ crederetur. Ita Fel. loco præallegato.

cardinalis, qui dicit se legatum Papæ, creditur ei in his, quæ ueniunt generaliter in delegatione, etiamsi nõ ostendat literas. Ita no. Feli. c. quod super his. de fide instru. uers. secunda conclusio. nu.10. col. 934. par. ij. Et in tantum hoc uerum est, quòd do. Abb. ibi dicit, q etiamsi esset illustris persona, non creditur ei sine literis, nisi sit cardinalis. Adde Fel. d.c. quod super his. uer. prima cõclusio. et uide, quæ posui 5. §. Cardinalis præsumitur, quòd sit legatus. Adde, quòd ista intelliguntur esse uera in generali commissione: secus in speciali, ubi agitur de præiudicio tertij. Ita Felin. d.c. quod super his. nu.9. uer. & habet locum. col.5. allegat.

cardinalis, qui asserit se delegatum, non creditur ei, nisi ostendat literas, c. quod in iure. de offi. deleg. qui tex. habet locum etiam in cardinali. Ant. de But. c. quod super his. de fide instru. ubi etiam Ino. Inno. c. cùm olim. el j. de priuil. Fel. in d.c. quod super his. uersi. secunda conclusio. nu.10. ij. parte, col.934. Adde, quòd do. Abb. d. c. quod super his. iij. col. uer. ego credo. tenet contrarium, & dicit, quòd sicut creditur cardinali in maioribus, uidelicet quòd sit legatus, multò plus debet credi in minoribus, uidelicet quòd sit delegatus, etiam non ostensis literis. Adde, quòd ista opi. do. Abb. est reprobata. Vide Felin. d.c. quod super his. uer. sed do. Abb. & uer. seq. nu.11. & 12. col.935. & per totã illam col. & uide, quæ posui §. cardinalis, qui asserit se delegatum.

cardinalis in iudicio est maior episcopo: do. Abb. c. quod super his. de fide instru. in fi. Host. c. ecclesia. el ij. de elec. text. cum gl. c. quacunq. ij. q. vij. do. Abb. d.c. ecclesia. Bar. l. j. §. si quis. j. col. ff. de appel. Adde Fel. d.c. quod super his. uersic. ultimò dicit hic. nu. 14. ij. parte, col.938.

cardinales an possint recedere, aut discedere ab obedientia Papæ. Vide Feli.c. si quando. de rescript. uer. Reliqua de obedientia. nu. 7. ibi, & quòd cardinales. col.446.

cardinales si exprimunt falsum ualorem beneficij, an impetratio sit nulla. Vide Fel.c. ad aures. de rescrip. uer. octaua conclusio. nu.11. col.

col.505. Et an ligentur constitutionibus, an regulis cancellariæ, an comprehendatur in dispositionibus odiosis: uide Felin. d.c. ad aures. d. uer. tertiò considera. col.505.

cardinales quando possunt uocare concilium. Vide Fel.c. super literis. de rescrip. uer. nonò facit. nu.21. col.652.

cardinales habent in titulis suis & in ecclesijs sibi subiectis iurisdictionem episcopalem. Ita Fel.c. his, quæ. de maio. & obe. in princ. nu.1. colum. 1340.

cardinales decedentes à uoluntate Papæ ante dispositionem suam, sunt schismatici. Do. de san. Ge. §. hinc etiam. xvij. distinct. Adde Felin. c. accepimus. de fide instru. uer. & addit hic do. Abb. nu.3. ij. parte, col.913.

cardinales non possunt præscribere contra supremam potestatem Papæ, adeò quòd ipse Papa non possit facere ardua sine consensu suo: de quo uide, quæ posui in litera P. §. præscriptio non currit contra supremam potestatem Papæ.

¶ Careat: istud uerbũ, Careat, positum in iure, an importet necessitatem: uide Felin. c. ex tenore. de rescript. uer. considera tertiò. nu. 17. col.589.

careat uiribus: Ista uerba important ipso iure. Felin. c. Rodulphus. de rescript. uer careat uiribus. nu.27. col.1001.

¶ Castro, uel territorio concesso, an intelligatur cõcessa iurisdictio. Ponit Felin. c. Rodulphus. de rescript. uer. proprietatis uerò. nu. 16. col.990.

castro concessa per principem aliquibus, an sit concessa iurisdictio. Ponit Felin. c. quod sedem. de offic. ordi. uer. an autem, num.4. col. 1248.

¶ Casus exceptus à statuto, an extenditur ad similẽ. Vide do. Ab. c. ad audientiam. de cler. non resid. in princ. & uide etiam latè per Fel. c. translato. de consti. uer. item non arguitur. nu.12. col.85.

casus, in quibus potest fieri alienatio rerum ecclesiasticarum. Vide per Hostien. in summa, in tit. de rebus eccles. non alie. §. ex quibus. glos. in summa, xij. q. ij. Felin. c. quæ in ecclesiarum. de consti. ij. nota. nu.2. col.126. Adde tu aliũ casum ultra illos, in quo ualet alienatio rei ecclesiastic. e, uidelicet in casu remunerationis: & hoc de rebus mobilibus sine dubio, c. relatum. de testa. & ibi Scribentes: sed an in isto casu permissa sit alienatio rerum mobilium, uide Bar. l. iubemus. C. de sacrosan. eccles. uer. quæro.

casus Papæ & sibi soli reseruatus, est, confirmare statuta laicorum tangentia bona ecclesiarum, uel personas ecclesiasticas. Felin. c. ecclesia sanctæ Mariæ. ij. no. de consti. nu.2. col.240. & inde.

casus fortuiti: an casibus fortuitis renunciari possit? lex dicit, quòd non, l. sed & si quis. §. quæsitum. ff. si quis cau. & idem tenet Fel. c. fin. de homi. nu.1. col.1158. Adde tu, q, si in generali renunciatione esset dictum, non obstante §. quæsitum. nunqnid ualeret talis renuciatio. Et sic punctus est uidere, nunquid partes possint renunciare d. §. quæsitum. Guil. de Cug. & Anto. de Pisis tenent, quòd non: quia dispositio illius §. quæsitum. fauore publico introducta est. Ideo pacto priuatorum renunciari non potest, c. si diligenti. de foro competenti. Sed imò uidetur, quòd principaliter sit inducta priuato fauore, ne priuatus renuncians decipiatur sub generalitate uerborum, ut patet ex doctrina Bartol. l. j. ff. sol. ma. Secundò facit pro ista parte: nam d. §. quæsitum. requirit, quòd specialiter renuncietur: sed illud dicitur fieri specialiter, quod à generalitate remotum est. l. seruus urbanus. §. fin. ff. de leg. iij. Dy. reg. quod semel. de reg. iu. in vj. Tertiò facit: quia ubicunq; l. negat aliquid ualere, nisi illud fiat expressè, non possunt partes ei renunciare, quasi censeatur pro forma requisitum. Ista est doctrina Bartol. & aliorum l. pe. C. de pac. l ius publicum. ff. eo. Quartò facit: quia l. prohibitiuæ partes renunciare nõ possunt: gl. c. j. in glos. magna, in fi. C. ne fideiuf. dotium den. Bartol. l. si constante. §. quoties. ff. sol. ma. Ideo statuto prohibitiuo renunciari nõ potest, secundũ Bald. l. fin. xiij. oppo. C. de edic. diui Adri. tol. c. transmissæ. de elect. Quintò facit: quia qua fragilitate inducitur quis ad faciendam generalem renunciationem, eadem inducitur ad renunciandum d. §. quæsitum. Ergo non ualet, l. doli. de noua. Contrariam opi. tenet solus Alb. d. §. quæsitum. dicens, quòd quamuis sola generalis renunciatio non ualeat, tamen si specialiter diceretur, non obstante §. quæsitum. tunc bene ualeret: & dicit quòd uidit communiter seruari. Et in simili habes Specul. tit. de donat. uer. quid ergo. quòd si donans generaliter promittit nõ reuocare donationem ex aliquo casu, non ualeret: secus, si diceret in specie, Non obstante l. fin. C. de reuo. do. Tamen ibi uidetur fortius: quia illa renunciatio inuitat ad delinquendum. Bald. uidetur eam tenere, ut tit. de pace Constan. xxiiij. col. Pro ista parte primò facit no. ratio d. §. quæsitum. secundum Bartol. & omnes, ne quis sub inuolucro & generalitate uerborum decipiatur: sed uolenti non fit dolus, neq; deceptio, l. si donationis. C. de transac. Secundò facit, quòd ille §. quæsitum. est lex positiua inducta principaliter fauore priuatorum: ergo potest renũciare, per l. si quis. C. de pac. Tertiò pondera doctrinam Bartol. l. de his. ff. de transact. ubi duo dicit ad propositum: primò, quòd quando lex disponit aliquid circa formam, tunc ei renunciari non potest. Dicit tamen Bart. quòd l. disponit circa formam, quando lex dicit, quòd aliter fieri non possit: sed hoc non dicitur §. quæsitum. Ergo, &c. Secundò dicit Bartol. quòd l. prohibitiuæ renunciari non potest. Et lex prohibitiua dicitur, quando in ea dicitur, quòd non possit: quia uerbũ Possit, negatiuè prolatum, necessitatem importat: glos. c. j. de re iudic. in vj. Sed d. §. quæsitum. dicitur non ualere. Vltimò moueor pro no. regula pro parte ista: nam quando lex aliquid simpliciter prohibet, tunc ei renunciari non potest: secus, quãdo utraq; procedit excipiendo consensum partium, tunc ei renunciari potest. Ista regula probatur authen. generalem. & ibi Bald. ij. not. C. de episco. & cle. c. nulli. & ibi Bald. de rescript. Sed. d. §. quæsitum. proceditur excipiendo, dum dicit, nisi specialiter. Ergo ei renunciari potest.

¶ Catechumeni in successionibus bonorum ab intestato nõ utuntur legibus ciuilibus, sed legibus ueteris Testamenti: de quo uide, quæ posui in litera l. §. Iudæi non tenentur.

¶ Caupones, stabularij, an teneantur edere scripturas suas domesticas actori ad intentionem fundandam. Vide, quæ posui in litera P. §. publicani an teneantur edere.

¶ Causa impulsiua, uel finalis, quæ sit, & quomodo cognoscatur? Ponit Bar. l. ij. ff. de dona. §. Titio. j. col. Salic. l. generaliter. la ij. C. de epis. & cle. ij. col. uer. quæro tunc. Adde Felin. c. cùm nuncius. de testi. nu.1. ij. parte, col.634.

causa ecclesiæ cathedralis non agitatur sede uacante. Fel. c. edoceri. post. nu.6. uer. uacante sede. de rescrip. col.672.

causa ciuilis potest delegari laico à iudice ecclesiastico. Felin. c. decernimus. de iudic. nu.1. col.19.

causa in sententia regulariter non est exprimenda: Ita do. Abb. c. sicut. de re iudic. ij. col. uer. no. ultimò. Idem tenet ibi Host. & alijs. & ratio est, quia iudex posset exprimere falsam causam, uel contra ius commune: unde sententia esset nulla. Pet. de Anch. consil. suo. cciiij. incip. iudex. Vide Fel. d.c. sicut. uer. regulariter. nu.10. col. 532. Adde, quòd ista regula fallit in aliquibus casibus notatis per do. Abb. loco præallegato: & primò in causa appellationis: quia in ea, causa est exprimenda. Secundò, quando iudex absoluit partem propter ineptam petitionem: quia causa debet exprimi. Tertiò, quãdo iudex absoluit partem propter peremptam instantiam. Quartò, quando iudex sententiando recedit à iure cõmuni: quia debet exprimere causam in sententia. Quintò, quando reus absoluitur, eò quia non posset. Sextò, quando iudex tulit sententiam excommunicationis: quia in ea debet exprimere causam. Et hos casus posuit etiam Spec. tit. de senten. prola. §. qualiter. uer. uerum. de quo uide Felin. d.c. sicut. uer. tertia declaratio. nu. 13. ubi 5. col.533. ubi ipse addit alios quinq; casus. Et primò, quando iudex in sententiando præiudicaret parti ultra suum intentũ: quia in sententia debet ponere causam. Do. de san. Gem. c. confirmationem. de elect. in vj. in fi. do. Abb. consil. suo vij. j. uol. incip. Quæsitum fuit antè. Felin. d.c. sicut. uer. alleg. col. ead. Secundo casu, quando iudex fert sententiam contra contumacem: quia debet inserere causam in ipsa sententia. Bald. l. pen. C. de consti. pe. col. & authen. qui semel. C. quo. & quando iudex. penult. col. Felin. d.c. sicut. uersic. octauus casus. nu.14. ubi 5. col. ead. Tertio casu, quando iudex fert sententiam in causa criminali: quia debet ponere causam in sentẽtia. Bal. d.c. sicut. Fel. ibi uers. nonus casus. col. ead. Quarto, quãdo iudex pronũciat exceptionẽ recusationis nõ esse admittẽdã: quia debet exprimere causam in sentẽtia. Ab. c. cũ specialis. de appel. x. col. in princ. Fel. d.c. sicut. uer. decimus casus. nu.

nu.16.col.ead. Quinto, quando iudex uult uti arbitrio sibi concesso à iure: quia debet exprimere causam, quæ habet iustificare ipsum arbitrium. Vide Felin.d.c.sicut.uersic.undecimus casus.eo. nu.col.534. Adde tu, si in casibus suprà scriptis iudex fert sententiam: & non ponit causam, sed omisit, propter hoc sententia non redditur nulla. ita do.Abb.c.sicut.iij. col. uer. sed tu aduerte.Bal. & Ang.l.ait prætor.§.ignominiæ.ff.de infa.Vide Felin.d.c.sicut. uer. quarta declaratio.nu.18.col.535.

causa summaria an efficiatur plenaria propter recõuentionem. Feli. c.j.de nu.peti.nu.4.col.300.

causa falsa expressa in sententia, an uitiet ipsam sentẽtiam. Vide, quæ posui in litera F.§.falsa causa expressa.

causa modica quæ dicatur: ponit Fel.c.nõnulli.de rescr. in principio. col.766.

causa in dubio intelligitur esse finalis, occasio uerò impulsiua. Fel.c. solitæ.de maio.& obe.in princ.nu.2.col.1315.

causa spiritualis incidens coram iudice seculari, debet tractari corã ecclesiastico. Ita Fel.c.cæterùm.de iudi.nu.2.col.54. Adde tu, quid ecõtrà: pone, causa temporalis incidit corã iudice ecclesiastico, an poterit ipse iudex ecclesiasticus cognoscere de ea? Dic, quòd sic. Ita Scribentes c. tuam. de or.cog.& l.lator. qui filij sint leg.& c. de prudentia.de do.inter uir.& uxor. Sed quæ est ratio differentiæ: nam in utroq; casu incidentia ampliat iurisdictionem, l. quoties.C.de iudi.l.cùm proponas.C.de re. cred. Ideo idem esse debet in uno casu, quod in alio. SOL. Ratio differentiæ est, quia iudex secularis incapax est cognoscere de causa spiritualis. Vnde incidẽtia causæ ampliat iurisdictionem iudicis ecclesiastici, qui saltem in habitu habet illam iurisdictionẽ: ideo iudex ecclesiasticus cognoscit incidẽter de causa temporali: quia nõ est incapax illius iurisdictionis: imò eam habet in habitu: & istam opi. tenuerunt Scribentes in iuribus præallegatis.

causæ quot sunt, quæ faciunt obtinere in interdicto retinendæ possessionis: de proba.c.licet.nu.8.col.478.

causæ cõmunes diuidi nõ debent: fallit, ubi reus & actor sunt diuersi fori. Ita Felin.c.fi.de iudi.uer.in gl.ij.nu.8.col.168.& inde. Adde tu, quòd etiam super pluribus actionibus diuersis coram uarijs ordinarijs quis non est trahendus. Ita tenet gl.no.c.fi.de rescri.uer. literas.& ibi do.Abb.ponderat illam gl. ad hoc.

causæ ecclesiasticæ regulantur tam in decisione, quàm in ordinarijs, secundum ius ciuile: de quo uide, quæ posui in litera I.§.ius ciuile seruatur.

causæ miserabilium, uel pauperum, debent decidi secundum ius canonicum, etiam in foro ciuili: & hoc, quando canones contrariãtur legibus. Ita Ant.de But.& Imo.c.clerici.de iudi. Adde Fel.c.in causis.de testi.nu.1.ij.par.uers.no.secundò.col.642.

causæ exhæredatiõis, propter quas pater potest exhæredare filium, sunt quatuordecim: tamen idem est in alijs causis, quæ sunt similes, uel maiores illis. Ita Fel.c.pastoralis.de rescrip.nu.2.col.549.

causæ propter quas donatio potest reuocari, numerantur l.fin.C.de reuo.dona. Tamen gl. ibi dicit, quòd propter similes causas poterit reuocari donatio. Vide Fel.d.c.pastoralis.nu.3.col.549.

causæ meri & mixti imperij non possunt delegari de iure ciuili. Fel. c.quod sedem.de of.ord.nu.1. Et qualiter procedit illa regula, ibidem uide col.1245.

causæ fidei dicuntur esse arduæ: ideo non possunt delegari. Felin.3. col.1247.

¶ Cautio intelligitur simplex promissio: gl.iij.c.de Benedicto.xxxij. q.j.Bart.& Bal.l.sancimus.C.de uerb.sig. Fel.c.ad nostrã. de iure iur. nu. 5. col. 1141. parte ij.uer.in gl.ij. Adde, quòd istud fallit in multis casibus: & primò in cautione prætoria: quæ intelligitur de sufficienti. Fel.d.c.ad nostram.col.ead. Item fallit, ubi lex mandat caueri causa cognita. Felin.ubi 5.col.1142. Item, ubi persona astricta ad cauendum, est suspecta. Fel.ubi 5. Item quando dicitur, col. ead. Plenè caueat, non sufficit simplex cautio. Fel. ubi 5.col. ead. Item quando dicitur, sufficienter caueat, non sufficit simplex cautio: gl. d.c.ad nostrã.glos.c.qua fronte.de appel.do Abb.c.ex publico.de cõuer. cõiu. Fel.d.c.ad nostrã.col.ea. Itẽ si lex requirit competentem cautionem, non sufficit simplex cautio: Old. consil. suo lxviij.incip.nomen cautionis. Fel.d.c.ad nostram.col.ead. Itẽ ubi requiritur cautio idonea: gl.c.felicis. de pœnis.in vj.uer. idonea. Felin. ubi 5. col. 1142.

cautio nuda si sufficit in aliquo casu, an requiratur ad minus hypotheca bonorum? Bar.tenet, quòd sic, l.j. ff.qui satis.cog.uers.sol. gl. Vide Fel.c.ad nostram.de iureiur.uer. quid autem, si in aliquo. nu.9.ij.parte, col.1142.

¶ CEDENS iura sua ap posit testificari, p cessionario in quæstione rei cessæ: do. Ab. ponit c.insuper.de testi.viij.col.uer.ex hac ratione.ubi tenet, q, si cedens non tenetur de euictione, quòd posit testificari. Adde Fel.c.insuper.uersic.quartò quæritur, quid de cedente, nu.13.col.597.parte ij. qui idem tenet, maximè, quãdo cessio non est facta in fraudem tertij.

¶ Celeriter: istud uerbũ positum in rescripto, an faciat causam summariam: uide, quæ posui in litera V.§.uerbum, celeriter.

¶ Census an potest præscribi: do. Abb.c.ad audientiã.de præscript. in ult.col.uer.ult.oppo.dicit, quòd census potest præscribi, dum modò non soluatur in signum subiectionis: quia si subiectio non potest præscribi, nec census præscribitur. Et idem tenet c.cùm contingat.de foro compe.v.col.& meliùs c.significauit.de censib. Sal. l.competit. C.de præscri.xxx.anno. Adde, quòd contra istam opi. uidetur esse tex.c.constitutis: de reli.do.& ibi Ioan. And.ubi eum uide: quia se remittit ad Spec. Adde tu, & dic, quòd ille text.d.c. constitutis. non facit contra opinionem do.Abb.quia loquitur in censu simpliciter debito ratione subiectionis: & ideo, si subiectio non præscribitur, nec census poterit præscribi. Adde & uide Fel. d.c.ad audientiam. de præscript.uersic.in quantum Abb.nu.20. col. 279.

census propriè quid sit. Hosti.in sum.tit. de causa poss. & propri.§. fin.in fi.quòd census aliquando denotat subiectionem, aliquando exemptionem, aliquando protectionem. Vide Felin.d.c.ad audientiam.de præscrip.uersi.& dum remittit Abb.col.280. Et ibi, quid denotet, ibidem, col.ead.

¶ Certa scientia: hoc uerbũ, Ex certa scientia, an sit exprimendum, ad hoc ut dicatur Papa facere aliquid ex certa scientia, adeò quòd aliquid non præsumatur: glos.fin.cle.ij.de rescrip.tenet, quòd sic: & glos.uerbo, Apostolicis. cle. per literas. de præben. & glos.c. statutum.de rescript.in vj.uerbo, literarum.& Bald.c.j.per quos fiat inuest. Imol.in fin.ff.à.quib.appel.non licet. Vide Fel.c.cùm inter.de except.nu.1.& 2.col.37. Adde, quòd contrarium tenuit do.Abb.c.cùm inter.j.col.uer.no. quòd in dubio.ubi dicit, quòd si ex narratis per Papam apparet de certa sciẽtia, quòd sufficit etiã, quòd hoc uerbum, Ex certa scientia, non sit expressum. Et idem tenuit c.ad hoc. de rescript. uersic. & ultimò notabis. & d.cle.ij. de rescript.in fi.& est glos.clemen.j.de iudic.uerbo, ex certa sciẽtia. Paul.de Cast. consil.suo ccxxiij.incip.uidendum est.in fi. Adde Felin. d. c. cùm inter. de except. ubi latè examinat istam difficultatem.

certa scientia: ista clausula, Ex certa scientia, posita in dispensatione Papæ, æquipollet clausulæ, De plenitudine potestatis. Ita do. Abb. c.cùm inter.de except.j.col.uer.no. quòd in dubio. Idem tenet c.ad hoc.de rescript.& uer.ex his.& c.cùm olim. de re iudic. ix.col.uer.an autem. Bald.l.eos.C.de appel. Adde Felin. d.c.cùm inter. uersic. simile dixit Bald. col. 38. & ibi posui additionem, quòd idem est in clausula, Non obstante, quia æquipollet clausulæ, De plenitudine potestatis. Adde ad ista, quòd si Papa, qui dicit in dispensatione, Ex certa sciẽtia, & ignorabat actum esse inualidum, quòd tunc non ualeret dispensatio. Vide Felin.d.c.cùm inter.nu.5.uersic.intellige benę.col.40.

certa scientia: ista clausula sic expressa, facit, quòd præsumatur Papa uelle uti plenitudine potestatis: de quo uide, quæ posui in litera P. §.Papa in dubio.

¶ Cessionarius an teneatur ostendere instrumentũ cessionis ante contestã.litis. Vide per Fel.c.j.de proba.uer.quintò restringe. nu.28. par.ij.col.388.

cessioni bonorum utrùm quis possit renũciare, ut putà debitor promisit creditori non cedere bonis, an ista promissio ualeat? & uidetur dicendum, quòd non: quia per cessionem bonorum euitãtur carceres, l.j.C.qui bon.ced.pos.& renunciando obligat se ad carcerem, & per consequens, ad speciem seruitutis, l.ij.ff.de li.homi. exhi. & ideo nõ ualet. Ita Bar.l.alia.§.eleganter.ff.fol.ma.ij.col. uersic.ultimò Dy. Idem tenet Angel.repe.l.nemo carcerem. C. de exacto.

exacto.tribu.lib.x. Vide Felin.c. ex rescripto.de iureiur. uer. & ista induc untur.nu.11.col.1154.parte ij. Adde, quòd in contrariũ facit regula l.si quis in contrascribendo. C.de pac. Et ita consuluit Fri. de Senis consil. suo lx. incip. quòd pactum, seu renunciatio. Imol. idem tenet c. cùm contingat. de iureiur.xxiiij.col.uer.item aduerte. Vide Felin. d.c.ex rescripto.uer.in contrariũ.nu.12.col. 2130. Et uide eundẽ Fel.c.si diligenti uer.tertium corollariũ.nu. 4.col. 213 .de fo. compe. Tamen limita, quòd si esset ualde miserabilis persona, non ualeret renunciatio. Felin. d.uer.col.ead.

CHARITATIVVM subsidium an possit præscribi: ponit Fel.per remissiones, c.dilectus.de of.ord.uer.circa nouũ.nu.5.col.1282.

charitatiuum subsidium: an capellæ subditæ teneantur ad solutionẽ eius: uide 5.§.capella an teneatur.

circũstantiæ nõ sunt exprimẽdæ, ubi constat de corpore: Ita do. Ab.c. ij.de libel.obla.ij.col.uers.mihi uidetur. Adde Bar.l.demonstratio.vij.q.ff.de condi & demon.ubi dicit, q, in re notoria non est opus, demonstratione. Bal.l.j.de li.& posth.Bar.l.libellorũ.v.col. uers.circa personã.ff.de acc. Vide per Fel.d.c.ij.in prin.nu.2.col. 279. Limita hanc q. nisi modus demõstrãdi esset de forma: Bal.d. l.j.ff.de lib.& post.Ant.de But.c.ij.de const.xlij.char.uer.quæro etiã. Adde scribentes c.j.de baptis.ubi dicitur, q, nõ sufficit dicere, Baptizo te in noĩe Trinitatis: quia forma requirit, ut dicatur, In noĩe patris, & filij et spũs sancti. Vide p Fel.in materia ista d.c.ij.

citandus est ille, quem negotium tangit principaliter: non autem ille, quem tangit incidenter, uel secundariò. Ita Felin.c.fi.de ma.& obe.uer.& tene menti.nu.4.col.1365.

citandus est ille, quem negotium tangit secũdariò, per generale proclama. Ita Felin. d.c.fi.de ma.& obe. uers.intellige prædicta. ibi nu.5.col.1365.

citandus ex cõmissione auditoris sacri palatij, in prima citatione est citandus personaliter per nuncium: quo facto, & habita ratione nuncij, ipsi auditores nõ citant illum ampliùs per nunciũ, sed per edictũ positũ in audientia contradictoriarũ, & procedunt ad diffinitiuam. Ita Fel.c.quoniam frequenter.§.porro.ut lit.non cõtes. uer.demũ, an citatio.nu.20.col.359. Adde tamen, q, delegatus in partibus non potest generare istum modum, sed debet ad omnes actus citare partẽ. Ita Pau.de Cast.l.ad peremptoriam.ff.de iudi. ij.col.& istud firmat Fel.loco præallegato.

citandus non est, qui est præsens in iudicio. Ioã.de Ana.c. cùm oporteat.de accus.dicit q, litigator, qui est præsens in iudicio, et uult litigare, q, tunc non est necessaria citatio: aliàs secus. Bal.l.si accusatoribus.C.de acc.ij.col.tenet, quòd citatio sit necessaria, etiam q, pars aduersa sit præsens: dic tu, quòd cõmuniter tenetur quòd iudicium actitatum contra præsentem & scientem, ualet, eo non citato, per l de unoquoq;.ff.de re iudi. Et hoc, siue præsens uult litigare, siue non: quod tenet Spec.ti.de libel.concep.§.sequitur.uer. Item dicunt quidam. Io.And.c.fin.de elect.in vj.Bal.authen.offeratur. C. de iuris conte.ñ. Bal. & Salic.rub.C.de in ius uo.Feli.d.c. cùm oporteat.nu.2.uersic.an autem.col.854. Adde, quòd Bar.l. j.ff.de in ius uo.distinguit inter uolentem litigare & inuitum. Et idẽ tenet B.r.l.prolatam.ult.col.C.de sen.Pau.de Cast.& Fulg.d. l.j. Et pro ista distinctione Bar. uide tex.c.uacatio.uers.nisi spõte.v.q.ij. Adde tu.& tene indistinctè, quòd data præsentia partis in iudicio, non requiritur alia citatio, Tex.est clarus l.etiam.§.fi. uer.præsente, uel uocato. ff.de mino. Arch.c.proposuisti.lxxxij. dist. Bal.d.l.j.& l.nam ita.ff.de adopt. Et fortifico istam opi. multis medijs: primò, citatio facta est ad fi.comparitionis, si pars est præsens, non est ulteriùs citanda. Item facit, quòd uult Bald.d.l.j. quòd præsentia æquiparatur citationi. Item facit. quod uult Bar. eleganter l. ij. C. de decurio. lib. x. quòd illud, quod facit concilium ciuitatis, etiam quòd non sit uocatum, nec citatum, uidelicet dum modò sit præsens. Item facit, quòd licet dictum testis non citati nihil ualeat, tamen quòd testis non citatus deponeret præsentibus partibus, & non contradicentibus, ualet eius dictum. Bald. l.alia.circa fi.C.de his, qui.ut indi. Item facit, quod uult Bal.c.plerumq;.ij.col. de præsc. quòd præsentatio rescripti facta iudici in præsentia partis, habetur pro citatione, & non est aliter citanda pars. Item facit: quia sententia diffinitiua lata sine citatione, ualet utraq; parte præsente. Bald.l.ne quicunq;.§.ubi.vij.col.C. de accus.do. Abb.c.tenor.ult.col.de re iudic. Adde quòd Bal.l.accusatoribus.limitat illud de præsente, quòd non sit citandus, quia illud uerum, quando est in iudicio causa litigandi: si uerò ob aliam causam est in iudicio, quòd tunc debet citari. Adde, quòd contra Bal. tenet do. Alex.l.de unoquoq;.ff.de re iudic. Vide Pet.de Anc.consil.suo cccx. Ego teneo opi.do.Alex.quia communis.

citatio an sit necessaria ad perpetuationem iurisdictionis. Ponit Feli. c.pastoralis.§.quoniam.de rescrip.uer.secundò aduerte.nu.2.col. 561. aliàs est c.quoniam. Adde do.Abb.d.c.pastoralis.§.quoniam. in fi.qui dicit, quòd si expressio personarum fit sine citatione, non est iurisdictio perpetuata, maximè tenendo, quòd iudex nullum actum iurisdictionalem exercuerit in expressione personarum: & sic tenet ipse, q, iurisdictio non perpetuatur, nisi per citationem. Idem tenet Innoc.Io. An. Contrariam opi. tenuit Arc.c.cùm in multis.de præscrip.in vj.

citatio ad domum quando ualeat. Vide per Ioan.And.regula, præsumitur. de re.iur.in vj.do. Abb. c. causam. de dolo & contu.j.col. uer.glos.iij. fatetur. Bar.l.iij.§. prætor ait. ff. de dam.infec.ij. col. uer.item quæro. Felin.c.in nomine Domini.de testi.uersic. uno casu saluat.nu.20.parte ij.col.572.

citatio quæ fit ad uidendum iurare testes, utrùm debeat esse peremptoria, id est triplex? uel una pro omnibus? an uerò una sufficiat? Bald.l. si quando. C.de testi.dicit, quòd requiritur trina citatio. Contrarium, quòd unica sufficiat, tenet Ioan.And.c.consuluit.de offi.deleg.& ibi do.Abb.iij. col.uer.primò, quòd nõ ualeat.Bar. l.consentaueum.C.quomodo & quando iudex.uersic.aduerte tamen. Vide per Felin.c.in nomine Domini.de testi.uersic.extra gl. nu.21.col.572.

citatio an debeat præcedere libellum. Vide per Felin. ad plenum c.j. de libel.obla.in princ.col.272.

citatio ad hoc, ut arctet citatum, an debeat habere copiam rescripti insertam. Vide, quæ posui in litera D. §.delegatus quando citat partes.

citatio an præsumatur ad instantiam partis facta. Ponit Felin.c.j. de iudic.nu.1.uer.nota ibi, petiisset.col.7. Adde tu pro hac conclusione, quòd ubi ex factis constat de citatione, quòd eò tunc citatio præsumitur facta ad instantiam partis. Ita Guido de Suza. l. ad peremptorium.ff.de iudic.Imol.c.j.de iudic. & do.Abb.d.c.j. ij.col.uer.tertio no. Adde do. Lanfran.de Oriano, c.quoniam.de proba.uer.citatio.

citatio quæ nõ est facta ad instantiam partis, ualet in tribus casibus, quos enumerat Felin.c.j.de iudic. præallegato notabili, ibi, ualet autem tribus.nu.2.col.8.

citatio realis requirit commissionem iudicis. Felin.c. j.de iudic.uer. prima itaq; sit conclusio.nu. 10.col.13.

citatio, quæ non requirit cognitionem causæ, potest fieri per nuncium generalem ad hoc constitutum sine alia commissione. Felin. ponit c.j.de iudic.uer.tertia conclusio.nu.12.col.14.

citatio an præsumitur facta de commissione iudicis. Ponit Felin. c.j. de iudic.uer.quarta conclus.nu.13.col.14.

citatio, quæ est facta ad unum actum, uel ad unum locum, uel ad unũ tempus, si postea fit alius actus, uel alio loco, uel alio tempore, citatio non ualet: & per consequens, citatus non est contumax. Fel. c.j.de iudic.uer.no.etiam, quòd si citatio.nu.22.col.18.

citatio an requiratur in sententia Papæ, principis, & aliarum ciuitatum, quæ habent iura principis: uide, quæ posui in litera S.§. sententia principis sine citatione.

citatio facta sine expressione loci, ualet. Ita Felin.c.cùm M.Ferrariẽsis.de consti.uer.& hic uidemus.ibi, & si episcopus citauit.nu. 7. col. Adde tu, quòd pro declaratione istius dubij, quòd citatio sine loco facta ualet, ita demum, si est facta ab ordinario: si uerò à delegato, uel arbitro, sine loco facta, est nulla talis citatio. Ita Bart.l.si, ut proponis. la ij.C.quomodo & quando iudex. j. col. uer.quæro. Adde Ang.ibi, & l.j.§.hæc stipulatio. vij.col.ff. si cui plus quàm per l.Fal. Adde Car.c.fi.de rescrip.

citatio sine hora ualet. Felin. c.cùm M.Ferrariensis.nu.7.col. Adde Bal.l.si, ut proponis, la ij.uersic.quòd ergo. C.quomodo & quando iudex.

citatio ad diem feriatam, ualet. Text. est c.meminimus.de accus. & hoc cõtra tex.l.omnes.C.de fer. Pro solutiõe istius difficultatis uide Feli.d.c.meminimus. uer.no.ibi, ad festum resurrectionis. nu. 8.col.

8.col.783.ubi dicit,q; intelligitur de die seq.& uide ibi do. Abb.

citatio an sit fienda, quando pars, quæ litigat, putà unum beneficiũ uult impetrare nouam collationem, uel gratiã super dicto beneficio litigioso. Vide, quæ posui in litera L.§.litigans beneficium.

citatio non est fienda, quando constat expressè absenti nullam defensionem competere. Vide, quæ posui in litera A.§.absens non est citandus necessariò.

citatio potest omitti à iudice in multis casibus: de quo uide, quæ posui in litera P.§.processus Papæ factus.

citatio non est necessaria, ubi lata est sententia super notorio ad finẽ declarandi. Ita Felin. c.cùm non ab homine.de iudic.nu.11.uer.in alia uerò.col.94. Adde, quæ posui in litera E.§.excommunicatus an semper.

citatio non est necessaria, ubi est periculum de fuga. Ita Fel.c.cùm nõ ab homine.de iudic.nu.11.uer.limita tertiò.col.94.

citatio facta ad terminũ impossibilem de iure & de facto, an resoluatur in duo præcepta: pone, quis fuit citatus, ut compareat in die Dominico,& in loco adeò remoto, quòd non poterat citatus cõparêre in termino assignato, utrùm ista citatio intelligatur, quòd si die dicta cõparêre non potest, quòd ipse citatus sit astrictus cõparêre, quàm citò poterit. Angel.tenuit, quòd sic, l.j.si quis cau. Adde, quòd Imol.l.j.C.si plu.una sen.tenuit contrarium, ubi dixit, quòd citatus pro die feriata, non arctatur pro illa die, nec alio die, nec ullo modo comparêre. Vide Ful. c. quod ad consultationem. de re iudic.uer.obstat tex.nu.3.col.501. ubi uidetur tenere opi.Ioan.de Imol. Adde ad ista, quæ posui ẽ.§.citatus die feriata, uel in casu.

citatio sigillata alieno sigillo, est nulla. Spec.tit.de cita.§.iam.uer. literis igitur. Felin. c.tertio loco.de proba. in princ.par.ij.colum. 414. nu. j.

citatio prima non est sufficiens ad pœnam cõtumaciæ: potest tamen procedi ad cõdemnationem expensarum, quas facit pars, quæ fuit præsens: do.Abb.c.quoniam contrà. de prob.vij.col.uer. secundò no. Et idem tenet ibi Imol.& est gl.c.oneratus.uer tot.lxxiiij. distinct.gl.c.querelam.de procur. Bart.l.sancimus.C. de iudic.uersic.quæro.primò.uide Felin.d.c.quoniam contra.uer. Item no.ex ista glos.nu.15.col. 522.par.ij. Adde, quòd istud habet locum tam in reo, quàm in actore. Ita do.Abb. c.prout.de dolo & contu.ij.col.uersi.reus tamẽ. Et hoc intellige, etiã diffinitiua non expectata,& etiam lite nõ contest.do.Abb.c. finem litibus. de dolo & contu.ulti.col.uersic.& dic clariùs. Adde tu, an ista mora possit purgari, ut si uenerit post breue tempus, expensæ nõ possint peti. Vide do. Abb.c.cùm dilecti. de dolo & contu.vj.col.uer. glos. in uerbo, diutius. Adde ad ista: pone, reus non comparet in termino: & si comparuisset, iudices non processissent, quia impediti: an isto casu sit reus condemnandus in expensis, tanquam contumax. Ponit do.Abb.c.fin.de do. & contu.j.col. uersic.&, ut latiùs. Et in quantum dixi, quòd iudex potest procedere ad condemnationem expensarum propter contumaciam, intellige istud sano modo, quando ipsi iudici constabit de contumacia,& aliter non: quia non debet iudex cõtumacem condemnare, nisi priùs liqueat sibi de contumacia. Ita Bartol.l. si finita.§.Iulianus.iij.col.uersic. quæro, utrùm. & do.Abb.d. c.quoniam contra. vij. col.uers.& aduerte ad unum. Anto.de But.d.c.cùm dilecti. de dolo & contu. ix.col.do.Card.& Pet.de Anch. cle.ij.ut lit. pen.in fi. Adde Fel. d.c. quoniam contra. uersic. prædicto, col.ead. Limita tamen istã opi.Bart.& aliorum, quòd fallit, quando periculum est in mora: putà, quia statutum arctat iudicem ad pronunciandum. Ita Bald. l.falsus.x.col.uersic. item dubitatur. C.de fur. Et sequitur Fel. d. c.quoniam contra.uersi.limita hanc doctrinam.nu.17.col.524. Fallit etiam ista doctrina Bart. quando iudex pronunciasset sententiam condemnationis expensarum, antequam nuncius retulisset de contumacia: quia ualebit talis sententia: & hoc, si utraque pars sit præsens: de quo uide per Fel.d.c.quoniam contra.uer. secundò limita.nu.17.col.524.

ciuis expulsus à ciuitate perpetua expulsione, non est amplius ciuis. Ita Fel. c. ex literis. de consti. uer. & per istum tex. dicit etiam. nu. 5. col. 312. Adde tu, quòd ciuis bannitus perpetuò, nõ dicitur ciuis, neq; gaudet beneficijs statutorum de ciuibus loquentium. Bal. l. uoluntas. iiij. col. C. de fideicommis. Pau. de Cast. consil. suo xxx. Adde tamen, quòd non perdit ea, quæ sunt iuris communis, nisi esset banitus imperij. Bar. l. amissione. §. qui deficiunt. ff. de cap. dimi. uer.

& ex prædictis. Bal. l. j. xj. col. uer. sed quid si per statutum. C. de hære. inst. ubi dicit, quòd bannitus potest hæres institui, etiam si prohibetur à statuto ius sibi reddi. Et utrùm bannitus nostri temporis possit institui hæres: & an æquiparetur deportato, uide, quæ posui in litera B. §. bannitus an possit hæres.

ciuis Paduanus: ista uerba posita in rescripto, uel priuilegio, an important, quòd iste dicatur ciuis Paduanus originarius. Vide, quæ posui in litera B. §. Bononiensis.

ciues an possint expellere principem, aut dominum suum iniustum, aut qui eos opprimit intollerabiliter. Bal. l. hoc iure. ff. de iusti. & iure. ij. col. tenuit, quòd non: sed dicit, quòd non tenentur ei obedire. Bal. in rub. fforum, uer. quicquid sit. Alb. dicit l. bene à Zenone. C. de quadri. præser. quòd Papa, uel Imperator potest talem principem priuare. Adde, quòd sanctus Tho. secundo sententiarũ, plus dixit, quòd ciues possint interficere principẽ iniustum. Et qui eos opprimit intollerabiliter, quòd meritorium est. Sed contrarium tenet Aug. de Anch. in tractatu De potestate ecclesiastica, q. liiij. arti. iij. uersi. omnia autem ista. Et dic, quòd cõtra S. Thomam fuit decisum in concilio Constantiensi. Ita Brixiensis in reperto. in uerb. tyrannus. Vide Fel. c. cùm nobis. de præscri. uersi. scias etiam. num. 7. col. 286.

ciuium appellatione ueniunt non solùm illi de comitatu, sed etiam illi de territorio. Ita Fel. c. Rodulphus. de rescrip. uer. quarta conclusio. nu. 9. col. 986. Adde tu, quòd ciuium appellatione ueniunt illi, qui sunt de ciuitate, diœcesi, uel comitatu: Doct. rub. fol. matri. licet gl. c. Rodulphus. de rescrip. contrarium sentiat, secundum Bar. l. j. ff. ad muni. Adde, quòd Bar. l. iij. C. de natu. libe. dicit ibi per illum tex. quòd ille, qui ex uico est, fortitur originem ex ipsa ciuitate, cui subest uicus. Adde, an represaliæ concessæ contra ciues, comprehendant comitatenses. Bal. l. fi. ubi alij. ff. de offi. proconf.

¶ Ciuitas habens iura principis, si faciat transactionem cum inimicis suis de damnis datis, hincinde in libello, ad hoc ne subditi sui possint amplius petere bona sibi oblata: utrùm talis transactio noceat subditis. Ponit Fel. c. quæ in ecclesiarum. de consti. uer. secundò no. in hac materia. nu. 53. col. 149. Adde tu, quòd credo, quòd si princeps, uel ciuitas paciscatur cum inimicis suis de damnis datis, quicquid dicit ibi Felin. quòd talis transactio ualet in damno suorum subditorũ: & ratio est, quia habeo, quòd princeps potest auferre bona subditi sui ex causa. Ponunt Doct. l. fin. C. si contra ius, uel uti. publi. & Canonistæ c. quæ in ecclesiarum. de const. Sed modò, quæ maior causa possit inueniri, quàm ista, ut princeps auferendo bona subditorũ uiuat in pace. Vnde indistinctè teneo, quòd talis transactio ualeat sine dubio, quando aliter princeps, uel ciuitas pacem cum inimicis habere non possit. Hoc idem senti t do. Abb. c. in nostra. de iureiur. uersi. sed præsupposita ualiditate.

ciuitas etiam subiecta Papæ, uel ecclesiæ, quo ad temporalem iurisdictionem, potest facere statuta contra canones, quæ statuta habeant ligare ipsos laicos, dum modò sint talia statuta, quæ non dissonat circa reseruata Papæ: uel cõtra bonos mores: uel ubi canõ expressè resistit. Fel. c. ecclesia S. Mariæ. de const. uer. adde etiã do. Abb. nu. 6. col. 234.

ciuitas quid sit, ponit Fel. c. Rodulphus. de rescript. uersi. cæterùm ad euitandam. nu. 20. col. 994.

ciuitas si efficitur rebellis, princeps potest eximere castra ab obedientia ciuitatis. Ita Fel. c. inter quatuor. de maio. & obed. in principio. col. 1324.

ciuitas non potest ulcisci offensas factas suis subditis extra territorium, etiamsi ibi offendens habet bona, nec iudicando, nec statuendo. Ita Fel. c. postulasti. de foro compe. uersi. prima conclusio. nu. 7. parte ij. col. 233.

ciuitas & diœcesis sunt diuersa: & quæ differentia sit inter ciuitatẽ & diœcesim. Fel. c. Rodulphus. de rescript. uer. & ad hanc differentiam. nu. 3. col. 978.

ciuitas comprehendit suburbia, & diœcesim, ne dispositio reddatur elusoria: putà in dispositione aliqua est uetitum, ne quid fieret sub pœna in ciuitate: pone, quòd præcipiatur uni doctori sub pœna, ne legeret in ciuitate, nõ poterit legere in suburbijs: quia fraus fieret præcepto. Fel. c. Rodulphus. de rescript. uersi. limita dupliciter. num. 4. col. 978.

ciuitas si interficit episcopum electum, nondum consecratum, an ueniat punienda ea pœna, qua punitur ciuitas, quando interficit episcopum consecratum. Vide, quæ posui in litera E. §. episcoporum appellatione.

ciuitas potest comburi propter atrocitatem delicti. Text. c. si audieris. xxiij. q. v. Felin. c. dilectus. el ij. de si. uer. secundò, in quantum. nu. 4. col. 995.

ciuitas quando potest excommunicari. Pet. de Anch. consil. suo cliij. incip. ex narratis. Ioan. de Ana. c. dilectus. x. col. de simo. Innoc. c. capitulum. de rescrip. Domi. de Ro. decis. clv j. incip. contra quoddam. Et communiter tenetur, quòd ciues excommunicati sunt exprimendi: si tamen excommunicantur omnes, tenet excommunicatio. Fel. c. responso, de sentent. excom. uersi. nota, quòd omnes ciues. nu. 3. col. 1219.

ciuitas potest facere statutum, quòd bona posita in suo territorio applicentur subdito suo offenso extra territorium. Fel. c. postulasti. de fo. compe. uer. tertia declaratio. nu. 9. col. 234. parte ij.

ciuitas nõ recognoscens superiorẽ, an possit esse iudex in causa propria. Ponit Felin. c. cùm uenissent. de iudi. uersi. in quantum. dicunt Doct. nu. 5. col. 103.

ciuitas, castrum, & uilla, quid sint: & in quo differant? Vide Bar. extrauag. qui sint rebelles. in uerbo, Lombardiæ. Ioan. An. c. si ciuitas. de sentent. excom. in v j. Adde Fel. remissiuè c. licet. de proba. nu. 1. col. 472.

ciuitas de suo proprio significato an comprehendat portũ. Fel. c. Rodulphus. de rescript. nu. 7. col. 981. & inde.

ciuitas an possit subijci interdicto pro pecuniario debito. Vide, quæ posui in litera I. §. interdictum.

ciuitas magna & potens, an sit supponenda interdicto, uel homines illius ciuitatis potentes, an sint excommunicandi. Vide, quæ posui in litera E. §. excommunicatus iustè.

ciuitas potest scribere contra imperatorem, ad hoc, ne recognoscat ipsum in superiorem. Ita Bar. l. acta. §. amplianda. ff. de re iudi. & l. ij. ff. de iure fisci. & l. proximè. ff. de his, quæ in test. delẽ. & l. quo minùs. ff. de flumi. ij. col. & l. alius. §. bellissimè. ff. quod ui, aut clàm. & l. relegati. ff. de pœn. Et idem tenet do. Abb. c. cùm uenissent. de iud. iij. col. & c. ij. de immu. eccles. & c. fi. de consti. j. no. & c. cùm contingat. de fo. compe. v j. col. & consil. suo ultimo, incip. Placet mihi. j. uol. Et hanc partem tenet etiam do. Card. c. cùm P. tabellio. de fid. instr. iij. col. & c. per uenerabilem. qui filij sint legi. v. opposi. uersuidebatur. Idem tenet Bal. l. hostes. ff. de capiuis. Adde, quòd propter hoc do. Abb. dixit c. nouit. de iudic. x. col. quòd non recognoscentes imperatorem in superiorẽ, possunt conueniri coram Papa, à quo nulla præscriptio eximit. Vide Fel. qui latissimè tangit istam materiam, c. cùm non liceat. de præscri. uersi. Cæterùm, dum subdit Abb. nu. 10. col. 263. Adde, quòd contrariũ tenuit do. Abb. d. c. cùm non liceat. v ij. col. uer. & per hunc tex. ubi affirmat, quòd præscribi nõ potest contra imperatorem, ut quis nõ subsit ei: & c. per uenerabilẽ. v ij. col. uer. aut uult legitimare. Idem tenet imo. l. infamẽ. ff. de pub. iud. pe. col. Ant. de But. c. j. de const. iiij. col. Vide Fel. d. c. cùm non liceat. uer. contrariam partem. ubi magis uidetur tenere opi. do. Abb. nu. 11. col. 266.

ciuitas, uel uniuersitas non dicitur committere delictum, nisi præcedat tractatus celebratus ab illis de ciuitate, uel uniuersitate, communicato consilio super delicto. Et ideo consuluit Paul. de Cast. consil. suo lxxxj. inci. In Christi. quòd ciuitas non tenetur de delicto facto, etiamsi omnes de ciuitate fecissent, nisi priùs fuerint cõgregati, & ibi super delicto cõsenserint. Et de hoc uide Fel. c. cùm omnes. de const. uer. in ea gl. ibi, debẽt. ibi, & ideo Ang. nu. 25. col. 114. Adde tu, quòd Bal. ti. de pace Constan. uer. uniuersitate. dicit, quòd uniuersitas damnum dare dicitur: & quòd maior pars facit, tota uniuersitas, uel ciuitas fecisse uidetur. Allegat l. quod maior. ff. ad muni. Item si aliqui cõsiliarij & antiani faciũt aliquid, uidetur id facere ipsa ciuitas, uel uniuersitas. Allegat l. sine me. ff. de ui & ui arma. Dic, quòd hoc est uerum, maximè si delictum habet causam successiuam: quia etiamsi ciuitas non commisit delictum consultè, tamen ex quo tacet, uidetur consentire. Felin. d. c. cùm omnes. uersi. sexta declaratio. nu. 31. col. 117.

ciuitas si destruit domum communem propter delictum unius consortis, an teneatur soluere precium alteri consortii insonti. Vide in litera R. §. respublica.

ciuitas, quæ soluit censum uni principi protegenti ciuitatem suam, si ciuitas illam demoliatur, non cogitur amplius soluere. Feli. c. quæ in ecclesiarum. de consti. uersi. similiter dicit. col. 137.

ciuitas simpliciter damnata ad murorum destructionem, debet perpetuò stare sine muris. Felin. c. ex literis. de const. uer. secunda cõclusio. nu. 11. col. 316. Adde tu, an ciuitas damnata ad destructionẽ murorum, an post ea poterit reficere: ficit, quod not. l. opus. ff. de op. publ. Adde Bart. & Alex. l. permisceri. ff. de acqui. pos. Vide Bar. & Bald. l. seruus. C. de pœ. Et uide de ista q. per Ang. l. in numerationibus. ff. de sol. per imol. l. si fideiussor. §. meminisse. ff. de leg. j. & pone Pet. de Ancha. c. j. de usu. in Sexto.

ciuitas potest imponere collectam pro debito contracto in sui fauorem, quando ipsa non est soluendo. Felin. c. cùm dilecta. de rescri. uer. singuli de uniuersitate. nu. 20. col. 709.

ciuitatis appellatione uenit ciuitas cum suo territorio, in materia larga. Feli. c. Rodulphus. de rescri. uer. limita secundò. nu. 6. col. 981. Quam opi. impugnat And. Sicu. ut Felin. recitat d. c. Rodulphus. uer. est etiam uerum, pro declaratione istius dubij. col. 983. Vide, quæ posui in litera D. §. diœcesis appellatione.

ciuitatis appellatione in materia stricta uenit solùm id, quod murorum ambitu terminatur. Felin. c. Rodulphus. de rescrip. in principi. col. 977.

ciuitates, quæ faciunt statuta, quòd clerici non possint apprehendere possessiones beneficiorum sine licentia ipsorum dominorum ciuitatum, an sint excommunicatæ. Vide, quæ posui in litera S. §. statutum laicorum istorum dominorum.

ciuitates ecclesiæ Romanæ: an Papa possit illas infeudare? uide, quæ posui in litera P. §. Papa solus potest alienare.

ciuitates subiectæ ecclesiæ Romanæ an possint præscribere merum imperium in singulos ciues: do. Card. c. si diligenti. de præscrip. in fin. tenuit, quòd sic. Tamen uide Host. c. ij. de purg. uulg. quia uidetur sentire contra. Adde Feli. c. ad audientiam. de præscrip. uer. no. secundò, quòd ciuitas subiecta. nu. 29. col. 283.

ciuitates, quæ non recognoscunt superiorem, an possint restituere famam? Vide, quæ posui in litera I. §. inferior à principe an possit restituere.

ciuitates uicinæ quæ propriè dicantur. Vide, quæ posui in litera V. §. uicinus est ille.

¶ CLA'M FIERI, multis modis dicitur. Bart. l. ij. C. de his, q ex public. rati. lib. x. Bald. l. cùm fratrem. C. de his, qui. ut indig. Vide per Fel. c. consuluit. de offic. deleg. uersic. dicitur autem clàm. nu. 22. col. 1144.

clàm dicitur fieri, quando deficit præsentia iudicis. Bar. l. ij. C. de his, qui ex pu. ratio. lib. x. Itẽ, quod fit de nocte, dicitur fieri clàm. Bal. l. cùm fratrem. in prin. C. de his, qui. ut indig. Adde. Fel. c. cùm quidam. de iureiu. uersi. dicitur autem actus. nu. 10. col. 1175. ij. parte. Et ibi posui addit. quia multis modis dicitur actus fieri clàm.

¶ Clausula, Anteferri, in literis Papæ de stylo curiæ præferũtur, quæ habent illam, Prioribus, quibus est ius quæsitum ad rem, nõ in rescri. Verum est, q. aliqui uoluerunt, q. clausula, Anteferri, nõ præiudicet illis, quibus est ius quæsitum: tamen prima uerior. Ita Fel. c. causam, quæ. de rescri. uersi. clausula anteferri. nu. 26. col. 618.

clausula, Anteferri, in literis Papæ ad beneficia: quid importat ista clausula, ponit Feli. c. capitulum. de rescri. uersic. fallit tertiò & ultimò. nu. 5. col. 866.

clausula, Anteferri, an tollat literas unionis concessas, uidelicet ut cedente, uel decedente certo rectore. Felin. c. capitulum. de resc. uer. quarta conclusio. nu. 8. col. 868.

clausula, Anteferri, non tollit ius quæsitum alteri. Felin. c. capitulum. de rescrip. uersi. quinta & ultima. nu. 8. col. 868.

clausula generalis sequens ea, quæ specialiter sunt præmissa, restringitur regulariter ad ea, quæ sunt similia expressis. Feli. c. sedes. de rescri. uersi. clausula generalis. nu. 3. col. 565. Adde Bart. l. seruus communis. ff. de stipu. seruo. & l. legatorum. §. fi. ff. de leg. ij. & l. consul. ff. de adoptio.

clausula generalis sequẽs ea, quæ sunt expressa in genere sine aliqua specie, comprehendit omnia, quæ possunt uenire sub illo genere. Fel. c. sedes. de rescrip. nu. 5. col. 570. uer. sexta declaratio.

clausula, Si & inquantum, quid operatur: uide do. Ab. c. cùm contingat. de offi. deleg. iiij. col. uersi. secundum dictum no. Adde Feli. d. c. cùm contingat. in uer. in ea. gl. ibi, nisi iudex. nu. 11. col. 1316. & ibi ponit multos effectus illius clausulæ.

clausula, Dummodò non sit alteri ius quæsitum in literis Papæ, præseruat habentes ius in re, non ad rem: quia derogat habẽtibus ius ad rem. Ita Fel. c. causam, quæ. de rescri. col. 618.

clausula, Anteferri, an præiudicet habẽtibus ius ad rem ex electione, uel præsentatione: & quid de habentibus expectatiuas, qui acceptarunt. Vide Feli. d. c. causam, quæ. col. 618.

clausula, Si nõ est alterius quæsitum, tollit omnem subreptionem, quæ posset allegari à tertio prætendente rescriptum esse sibi præiudiciale: & non est opus mentione, seu collatione possessionis. Ita Felin. c. super literis. de rescri. nu. 11. col. 646. uersi. quinta regula.

clausula posita in rescri. seu compromisso, etiamsi uigore illius clausulæ iudex potest procedere uia regia, omisso iuris ordine, tamen hoc non debet facere, nisi priùs notificet parti: aliàs uidetur processum dolosè. Ita Fel. c. j. de const. nu. 55. col. 66. uersi. tertiò no.

clausula posita in rescripto, uel compromisso, Committimus, ut procedas arbitrio tuo: dic, quòd ista uerba important arbitrium boni uiri. Fallit hoc, quando commissio, seu uerba dirigantur ei, qui aliàs erat iudex: quia tunc talia uerba non reducuntur ad arbitrium boni uiri. Vide Fel. c. j. de cõsti. uer. & si dicatur, committimus arbitrio tuo. nu. 51. col. 59.

clausula posita in rescrip. uel compromisso, Committimus, ut uideas quid iuris: dic, quòd ille poterit decidere omne dubium, quod elici potest ex causa, non solùm in principali causa, sed etiam ex appendentijs. Vide Felin. c. j. de const. col. 60. uer. & si dicatur, uideas quid iuris.

clausula posita in rescrip. uel compromisso, Committimus ut procedas de facto: dic, quòd poterit procedi de facto sine causæ cognitione, & probatione: imo poterit procedi, etiamsi rigor iuris repugnet, & ualebit sententia, licet ordo iuris non fuerit seruatus. Vide Felin. c. j. de consti. uer. & si dicatur, Procedas de facto. colum. 63.

clausula posita in rescrip. uel compromisso, Committimus, ut procedas de iure & facto: dic, quòd talis poterit procedere ad similitudinem arbitratoris: tamen prælatus non poterit facere compromissum de rebus ecclesiæ cum clausula ista: de quo passu uide Feli. c. j. de constit. uer. & si dicatur, procedas de iure, & de facto: colum. 63.

clausula posita in rescrip. uel compromisso, Committimus ut procedas secundum sensum tuum: dic, quòd poterit procedere secũdum uoluntatem suam propriam. Contrarium tenuit domi. Abb. c. j. de const. col. xv. uer. in gl. fi. Vide tu Fel. d. c. j. uer. & si dicatur, pronuncies secundum sensum tuum. col. 63.

clausula posita in rescrip. uel compromisso, procedas secundum libitum tuum: dic, quòd importat libe. am uoluntatem. Fel. c. j. de consti. uersi. & si dicatur secundum libitum tuum. col. 64.

clausula in rescrip. posita, uel compromisso, procedas secundum prudentiam tuam: dic, quòd importat arbitriũ boni uiri. Fel. c. j. de consti. ibi, uersi. & si dicatur secundũ prudentiã tuam. col. 64.

clausula in rescrip. posita, uel compromisso, procedas præuia ratione: dic, quòd intelligitur in monitione, non conditione. Felin. c. j. de constit. uer. & si dicatur, secundum quod tibi uidetur. col. 64.

clausula in rescripto posita, Procedas uelo leuato: dic, quòd idem importat, quod summariè. Idẽ, si dicatur, manu regia. Fel. c. j. de cõsti. uersi. & si dicatur uelo leuato. col. 64.

clausula in rescri. posita, uel compromisso, Procedas secundum spiritum tuum: dic, quòd importat uoluntatem liberam, secundum regulam rationis. Feli. c. j. de const. uersi. & si dicatur, secundum spiritum tuum. col. 64.

clausula, quæ ponitur in rescripto, Sub quacunq; forma uerborum, nũquam prætextu talis clausulæ poterit iudex auferre exceptionem acquisitam parti, etiamsi sit de rigore iuris inducta: & hoc modo limitabis omnia, quæ dicta sunt circa clausulas positas in rescripto, seu compromisso: de quo uide Fel. c. j. de const. uersi. secundò no. nu. 52. col. 65.

clausula, Non obstantibus quibuscunq; in contrariũ facientibus, tollit transactionem iuratam. Ita Felin. c. constitutus. de rescri. uer. limita tertiò, nu. 6. col. 624.

clausula posita in bullis sub pœna indignationis Petri & Pauli: quid importet, uide, quæ posui in litera P. §. prælatus, qui amisit gratiam Papæ.

clausula in literis Papæ, A motu quolibet illicito detentore, ad quod facit executorem mixtum, an uerò merum? Et sic per clausulam istam an posit ille sumere partes iudicis, uide, quæ posui in litera E. §. executor datus cum clausula.

clausula ista, Non obstante collatione alteri facta, intelligitur de inualida, non autem de ualida. Imo. c. causam. de rescri. Adde tu Fel. c. super eo. de offi. dele. uersi. secundò fallit. nu. 4. col. 1090.

clausula ista Ecclesiastica censura contradictores compescas, intelligitur contradictores, qui iniustè cõtradicunt: secus, si iustè: gl. c. pro illorum. de præben. uerbo, contradictores. Et sic no. quòd per istã clausulam delegatus habet iurisdictionem, etiam in non comprehensos in rescrip. contra tex. c. P. & G. de offi. deleg. Non obstat tex. c. j. de offi. deleg. quia intelligitur de turbantibus iurisdictionẽ ipsius iudicis delegati, & non partis. Ita do. Abb. d. c. pro illorum. suprà: gl. uer. contradictores. Adde Feli. c. super eo. de offic. deleg. uersi. præallegato. ubi suprà.

clausula, posita in rescriptis, Quòd si non omnes poteritis interesse, an sub ista clausula includatur etiã uoluntas, uidelicet quòd si tertius non uoluerit interesse, quòd intelligatur purificata conditio: & per consequens, adimpleta: do. Ab. c. prudentiam. de off. deleg. §. adijcimus. tenet, quòd sic, Adde Felin. d. c. prudentiam. §. adijcimus. qui idem tenet, nu. 14. col. 1118.

clausula in rescri. emanata cõtra ius, quæ dicat, Nõ obstante l. in contrariũ ficiẽte, etiãsi ipsa oporteret fiere specialem mentionẽ: ista uerba sufficiunt in rescrip. ad derogandũ l. cõtrariæ habenti clausulam derogatoriam ad rescriptum. Fel. ponit c. nõnulli. de rescri. uer. amplia secundò. nu. 4. col. 772.

clausula in literis papæ, quæ dicit, Non obstantibus statutis talis ecclesiæ, non tollit statutũ illius ecclesiæ conditum à Papa. Fel. c. nõnulli. de rescrip. uer. sed nota: quatuor. nu. 10. col. 780.

clausula in priuilegio concesso contra ius, non obstante l. non est necessaria: Fel. c. nõnulli. de rescri. uer. fallit secundò. nu. 11. col. 783.

clausula, Non obstante, siue sit in rescrip. siue in priuilegio, non tollit priuilegia inducta miserationis causa, nisi de ipsis facta sit mentio expressa. Felin. c. nonnulli. de rescrip. uersi. restant enumeranda. nu. 19. col. 800.

clausula, Non obstante in rescrip. uel alibi, non tollit determinationẽ legis antiquæ. Felin. d. c. nonnulli. de rescri. Sed uide ibi duas limitationes, quas ponit Felin. ad ista d. uer. ibi, quarta conclu. nu. 21. col. 800.

clausula, Non obstantibus statutis, posita in rescri. nõ intelligitur derogare iuri cõmuni. Ita Felin. c. nonnulli. de rescrip. uer. nona cõclusio. nu. 24. col. 803.

clausula consueta apponi in gratijs hodie concessis per Papam, uidelicet, Non obstantibus in contrarium facientibus, derogat statutis generalibus respicientibus ad omnia beneficia ecclesiastica. Fel. c. nonnulli. de rescrip. uer. octaua conclusio. nu. 23. col. 802.

clausula in rescrip. posita, uel in literis gratiosis Papæ, uidelicet, Non obstantibus in cõtrarium facientibus, tollit transactionem, etiam pœnalem: putà, populus, aut clerus, siue canonici ecclesiæ cathedralis fecerunt statutũ pœnale cum authoritate superioris, astringendo se ad aliquid non faciendum cum pœna, ista clausula, Non obstantibus, tollit istud statutum, siue transactionem pœnalem factam inter partes. Fel. c. nonnulli. de rescri. uersi. decima conclusio. nu. 25. col. 804.

clausula in literis ad beneficia, quæ dicit, non obstante, q̃ alia beneficia teneas, qualiacunq̃ sint, per ista uerba poterit tenere, qualiacunq̃ sint, etiamsi essent electiua: de quo uide Felin. c. nonnulli. de rescrip. uer. addatis etiam gloss. nu. 6. col. 776.

clausula, Non obstantibus priuilegijs, non derogat priuilegijs clausis in corpore iuris. Fel. c. nonnulli. de rescrip. ij. col. uersi. duodecima conclusio. nu. 26. col. 804. Adde tu Bar. qui idem tenet l. ea. §. legatus. ff. de iudi. ubi dicit, quòd talis clausula intelligitur de priuilegio speciali non corpore iuris clauso. Idem tenet Pau. de Cas. l. j. de leg. Bar. extrauag. ad reprimendam. uersi. nõ obstantibus. Vide etiam per Scribentes authen. qua in prouincia. C. ubi de cri. agi. Adde ad ista ea, quæ posui in litera P. §. priuilegia, quæ habẽt.

clausula, Non obstante: nullus inferior à principe potest eam opponere. Felin. c. nonnulli. de rescrip. nu. 27. col. 805. uer. quartadecima conclusio.

clausula in literis Papæ, quæ dicit, Non obstante collatione alteri facta, talis clausula intelligitur de collatione inualida, non de ualida, ne alteri præiudicetur. Adde, quid operabitur ergo ista clausula? Dic, quòd literæ nõ erunt subreptitiæ. Vide Fel. c. causam, quæ. de rescri. uer. non obstante collatione nu. 19. col. 615.

clausula in literis papæ, Cõpescas contradictores, intelligitur de contradicentibus de facto, non de iure. Feli. c. causam, quæ. de rescrip. uers. alleg. col. 615. & c. super eo. num. 5. de offi. deleg. col. 1090. Adde, quòd in isto casu exteriores debent citare istos cõtradictores. Bartol. l. fi. pe. col. C. de edi. di. Adri. tol. Bald. l. fi. j. col. C. qui admit.

clausula in rescri. posita, In hunc modum procedat purè & simpliciter, an ista uerba tollant ordinem iudiciarium. Vide per Fel. c. dilecti. de iudi. uers. oppo. ad istum tex. nu. 2. col. 64.

clausula in rescri. posita non obstante iuris solennitate, dic, quòd per ista uerba censetur sublata solennitas iuris ciuilis, non autem iuris diuini, uel gẽtium. Ita Fel. c. dilecti. de iudi. uer. quid si dicatur. nu. 3. col. 65.

clausula in rescrip. posita, Procedas solennitate iuris remissa, an talis poterit procedere in ferijs inductis in honorem Dei. Vide per Felin. c. dilecti. de iudi. uersi. sed quæro. nu. 4. col. 65.

clausula in resc. posita, Procedas iuris solennitate non seruata, an poterit admittere testes non iuratos. Vide Feli. c. dilecti. de iudi. uer. sed iterum quæro. nu. 5. col. 66. Adde in simili: pone, quòd statutum dicat, quòd credatur tali personæ, an intelligatur cum iuramento, uel sine iuramento: & sic cum iuramẽto. Casus l. Theopõpus. ff. de dote rele. Angel. l. uacãte. C. de bonis uacan. li. x. uer. sed incidenter opponitur.

clausula posita in rescri. uel instrumento, lege, uel statuto, quãdo referatur ad omnia præcedẽtia. Vide Feli. c. causam, quæ. de rescrip. uersi. clausula refertur. num. 4. col. 602. Adde ibi multas limitationes.

clausula solita poni in rescripto, uel alijs concessionibus, de stylo curiæ debet sibi intelligi, quando causa non fuisset expressa. Et idem in contractibus, ut uideatur contractus geri secundum consuetudinem loci, licet hoc non exprimatur in contractu. Feli. c. cum M. Ferrariensis. de consti. uersi. no. quartò. num. 6. col. 200. Adde, q̃ inuenio Bar. l. fi. ad fi. uer. ad istam ultimam partem. C. de pet. bono. subla. lib. x. qui dicit, quòd si clausula Non obstante, quæ est solita poni de stylo curiæ i rescripto principis, est omissa, facit præsumi illud rescriptum emanatũ ex importunitate & contra mentem concedentis illud. Idem tenet Bal. l. quod fauore. ij. col. uer. secundò oppono, q̃ statutũ. C. de legi. & l. fi. ij. col. uer. quartò quæro. C. si contra ius, uel util. pub.

clausula posita in rescripto, Prudentiæ tuæ committimus, uel, Si tibi uidebitur, uel, Vt tibi placeat, uel, Vocatis uocandis: de istis & similibus uide, quæ posui in litera P. §. prudentiæ, hoc uerbum: & in litera V. §. uocatis uocandis.

clausula in rescri. posita, Et quosdam alios, de qua c. ij. de rescri. in vj. non comprehendit uniuersitates. Ita Feli. c. eam te. de rescrip. uer. secunda declaratio. nu. 14. col. 485.

clausula posita in rescr. Per hæc uerba liberam facultatem damus, an talia uerba importent arbitrium boni uiri: uide Bar. l. alio. ij. col. ff. de ali. & cibo. le. ubi tenet, quòd non important arbitrium boni uiri. Bal. c. j. §. j. de pac. iura fir. dicit, quòd licet talia uerba uideantur significare præcisam libertatem, tamen seruandus est ordo iuris. Vide Fel. c. j. de const. uer. & de his uerbis liberam facultatem. num. 51. col. 59. Adde, quòd uerba importantia liberam uoluntatem, nõ operãtur effectum suum, quo ad tertium, sed solùm inter eos, de quibus commissio agitur. Fel. d. c. j. de const. uer. primum est. nu. 51. col. ead.

clausula posita in rescrip. Committimus iudicio tuo: dic, quòd importat arbitrium boni uiri. Vide Felin. c. j. de consti. uer. & si dicatur. col. 60.

clausula posita in rescr. discretioni tuæ committimus: dic, quòd importat arbitrium boni uiri. Feli. c. j. de const. uer. & si dicatur, discretioni tuæ. nu. 51. col. ead.

clausula

clausula generalis, ubi non est indefinitè prolata post speciẽ, sed cum signo uniuersali, uenient minora. Felin. c. sedes. post num. 5. uersi. quarta declaratio. col. 572. de rescriptis.

clausula posita in rescri. Committimus, ut decidas, prout uisum fuerit tibi: Bal. ti. de pace Constan. uer. in animã nostram. dicit, quòd ista uerba sint uoluntatis, & non important arbitriũ boni uiri. Et idẽ Io. An. c. ij. de iura. cal. in vj. ubi dicit, quòd à sententia lata uirtute talium uerborum non appellatur. Et idem Inno. c. fi. de ferijs. Adde, q̃ Ant. de Bu. & Imo. c. j. de const. tenent contrarium, q̃ ista uerba, Prout uisum fuerit, important arbitrium boni uiri: de qua quæstione uide tu Fel. d. c. j. de const. col. 60. Et sit dicatur, Prout tibi uisum fuerit, col. 64. uer. & si dicatur, secundũ qd̃ tibi uidetur.

clausula posita in rescr. Cõmittimus uoluntati tuæ: an subiaceant ista uerba arbitrio boni uiri? Vide Fel. c. j. de consti. uers. et si dicatur, Committimus uoluntati tuæ. col. 60. Et ibi posui unam additionẽ, quæ multùm est necessaria ad intelligentiam istius difficultatis.

clausula posita in rescri. Conscientiæ tuæ committimus, q̃ non poterit appellari à sentẽtia lata uigore istorum uerborum: quia iudex poterit sequi, quod uoluerit. Et de hoc, habes duas gl. contrarias: unam c. statutum. §. assessorem, uerbo, relinquatur. de rescr. in vj. aliam cle. j. de iure patro. uerbo, oneramus. Sed pro cõcordia istarum gl. uide Felin. c. j. de consti. uer. & si dicatur, conscientiæ tuæ. col. 61.

clausula in rescrip. posita, Facias iusticiam: dic, quòd includit potestatem decidendi. Vide Fel. c. j. de const. uersi. & si dicatur, Facias iusticiam. col. 61.

clausula, Saluo iure addendi, minuendi, &c. nihil operatur. Felin. de libel. obla. c. significantibus. nu. 26. col. 295.

clausula posita in rescri. committimus, ut procedas sola facti ueritate inspecta: dic, quòd talis clausula plus operatur, quàm si diceretur, cognoscas summariè & sine figura iudicij. Lud. Ro. consi. suo xx. inci. Viso puncto. circa fi. Vide per Fel. c. j. de consti. uer. & si dicatur sola facti ueritate. col. 62. & per eundem Felin. c. olim. uer. quid autem, si dicatur. de accu. nu. 7. col. 939.

clausula in rescripto posita, si tibi constiterit, intelligitur citata parte: & sic uidetur, quòd causa sit commissa: do. Ab. c. conquerente. de rest. spo. iij. col. c. sacro. de sen. exc. ij. col. Imò talis clausula facit mixtum executorem. Pe. de Anch. consilio suo 192. incip. Efficientibus. Adde Felim. c. si constiterit. de accusa. uersi. Io. de Ana. nu. 4. col. 779.

clausula in rescripto posita, quòd posit procedere de facto; quid importat. Vide in litera P. §. procedere de facto.

clausula, Vocatis uocandis, facit executorem mixtum semper, etiam si alias esset merus, quia ista clausula est tanti roboris, quòd semper facit, ut pars audiatur ordine iudiciali seruato: de quo uide, quæ posui in litera E. §. executor mixtus est ille.

clausula, Moneas & inducas: ista uerba nõ importãt præcisam coactionem: & sic nõ datur potestas compellendi: quod no. pro commissionibus Papæ, & de hoc uide do. Abb. c. j. de test. cog. & c. ij. de spon. Adde Fel. d. c. j. de testi. cog. in prin. nu. 1. col. 855. ij. parte.

clausula Motu proprio, tollit statuta iurata, etiãsi nulla sit facta mentio de iuramento. Felin. c. constitutus. de rescrip. uer. limita quartò. nu. 7. col. 624.

clausula supplens defectum, refertur solùm ad solennitates iuris positiui, non ad solennitates iuris naturalis. Fel. c. postulasti. de rescri. uersi. tertius casus. nu. 12. col. 759.

clausula supplens posita in literis Papæ, uel ressupplet defectum solennitatis, sed non defectus, quibus actus redditur nullus. & super quibus requiritur dispensatio: putà, quia impetrans erat excõmunicatus, uel illegitimè natus. Felin. d. c. ex parte. de rescri. uer. & istis adde. num. 42. col. 402. De hoc uide Imo. c. innotuit. de electio. uer. distulisti. Adde bonam glos. cle. si Romanus. uer. ualidam. de præben.

clausula in libello posita, petens super prædictis iusticiam sibi ministrari, facit, quòd libellus ineptus sustinetur. Ita Feli. c. examinata. de iudi. uer. soluat tamen. nu. 16. col. 110. Adde tu, quòd clausula ista posita in libello, petẽs ius & iusticiam sibi ministrari, quid importet? respondeo, posse sententiã ferri ex libello inepto, dum modò constet de intentione libellantis, & actio competat, licet libellus sit ineptus, per ista uerba substentatur. Ita omnes c. examinata. de iudi. & c. ij. de ord. cog. Adde. Bar. extrauag. ad reprimẽdum. iij. col. Pau. de Cas. consi. clxiij.

clausula addendi, uel minuẽdi, in libello posita, nihil operatur: quia hoc nõ dependet à potestate protestantis. Bart. l. edita. C. de eden. viij. col. uer. quæro: dixi. do. Ab. c. inter dilectos. de fi. instr. vj. col. uer. gl. v. Et ista est communis opi. quamuis cõtrariũ teneat Ang. l. ius ciuile. ult. col. ff. de iusti. & iure. & malè. Adde tamen, q̃ operatur ista clausula, Addẽdi, uel minuendi, circa probationes, quãuis nihil operatur circa libellum: quia ille, qui sic protestatur, nõ uidetur connexè agere, sed diuisim. Ita Bal. l. Nesennius. ult. col. ff. de neg. gest. & Bald. d. l. edita. duobus locis, iij. col. & xxiij. Adde Fel. d. c. inter dilectos. uer. in gl. in uerbo, addendi. nu. 9. col. 926. ij parte.

clausula, Saluo iure addendi, uel minuẽdi, posita in libello, nihil prodest: glos. c. inter dilectos. de fide instr. Bar. l. edita. C. de eden. viij. col. uer. quid in libello. Do. de san. Gem. c. ab eo. de ele. in vj. Adde Felin. c. ij. de libel. ob. uer. clausula Saluo iure addendi. nu. 26. col. 295. Amplia, etiamsi reus consentiret. Bal. in repe. d. l. edita. Domi. d. c. ab eo. Felin. d. c. ij. col. ead.

clausula Saluo iure, importat, q̃ in posterum non potest præiudicari ipsi facienti actum, cum clausula ista: t. men ista clausula nõ præiudicat alteri, nec per hoc probatur ius. Vide Fel. c. inter monasterium. de re iud. uers. clausula, Saluo iure. nu. 3. col. 586.

clausula, quòd instrumentum extendatur ad consilium sapientis, q̃d operatur? Vide Io. An. in data vj. li. Bart. l. illa institutio. ff. de hæred. institu. Bal. l. humanitatis. iij. oppos. C. de impu. & alijs susti. Dic tu, quòd operatur in testamentis, quòd uoluntas testatoris in eo, quod sentit, scribatur clariùs & ordinatiùs: & hoc etiam habet locum in contractibus: quia magis latè contractus possunt cõferri in arbitrio alieno, quàm ultimæ uoluntates, ut tenet gl. j. in fi. l. iij. ff. de test. Et ideo sapiẽs poterit addere illis, & etiam imponere pœnam in non obseruante: de quo uide Felin. c. ex literis. de fide inst. uer. quid autem operetur. nu. 11. parte ij. col. 908.

clausula, De rato, posita in mandato procuratoris, habet effectũ, q̃ attẽtata ultra fines mãdati, obligant dominũ, etiãsi exigant speciale mandatũ. Tex. est de hoc c. fi. de iureiu. in vj. Vide per Feli. c. cùm olim. cl j. de offi. dele. uer. no. ibi, nisi. nu. 7. col. 1199.

clausula Omni meliori modo & forma, quid importet, maximè in ultimis uoluntatibus? Dic, q̃, si testator dixit, Relinquo Titiũ hæredem quoquo titulo, istud testamentum non ualet, nisi dicatur, iure institutionis: scribentes c. Raynutius. de testa. Adde, si apposita est ista clausula, Omni meliori modo, etc. ualet testamẽtũ. Bal. l. quorties. in fi. C. de hære. inst. Vide per Feli. c. cùm super. de offi. deleg. nu. 11. uers. quid autem. col. 1133. Adde, q̃ ista clausula æquipollet clausulæ codicillari. Bal. & Imol. l. cùm pater. §. filius matrẽ. ff. de leg. ij. Adde, quòd ubi lex exigit certam formam uerborum, quæ omissa actus uitiatur, tamen si opponitur clausula Omni meliori, &c. non ualet actus. Vide per Fel. d. c. cùm super. uer. quid autem. nu. 11. col. ead.

¶ *Clericus dicitur ille, qui destinatus est ad clerum, dum modò deferat clericam, & gerat se pro clerico, licet nullum ordinem habeat: & si impetrat beneficium, dicendo se clericum, an ualet impetratio. Felin. c. cùm adeo. de rescrip. uer. de destinato ad clerum. col. 594. Adde, quòd si quis talem clericum percusserit, incidit in canonem, si quis suadente. xvij. q. iiij. Ita Feli. loco præalleg. nu. 2. col. 594.*

clericus beneficiatus quando potest cogi per suũ episcopum, uel alium prælatum superiorẽ, ostendere titulum sui beneficij. Vide, quæ posui in litera E. §. episcopus, aut alius prælatus quando posit compellere.

clericus beneficiatus si molestatur à tertio, an teneatur ille ostendere titulũ sui beneficij. Vide Fel. c. licet. de simo. uersi. secundò limita.

clericus beneficiatus, qui non potest ostendere titulum sui beneficij, uidelicet quo titulo possideat, si tamdiu stetit in possessione beneficij, ex cursu magni temporis præsumitur habere titulũ. Vide, quæ posui in litera T. §. titulus præsumitur.

clericus secularis an excusatur ab ignorantia iuris? Dic, q̃ nõ excusatur ab ignorantia iuris: gl. l. repetita. C. de epis. & cler. Bart. l. j. circa fin. C. de iur. & fac. igno. Feli. c. quoniã. de simo. uersi. in clerico autem seculari. nu. 6. col. 1025.

clericus

clericus secularis si impetrat beneficium non consuetum dari clericis secularibus, non ualet impetratio, etiã facta motu proprio: qa non præsumitur Papa etiam motu proprio uelle aliter, quàm sit consuetum, rescribere. Feli. c. cùm M. Ferrariensis. de consti. uer. et per illum tex. dicit etiam. nu. 6. col. 200.

clericus secularis habens beneficium non requirens residentiam, nõ censetur ibi habere domicilium. Ita Feli. c. dilectus filius. ij. uer. de domicilio clerici. de rescrip. nu. j. col. 844.

clericus secularis habens beneficium requirens residentiam, sortitur ibi domicilium. Ita Felin. d. c. dilectus filius, id est Sarracenus. uer. secunda conclusio. nu. 2. col. 844. Adde tu, quòd imo clerici beneficiati in aliqua ciuitate ueniunt appellatione ciuium. Bart. l. j. ff. ad munici. Facit multùm text. c. iij. de tempo. ordi. in vj.

clericus secularis, habens plura beneficia requirentia residentiã, dicitur habere plura domicilia. Ita Fel. c. dilectus. el ij. de rescri. uer. tertia conclusio. nu. 3. col. 845.

clericus secularis, habens unum beneficium, in quo tenetur residere, licet ibi non resideat, nec sit dispensatus super non residentia, nihilo minus dicitur ibi habere domicilium. Felin. d. c. dilectus. el ij. de rescr. uer. quarta conclusio. nu. 4. col. 845.

clericus secularis quãuis nõ resideat in loco beneficij requirentis residentiã, non tamẽ per hoc desinit habere domiciliũ in alijs locis, in quibus aliàs de iure habet domicilium. Ita Fel. d. c. dilectus. el ij. de rescrip. uer. quinta conclusio. nu. 5. col. 847.

clericus secularis, quãuis alibi, q̃ in loco beneficij poßit habere domiciliũ, tamẽ principale domicilium dicitur in loco beneficij. Fallit, quando ageretur de patrimonio, uel de delicto alibi commisso: qa in similibus casibus inspiciuntur domicilia, & loca concernentia subiectam materiam. Feli. c. dilectus. el ij. de rescrip. uer. sexta conclusio. nu. 6. col. 847.

clericus secularis, qui alibi habet domiciliũ, si habet beneficiũ, quod etiam non requirat residentiam, si agitur de materia concernente ipsum beneficium, solus diœcesanus loci, in quo situm est beneficium, dicitur iudex competẽs. Fel. d. c. dilectus. el ij. de rescri. uer. nona conclusio. nu. 9. col. 849.

clericus secularis an faciat euanescere substitutionem, sicut facit monachus per ingressum religionis. Vide, quæ posui in litera S. uerbo, substitutio facta.

clericus primæ tonsuræ succedit in feudo paterno, si natura feudi habet, q. seruitium uasalli non sit prohibitum clerico. Cal. ti. de feud. consi. suo ij. Idem tenet Feli. c. in præsentia. de proba. uer. fallit secundò, nisi. nu. 46. col. 461.

clericus dicitur habere domicilium, ubi habet beneficium: imò dicitur principale domicilium. Fel. c. pastoralis. de foro compet. in prin. Intellige hoc, quando beneficium requirit residentiam. Ita do. Abb. c. j. de foro compet. in fin. & Fel. loco præallegato.

clericus qui contrahit in bonis suis, non poterit post biennium opponere exceptionem non nu. pecu. de quo uide, quæ posui in litera E. §. exceptio non nu. pec. non potest opponi post biennium.

clericus, qui est subditus prælato inferiori episcopo, potest consentire in episcopum suum sine licentia illius prælati inferioris: et hoc modo limitabis tex. c. significasti. de foro comp. qui dicit, quòd clericus non potest consentire in alium episcopum, nisi habita licentia à suo episcopo. Felin. c. cùm accessissent. de const. uer. ad idem, quod. nu. 6. col. 176.

clericus an poßit agere actione iniuriarum. Host. c. grauis. de resti. spo. dicit, quòd curia Romana de rato dat literas super istis iniurijs. & ibi do. Abb. Adde tu, quòd gl. tenet contrarium c. si quis. lx. dist. quæ dicit, quòd non est inconueniens, nec indecens, quòd clericus æstimet suam iniuriam, & eam sibi resarciri petat. Et idẽ tenet do. Ab. d. c. grauis. j. col. Do. de Rota decisio. cxlvij. in nouis, incip. item æstimationem. Adde Fel. c. ea noscitur. de sent. excom. in prin. col. 1178.

clericus an poßit accusare laicũ. Imol. fuit uarius: eum uide c. cùm P. de accusa. Tamen dicit, q. si accusatio tendit ad uindictã publicã, clericus nõ potest accusare: si uerò tendit ad proprium interesse, clericus licitè accusat, etiamsi imponatur pœna sanguinis, dũ modò protestetur, c. ij. de homi. Adde Feli. c. cùm P. uersi. quartus casus. nu. 2. de accusa. col. 774.

clericus potest accusare, & ferre testimonium in causa criminali contra laicũ: & hoc, quando laicus est accusatus criminaliter de crimine ecclesiastico coram iudice ecclesiastico: do. Ab. c. de cætero. j. no. Fel. ibi, uer. fallit dupliciter. nu. 1. col. 638. et uer. itẽ in quantum dicunt. nu. 12. col. 635. de testi. parte ij.

clericus utrùm poßit testificari pro laico in causa criminali: uidetur dicendũ, quòd sic, per tex. c. peruenit. el ij. de testi. cog. & gl. c. clerici. lxxxj. dist. de quo uide per Fel. c. de cætero. de testi. uer. utrùm aũt clericus. nu. 3. col. 639. & uer. limita quartò, nisi. num. 8. col. 640. parte ij. Adde, quòd Imo. c. j. iij. col. de postulan. dicit, quòd ibi leges loquentes de pœna talionis seruarentur: quòd tunc clericus nõ posset esse testis pro laico in causa criminali: et ratio est, ne accusator puniatur pœna talionis: tamen Host. & Io. And. ibi uidentur aliud dicere.

clericus põt esse arbiter, seu arbitrator, in causa suæ ecclesiæ: de quo uide, quæ posui in litera P. §. prælatus potest esse arbiter, seu arbitrator.

clericus post sententiã perdit beneficium, sed ante sententiã licitè retinet, licet sit homicida. Fel. de rescr. c. sciscitatus. nu. 2. col. 537.

clericus secularis an præcedat militem. Fel. rub. de maio. & obed. nu. 5. uers. simplex sacerdos. col. 1298.

clericus potest appellare pro uiro condemnato, etiam in causa criminali, ubi uenit imponẽda pœna sanguinis. Vide latiùs de hoc, quæ posui in litera T. §. tertius potest appellare pro reo.

clericus nõ põt esse procurator laici. Ita Feli. c. ij. de iudi. uer. Itẽ no. pro hoc dictũ. nu. 2. col. 20. Adde tu, q. clericus potest in iudicio seculari aduocare pro negocijs ecclesiasticis. Ita do. Ab. c. j. de postu. j. col. uer. prosequamur. Adde, an clericus poßit ꝓcurare pro negocijs seculariũ in iudicio seculari. Vide ꝑ do. Abb. c. in nostra. de procura. ij. no. Adde, quando exceptio contra clericum aduocantem, uel procurantem in iudicio seculari, poßit opponi: quod do. Abb. tangit d. c. in nostra. iij. col.

clericus constitutus in sacris, nõ põt esse tabellio: tamen si instrumenta conficit, ualebunt. Fel. c. si. de consti. nu. 1. col. 332.

clericus factus rector alicuius ciuitatis, ab eo appellatur ad superiorem illius ciuitatis. Ita Fel. c. cæterùm. de iudi. uer. quis dicatur iudex. nu. 20. col. 62.

clericus, qui habet iurisdictionem temporalem iure feudi, si ab eo appellatur, debet appellari ad superiorem secularem. Ita Feli. c. solitæ. de maio. & obedi. uer. In quantum dicit hîc. nu. 4. col. 1317.

clericus, qui habet iurisdictionem à seculari domino, dicitur secularis. Vnde si contingit appellari, appellatur ad secularẽ. Ita Feli. c. cùm sit. de foro compe. uer. ultimò in quantum. nu. 22. col. 204.

clericus delegatus ordinarij laici an poßit cognoscere de quæstione spirituali incidenter mota: Vide Fel. c. cùm sit. de foro compe. col. præallegat.

clericus non reparans ecclesiam ruentem, peccat mortaliter. Feli. de simo. c. per tuas. lo ij. nu. 2. col. 1017.

clericus non poterit facere compromissum cum clausula, quòd procedatur de iure & de facto: de quo uide, quæ posuit in litera P. §. prælatus non poterit facere.

clericus an poßit se obligare ad mißionem beneficij sui sine licentia sui superioris. Vide, quæ posui in litera B. §. beneficium an potest amitti.

clericus potest remittere illud, quod est debitum sibi ratione ecclesiæ suæ: de quo uide, quæ posui in litera P. §. prælatus põt illud, quod debitum est sibi.

clericus potest arma mouere, & interficere: & hoc, quando habuit licentiam à papa: & isto casu non efficitur irregularis. Cal. c. petitio. de homi. & ibi Fel. uer. ultimò tangunt hîc. nu. 2. col. 1156. & inde. Adde & limita, quòd hoc uerum est, si bellum est iustum. Item, quando tale bellum non potest expediri commodè per laicũ. Item oportet, quòd ista licentia procedat à papa, consultis Cardinalibus. Ita domi. Cardin. & Ioan. de Ana. d. petitio. Istis non concurrentibus, clericus non potest arma mouere etiam in bello iusto. Felin. d. c. petitio. uer. limita istam conclusionem. num. 2. col. 1157.

clericus põt aßistere in bello iusto, & hortari milites: sed non potest mouere arma: sed hortando non efficitur irregularis, dum modò ipse non occîdat, uel mutilet: sed si ex sui præsentia, aut exhortatione sequatur homicidium, non erit irregularis. Feli. c. petitio. de homi.

homi. uer. secunda conclusio. nu. 3. col. 1157.

clericus non potest se obligare sub pœna perdendi beneficium suum sine licentia ordinarij. Fel. de simo. c. per tuas. nu. 6. col. 1009.

clericus an poßit dari in obsidem per episcopũ: do. Ab. c. ex rescripto. de iureiu. iiij. col. uers. si aũt. dicit, q. si cõsenserit à principio, põt postea inuitus detineri. Vide Fel. c. ex rescripto. uersi. fallit etiam in clericis. nu. 10. col. 1154. Adde, quòd solus Papa potest dare clericos obsides uerè, adeo quòd propriè dicantur obsides.

clericus non potest prorogare iurisdictionem alterius iudicis. Vide, quæ posui in litera P. §. prorogatio facta de incompetenti iudice. Adde do. Abb. c. P. & G. de offic. deleg. pe. col. uer. ad secundam q.

clericus potest prorogare iurisdictionem alterius iudicis ecclesiastici, & sufficit cõsensus episcopi tacitus. Fel. c. significasti. de fo. cõp. uer. In gloss. magna. nu. 5. col. 245.

clericus litigans coram laico iudice, potest se subijcere statutis laicorum, etiam quo ad decisionem causæ. Fel. c. significasti. de fo. compe. uer. per illam gl. nu. 6. col. 245.

clericus priuilegio fori non renunciat: quia non posset non lædi decus clerici, & cultus diuinus. Ita Fel. c. si diligenti. de foro compe. uer. Primum corollarium. nu. 17. col. 218.

clericus an poßit cõueniri coram laico iudice de gestis ante clericatum. Vide, quæ posui in litera L. §. laicus effectus.

clericus si conuenitur coram iudice seculari laicum, potest ibi recõueniri. Ita Felin. c. uerùm. de foro compe. uer. præterea si clericus. nu. 4. col. 188. Adde tu, quòd do. Abb. c. at si clerici. de iudi. tenuit contrarium, ix. col. uer. considero enim clericos. Et ista opi. est magis communis, uidelicet quòd clericus non sit reconueniendus coram iudice laico. Quam opi. etiam affirmat idem do. Ab. c. nullus. de foro cõpe. j. notabi. c. j. de iura. cal. j. col. in quæstione not. quòd consti. Adde, quòd contra istam opi. do. Abb. tenuit Io. An. in addi. Spe. tit. de compe. iudi. adi. §. j.

clericus, qui deponit falsum testimoniũ coram iudice laico, nõ potest per ipsum iudicem puniri. Feli. c. uerùm. de foro compe. uer. contra clericũ falsum deponẽtẽ. nu. 5. col. 189. Adde tu pulcherrimam dubitationẽ ad q. istam tactã ibi per Fel. Et quæro de tali dubio, nunqd delegatus, cui mandata est causa ciuilis, poßit punire testẽ de falso, qui corã eo falsum deposuit. Iste est pulcher passus, & subtilis pro parte affirmatiua. Facit regula l. nullũ. C. de testib. uersi. datã omnibus iudicibus potestatẽ. Et ibi no. Bar. iiij. no. Fortiùs tenet gl. j. ibi, & Bald. sequitur, q. etiam clericus falsum testimonium deponẽs coram iudice laico, põt per secularẽ iudicẽ puniri. Sequitur Angel. de Aret. in trac. male. uerbo, falsario. Et ad hoc bene facit tex. l. ergo. uer. sacratißimas sedes. & ibi pulchrè Bal. ij. col. C. de usu. Quamuis in hoc de clerico do. Ab. cõtrarium teneat, c. ecclesia S. Mariæ. de consti. ij. col. uer. tertiò habetur hoc arg. optimum. Et idem tenuit etiam c. uerùm. de fo. compe. vj. col. uer. et ratio prædictorum. Ideo posui hanc additionẽ. Sed omißis clericis, ad idem est gl. no. l. quæsitũ. uerbo, perpendere. ff. de testi. Facit tex. §. si uerò ignoti. authen. de testi. Ad idem facit regula, qa iudex, qui nõ põt de causa principaliter cognoscere, tamẽ põt incidenter, l. fin. C. ubi & apud quẽ. l. quoties. C. de iudi. etiãsi causa sit spiritualis, c. tuã. de ord. cog. c. lator. qui fi. sint legi. Ad idẽ facit doctrina Bart. l. hoc iure. §. aqua. ff. de aqua quoti. & æsti. ubi per illũ tex. cũ gl. decîdit Bar. ut ibi per eũ. Idem tenet Bar. pe. col. C. si aduer. lib. Facit l. si liberti. C. de admi. tu. Pro eadẽ parte facit l. interdũ. §. qui furẽ. quẽ Bart. ibi reputat singularẽ. ff. de fur. ubi iudex maleficiorũ põt incidenter cognoscere, & pronũciare in causa ciuili super restitutione rei. Istã partẽ in terminis nostris tenuit Spe. titu. de teste. §. j. uer. itẽ q. est corruptus. & §. de testibus. uer. sed quid. Bal. c. præterea. de offi. deleg. Eandẽ opi. ampliat, & amplectitur Ful. l. j. §. qui mãdatã. ff. de off. eius. circa fi. nullã de prædictis faciens mentionẽ: nã dicit se putare, q. delegatus nõ poßit punire illũ testẽ falsariũ pœna ordinaria legis Corneliæ: quia illa est meri imperij simpliciter, l. j. §. fi. ff. de fal. Ergo nõ pertinet ad ipsum legatũ. ut d. l. j. ff. de offi. eius. Sed bene potest illum extraordinariè punire, d. l. nullũ. cum gl. Idẽ ante eũ tenuit Ang. l. querela. ult. col. C. de fal. Et istæ sunt rationes, et authoritates, quæ possunt adduci pro ista parte affirmatiua: ex quibus quis posset facilè induci ad ista iudicandum. Pro parte uerò negatiua facit, quod uult Bart. l. ij. & l. magistratibus. C. de iuris. om. iu. q. in delegatum nõ transit aliqua coërtio personalis, quantumcunq; minima. Ad idẽ facit, & fortiùs, quia delegatus nõ potest mulctare contumacem, l. ij. §. fi. ff. de iud. Bart. & Docto. l. j. in princi. ff. si quis ius dic. non obtem. Quantò minùs ergo poterit punire corporaliter? Istã secundam opi. tenet Gul. de Cug. Alb. d. l. j. §. qui. ff. man. q. delegatus non poßit punire testem deponẽtem falsum coram eo: imo nec torquere: sed debet remittere eum ad superiorem, per d. §. si uerò ignoti. Idem tenet Alb. de Rosa. l. imperium. vj. col. uer. item quæro, an torquere sit mixti imperij. ff. de iuris. om. iud. Et similiter domi. Alex. l. ij. eo. ti. Istam secundã opi. puto tutiorẽ: pro qua allego tex. opti. l. diuus Pius. & ibi Bar. no. ff. de fal. & tex. l. fi. & quod ibi no. Bal. C. de spon. Et uult Bald. c. ex parte. el ij. de rescrip. q. si aliquis produxit falsum rescriptum coram iudice delegato, debet eum cum fida custodia remittere ad ordinarium, ut eum puniat. Istam partem sequitur Imol. c. dilectus filius. de pœ. & c. ij. de fal. Ant. de But. c. uerùm. de foro cõpe. vij. col. & c. unico, vij. col. ut eccle. benefi. Io. And. tit. de teste. §. oppo. uersic. sed quid de delegato. Pe. de Anch. consi. clxxiiij. incip. Circa primum dubium. Ang. l. si quis obseruare. ff. de fal. l. quoties. C. de iudi. & l. si uacantia. C. de bo. uacan. lib. x. Licet posset dicere, quòd prædicta iura loquũtur, quantum ad puniendũ ordinariè. In materia ista uide Feli. c. præterea. de offi. deleg. uer. in tex. ibi, plenariã potestatem. col. 1048. Tamen tene, quod hîc dico.

clericus: si quis dicit se clericum, cùm non sit, debet puniri pœna falsi: & hoc uerum est, quando non solùm se clericum dicit, sed ingerit se in actibus clerico congruentibus. Bald. l. sub prætextu. C. de sac. sanc. eccles. Fel. c. tertio loco. de proba. uer. in text. ibi, amico. nu. 1. parte ij. col. 414.

clericus fugiens pro delicto an capi potest per laicos. Vide Fel. c. cùm non ab homine. de iudi. uer. in gl. j. nu. 1. col. 87.

clericum in criminali nunquam licitum est capere, etiam de mandato episcopi: & qui eum capit, est excõmunicatus, nisi sit incorrigibilis. Ita Fel. c. cùm non ab homine. de iudi. uer. sed tu uideas Gemi. nu. 2. col. 89. Adde tu, q. clerici delinquentes possunt capi, ut præsententur episcopo etiã à laico: & hoc in ipso actu delinquendi, uel immediatè pòst: sed ex interuallo nemo põt eos capere, nisi ex concessione episcopi: de quo uide Io. An. c. ut famæ. de sent. excom. Adde Bar. l. si miles. C. de exhib. reis. do. Alexan. de Imo. l. ait prætor. §. si debitorẽ. ff. de his, quæ in frau. cre. Et ideo dicit Bald. Ang. & Imo. l. quid ergo. §. si hæres. ff. de leg. j. q. pater inueniens clericum adulterantẽ cum filia, si ipsum occîdat, non incurrit pœnam canonis. Adde etiam, quòd pro bono publico quilibet potest capere fugiẽtem, ut est tex. l. generali. C. de dec. lib. x. no. Bar. l. neminem. C. de exhi. re.

clericus an potest recõueniri à laico coram iudice seculari, apud quẽ ipse conuenerat laicum. Vide per Fel. c. at si clerici. de iudi. uersic. gl. in uerbo, à non suo iudice. nu. 8. col. 35. Adde do. Abb. latè d. c. at si clerici. vij. col. uer. an clericus.

clericus criminosus fugiens, potest capi à laico, etiam si eius non intersit. Ita Felin. c. cùm nõ ab homine. de iudi. uer. clericus criminosus. n. 3. col. 89. & inde. Adde, q. contra doctrinam do. Ab. ibi, & Fel. facit tex. c. si uerò. in fin. de sen. exc. ubi expressè dicitur, q. nõ licet clericũ inuentũ in adulterio, uel stupro capere, & etiã uiolẽtas manus imponere, nisi sint ꝑsonæ quædã cõiunctæ: quæ ibi nota. Et quãuis posset ad illũ tex. responderi, q. ꝓcedat, quãdo clericus nõ est in fuga, uel nõ est uerisimile, q. fugiat, hoc tamẽ multùm stringit illã rationẽ, cùm in dubio manifestũ est, seu uerisimile, q. deprehẽsus in maleficio, timore, ne captus ponatur ad torturã, q. ipse fugiet, ut est casus notabilis c. ut famæ. de sen. excõ. Et ad hoc facit tex. l. j. ff. de bo. eorũ, qui sibi mor. consci. et ibi Bar. ubi probatur, quòd accusatio est iustus metus, propter quẽ ille, qui fugit, præsumitur fugisse. Eadẽ ratione faciet, quòd uerisimile sit accusatum debere fugere, & sic custodiatur: quia iustus timor præsumitur mouere quẽlibet ad faciendũ, ut euadat à periculo, ut patet eo. ti. qđ metus causa. Vnde quia deprehensus in crimine præsumitur fugitiuus, & legis dispositio faciẽs regulã, debet adaptari ad ea, quæ cõiter cõtingũt, l. nã ad ea. ff. de legi. Vnde si tex. ille d. c. si uerò. de sen. exc. uoluisset in illo casu, quo cleric9 nõ posset fugere, uel nõ esset uerisimile, q. fugeret, nõ licere eũ capi, nõ erat simpliciter ponenda regula negatiua, cùm iste casus de facto contingit: & sic

& sic quodammodo contra naturam deprehensionis in delicto personali. Vnde nõ placet intellectus ille ad illam decretalem. Ad de ergo, quòd ubi clericus est repertus in delicto, & continuat delictũ, & nõ desisteret à delicto, nisi caperetur à laico, tũc licet unicuiq; laico capere eũ, et ligare. Ita do. Ab.d.c.si uerò. de sen. exc.

clericus debitor fugiens, potest licitè, etiam à laico, capi. Ita Felin. c. cùm non ab homine. de iudi. uer. item etiam ex prædictis potest. nu. 4. col. 90. Adde tu, quòd clerici, uel monachi in sacris constituti, non possunt etiam per iudicem ecclesiasticum capi pro delicto ex contractu, uel quasi. Ita Io. An. c. clericos. de sent. excom. in vj. Secus, si est debitor ex delicto, uel ex contractu, ratione delicti. Ita scribentes c. j. de deposi. sicut etiam uidemus in doctoribus, l. medicos. C. de profess. & medi. lib. x. Adde tamen, quòd si clericus fugeret cum re, quam subripuit, nec ex solo clamore dimitteret rem, tunc laico licet capere clericum: & hoc modo intelligas, quò i si clericus debitor aufugit, adeo quòd aliter ipsi creditori consulere non potest, tunc licet ipsi creditori laico capere clericum debitorẽ fugientẽ, ut ibi d. c. cùm nõ ab homine. p scribentes.

clericus deprehensus in fragranti crimine, an possit puniri absq; alia ꝓbatione. Ponit Felin. c. cùm non ab homine. de iudi. uerfic. utrùm autem. nu. 5. col. 90.

clericus incorrigibilis an ex prima incorrigibilitate possit puniri p iudicem secularem. Vide per Feli. c. cùm non ab homine. de iudic. uer. utrùm autem data una incorrigibilitate. nu. 9. col. 92.

clericus successor laici an possit conueniri coram laico iudice, ubi erat conuentus defunctus. Vide per Felin. c. quia V. de iudic. j. col. uer. an instantia inchoata. Vide, quæ posui in litera I. §. instantia inchoata.

clericus an potest trahi coram iudice laico, ratione tributi soluendi ex suis possessionibus: ponit Felin. c. qualiter. de iudi. uer. adde ad hæc. nu. 2. col. 149. adde do. Abb. d. c.

clericus, qui non cognoscebatur, quòd esset clericus, & fuit citatus, ut laicus, à iudice, si non allegauit priuilegium clericale, cùm esset clericus, imo permisit se condemnari à seculari iudice, si post condemnationem compareat coram iudice, & allegat priuilegium suum, debet tamen cõdemnari in expensis, ex quo fatigauit dolorẽ. Et hoc no. pro istis clericis coniugatis: de quo uide Aegi. Belle. dicisi. ccxxvij. incip. In causa mea. Adde Felin. c. exceptionem. in prin. uer. & per istum tex. nu. 1. col. 126.

clericus, qui succedit laico, non per hoc poterit conueniri coram iudice laico, nec perdit priuilegiũ fori, etiamsi conueniatur ex persona laici, cui successit: de quo uide, quæ posui in litera P. §. priuilegi. tus succedens non priuilegiato, quando poterit uti.

clericus uenditor defendens emptorem in causa euictionis, an possit declinare forum laici, & trahere partem eiusdẽ ad forum ecclesiasticum. Vide, quæ posui in litera T. §. tertius potest etiam recusare iudicem.

clericus non potest torqueri per laicum: & sic episcopus, uel eius uicarius, si mandat clericum torqueri per laicum, est excommunicatus: gloss. c. presbyteri. el ij. uerbo, religiosus. v. q. vj. do. Abb. c. uniuersitati. de sen. excommu. dicit, quòd si ei mandatur, quòd potest torqueri, & quòd consuetudo eos excusat: tu dic, quòd uerissima est ista conclusio, quòd si episcopus, uel uicarius, faciunt clericos per laicum torqueri, sunt excommunicati. Arch. d. c. presbyter. Ioan. And. c. cùm in contemplatione. de reg. iur. & Anton. de But. c. ut famæ. de sent. excom. & ibi do. Abb. to. de Ana. c. j. de cleri. percus. vj. col. & do. Card. cle. j. de hæreti. Et si clerici nesciunt torquere, poterunt uocare laicũ, qui ligabit: & postea clerici torquebunt. Vide Feli. d. c. uniuersitati. uer. nunquid torquens clericum. nu. 2. col. 1186.

clericus accusatus de crimine, uel inquisitus, contra quem sunt indicia, an sit torquendus. Abb. antiquus c. grauis. de deposito. dixit, quòd clericus non potest torqueri, nisi sit infamatus, etiã existentibus quibuscunq; indicijs. Idem tenet do. Abb. c. cùm in contemplatione. de reg. iur. ij. col. uer. & ex hoc & Io. An. c. j. viij. col. de cleri. percus. Adde Felin. c. ueniens. el j. de testi. uer. ultimò no. tex. optimum. num. 4. col. 614.

clericus criminosus & malæ famæ admittitur ad accusandum alios clericos, etiam non infamatos, de crimine simoniæ: de quo posui ī. uer. criminosus & etiam utilis.

clericus an sit ponẽdus in gabia: uide Ant. de But. c. qualiter & quãdo. el ij. de accusa. & Io. An. c. à nobis. de aposta. Feli. d. c. qualiter. el ij. §. ad corrigendos. uer. modò aduerte. nu. 24. col. 920.

clericus non est incarcerandus in perpetuum: & ante omnia prælatus debet cauere, ne uita clerici incarcerati extenuetur respectu uictualiũ. Ita Ant. de Bu. c. qualiter & quando. de accusa. el ij. nu. 2. Io. An. c. à nobis. de aposta. & no. q. prælatus, qui detinet clericum incarceratũ, propter quod etiã citiùs moritur prælatus, efficitur irregularis: de quo uide do. Abb. c. cùm non ab homine. de iudi. in fi. Pe. de Anc. do. Car. & Imo. cle. j. de pœni. & remis. Bal. & Sali. l. de pecoribus. circa fin. C. ad l. Aqui. Adde Fel. d. c. qualiter & quando. d. §. & uer. ubi ī.

clericus si detinetur per uestem, an detimens sit excommunicatus. Vide, quæ posui in litera D. §. detimens clericum.

clericus testis: si episcopus deferat ei iuramentum, ut testificetur, uidetur ei dare licentiam testificandi. Ita eleganter Feli. c. cùm nuncius. in fi. uersi. an autem episcopi. nu. 4. de testi. col. 636.

clericus testis, qui est examinatus inter laicos, & sic coram iudice laico, utrùm priùs debeat testificari coram episcopo, an uerò in præsentia iudicis secularis, coram quo uertitur quæstio. Tex. c. quãquã. xiiij. q. ij. dicit, q. nõ debet testificari coram laico. Et idẽ dicit tex. c. testimoniũ. xj. q. j. Do. Ab. c. cùm nuncius. de testi. ij. col. uer. sed oritur dubiũ. dicit, q. est in optione episcopi illum examinare, uel facere ut examinetur per aliũ iudicẽ laicũ. Postea subdit do. Abb. ibi, quòd si clericus sponte deponit sine licentia sui episcopi coram iudice seculari, uel alio iudice nõ suo, quòd ualet depositio: qa nul libi reperitur hoc prohibitũ. Et ibi tenet hoc etiã habere locũ in religioso, ut in Spe. tit. de teste. §. j. uer. itẽ quòd est monachus. Ad de Feli. d. c. cùm nuncius. uer. extra gl. nu. 3. col. 635. par. ij. ubi reprobat opi. do. Ab. de mente domini sui: qa dicit ipse, quòd omissio istius li. ctiæ uidetur uitiare actum. Vnde tenet hic, quòd in religioso, qui uellet testificari sine licentia superioris, malè in practica seruaretur opinio do. Abb. Secus est, dicit ipse, in clerico. Adde do. Abb. c. j. de iur. cal. vij. col. uer. oppono contra tex.

clericus an possit cõpelli ad petitionẽ aduersarij ad ferendũ testimonium cõtra ecclesiã suã: gl. c. cùm nũcius. de testi. arguit ad partes, & finaliter tenet, quòd sic: quia peccatum est tacere ueritatẽ. Vide de hoc do. Ab. d. c. cùm nuncius. j. col. uersic. gl. prima. Adde tu, quòd opi. gl. est uera, secundũ Im. Bal. Host. & alios ibi, sed requiruntur tria: primò, q. alij testes non reperiantur. Tex. est c. quanquam. xiiij. q. ij. Secundò, q. nõ sint liberti ecclesiæ. Tertiò, q. non sint procuratores ecclesiæ: quia sicut non possunt istò casu testificari pro ipsa ecclesia, ut c. insuper. de testi. ita neq; contra eã testificantur. Et istis modis intellige d. gl. Adde Felin. d. c. cùm nuncius. uer. gl. j. in fi. nu. 2. parte ij. col. 634.

clericus testis, si coram iudice laico deponit sine licentia sui episcopi, depositio uadet. Vide ī. §. clericus testis, qui est examinatus.

clericus, qui duxit uxorem, sic quòd nõ erraut, an potest puniri, Fel. c. ad abolendam. de hæreti. in princ. col. 1096.

clericus si contrahit matrimonium, debet puniri, licet matrimonium non teneat. Fel. c. tua uos. de iureiuran. uersic. in text. ibi, pro periurio. nu. 4. col. 1167.

clericus orientalis ecclesiæ quare non allegatur in ecclesia occidentali. Vide, quæ posui in litera S. §. scandalum est causa.

clericus litigans coram iudice laico, tenetur seruare leges & statuta laicorum, in tantum q. nõ poterit appellare ante sententiam diffinitiuã, nisi in casibus à iure permissis. Ita Fel. c. ecclesia sanctæ Mariæ. de cõsti. uers. quintus & ultimus casus. nu. 84. col. 285. Adde, quæ posui in litera S. §. statutum Laicorum ligat clericos liti.

clericus si contrahit nõ seruata solemnitate requisita in contractibus ex forma statuti laicorum, an teneat contractus. Vide Fel. c. ecclesia sanctæ Mariæ. de consti. nu. 82. col. 284. uer. quartus casus. Et sic no. q. statutum laicorum ligat clericos: de quo uide, quæ posui in litera S. §. statutum laicorum disponit.

clericus, qui interfecit aliquem, qui aggreditur proximum suum, uel alium, nõ peccat: gl. pe. cle. j. de homi. Sed bene irregularis est: do. Abb. c. ij. de cler. percus. Felin. c. si uerò. el j. de sen. excom. uersi. fi. nu. 2. col. 1165. Et dic, quòd multò plus habebit locum in defensione patris, aut matris, & uxoris: de quo uide ī. §. clericus an possit occidere.

clericus

clericus præstans causam homicidio, efficitur irregularis, utputà si ligaret furem, & occideretur à custodibus. Bar. l. j. j. col. C. unde ui. Feli. c. suscepimus. de homici. Et dic etiam, q. si ex conseruatione bonorum tantùm sequitur homicidium etiam ultra propositum ipsius clerici, tamen esset irregularis: quia non licet clerico occidere, nisi quando aliter mortem suam euitare non posset. Feli. d. c. suscepimus. in princ. col. 1131. Adde, q. Feli. ibi uers. fi. col. 1132. dicit, q. si clericus probabiliter dubitaret ex fuga se moriturũ, quia aggressor eum insequatur, q. tunc non debet fugere, sed potiùs occidere aggressorem: ego teneo op. contrariam: quia communiter tenetur: quòd semper clericus debet fugere, si potest. Tex. est cle. j. de homici. do. Abb. c. significasti. de homi. iij. col. uers. in glos. ultima.

clericus, qui est excommunicatus, si recipit ordinem, debet deponi perpetuò: & hoc habet locum in quacunq; excommunicatione, siue Papali, siue non. Io. And. c. ij. de clerico excom. minist. & c. j. & ij. de eo, qui furtim ordines sus. Fel. c. cùm illorum. de sen. excõ. uer. no. in uerbo, primos. nu. 1. col. 1198.

clericus debilitans, non mutilans, an sit irregularis. Vide quæ posui in litera D. §. debilitans, uerbum.

clericus percutiens semetipsum, uidelicet temerariè & bestialiter, est excommunicatus: & hoc, quia non potest renunciare priuilegio clericali. Vide Fel. c. cõtingit. el j. de sen. excom. uer. ultimò no. nu. 5. col. 1210. Et de hoc uide Ioan. And. c. j. de uita & honest. clerico. in vj. & ibi Domi. de sanc. Gemi. j. col. Adde tamen, quòd clericus potest se obligare ad amissionem beneficij, & etiam ad amissionem ordinis. Ioan. And. regula, semel malus. de reg. iur. in vj. Et de amissione ordinis est tex. c. quoties cordis. j. q. vij. Tamen non potest se obligare ad pœnam corporis. Ita Io. An. d. regula, semel malus. Fel. d. c. cùm contingit. uer. & quòd iste tex. nu. 2. col. 1208.

clericus si consuluit, ut homicidium & membri mutilatio fieret, si ex consilio suo ista sequuntur, irregularis est. Tex. c. sicut dignum. el j. de homi. Et hoc habet locum, etiam quando consuluit instrumentum fieri, uel machinationem, ex quo sequitur homicidium. Inno. c. ad audientiam. de homi. Idem erit, si consuluit rem illicitã. Idem erit, si diceret uni, ex morte istius habebis magnam utilitatẽ: quia in omnibus istis casibus erit irregularis morte secuta. Spe. ti. de legato. §. iuxta. uer. sed quæritur. Fel. d. c. sicut dignum. el j. uer. secũda conclusio. nu. 9. col. 1124. Adde, quòd fallit, quando clericus suaderet aliquam occisionem licitam. Fel. d. c. sicut dignum. uer. fallit primò. nu. 10. col. 1125. Item fallit, quando recipiens consiliũ à clerico, omnino aliàs erat facturus homicidium: quia nõ est irregularis: do. Abb. c. ex literis. circa fi. de excef. præla. ubi etiã Host. Item fallit, quando non fuit paritum consilio: putà, quia clericus consuluit homicidium, & tamen ille non commisit illud: & istò casu talis clericus non est irregularis. Ioan. And. in addi. Spe. ti. de legato. §. iuxta. uer. sed quæritur. Et ratio: quia sola uoluntas non facit clericum irregularem. Arch. c. periculosè. de pœ. dist. j. Et plus dicit Arch. c. fi. xv. q. j. quòd si clericus inuenit mortuum illum, ad quem accedebat, ut eum occideret, & intulit ei uulnus, non est irregularis. Et dicit Spe. d. §. iuxta. q. clericus, qui habet ratum homicidium commissum eo ignorante, non est irregularis. Et sequitur Arch. c. omnes. xvij. q. iiij. Secus, si homicidium est factum eo ignorante, sed nomine suo. Et adde ad omnia ista Feli. d. c. sicut dignum. uer. fallit tertiò. nu. 11. col. præallegat.

clericus, qui reuelat principi suo tractatum factum contra ipsum de eo occidendo, si inde mors sequatur, an sit irregularis. Vide, quæ posui in litera R. §. reuelare an quis teneatur.

clericus an possit reconueniri coram iudice seculari, coram quo clericus fecit conuenire laicũ. Fel. c. at si clerici. de iudi. nu. 8. col. 35.

clericus, si deliquit, an bona sua fisco seculari applicabuntur: de quo uide, quæ posui in litera B. §. bona clerici.

clericus, qui reuelauit proditorem, qui uolebat interficere principẽ, uel offendere remp. si mors occurrat in personam proditoris, an talis clericus sit irregularis. Vide, quæ posui in litera R. §. reuelare an quis tenetur.

clericus, qui fuit negligens in obuiando, ne delictum committatur, de iure canonico tenetur. Ita Fel. c. j. de officio deleg. uer. gl. in uerbo, pari pœna. nu. 3. col. 1023. & nu. 5. uers. de iure canonico. 1024.

clericus an sit irregularis, si percussus est aliquis eius intuitu, & mortuus sit. Vide per Fel. c. j. de offi. deleg. iij. col. uer. sed dubitatur, an clericus. nu. 7. col. 1025.

clericus incurrit irregularitatem, quando consuluit aliquid, quod si ab eo fuisset perpetratum, induceretur irregularitas. Ita Fel. c. j. de offi. deleg. uer. limita, ut habeat locum. nu. 11. col. 1027.

clericus qui consuluit in aliqua re, ex qua potuit sequi mors, putà si diceret, tale instrumentum bellicum deberet poni in tali loco, tũc secuta morte efficitur irregularis. Ita Fel. c. j. de offi. deleg. uer. sed dubitatur. col. 1025.

clericus, qui consuluit aliquid, ex quo uerisimiliter non debet sequi mors, seu homicidiũ, tamen consuluit rẽ illicitã, ex qua postea secuta fuit mors, seu homicidiũ, istò casu iste clericus est irregularis. Ita Feli. c. j. de offi. dele. uer. secundò amplia, etiamsi. nu. 12. col. 1027. Adde tu, q. inuenio, q. irregularitas non contrahitur, si quis casualiter occidit alium. Ita Bar. l. illicitas. §. sicuti. ff. de offi. præsi. & est gl. sing. c. Maximianus. xxiij. q. iij. quæ dicit, q. clericus accusans de leui crimine coram laico iudice, quod nõ inducit mortem, si iudex ipsum morti tradit, hoc nõ nocet clerico, & tamẽ dabat operã rei illicitæ: considera propter authoritatem Spe. alleg. ibi per Fel.

clericus, qui consuluit homicidium, uel aliquam rem illicitam alicui, quam aliàs erat facturus, talis clericus non est irregularis. Vide per Felin. c. j. de offi. deleg. uer. limita, nisi ille, cui clericus. num. 13. col. 1027.

clericus si assistit bello iniusto, & pugnantes accedunt ad bellum propter suam præsentiam, si homicidia sequuntur, irregularis est. Et idem est, quando clericus assistit in hastiludijs, si ludentes efficiuntur promptiores, & homicidium sequatur, efficitur clericus irregularis. Inn. c. petitio. de homi. do. Abb. c. significasti. el ij. eo. tit. Et idem erit in clerico, qui dissuasit amico, ne homicidium cõmittat: quia etiamsi ipsi dissuasit, ne faciat homicidiũ, tamen si assistit, dubitans, ne amicus succumbat, si mors sequatur, irregularis est. Et hoc intelligas, quando talis assistens habet animum se immiscendi, si oporteat: secus, si casualiter quis assisteret, non animo immiscendi. De quo uide Feli. c. sicut dignum. el j. de homici. uersi. septimò & ultimò limita. nu. 4. col. 1125.

clericus, qui cum malo animo intulit uulnus homini mortuo, non est irregularis: putà, clericus uadit, ut hominem interficiat: inuenit eũ mortuum, & infert ei uulnus, propter hoc nõ est irregularis, quia sola uoluntas non facit eum irregularem: de quo uide, quæ posui §. clericus, qui consuluit homicidium.

clericus, qui habet ratum homicidium commissum eo ignorante, non est irregularis: secus, si commissum est homicidium nomine suo, & eo ignorante: quia si ratum habet, irregularis est. Vide, quæ posui §. clericus, qui consuluit homicidium.

clericus, qui dat consilium iudici laico super crimine, quo uenit imponẽda pœna sanguinis, an sit irregularis. Vide Fel. c. sicut dignum. de homi. uer. fallit tertiò, dum modò consilio. nu. 11. col. 1125.

clericus, qui uulnerauit aliquem, qui uixit per multos dies, & postea mortuus est, an præsumatur irregularis. Vide Fel. c. presbyterum. de homi. in princip. col. 1128. Et dic, q. quantũ ad irregularitatem, paria sunt mori ex uulnere, uel ex infirmitate ab ipso uulnere causata. Pet. de Anch. consi. suo cclxxviij. incip. iure statutorum. Vide Fel. d. c. presbyterum. uer. tu dicas. nu. 2. col. 1129.

clericus efficitur irregularis, quãdo præstat causam homicidio, etiãsi daret operã rei licitæ: & hoc, si causa est propinqua. Tex. c. presbyterum. de homi. Et habes gl. c. de cætero. eo. tit. quæ ponit, quãdo causa producens homicidium, uel aliud dictum, puniatur, uel non: & quando clericus ex causa efficiatur irregularis: & uide ibi Fel. col. 1132. & in fine eiusdem capituli. col. 1133.

clericus irregularis censetur, si hominem lethaliter percussit, licet ab alijs fuerit extinctus: & idẽ est, si non apparet, an lethaliter percusserit, etiamsi ab alijs postea percussus obijt, etiãsi nõ appareat, ex cuius uulnere decessit. Item erit irregularis, si percussit non lethaliter, si animum occidẽdi habuit, & ex aliorum uulneribus percussus postea expirauit. Fel. c. significasti. el ij. de homi. in prin. col. 1144.

clericus, qui dat causam, q. mulier prægnans pariat abortiuum animatum, irregularis est: quod limita, quando dat operam rei licitæ. Fel. c. sicut ex tua. nu. 2. de homi. col. 1153.

clericus an possit accusare clericum, uel laicus laicum. Feli. de accusa.

c. cùm

c.cum P Mantonella.nu.2.col.775.

clericus potest accusare furem, qui bona sua sustulit sine suspicione irregularitatis, facta protestatione. Tex. est c.ij.de homi.in vj. Adde & limita illum tex.dum modò clericus agens criminaliter, prætè dat suum interesse: aliàs talis protestatio esset inanis. Vnde si clericus accusaret furem, qui furatus est bona alterius, talis protestatio esset nulla, & esset irregularis, Item quando agit pro suo interesse cum malo animo. Fel.c.postulasti.de homi.nu.1.uer. sed limita istũ tex.col.1155.

clericus homicida uoluntarius: an Papa possit cũ eo dispensare, uide, quæ posui in litera I. §. irregularitas tribus modis. & §. irregularitas ex homicidio uoluntario.

clericus irregularis est, quãdo homicidium fuit factum intuitu ipsius clerici non prohibentis: utputà, quia sciuit tractatum, q; fuit factũ de occidendo, putà Titium: & tacuit, & non prohibuit. Bal.simili l.multùm.iij.col.C.si quis alte.uel sibi. Fel.c.pe.de homi.j.notabili. col.1156.

clericus, qui percutit mortuum animo interficiẽdi, an sit irregularis. Arch.tenet, q; non, c.fi.xv.q.j. Vide Fel.c.à nobis.el ij.de sen. excõmu.uer.in gl.in uer.relaxatur.nu.3.col.1189.

clericus Sodomita an sit irregularis & prohibitus ordinari, etiam post pœnitentiam. Vide per Fel.c.cùm sit.de fo.compe.uer.an autem clericus.ubi remisiuè, nu.19.col.203.

clericus interrogans iudicem super pœna sanguinis imponenda pro delicto, respondendo an sit irregularis, ponit Fel.c.ij.de ma.& obe.uersi.in quantum gl.nu.4.col.1308.

clericus an sit deponẽdus, p simplici fornicatione. Ponit Fel.c.at si clerici.de iudi.uer.de simplici autem fornicatione.nu.13.col.40.

clericus celebrare potest pœnitentia incœpta, sed nondum finita. Ita Fel.c.at si clerici.de iudi.§.de adulterijs.uersi.& no. quod sufficit ad faciendam dispensationem.nu.14.col.50.

clericus suspensus à celebratione missarum pro contumacia, præstita obedientia celebrare potest absq; alia relaxatione suspensionis. Ita Fel.c.ex literis.de consti.uersi.& per istum tex dixit Inn. num. 18.col.317.

clericus depositus, qui amisit beneficium, si restituatur ad pristinum statum, an recuperet beneficium. Vide per Fel.c.inter.de maio.& obed.uersi.in quantum autem Imo.nu.4.col.1325.& inde.

clericus homicida an licitè teneat dignitatem suam, seu beneficium? & an faciat fructus suos, usquequò deponatur? & an possit renũciare? Vide suprà §.clericus dignus priuatione beneficij.

clericus irregularis an licitè teneat beneficium suum, & an faciat fructus suos, usquequò deponatur. Vide 5.§.clericus dign° priuatiõe.

clericus, qui uenit priuandus, tolleratur propter scandalum. Inno.c.j. de cleri.coniug. Fel.c.ij. de præscri. uersi. quintò propter scandalum.nu.2.col.180.

clericus succedens patri immediatè in beneficio, debet priuari beneficio, etiamsi sit legitimus, ne detur successio in ecclesia Dei: secus, si alia persona fuit intermedia. do.Abb.c.ex parte.de testi.iiij.nota. Adde Feli. qui idem tenet d. c. ex parte.iij.not.num.3. parte ij. col.599.

clericus concubinarius publicus debet priuari beneficio: do.Abb. c. ex parte.de testi.iij.not. Adde Felin.d.c.ex parte. d. nu.col.ead. Et adde, quid dicendum de clerico concubinario occulto, uel qui cõmisit simplicem fornicationem. Vide per do.Abb.loco præalleg. per Fel.ubi 5.

clericus uiolator fidei, an sit priuandus beneficio. Vide, quæ posui in litera V.§.uiolator fidei.

clericus si uenit priuandus priuilegio clericali, an sola citatio generalis facit eum contumacem. Vide suprà §.citatio generalis.

clericus non est expellendus de beneficio, nisi priùs citatus. Ideo Ioan. And.& do.Car.c.ij.de simo.dicunt, q; non est attendẽdum, utrùm habeat titulũ canonicum, uel non canonicum. Et ita Bal.l.si deserta.C.si propter publi.pensita. Pet.de Anch.cons. suo. cclxix.inci. ad declarationem.Feli.d.c.ij. in prin.col.960. Adde & limita, nisi apparẽret notoriè, q; illi, qui est in possessione, nullum ius, aut defensio competat. Inn.c.quod in dubijs.de renuncia.ubi do.Card. Fel.d.c.ij.uersi.limita, nisi apparẽret.num.2.col.5.alleg. Item limita, quando quis haberet titulum iniustum, & non esset in possessione beneficij: quia posset capi possessio, eo non citato, de licentia episcopi diœcesani. Fel.ubi 5.col.ead.

clericus, qui tradit instrumenta ecclesiæ suæ aduersario ecclesiæ, tenetur ad interesse resultans ecclesiæ ex tali traditione. Ita tex.c.canonib.xvj.q.j.& c.si quis.xij.q.ij. Adde, q; Io.An. c. querelam. de fi. plus dicit, q; talis clericus potest deponi: quia dicitur esse proditor tradens instrumẽta & iura ecclesiæ alteri. Et uide Bar.l.j.§.is, qui. ff ad l.Corne.de fal.& uide Fel.d.c.querelam.in principio, de simo.col. 972. Adde ad materiam istam consilium Pau.de Cast.cõsi.suo inci.in contrarium uidetur.

clericus criminosus, si per uiam exceptionis probatum est crimen, an possit puniri? do.Ab.in disp.sua inci. Titiũs. tenuit, q; sic: imo plus ibi dixit, q; si talis clericus habet beneficiũ, potest priuari beneficio. Quod intellige, quando crimen est notorium facti permanentis: aliàs non, ut per ipsum do.Ab.d.disputatione. Et idẽ tenet Pet. de Anch.cõsi.suo clxxij.j.dubio. Vide Fel.c.j.de except.uersi.uer. collige octo.col.10. Vide do.Ab. Adde, q; contrarium tenuit Spec. tit.de act.& peti.§.super actionibus.uer.sed quid. Do.de Rota tit. ut li.pend.decisi.v.& tit.de except.decisio.vij.in antiquis. Arch.c. multi.ij.q.j. Quod uerum est, si actor non probaret titulum beneficij: de quo uide Fel.c.j.de except.uer.quod autem in hoc iudicio. nu.6.col.12.

clericus interdictus ab ingressu ecclesiæ non potest interesse diuinis, etiam tacendo: & si secus facit, incurrit irregularitatem, c.is, cui. de sent.excõ.in vj. Adde tamen, q; potest celebrare extra ecclesiã: putà, sub tentorio, uel in domo cum altari portatili: & etiam ibi audire missam, & alia diuina officia, dum modò non celebret in ecclesia, uel ibi audiat diuina officia. Ita gl.iij.d.c.is, cui. & ibi Ioan. An. Adde Fel.c.ij.de except.ij.col.uersi.& scias, q; si excommunicatus.nu.4.col.18. Et etiam potest transire per ecclesiam. Ibi Fel.nu. 5.col.ea.

clericus an cum bona conscientia uiuat de beneficio, si habet patrimonium. Vide Fel.c.postulasti.de rescrip.uersi.quomodo clericus.nu. 6.col.749.

clericus, qui percipit fructus beneficij, & non dicit officium ex sua negligentia, tenetur ad restitutionem fructuum. Ita Feli.c.postulasti. de rescri.uer.& scias, q; clericus.nu.6.col.750. Adde tu, q; istud idẽ tenet Bal.l.j.in prin.C.de his, qui.ut indig. Bald. l.Nesennius.ff. de excu.tu.& l.fi.ubi Ang.C.ubi pu.educ. Et sic contra do.Ab.c.j. de cele.missa. Vnde respondendo ci, in quantum adducit pro sua opi.tex.d.c.diaconi.xciij.dist.& c.ij.de præb.quia licet illi tex., p; bent, q; dentur reditus, ut uiuat, non debet intelligi ita simpliciter, sed ut uiuat secundum cultum Dei. Et pro ista opi.uidetur esse tex. c.clericus uiclum.xcj.dist. Et hoc uidetur esse uerum, maximè in clericis, qui non dicunt officium suũ, ut uoluptatib.uacent. Et ideo isto casu teneo, q; tenentur ad restitutionem fructuum. Et hoc modo limita do.Car.& Ab.d.c.j.de celebra. missa. qui conantur destruere opi. Cal. Et hæc est mea noua opinio.

clericus habens patrimoniũ, an bona cõscientia possit retinere fructus beneficij. Vide Fel.c.per tuas.el ij.de simo.in prin.col.1016.

clericus beneficiatus utrùm possit percipere fructus beneficij in absentia sine peccato. Adde, & dic, q; communiter tenetur, quòd ualet consuetudo, ut quis sine peccato possit percipere fructus beneficij in absentia, etiam non deseruiendo per uicarium: & hoc, cessante magno præiudicio ecclesiæ: si uerò ecclesia patitur damnũ, tunc clericus absens potest percipere fructus, si deseruit per uicarium. Ita do.Ab.c.cùm omnes.de consti.v.col.uers.in gl.fi. Vide per Fel. d.c.cùm omnes.uer.in gl.fi.nu.32.col.118. Adde & limita ista: quia sunt aliqui casus, in quibus consuetudo non potest inducere, ut clericus in absentia possit percipere fructum beneficij sine peccato. Et primus casus est in beneficio curato. Secundus casus, quãdo ecclesia cathedralis patitur damnũ propter absentes. Tertius casus, quando quis est absens ex causa iniusta. Quartus casus, quando qs est beneficiatus in ecclesia regularium. Quintus casus, in distributionibus quotidianis: quia non dantur, nisi interessentibus: de quo uide ad plenum per Fel.d.c.cùm omnes.de consti.uer.secundus casus.nu.33.col.119. Adde, an rector ecclesiæ possit ad libitum ponere uicarium temporalem in sua ecclesia: de quo uide, quæ posui in litera R.§.rector ecclesiæ.

clericus, qui non facit residentiã: quomodo possit procedi cõtra eum. Vide gl.c.quoniã.§.porrò.in gl.magna, ut lit.nõ contes.& ibi do. Abb.iij.col.

Ab.iij.col.uer.uenio ad gl. magnam. Adde Fel.d.c.quoniã.§.porro.uer.dum dicit Abb.num.22.col.360.ubi quærit, an requiratur trina monitio, antè quàm procedatur ad diffinitiuam.

clericus uagabundus an potest priuari etiam de beneficio non requirente residentiam: do.Abb.c.quoniam.§.porro.ut lit.non contest. iiij.col.uer.aut ratione absentiæ.tenet, q; sic. Vide latè per Felin.c. quoniam.§.porro.uer.dum dicit, ad clericum uagabundum.num. 23.col.362.

clericus dignus priuatione beneficij, an faciat fructus suos, donec tolleretur in beneficio. Bal.Pau.de Cast.& Ang.l.prædonis.ff.de pe. hæred.tenent, quòd clerici tenẽtur ad restitutionem fructuũ, quos perceperunt medio tempore, antè quàm essent priuati: & idem tenet Pau.de Cast.& do.Alex.l.j.C.de his, qui.ut dignis. Vide Fel.c. de quarta.de præscri.uer.faciunt postremò prædicta.num.32.col. 199. Adde, q; contra opinionem istorum doctorum faciũt multa: & primò doctrina Bal.l.non solùm.ff.de resti.in integ.in fi.ubi dicit, q; ille, qui est priuat° ipso iure, nõ facit fructus suos, etiam ante declarationem priuationis. Et idem tenet gl.Bar.& Ang. autheñ. de incest.nup. Pe.de Anch.c.felicis.de hæreti.in vj.ix.col. Tamen ille, qui est priuandus per sententiam, facit fructus suos, usquequo lata fuerit sententia. Item contra opinionem aliorum Doctorum faciit dictum singulare Inno.c. cùm nostris.de concess.præb.j.col.ubi dicit, q; homicida & irregularis licitè tenent dignitates suas, quousq; renuncient, uel deponantur. Item cõtra opi. illorum Doctorũ facit, quod notat do. Ab.c.j.de celeb.mis. ultima col. q; licet clericus propter non residentiam priuetur beneficio, tamẽ fructus perceptos in absentia facit suos. Adde Fel. qui multa posuit de materia isti, d.c.de quarta.uersi.prædicto.

clericum de crimine ciuiliter conuictum an poterit suus prælatus uigore talis sententiæ priuare beneficio suo. Vide, quæ posui in litera P.§.prælatus an possit priuare.

clericum repertum in fragranti crimine, an liceat capere? & dic, q; communiter tenetur, q; sic: do.Car.cle.j.j.q.de offi.deleg. Arch.& Pet.de Anc.& Imo.ibi Bal.authen.statuimus.de episc.& cle. Arch. c.Abbate.xviij.q.ij. Fel.c.si uerò.de sen.excom.uersi.quærit hic Inno.nu. 2. col. 1164. Adde & limita, dum modò, si iudex est incompetens, remittat illum statim iudici competenti. Et per ista patet, quòd familia potestatis potest capere clericum. Vide Fel.d.c.si uerò.uer.tamen limita hoc.nu.2.col.1164.

clericum inuadẽtem proximum meũ, an possim eum percutere absq; periculo excommunicatiõis. Inn.c.si uerò.el j.de sen.excom.tenet, q; percutere clericum inuadẽtem proximum, ille nõ incurrat excommunicationem. Idem tenent scribentes ibi. Adde Fel.d.c.si uerò.uer.utrùm pro defensione proximi.nu. 2.col.1164. Adde, quid erit pro defensione rerũ mearum? dic, q; non sum excommunicatus. Adde, quid erit pro defensione rerum proximi? dic, idem. Fel. ubi 5.col.1164.

clerici an ueniant appellatione districtualium. Vide, quæ posui in litera D.§.districtuales.

clerici an dicantur de populo? Et an appellatione laicorum, uel populi, ueniant clerici? Dic, q; sic, in materia priuilegiata. Ita Fel. posuit c.ecclesia sanctæ Mariæ.de consti.uer.tertiò quæro non abs re.nu. 69.col.273. Adde tu, q; pulchrum est uidere, an appellatione clericorum ueniunt, largè sumpto uocabulo, omnes clerici in quacũque dignitate constituti? & uidetur dicẽdũ, q; sic. Hoc probatur in rubro & nigro, de uita & hone.cle. Nam in rubro solum dicitur de clericis, & in nigro fit etiam mentio de episcopis. Idem probatur in rubro & in nigro, de cle.non resi. & de coha. cle. & muli. Et hoc in materia fauorabili. Secus est in odiosis, ut c.quàm periculosum.de sen.excom.li.vj.& c.fidei fauorẽ.de hære.li.vj. Et ita tenuit do. Ab.in rub.de uit.& hone.cle.ij.col.& c.non potest. de reiud.uidelicet, q; appellatione clericorum nõ ueniunt episcopi, uel alij prælati in odiosis. Adde, q; Barb. d.c.non potest. tenet contra Ab.& alle.c.de clerico uena.ubi dicit probari, q; appellatiõe clericorum in odiosis etiam ueniunt episcopi, uel alij prælati: nã constitutio ibi est pœnalis, & comprehendit episcopos, & alios prælatos. Vnde dic, q; si materia est proportionabilis & conueniens, tam sacerdotibus, quàm episcopis, tunc, siue sit pœnalis cõstitutio, siue fauorabilis, comprehendit utrumq; : aliàs secus.

clerici districtuales an sint ciues illius ciuitatis ubi est districtus. Fel. c.eã te.de rescrip.uer.cæterũ, quando de materia.nu.16.col.487.

clerici dicuntur esse prouinciales, & ciues: & an hæc intelligantur etiam, quo ad onera, uidelicet q; possint collectari, sicut fit contra alios ciues, ponit Fel.c. Rodulphus. de rescrip. uer. & dum retuli proxi. Bal.nu.18.col.991.

clerici sunt digniores, quàm monachi. Fel.rub.de ma.et obed.uer.præfertur habens.nu.4.col.1297.

clerici & religiosi ponuntur ut diuersa: & an appellatione clericorũ ueniãt religiosi? & quid econtrà? Et uidetur dicendum, q; non, ut est tex.c.in quibusdam.de pœnis.& c. licet. de off.ord.in prin. cle.ij.in fi.de uita & ho.cle.c.ad abolendam.de hæret.in prin. Vide Fel.c.tua nos.de iureiu.j.notabili.nu.1.col.1164. Adde, q; imo appellatione religiosorũ ueniũt clerici seculares: & econtrà. Gl.c. præsens.xx.q.iij.& tex.cũ gl.c.null°.j.q.j.& gl.c.ex multa.de uoto.uerbo, religiosi.& gl.c.i nomine Domini.uerbo, religiosissimi. xxiiij.dist. Vide Io.An.Ant.de Bu.& do.Abb.rub.de reg. Vide de hoc Fel.latè d.c.tua nos.uer.in cõtrariũ. Et ibi dicit, q; in materia odiosa & pœnali appellatione clericorum non ueniunt religiosi.

clerici æquiparãtur militib. do.Abb.c.cũ ex officij.de præscri. ij.col. uer.no.q; episcop°.uide Io.An.regula.sine culpa.de reg.iur. in vj. ix.col.uer.in contrariũ. Et Bar.l.affectionis.de donat.ubi dicit, q; donatio facta per militẽ concubinæ, non ualet. Idẽ tenet Io.An.& Host.c.de his.de sepul.Bar.Bal.& Sal.l.ij.C.de dona.inter uir.& uxo. Adde Fel.d.c.cùm ex officij.uers.in quantum Ab.æquiparando.nu.2.col. 318. Adde etiam, q; sicut miles fortitur domicilium, ubi deputatus est ad tutelam loci, ita clericus fortitur domicilium, ubi habet beneficium. Bar.l.j.ff.ad municip.ij.col.

clerici non sunt iudicãdi per laicos. Fel.c.ecclesia sanctæ Mariæ.de cõsti.ij.col.uer.sed contrariam opin.nu.5.col.241.& etiam hic, uide, quæ posui in litera P.§.Papa non potest facere.

clericus si data opera percutiat mulierem, ne concipiat, non est irregularis: peccat tamen mortaliter. Fel.de homic. c. sicut ex tua. nu. 2.col.1153.

clerici quando uolunt declinare forum iudicum laicorum, & tamen timent, ne ab eis puniãtur, qua cautela debent uti ad effugiendam pœnam istorum iudicum laicorum. Vide Fel.c.ecclesia sanctæ Mariæ.de consti.nu.71.col.275.uer.prima fuit. Sed illa cautela fortè non prodest, quam ponit ibi Iaco.de Bu. Adde, q; istud etiam dixit Bal.quia eo ipso, q; allegat se clericum, dicitur declinare: quia excipiendo sufficit factum narrare, quem uideas, auth.statuimus.C.de episcopis & clericis. Et cum ista opi. Bal. transit ibi Pau.de Castr. Adde, q; Bal.ibi pro opi.sua nihil allegat. Sed tu potes ad hoc allegare notata per Bar.hoc uolentem l.j.ij.col.ff.de except.& l.iij.in fi.ff.nau.cau.sta. Adde duas alias cautelas, quibus poteris adiuuare clericum, quas ponit Bal.d.auth.statuimus.

clerici an chrismare possint: gl.c.peruenit.xciij.dist.dicit, quòd Papa ad hoc, ut scandalum euitetur, concedit ipsis clericis, ut possint chrismare. Adde Fel.c.ij.de præscrip.nu.2.uer.uigesimò, propter scandalum.col.181.

clerici, qui habent capellas, an possint agere pro capellis suis sine mãdato prælati. Vide Spe.ti.de actore.& Bald.l. iubemus. la ij.C.de sa.san.ec.

clerico occupante possessionem beneficij uitiosè, an prima beneficiatus uacent. Fel.de simo.c.qui alium.nu.3.col.961.

clerici: putà, una pars clericorum sunt exempti per priuilegium Papæ à solutione præstationis procurationis legatorũ sedis Apostolicæ, an clerici alij non exempti possint appellare, quãdo essent aggrauati. Vide quæ posui in litera P.§.procuratio debita legatis.

clerici an possint appellare à correctione. Vide Pe.de Anc. consi. suo cccij.inci. Pondera diligenter.ij.col. Adde Fel.c.ad nostrã. de appel.uer.circa appellationem à correctione.nu.7.col.682.

clerinon possunt compromissum facere de bonis ecclesiæ: tamen secus de bonis patrimonialibus: quia compromittere possunt: glo. ij.c.si diligenti.de fo.compe.ubi do.Abb. Vide Fel. c. ecclesia sanctæ Mariæ.de consti.uersi.Et hinc etiam est.nu.8.col.246.

clerici in sacris an possint contrahere matrimonium ex constitutione Papæ. Vide, quæ posui in litera P.§.Papa an possit statuere. Et ibi habebis, quòd in hoc duo pontifices fuerunt contrarij.

clerici coniugati an ligantur statutis laicorum. Ponit Feli. c. ecclesia sanctæ Mariæ.de consti.uersi.decimoseptimò.nu.103.col.298.

clerici an teneãtur soluere gabellas, quas soluunt itinerãtes. Item pro rebus, quas secum deferunt. Item, an teneãtur soluere gabellas pro refectione uiæ: de his omnibus uide Feli. c. ecclesia sanctæ Mariæ. de consti. uer. de gabellis autem. nu. 106. col. 300.

clerici an teneantur seruare statuta laicorum, quæ imponunt certam solẽnitatem in testamentis. Vide, quæ posui in litera S. §. statutum laicorum, quod uult, q̃ in testamentis.

clerici an teneantur se compromittere, quando litigant inter consanguineos, ubi est statutum, q̃ litigantes inter consanguineos promittantur: utrùm statutum comprehendat clericos: & quid de clericis in Minoribus. Vide Fel. c. ecclesia sanctæ Mariæ. de cõsti. uer. quartò scias. nu. 110. col. 301.

clerici possunt introducere consuetudinem, & non legem, contra canones. Ita Fel. c. quod super his. de maio. & obe. uer. sed profectò. nu. 10. col. 1335.

clerici ciuitatis licitè possunt facere collegium, & ibi disponere de rebus suis: & hoc sine licentia episcopi. Do. Abb. c. accedentes. de præscri. uer. no. & ibi Fel. in principio, col. 248.

clerici non possunt præscribere contra legatos sedis Apostolicæ, quòd non teneantur eis soluere procurationes: de quo uide, quæ posui in litera P. §. procuratio an potest præscribi.

clerici an teneantur ad confectionem inuentarij? & si non conficiãt, utrùm teneantur ultra uires hæreditatis. Vide quæ posui in litera E. §. ecclesia an teneantur.

clerici instituti hæredes an teneantur facere insinuari testamentum, ubi uiget statutũ, q̃ testamẽta insinuẽtur, aliter sint ipso iure nulla: ui detur dicendum, quòd non: quia statuta laicorum non ligant clericos, c. ecclesia sanctæ Mariæ. de consti. Sed pro clariori intelligentia uide, quæ posui in litera S. §. statutum quod allegat testamentum.

clerici non possunt esse testes contra laicum in causa criminali criminaliter mota: secus est, quando causa criminalis intentaretur ciuiliter: quia hoc casu bene possent testificari. Tamen intellige istud, quando aliàs ueritas haberi non posset: nam tunc licitum est clericis coram iudice laico ferre testimonium cõtra laicum. Ita do. Ab. c. de cætero, de testi. j. not. & Fel. ibi uers. item in quantum. num. 2. col. 639.

clerici an possint occidere hominem pro defensione parentum impunè, etiam de iure canonico. Vide Fel. c. ij. de homi. uers. secundò no. ibi, nu. 4. col. 1115. & uide quæ posui §. clericus, qui interfecit aliquem.

clerici, uel laici, an possunt pro defensione rerum tantùm, occidere furem, uel alium uiolẽtum aggressorem. Bar. l. furem. ff. ad l. Cor. de sica. in prin. tenet, quòd sic. Do Ab. c. ij. de homi. iiij. not. dicit, q̃ de iure canonico clericus non potest pro defensione rerum tãtùm, occidere furem, etiam nocturnum, uel aggressorem: sed tunc excusatur ab homicidio, quando facit p defensione, ut liberet se & sua: & sic requiruntur ista duo copulatiuè. Secus est de iure ciuili: quia pro sola defensione rerum temporalium licitum est occidere hominem. Et dic, quòd omnes concludunt de iure canonico, non licere hominem occidere pro rebus. Et pro ista opi. communi facit gl. xiij. q. iij. in summa. Vide Fel. d. c. ij. ij. notabi. nu. 4. col. 1115. Et idem tenet do. Ab. c. clerici. el j. de uita & hone. cleri. Io. de Ana. c. suscepimus. de homi. do. Car. cle. j. eodem tit. xxiiij. q. Inno. c. si uerò. el. j. de sen. excom. Bald. l. data opera. pen. col. C. qui accusa. non poss. Adde, quòd Fel. d. c. ij. de homi. facit unam limitationem: & dicit, quòd clericus potest incontinenti uiolenter resistere aggressori, qui per uiolentiam bona ecclesiæ inuadit: sed si ex interuallo uult conseruare bona ecclesiæ, quòd tunc non potest. Adde, quòd ista limitatio Fel. mihi non placet: & ratio est, quia uix conceditur laicis in foro seculari: & sic de iure ciuili, quòd possint occidere furem, uel alium, pro conseruatione rerum temporalium tantùm, ut per Ioan. de Ana. d. c. ij. & c. suscepimus. de homi. Ergo multò minùs est dicendum in clericis: quia in nullo casu poterunt occidere furem, uel alium uiolentum aggressorem pro tuitione rerum tantùm, & sic fac conclusionem, quòd clericis, uel aliis personis ecclesiasticis non est licitum occidere aggressorem, uel furem pro defensione rerum tantùm. Et istud expressè tenet do. Abb. d. c. suscepimus. iiij. no. Tenet gl. xxiiij. q. iij. in summa, & sentit Inno. c. olim causam. de resti. spo. ubi dicit, q̃ licitum est de iure canonico pro defensione bonorum percutere, sed non occidere.

clericorum secularium appellatione quando ueniant religiosi, & ecõtrà? Ponit Fel. c. licet. de offi. ord. uer. dum tãgitur. nu. 8. col. 1266.

clericorum appellatione an ueniant canonici. Ponit do. Abb. c. bonæ. el j. de postul. præla. Ant. de But. c. j. de his, quæ fiunt à præl. domi. Abb. c. cùm tibi. de uer b. sig. Adde Fel. c. non dubium. de sent. excõ. uers. utrùm appellatione. nu. j. col. 1167.

clericis inuitis an possit induci per superiorem arctior modus uiuendi: do. Abb. c. ad nostram. de app. ij. col. uer. circa clericos. nu. 2. dicit, quòd si per istam mutationem uitæ mutaretur status personæ, quòd tunc hoc non potest fieri, nisi ipsi clerici consentiãt: & istud intelligẽ, quo ad suos superiores: sed circa accidentalia, ubi status personæ non mutatur: & tunc Papa potest hoc facere contra uoluntatem ipsorum. Adde Felin. d. c. ad nostram. uer. & adde glos. col. 679.

¶ COACERVATIO pœnarum an sit fienda, ad hoc ut bannitus possit impunè offendi. Vide quæ posui in litera B. §. bannitus à xx. libris.

coaceruatio plurium summarum potest fieri ad dandum iurisdictionem iudici, qui non potest cognoscere, nisi à centum libris suprà: pone, quòd quis sit debitor unius ex diuersis actionibus, an sit fienda coaceruatio, ad hoc, ut iste iudex possit cognoscere. Vide, quæ posui 5. §. cumulatio actionum. Et dic, quòd imo potest summa debita minui, ad hoc, ut iudex sit competens, l. cùm quædam puella. ff. de iur. om. iu. §. quoties.

¶ Cognitio causæ delegata si est, an intelligatur commissa decisio? & sic sententia? Gl. l. qui procuratorem dat. ff. de procu. dicit, q̃ non. Spe. tit. de legato. §. sequitur. uer. & non reprobat illam glo. Ioan. ibi reducit ad concordiam gl. & Spe. Ibi uide. Adde, quòd gl. c. cũ super. de cau. poss. & propri. tenet illud, quod tenuit gl. iuris ciuilis, d. l. qui procuratorem dat. & ibi uide do. Abb. iiij. col. uer. secunda glo. Adde ad omnia ista Bar. l. à diuo Pio. ff. de re iud. j. col. ubi tangit istam materiam. Vide per Felin. de q. ista, c. super quæstionum. de offic. delegat. uers. not. ibi, causæ cognitionum. num. 3. col. 1156. ubi plenè habebis materiam disputatam per Docto. antiquos & Moder.

¶ Coitus illicitus facit affinitatem. Vide quæ posui in litera M. §. matrimonium impeditur.

¶ Copia libelli cuius expensis reo debet dari: do. Abb. c. j. de libellis obla. in fi. dicit, q, tex. l. j. ff. de eden. uidetur uelle, q, expensis ipsius rei. Bart. authen. offeratur. C. de lit. contest. ij. col. uer. quæro, cuius expensis, dicit, q, attendenda est consuetudo. Et idem tenet d. l. j. ff. de eden. in principio. Adde tamen, quòd do. Abb. d. c. j. in fine, tenet expressè, quòd libellus debet dari reo expensis suis. Felin. d. c. j. de libel. obla. uersic. expensis rei. num. 8. col. 275. dicit, quòd contra do. Abb. tenent Card. & Imo. clem. causam. de elec. Ideo uideas. Imol. d. clemen. causam. viij. colum. uersic. glos. in uer. porrecto, quærit. Tamen ibi Feli. tenet opin. Abb. quia dicit, quòd est communis.

¶ Copula quid operetur, quando ponitur inter duos? Vide Felin. c. ex parte. de rescrip. uersi. copula coniungit, & operatur. nu. 21. col. 390. De materia copulæ uide l. pe. C. de uer. sig. l. j. ff. de iust. & iure. & ibi Bar. Adde Io. Mo. c. accusatus. de hære, in vj. Bar. l. re conuncti. ff. de leg. iij. & plenè §. utrùm. l. si is, qui ducenta. ff. de rebus dubijs. Io. de Imo. cle. in plerisq. de elect. iij. col. Adde bonam gl. c. j. de sent. & re. iud. in vj. in uerbo, contra.

copula carnalis, quæ habet diuidere matrimonium iam contractum, quomodo probatur, Vide, quæ posui in litera M. §. matrimonium quando debet diuidi.

¶ Correctio morum non potest tolli per consuetudinem, uidelicet q, prælatus non possit reformare mores subditorum: de quo uide, quæ posui 5. §. consuetudo non ualet. Et adde, an à correctione liceat appellare. Vide bo. tex. & ibi do. Abb. c. ad nostram. de ap. & c. reprehensibilis. eo. tit.

¶ Correlatiua: quādo dispositum in uno habeat locum in alio, etiam in pœnalibus & correlatiuis. Vide per Feli. in procemio Gregor. num. 5. col. 12.

correlatiua sunt eiusdem generis: quia in correlatiuis uno correcto, corrigitur & reliquum. gl. c. cupientes. §. pen. uerbo, de ueteri. de elect. in vj. Et hoc habet etiam locū in odiosa. Adde contrariā glo. c. j. de loca. ubi pœna apposita in uno ex correlatiuis, non extenditur ad reliquum. Tamen pro prima opi. habes Bart. l. ulti. C. de indic. uidu. tol. Et uide do. Abb. d. c. j. de loca. ij. col. uer. secundò ex glo. Fel. c. ulti. de Iudæ. in prin. col. 1083. Adde & declara istam materiam correlatiuorum, ut habeas ueritatem inter istas uariétates gl. & doctorum: & primò, ubi lex expressè prouidit diu ersimodè in istis correlatiuis, pœna in uno extenditur ad reliquum. Fel. d. c. fi. de Iudæ. Item declara, dum modò pœna apposita uni ex correlatiuis, sit proportionabilis alteri. Imo. d. c. j. de loc. Felin. d. c. fi. nu. 3. col. 1083. Et ibi do. Ab. ij. col. Item declara, dum modò sit eadem ratio in utroque correlatiuorum: quia tunc pœna extenditur: do. Abb. d. c. j. iij. col. uer. aut est. Felin. d. c. fi. uers. tertiò declara. col. 1083. adde ultra hic notata. Vide glos. Bart. & Bald. authent. qui semel. C. quomodo & quando iudex. Adde in correlatiuis, quid sit prius, an actiuum, an passiuum? Vide Bald. rub. C. de reb. credi. Et ad materiam correlatiuorum adde Bart. l. j. ff. quod metus causa.

¶ Corrumpens testem debet puniri pœna falsi. Fel. c. fi. de testi. cogen. uer. nota tertiò. nu. 5. col. 876. parte ij.

corrumpens testem in causa beneficiali, an committat simoniam: Fel. de simo. c. tua nos nu. 4. col. 1015.

¶ Corruptio testis probata absque falsitate, an sit sufficiens causa, ut retractetur sententia. Ioan. And. c. licet. de proba. tenet, quòd non. Et idem tenet ibi Anton. de But. do. Abb. ix. col. d. c. licet. uer. uenio nunc. tenet contrariam opi. tantùm distinguendò, ut ibi per eū uidebis. Vide Fel. d. c. licet. uer. tertia conclusio. nu. 29. col. 494. par. ij. Adde tamen, quòd sunt aliqui casus; in quibus indistinctè probata corruptione absque falsitate sententia retractabitur, ut quando tollitur dictum testis, eò quia periurus: quia recipiendo pecuniam est periurus: & per consequens, repellendus: de quo uide Fel. d. c. licet. uersi. sunt tamen aliqui. nu. 30. col. 494. parte ij. qui multa alia cumul. uit in materia ista.

¶ CREDITOR, qui dicit se habere anteriorem hypothecam, putà in fundo, qui fundus fuit emptus: putà à Titio, & cùm creditor uellet fundum euincere, allegat priorem hypothecam, ex aduerso emptor allegabat priorem emptionem, quis probabit? Vide per Bal. l. matrem. C. de proba. & eum sequitur Fel. c. iij. de prob. uersi. & si. creditor. nu. 12. col. 406. parte ij.

creditor an possit cogi facere quittationem generalem debitori. Vide, quæ posui in litera Q. §. quittatio generalis.

creditor, qui habet obligatum debitorem ad sibi soluendum, putà x. infra mensem cum iuramento, si dat maiorem dilationem ipsi debitori, an per hoc uideatur remissum iuramentum? Vide, quæ posui in litera I. §. iuramentum an uideatur remissum.

¶ Credere literis salui conductus quis non tenetur, quando agitur de periculo capitali. Feli. ut lite non contesta. c. accedens. lo ij. num. 2. col. 333.

¶ Creditur plus paucis affirmantibus, quàm multis negantibus. Feli. de accus. c. cùm P. Manconella. nu. 4. col. 775.

¶ Credulitas cum errore iuris, non facti, suadens titulum non iuridicum esse iuridicum, non prodest ad præscriptionem. Fel. de præsc. c. de quarta. nu. 26. col. 196.

credulitas quæ dicatur leuis, & excusat à leuitate. Ponit Fel. c. cùm contingat. de rescri. uer. prima conclusio. nu. 2. col. 714. & inde.

¶ Credu-

¶ Credulus licet quis sit nimium propter dolum alterius, tamen ille dolus præponderat culpæ, & facultati credentis. Ita Fel. c. cùm cõtingat. de rescri. uersi. de quo dic. nu. 4. col. 716. Et sic no. q. Fel. ibi ult, q. nimis credulus excusetur: in qua materia ipse procedit intricatè, & non aperit ueritatem istius difficultatis: quare tu pro uera intelligentia istius dubij dic sic: imputãdum est ei, qui nimis credulus est. Facit tex. l. miles. §. pe. ff. de adul. & authen. hodie. C. eo. & c. relatum. qui filij sint legi. & l. nimia credulitate. C. de actio. & obl. gl. c. quàm magnum. & ibi Arch. xxiij. q. iiij. & gl. c. innocens. xxiij. q. iiij. & c. si quis. l. dis. & c. inquisitioni. de sentent. excom. Limita istam regulam non procedere in præiudicium nunciantis. Vide Bar. l. j. ff. de eo, per quem fac. erit. j. col. uersi. oppotertiò. Et hoc modo intelligas Fel. d. c. cùm contingat. de rescri. uer. adde etiã Ang. ibidem. qui ibi loquitur cõfusè. col. 716. Limita secundò, nisi quis crediderit homini fide digno: gl. est singularis. l. Titio fundus. de condi. & demõ. & ibi Bar. & l. de pupillo. §. si quis. ff. de no. ope. nun. l. nõ. §. morte. eo. tit. & per illam gl. Et dixit Bal. l. indicia. C. de rei. uend. quòd dictum nobilis uiri inducit credulitatem etiam in materia præscriptionis. Idem dixit Bar. l. Celsus. ij. col. ff. de usucap. do. Ant. de But. c. si diligenti. de præscri. do. Abb. consi. ciij. quod incipit, In quæstione. Fortiùs dixit Gemi. c. de capitulis. x. dist. q. gl. & dicta Doctorum in materia ista habẽt locum etiam in nuncio solito mitti ad tales causas: quia excusatur, qui ei credidit, l. argentum. ff. commoda. Quod tantum limita singulariter procedere in speciebus: secus in quantitatibus, ideo si sum debitor tuus in x. ducatis, & tuo nomine ueniet famulus solitus ad hæc mitti, repetens ista x. ego bona fide ei numero: si famulus fugit, nõ sum liberatus. Ita no. Bar. l. si procuratori falso. v. col. iij. q. de condi. ob cau. Pau. de Cast. d. l. argentum. ff. commo. Ang. l. si finita. §. si iam ff. de dam. infec. Limita, quando esset conuentum inter partes, q. afferẽti tale signum talis res paretur: tertiùs uenit cũ signo, qui audiuit, nunquid liberatur, si ei crederetur? Vide per Ang. & Ro. d. l. j. ff. de eo, per quem fac. fuer. Limita tertiò, quãdo quis crederet publicæ famæ. Tex. cum gl. l. cùm quid. ff. de acqui. hære.

¶ Crimen commissum ante electionem, etiam q. ille electus sit confirmatus & consecratus, potest opponi post electionem & confirmationẽ: do Ab. c. sicut. de ele. viij. col. Fel. c. ueniens. de accus. in prin. col. 790.

crimen oppositum per uiam exceptionis dicitur causa ciuilis, & non criminalis. Fel. c. super his. de accu. uer. ultimò. no. nu. 2. col. 795.

crimen deductum in iudicio per uiam exceptionis, uel incidenter, an possit puniri per iudicem? Do. Abb. c. ij. de ord. cog. xij. col. uer. ad primum. dicit, q. si tela iudicij fuit instituta contra eum, contra quẽ fuit deductum crimen per uiam exceptionis, sicut contra alios, poterit puniri: aut tela iudicij fuit restricta ad aliam personã, seu ad alium finem: & tunc secus, nisi de nouo uelit iudex contra eũ procedere. Eum uide ibi. Idem tenet Fel. c. j. de excep. uersi. collige octo breues. nu. 4. col. 10. Adde, quod fuit deductum in iudicio, nõ erit connexum causæ principali: & ille non sit confessus crimen, q. talis non poterit puniri ordinariè, nec extraordinariè. Feli. d. c. j. de excep. uer. dic contra. nu. 8. col. 33. Adde etiam, q. si crimẽ, de quo excipitur, contingit causam, & de eo constat per confessionem illius, contra quem fuit facta exceptio: quia poterit puniri per iudicem ordinariè. Ita do. Abb. d. c. j. iiij. col. uer. ex his uidetur. & ibi Fel. uer. quinta conclusio. nu. 9. col. ut ẽ. Limita tamẽ istud ultimũ nisi fieret confessio in foro mixto inter pœnitentem & cõtentio sum. Fel. d. c. j. uer. limita ultra omnes. col. 14. nu. 11. quia non noceret talis confessio. Item limita, quando esset confessio cõditionalis: quia non esset puniendus confitens. Fel. d. c. j. uer. limita secundò. nu. 12. col. præalleg. Item limita, quãdo confessio fuisset in iudicio reprobata: quia non noceret. Bal. auth. nouo iure. in fine, C. de pœna iud. Fel. c. j. uersi. limita tertiò. nu. 13. col. ead. Item limita, quãdo confessio esset in causa ciuili: quia per talẽ confessionem quis non potest cõdemnari. Fel. d. c. j. uer. limita quartò. nu. 14. col. ead. Adde, q. si crimen, quod fuit deductũ in iudicio, cõtingit causam principalem, & de ipso crimine constat iudici per probationes, q. iũc poterit puniri pœna ordinaria. Ita Fel. d. c. j. de excep. uer. septima conclusio. nu. 15. ibi, Limita & intellige, dum modò causa principalis sit criminalis: secus, si ciuilis: do. Ab. c. super. de cõcef. præb. ij. col. Fel. d. c. j. de excep. uer. limita tamen. nu. 16. col. 15. Item limita & intellige, dum modò criminosus sit conuictus per probationes de crimine incidẽter, & sit præsens: secus, si fuisset absens: quia non posset puniri. Bar. l. denunciasse. §. quæritur. ff. de adul. ubi dicit, si sententia est lata contra testes falsos in absentia sua, non nocet eis. Adde Fel. d. c. j. de excep. uer. limita secundò. nu. 17. col. ead.

crimen ap posit opponi per reum accusatum contra suum accusatorem ad compensationem faciendam alterius criminis. Ponit dom. Abb. c. dilecti. de except. pen. col. uer. finaliter. & ibi tenet, q. non, si agitur criminaliter de crimine. Idẽ tenet Fe. ibi, uer. ad illud, q. in criminali. num. 9. col. 90. Fallit hoc, quando fieret replicatio alterius criminis ratione connexitatis, ut accusator non repellatur, sed ut puniatur: do. Abb. loco præalleg. & etiam Fel. loco præalle.

crimen non probatur instrumento. Ita Felin. c. cùm in ecclesijs. de maio. & obe. uer. dixit tamen Bald. nu. 2. col. 1338. Adde, quòd Hosti. c. cùm ad sedẽ. de rest. spo. dicit, quòd uiolentia potest probari per instrumentum: de quo uide Io. An. regula, semel malus. de reg. iur. in vj. Adde Bal. rub. C. de fide inst. qui dicit, q. si officialis notarius est, creditur ei de dilecto.

crimen aliquando probatur per instrumentum, putà quando crimen fuerit commissum per scripturam, ut in statuto facto contra libertatem ecclesiasticam. Ita Fel. c. cùm in ecclesijs. de maio. & ob. uer. fallit tertiò. nu. 4. col. 1338.

crimen probatur per instrumentum, quando agitur de crimine ciuiliter. Ita Felin. d. c. cùm in ecclesijs. de ma. & obe. uer. fallit septimò. nu. 8. col. 1339.

crimen si est probatum expressè per testes, reus non potest se purgare, neq. etiam adducere testes de credulitate: tamẽ si reus uult probare negatiuam indirectè per testes deponentes de ueritate, debet admitti: gl. multùm sing. c. clerici. lxxxj. dist. do. Ab. c. ad nostram. de proba. ij. col. uer. tu sic conclude. Adde Fel. d. c. ad nostram. uer. gl. j. in fine. nu. 5. parte ij. col. 551.

crimen opponens, & non probans, tenetur actione iniuriarum. Feli. de except. c. idem q. nu. 8. col. 18.

crimen deductum per uiam exceptionis, quando sit punibile: Feli. de except. c. j. nu. 4. col. 10.

crimen utrùm omne crimen repellat testem à testificando, etiamsi nõ est condemnatus? Aliqui dixerunt, quòd ad hoc, ut repellat, oportet, quòd sit tale crimen, quod repellat à promotione, & q. non sit dispensatum cum criminoso. Ita tenuit Ioan. And. & Imo. c. testimonium. de testi. Vide Felin. c. testimonium. uer. tertiò not. num. 6. col. 832. parte ij. Adde, quòd contrarium tenuit do. Card. d. c. testimonium. Et idem tenet ibi do. Abb. iij. col. uer. sed ego. quòd imo omne peccatum mortale excludat testem à testificando, etiamsi nõ repellat à promotione: quia satis excluditur à promotione quis, ex quo perseuerat in peccato mortali. Et cum ista opi. do. Card. & do. Abb. transit Fel. d. c. testimonium. uer. allegato. col. ead. et inde. Et ista procedunt de iure canonico. Vide, quæ posui in litera T. §. testis de iure ciuili.

crimina quæ mereantur depositionem? ponit Fel. c. at si clerici. de iudi. uer. quæ autem sint crimina. nu. 15. col. 41. Adde do. Ab. d. c. at si clerici. xij. col. uer. ad secũdum, quæ crimina. Vide etiam per do. Ab. d. c. at si clerici. xij. col. uersic. ad primum. ubi ponit, quæ sunt crimina suspensione digna.

crimina grauia quæ dicantur? Ponit Fel. c. at si clerici. de iudi. uer. quæ autem dicantur grauia. nu. 13. col. 40.

crimina de iure canonico an tollantur præscriptione legali, adeo q. non possit fieri accusatio: do. Abb. c. licet. de prob. xj. col. uer. & dixit hic Vincentius, quòd si lata est sententia absolutoria, ex cuius obseruantia non immimet peccatum, saltem non remissibile p partem, q. non auditur quis post tempore legitimo: sed si sunt talia crimina, quæ impediunt ordinis executionem, uel retentionem beneficij post peractam pœnitentiam: tunc ista crimina non tollunturpræscriptione temporis. Adde Bal. l. j. xxv. col. C. qui accu. non pos. Vide latè per Fel. d. c. licet. uer. & aduerte: quia quod dictum est. nu. 38. col. 497. par. ij.

crimina non pertinentia ad zelum, non impediunt testes in criminibus exceptis. Fel. de simo. c. per tuas. nu. 4. col. 1007.

¶ Criminalis causa ciuiliter intentata, non est propriè criminalis: un de delegatus datus ad causam criminalẽ, non cognoscit de tali: do. de Rota conclus. ccxxxviij. incip. Item no. quòd ubi agitur. in antiquis. Fel.

tiquis. Felin. c. meminimus. de accusa. uersi. secunda conclusio. nu. 11. col. 784.

¶ Criminosus potest esse iudex: do. Abb. c. testimonium. de testi. uersi. aduerte tamen. Adde Felin. ibi, uersic. & in hac conclusione. nu. 4. col. 832.

criminosus si uult esse testis, oportet, q. probet emendationem criminis: & quomodo eam probabit, uide, quæ posui in litera T. §. testis non repellitur à testificando.

criminosus semel conuictus de crimine, licet sit emendatus, non potest esse testis in criminali: de quo uide, quæ posui in litera T. §. testis semel conuictus de crimin.

criminosus quando repellitur à testimonio? Vide, quæ posui in litera T. §. testis criminosus. & §. testis, qui opponit. & §. crimen utrùm.

criminosus an posit excipere contra electum. Fel. de accus. c. super his. nu. 6. col. 797.

criminosus repellitur de iure ciuili ita demum, quando est condemnatus: secus de iure canonico: quia satis est, quòd posit tunc conuinci: do. Abb. c. super eo. el j. de testi. uer. opp. contra tex. Add Fel. d. c. super eo. uer. gl. j. nu. 3. part. ij. col. 637. Vide, quæ posui in litera T. §. testis criminosus.

criminosus laicus, & etiam uilis persona potest accusare clericum de crimine simoniæ: & hoc, quando ipse clericus est infamatus de tali crimine: aliter non. Ita dicit gl. c. ueniens. de testi. glo. ij. & glo. c. cùm P. de accus. & gl. c. si quis. lxxix. distin. & uide latè per do. Abb. d. c. cùm P. penul. & ult. col. Adde Fel. d. c. ueniens. uer. in glo. ibi, malæ famæ. nu. 5. col. 614. parte ij. Adde, q. do. Abb. d. c. cùm P. ij. col. uer. tertium membrum. dicit, q. clericus uilis persona & malæ famæ, potest accusare clericum simoniacum etiam non infamatum: & in hoc distat clericus infamatus à laico: de quo uide etiam Fel. d. c. ueniens. uer. alleg. col. 614. & d. c. cùm P. col. 774.

criminosus quando potest accusare clericum de simonia. Fel. de testi. c. ueniens. nu. 5. col. 614.

criminosus condemnatus de crimine quando posit appellare, & nõ: Vide gl. & Doctos. c. Romana. §. si autem mandet. de app. in vj.

criminosus petens restitutionem beneficij, non auditur: & hoc, si de eius crimine notoriè constat non solùm notorietate facti, sed etiam iuris: do. Abb. c. inquisitionis. §. ad petitionem. de accus. Et idem tenet ibi Ant. de But. & Ioan. de Ana. c. consiterit. de accus. Vide Fel. d. c. inquisitionis. §. ad petitionẽ. uer. ex quo infert. ibi, & subdit hìc. nu. 3. col. 887. Adde, quòd secus esset, si constaret de crimine per præsumptionem: & si esset notorietas præsumptionis tantùm: quia bene audiretur, & illa non impediret restitutionem. Anton. de But. c. in literis. de rest. spo. Felin. ubi suprà. Et dic, quòd idem esset, si quis esset famosus, dato quòd opponens incontinenti uellet probare: quia ista non impedirent restitutionem: glo. c. super causis. ij. q. v. Fel. d. c. inquisitionis. §. ad petitionem. uersi. alleg. circa. fi. Dom. de Rota deci. xxj. incip. Item nota.

criminosi quando possunt testificari, uel accusare clericum de crimine simoniæ. Vide do. Abb. c. per tuas. el j. de sim. ij. col. uer. secunda lectura. & adde text. optimum c. j. de testib. in vj. quæ dicit bene istum casum.

¶ Chronicæ in factis antiquis probãt. Ita Fe. c. ex parte. de rescri. uer. & dum suprà tactum est. nu. 49. col. 406.

chronice. An liber chronicorum probet. Ponit Glos. c. inter dilectos. de fide instrum. uerbo, magis. & ibi dom. Abb. vij. col. uer. not. glos. Bartol. l. j. ff. si cer. pe. vj. col. uersi. pro cuius. Adde Felin. d. c. inter dilectos. uer. in glos. in uerbo magis. nume. 12. col. 927. parte ij.

¶ CVLPA unius an & quando noceat alteri. Felin. de simo. c. ex instituatione. nu. 4. col. 988.

¶ Cumulatio actionum an sit permissa. Vide per Felin. c. ex parte decani. de rescrip. uer. item dum notant. nume. 3. col. 951. & ibi dicit, quòd in eodem iudicio & eodem libello potest agi contra eundem super pluribus articulis. Adde tu: stat statutum in ciuitate, quòd iudex non posit cognoscere, nisi sit causa tantæ summæ, an debet fieri coaceruatio plurium summarum ex diuersis actionibus debitarum ad iurisdictionem includendam. Vide Bart. d. l. si idem. in princip. ff. de iurisd. om. iud. Et sic no. quia uenit ad ampliationem illius, quod dicitur ibi per Felin. quia uidetur sentire, quòd in eodem iudicio & eodem libello potest agi contra eundẽ. Adde ad ista: pone, statutum est, quòd libris mercatorum cum eorum iuramento credatur usq. ad summam tantam: pone, aliquis apparet debitor in libris, & summæ sunt multæ, sed nulla de per se excedit summam taxatam per statutum, an debeat fieri cumulatio, ad hoc ne posit iurare. Mar. Lau. d. l. si idem. tenet, quòd fit cumulatio, ad hoc, nè stetur iuramento. Ibi uide per do. Iaso. May. præceptorem meum.

cumulatio summæ diuersarum postarum positarum in libris mercatorum, an sit fienda, ad hoc, ne stetur iuramento mercatoris. Vide, quæ posui in litera S. §. statutum, quod uult, quòd debitum.

cumulatio summæ debitæ pecuniæ an sit fienda, ad hoc, quòd iudex posit cognoscere. qui iudex habet taxatam iurisdictionem? Vide, quæ posui in litera S. §. statutum, quod uult, q. debitum.

¶ Curam animarum an posit exercere prælatus inferior in quadam parte diœcesis, excluso episcopo? do. Abb. c. cùm non liceat. de præscrip. ultima col. uer. quidam abbas. & c. auditis. eodem tit. ij. col. uer. ex quo infero. tenuit, quòd sic: & d. c. cùm non liceat. dicit, quòd quæstio pendebat de facto senis. Adde, quòd idem tenet c. cùm ex officij. de præscrip. v. no. ubi dicit, quòd institutio authorizabilis, per quam fit traditio curæ animarum, potest per inferiorem præscribi: & sic expressè uult, quòd prælatus inferior posit exercere curam animarum in quadam ecclesia sibi subiecta episcopo excluso: & hoc, uel per priuilegium, aut præscriptionem. Adde, quòd contrarium tenuit Hostien. Ioan. & Anton. de But. c. cùm sacris. de offic. archiep. Hostien. d. c. auditis. de præscri. Adde tu, & dic, quòd communis opinio est in contrarium, quòd imo prælatus inferior potest exercere curam animarum in aliqua ecclesia sibi subiecta episcopo excluso. Quam tenet Imol. c. cùm olim. de præscrip. ij. notab. & ibi domi. Abb. viij. notabi. & c. cùm contingat. de foro compet. xxv. col. Et idem tenet do. Cardi. clemen. j. de excess. præla. vj. opposi. & Imol. clemen. ne in agro. §. ad hæc. de statu monachor. Adde domi. Cardi. consil. suo. xlviij. incip. R. pater. ubi dicit, quòd abbas potest præscribere in ecclesijs sibi subiectis, ut committat curam animarum. Adde Felin. d. c. auditis. de præscript. uersi. in quantum Ab. firmat hìc. nu. 8. col. 296. ubi etiam multa alia posuit quæ faciunt ad materiam istam.

curator non datur capitulo litiganti cum episcopo suo. Fel. c. edoceri. de rescrip. uer. curator non datur. nu. 9. col. 675.

curta, seu curtæ, seu curtiuus, an ueniat appellatione domus in ultimis uoluntatibus, uel contractibus. Ponit Fel. c. Rodulphus. de rescrip. uersi. hortus. nu. 22. col. 995.

D

amnari Quis potest post mortem multis in casibus enumeratis per gloss. xxxiij. q. ij. in summa: & l. ex iudiciorum. ff. de accus. Adde Fel. c. cùm nobis. de præscript. uer. & ad omnes casus, in quibus. nu. 12. col. 288.

¶ Damnatus ad perpetuos carceres an posit esse legatarius. Imo. l. ij. ff. de pub. iud. tenet, quòd non, nisi ratione alimentorum: & hoc de iure ciuili: de quo uide Fel. c. qualiter & quando. el ij. de accu. §. ad corrigendos. uer. quid autem si damnato ad perpetuum carcerem. nu. 27. col. 922.

damnatus ad mortem an posit testari pro anima. Et dic, q. non. Ita Bar. & Bal. l. j. C. de sacrosan. eccle. Et idem tenet Io. An. c. ij. de testa. in vj. do. Abb. c. accedens. de procu. ij. col. Fel. c. cùm uoluntate. de sen. excom. uersi. extra gl. tangit hìc. col. 1232.

damnatus ultimo supplicio statim efficitur seruus pœnæ. Fel. ut lite non contest. c. accedens. ij. nu. 16.

¶ Damnum passus potest agere contra consulentem in foro canonico & cõscientiæ, & c. Fel. de homi. c. sicut dignum. nu. 13. col. 1126.

damnum & interesse quod dependet à contentis in instrumento, potest probari per testes, etiamsi statutum ciuitatis diceret, q. debitũ non posit probari, nisi per instrumentum: de quo uide, quæ posui in litera S. §. statutum, quod restringit facultatem probandi.

damnum datum ex culpa leui, uel leuissima, non est resarciendũ. Feli. de simo. c. audiuimus. nu. 2. col. 1029.

¶ Dato uno inconuenienti, multa inde sequuntur. Fel. de simo. c. in tãtum. nu. 1. col. 1018.

¶ DEBILITANS membrum si est clericus, an sit irregularis: glos. fi. c. accusasti. de accus. dicit, quòd debilitatio non facit quem irregularem: & hoc expreßè tenet Cald. c. j. qui cleri. uel nouen. ubi dicit, quòd clericus debilitans aliquem aliquo membro, non est irregularis. Adde, quòd do. Car. d. c. j. dicit, quòd putat quòd bonum esset, quòd talis clericus petat dißpensationem. Adde Felin. c. cùm illorum. de senten. excom. iij. col. uer. & adde gl. fi. c. cùm illorum. nu. 12. col. 1201.

¶ Debitor an possit incarcerari pro debito, etiamsi haberet bona sufficientia ad debitum: gl. l. iij. §. tutores. de suspec. tuto. tenuit, quòd non. Idem tenet do. Abb. c. quod ad consultationem. de re iudica. ix. col. uer. nam si bona. Et idem tenet. Bart. & Bald. l. j. C. qui bo. cede. pos. & Bald. l. etiam. C. de execu. rei. iudi. vj. col. uersi. sed nũquid. Pau. de Castr. l. iiij. §. j. ff. de re iudi. Vide Felin. d. c. quod ad consultationem. uer, non deuenitur. nu. 10. col. 508. Adde, q̃ contrarium tenuit Imo. l. à diuo Pio. §. in uenditione. ff. de re iud. & Sal. l. & cùm filij. C. qui bo. cede. pos. Angel. Areti. Institu. de actio. §. fi. iiij. col. & Bart. l. cùm in eo. ff. ad l. Iul. pecu. j. col. uer. ponere uerò. Tu uide Felin. d. c. quod ad consultationem. uers. sequenti. col. ut 5.

debitor, qui soluit, potest petere à creditore sibi reddi instrumentum debiti, l. dissolutæ. C. de condic. sine causa. Et tunc debitor tenetur facere instrumentum creditori, qualiter soluit ex tali causa. Bart. l. qui tabulæ. §. j. ff. de furt. Card. c. accedens. el j. ut lit. non contest. Adde Felin. c. accedens. uer. quinta conclusio. num. 4. col. 326.

debitor potest cogere creditorem, ut faciat instrumentum liberationis: putà, de solutione facta, uel de pacto de non petendo: de quo uide Bart. l. si quis. §. fi. cum l. seq. ff. locati. & Bart. l. si finita. §. eleganter. ff. de dam. infecto. & do. Abb. c. significauit. de testibus. iij. col. uer. quæro expediendo glo. Sal. Bald. l. si data. ff. de liber. cau. Adde Felin. c. significauit. de testib. uer. in gl. pe. in fi. Adde quid econtrà, nu. 8. col. 790.

debitor, & sic reus, an potest cogi instrumentum facere creditori: & sic actori? Vide Bart. l. finita. §. eleganter. ff. de dam. infect. & l. ij. ff. sol. ma. & l. dedi. j. col. ff. de cond. ob. cau. Bald. l. nostram. iij. col. C. de testi. Adde & dic, quòd regulariter non tenetur quis cauere, si de cautione nihil fuit actum, ut per Bar. d. l. dedi. j. col. uer. dic ergo. Et etiam non tenetur cauere, quando ille, qui petit cautionem, habet aliud remedium, ut ibi per Bart. Et adde, quòd ista uentiunt ad limitationem l. in omnibus. ff. de iudi. de qua limitatione uide Bart. l. quibus diebus. uersic. item quæro. ff. de condi. & demon.

debitor sine die si conuenitur, non monitus, non tenetur soluere expensas, si confitetur debitum: do. Abb. c. licet. de simo. iij. col. uersic. & in quantum Bald. l. non ignorat. C. de fru. & litium expen. Felin. d. c. licet. uer. in glo. in uerbo, inscriptio. in fin. num. 3. col. 999. Adde, quòd hoc fallit in debitore fisci: glo. l. cùm quidam. §. fiscus. ff. de usur. Felin. d. c. licet. uer. fallit quatuor modis. nu. 4. col. 100. Item fallit in debitore ecclesiæ ex ultima uoluntate. Felin. ubi 5. col. ead. Item fallit in debitore minoris. Felin. d. c. licet. uer. tertiò in debitore. num. 4. col. ead. Item fallit, quando quis iurauit soluere. Felin. col. ut suprà. Item fallit, quando quis promisisset se facturum & curaturum. Felin. colu. ead. Adde, si dies est apposita, non requiritur monitio, c. potuit. de locato. l. optimam. C. de contrahen. sti. do. Ab. d. c. licet. iij. col. uers. si uerò. & ibi Fel. uer. secunda conclusio. nu. 9. col. 1002. Adde, quòd istud intelligitur, nisi esset terminus nimiùm breuis. Bald. l. si mihi. §. si quis. ff. de leg. j. Item intellige istud, nisi debitor esset diuersi fori cum creditore: quia requiritur monitio: dom. Abb. d. c. licet. iij colu. uersic. sed si. Felin. ibi, uer. secundò limita. nu. 13. col. 1003.

debitor, qui tenetur ire ad domum creditoris pro solutione debiti faciendà? Ponit dom. Abb. c. significante. de pign. ubi Imol. Bart. l. item illa. ff. de const. pecu. Bald. l. acceptam. xij. q. C. de usur. Bald. l. suus quoque. ff. de hæred. instit. Petr. de Ancha. consil. suo lxxxiij. incip. pro faciliori. & consil. cccxxvij. incip. Vists. dom. Card. consil. suo. lxviij. incip. casus talis est. Felin. c. licet. de simo. uer. præalleg.

debitor in alternatiuis regulariter habet electionem. Ita Felin. c. inter cæteras. de rescrip. uer. regulariter in alternatiuis. Fallit, quando esset adiectum aliquid in contractu fauore creditoris: putà, debitor promisit dare centum, uel fideiussorem. Felin. ista posuit ad plenum d. c. inter cæteras. uer. fallit secundò. nu. 3. col. 431.

debitor excommunicati, an teneatur soluere creditori excommunicato pendente excommunicatione. Imo. c. ueritatis. de dolo. & contuma. tenet, quòd sic. Et idem tenet Archi. c. nos sanctorum. xv. q. vj. Adde, q̃ do. Abb. c. inter alia. de senten. excom. tenuit contrarium: de quo passu uide Fel. latè d. c. inter alia. uer. utrùm debitor excommunicati. col. 1197.

debitor potest excommunicari ad petitionem creditoris: dom. Abb. d. c. ad aures. de simonia. in princip. & ibi Felin. in princip. col. 985. Limita istud, nisi inopia debitoris esset notoria: quia excommunicatio esset ipso iure nulla. Anton. de But. c. Odoardus. de sol. Felin. col. ead. Item limita, dum modò creditori non potest per aliud remedium succurri. Fel. col. ead.

debitor tutus ope exceptionis, potest implorare officium iudicis, ne inquietetur ab aduersario. Fel. c. si autem. de rescrip. uer. communem opinionem. num. 6. Adde tu, quòd debitor tutus exceptione, potest implorare officium iudicis, etiamsi non conueniatur, ne ab aduersario inquietetur. Ita Bart. l. j. §. j. ij. col. uer. item aduerte. ff. quod ui, aut clam. & Bar. l. si societatem. §. arbitrorũ. iij. col. uer. quæro, quo iure. ff. pro soc. Contrarium tenuit Sali. & malè, l. si pater. C. qui bonis cedere pos.

debitor, qui iurauit creditori soluere pecuniam mutuatam intra tantum tempus, si non soluit, an sit periurus. Vide, quæ posui in litera I. §. iurans soluere.

debitor debitoris, ne soluat ipsi debitori, certificandus est expreßè: & practica est, q̃ legatur ei instrumentum debiti, aut copia ei mittatur. Ita Fel. c. cùm contingat. de rescrip. uer. octaua & ultima cõclusio. nu. 10. col. 721.

debitor, qui promisit soluere in certis locis specificatis, & postea subditur clausula generalis, uidelicet ut quibuscunq; locis, an intelligatur de remotioribus expreßis. Vide, quæ posui in litera L. §. loca, quæ sunt expressa.

debitor, qui per pactum promisit creditori in instrumento, si non soluerit, quòd posit capi personaliter, & incarcerari, utrùm tale pactum ualeat de obligando se ad carcerem. Vide Angel. authen. ut non fiãt pignora. in fin. Angel. Imol. & Ludo. Ro. l. alia. §. eleganter. ff. sol. ma. Bart. l. Titio centum. §. ij. ff. de condi. & demon. ubi Bald. etiam. Et dic, quòd communis opinio est, quòd tale pactum non ualeat: de quo uide Felin. c. ex rescripto. de iureiur. uer. ista etiam faciunt ad quæstionem. num. 13. col. 1155. parte ij. Adde: posito, quòd pactum ualeret se obligando ad carcerem, an istud pactum transeat ad hæredes. Vide additionem, quam posui ad Fel. d. c. ex rescripto. d. uer. Adde, si pactum non facit, q̃ hæres posit incarcerari, utrùm statutum posit hoc facere? uide in dicta additione.

debitor, qui fecit pactum in instrumento, & promisit creditori, quòd si non soluerit in termino, quòd ipse creditor posit ipsum debitorem capere personaliter authoritate propria, an tale pactum ualeat? & dic, quòd non. Ita Bald. authent. ut non fiant pignora. Angel. l. si unus. §. pacta. ff. de pac. Bartol. l. alia. §. eleganter. ff. sol. mat. Imo. c. cùm contingat. de iureiur. Vide Felin. c. rescripto. de iureiur. uers. similiter non ualet pactum. num. 14. col. 1155. Adde & amplia, quòd hoc habet locum, etiamsi esset iuratum. Bald. authen. sacramenta puberum. C. si aduersus uendi. j. col. Adde, q̃ hoc fallit in scriptore, qui promisit scribere librum: quia ualebit pactum, quòd posit teneri in compedibus. Item fallit in obside: quia ualet pactum, quòd propria authoritate posit incarcerari. Item fallit in eo, qui redemptus fuit de manu hostium pecunia alicuius: quia ille poterit eum tenere in carcere priuato usque ad restitutionem pecuniarum: de quo uide Specul. titul. de renuncia. & conclus. §. j. uersic. item est beneficium. & Angel. l. nemo carcerem. C. de exactio. trib. libro x. Adde Felin. d. c. ex rescripto. d. uer.

debitor, qui simpliciter iurauit soluere usuras, quomodo subuenit ei, ad hoc, ne cogatur per ipsum creditorẽ ad solutionẽ usurarũ? do. Abb. ponit multa circa materiam istam, c. j. de iureiur. ij. col. uersi. uenio ad primam. Adde tu, & dic, quòd quando debitor iurat soluere usuras, q̃ primum remediũ est, ut soluat, & postea repetat.

Fel. d. c. j. uer. in gloss. j. in fine. nu. 7. col. 1108. parte ij. Secundum remedium, ut petat à iudice, ut faciat sibi relaxari iuramentum. Fel. d. c. j. uer. secundum remedium. nu. 8. col. ea. Tertium remedium, ut petat absolutionem à iuramento ab episcopo: & hoc, quando ipse creditor non uult relaxari iuramentum. Felin. d. c. j. uersi. tertium remedium. nu. 9. Ibidem. Quartum remedium, si debitor est conuentus ad solutionem usurarum ratione iuramenti: quia potest excipere contra creditorem, ut desistat: de quo uide Felin. d. c. j. uersi. quartum remedium. num. 10. col. 1109. Vbi ponit limitationem ad istud quartum remedium. Quintum remedium est: quia iudex ex officio suo potest compellere creditorem petentem usuras, ut desistat ab exactione. Fel. d. c. j. uer. quintum est remedium. nu. 11. ubi suprà. Quamuis Imo. ibi teneat contrarium. Vide Fel.

debitor, qui iurauit soluere usuras, & nullam quæstionem mouere, uel etiam nullam absolutionem petere, quomodo subuenitur isti debitori, ad hoc, ne posit cogi ad solutionẽ usurarum? Ponit do. Abb. c. j. de iureiur. v. col. uer. secundus casus. Adde, & dic, quòd primum remedium est, ut soluat, & postea repetat. Fel. d. c. j. uer. adde etiam aliud remedium. nu. 12. col. 1109. Secundum remediũ est, ut denunciet ecclesiæ: quia nullum iuramentum impedit, quòd quis non posit denunciare crimen. Fel. d. c. j. uersic. tertium remedium. num. 14. col. 1110. potest ipse debitor petere absolutionem à iuramento absq; eo, q̃ citari faciat creditorem. Ita Io. An. in Spec. rub. de iureiur. in fi. Sed do. Abb. d. c. j. v. col. uer. nunc extra gloss. quæro. tenet contra Io. An. Vide tu Fel. d. c. j. uersi. secundum remedium. ubi latè de hoc, col. ead.

debitor fugitiuus potest capi à creditore authoritate propria. Ita Felin. c. j. de iudi. uersi. quinta conclusio. nu. 14. col. 14. Adde, an posit capi à iudice incompetenti debitor fugitiuus ad preces creditoris? Vide Roma. l. ij. ff. de iurisdict. om. iudi. qui dicit, q̃ captura personæ, quæ est suspecta de fuga, potest fieri à quocunq; delegato, & à quocunq; iudice aliàs incompetenti: nam contra capturam factam propter suspicionem fugæ, non potest opponi de incompetentia iudicis. Ita ipse Lud. Roma. loco præalleg. refert consuluisse Pet. de Anch. consilio lxxxiiij. quod consilium etiam allegat do. Alex. ibi d. l. ij. sed corruptè, quia debebat allegare consil. cxcij. quod incipit, In auxilium ueritatis: & pro confirmatione eorum, quæ scripta sunt. Mouetur: quia si debitor suspectus de fuga potest capi per ipsum creditorem, & sic per priuatam personam, l. ait prætor. §. si debitorem. ff. de his, quæ in frau. credi. multò magis per iudicem, quamuis aliàs incompetentem: arg. l. fi. C. de malefi. Secundò: quia die feriato in honorem Dei iudex est incompetens, quo ad exercitium iurisdictionis: & tamen illo tempore potest facere capi debitorem suspectum de fuga, ut est glo. sing. l. fi. C. de ferijs. Tertiò, cùm mora sit periculum allatura, cessant regulæ iuris prohibitiuæ, l. de pupillo. §. si quis. ff. de no. ope. nũcia. Istam decisionem Pet. de Anch. sequitur per prædicta fundamenta Ro. d. l. ij. de iurisd. om. iudi. & consilio suo ccxlij. quod incip. Vnum est. & pleniùs l. de pupillo. §. meminisse. in addi. in nouis. ubi quædam alia addidit, ff. de noui ope. nuncia. Idem simpliciter sequitur dom. Alex. d. l. de pupillo. §. si quis. d. l. ij. ff. de iurisdi. om. iud. adde, quòd Fran. de Are. consilio xcv. quod incip. Respondendo dubijs. recitat istam decisionem Pet. de Ancha. & dicit, quòd est falsißima, & Pet. non fundauit se supra firmam petram, sed aurum & pecunia corruperunt eum, & fecerunt eum malè consulere, & quòd rationes Petrisunt somnia: & multa allegat, sed inter cætera optimum text. qui ualde tangit, l. j. §. hoc autem. ff. de fer. fugi. ubi magistratus non tenetur capere seruum fugitiuum, nec facere ei auxilium ad capiendum, nisi ad literas iudicis domicilij: quod esset absurdum, si ratione fugæ quilibet iudex incompetens posset capere. Secundo dicit aliud, quod placet, quòd fundamentum Pet. de Anch. non est uerum, dum dicit, potest fieri die feriato, ergo per iudicem incompetentem, hoc non est uerum: nam tutores & curatores possunt dari diebus feriatis, l. ij. ff. de fer. & tamen non possunt dari per iudicem incompetentem. l. j. C. ubi pe. tu. Quid tenendum in hoc passu subtili? Ego teneo decisionem Pet. de Anch. & Roma. quam puto esse ueriorem: & eã cõfirmo quatuor optimis fundamentis. Primò: quia clericum debitorem suspectum de fuga potest capere iudex secularis: et ualet captura, quando aliàs periculum esset in mora. Imò ipsemet creditor secularis potest tunc capere propria authoritate clericum suspectum de fuga: & tamen ibi est omnimoda incõpetentia. Ita concludit do. Abb. c. cùm non ab homine. iij. & iiij. col. de iudi. & ante eum Bal. iij. col. ibidẽ, & Bal. c. dilectis. v. col. de ap. Secundò moueor: quia ubi periculum est in mora, iudex aliàs incompetens potest examinare testes: & ualent dicta testium, & probant, non obstante incõpetentia, secundum Bar. l. fi. C. de naufra. lib. xj. Sequitur Roma. l. si uerò. §. de uiro. liiij. fallentia. ff. sol. mat. Facit, qd' iult Bar. l. admonendi. x. col. uersi. quid si dictũ testis. ff. de iureiuran. Sequitur Ant. de But. c. fin. vj. col. de iureiur. Tertiò moueor: nam si credor potest propria authoritate capere debitorẽ suspectum de fuga, ut est tex. d. l. ait prætor. §. si debitorẽ. ff. de his quæ in frau. credit. certè si faceret capi per iudicẽ incõpetentem, nihil deberet nocere incompetentia iudicis: quia regula est, q̃ quando aliquid de necessitate non requiritur ad actum, si illud interuenit, & malè, non utitur actũ, l. unica, C. de rei uxo. act. Et q̃ tunc non obstat incompetentia iudicis, quando requiritur, est bona gloss. §. multis. uerbo, in transitu. Insti. de liber. quã ad hoc reputat singularem Bal. l. consentaneũ. v. col. C. quomodo & quando iudex. & l. ij. C. de iure emphy. & c. j. §. fi uerò. de pace iur. fir. Quartò facit, q̃ si debitor in diem, uel sub conditione, si est suspectus de fuga, interim potest contra eum fieri executio, l. quæsitũ. & ibi glo. in uerbo, quia interest. ff. de pigno. & ibi clariùs Bar. & Ang. in summario. Et per illũ textum dicit Bal. l. j. in fi. C. de cond. ex lege. q̃ debitor fugitiuus & ante diẽ, potest capi. Et idem Bal. l. iij. in fi. C. cõmod. & l. si debitorem. ff. de iudic. Item si lite pendente debitor efficitur suspectus de fuga, potest non obstante litis pendentia, & etiam propria authoritate capi. Ita no. tenet Ang. in repet. l. nemo carcerẽ. C. de exacto. tribu. lib. x. uer. Item quæro, quid si lite pendẽte. quẽ refert & sequtur do. Alex. cõsi. suo cccclxx. incipit. Mag. præto. Item alibi tenet Bal. rubrica de treuga et pace, ij. col. quòd debitorem meum fugitiuũ possum capere tempore treugæ: quia treuga non prodest fugitiuis. Concludo, quòd debitor suspectus de fuga, si capitur authoritate iudicis incompetentis, nõ potest opponere de incompetentia iudicis. Intellige sanè tamen, quãdo periculum erat in mora: quia tunc non poterat habere copiã iudicis competentis: & sic aliàs potuisset fugere. Item intellige, q̃ talis captura facta per iudicem incompetentem, ualet, cum hoc, ut postea consignet eum iudici cõpetenti, sicut quando creditor capit propria authoritate, secundum Bart. d. l. ait prætor. §. si debitorem. gl. c. j. §. j. uerbo, potestatẽ. de pac. iura. fir. No. l. generali. ubi Bal. de dec. lib. x. Facit §. audierit. authen. de defen. ciuita. Sicut quando iudex laicus capit clericum suspectum de fuga, qui debet eum consignare iudici ecclesiastico, secundum do. Abb. d. c. cùm non ab homine. Sicut quando iudex laicus capit clericum in fragranti crimine: nam debent eum consignare iudici ecclesiastico, secundum Bart. l. si quis in seruitutem. ff. de fur. Bal. l. si qua. C. de episc. & cleri. Canonis. c. ut fامæ. de sent. excom. & d. cùm non ab homine. Nota tamen diligenter, q̃ creditor faciens capi debitorem authoritate iudicis incompetentis, si scienter facit, perdit ius. Ita singulariter tenet Bal. c. causam matrimonij, in fi. de offi. dele. Accedat l. extat. cum gl. ff. quod met. cau.

debitori condemnato per sententiam, qui soluit indebitum, si reperit instrumentum solutionis, quomodo subuenitur circa recuperationem indebiti soluti: do. Abb. c. suborta. de re iudi. iij. col. uersi. quæro: Titius. ponit multas opiniones: & finaliter dicit, quòd si apparet expreßè, q̃ sententia esset iniusta, q̃ tunc posset ipse debitor condemnatus uentre contra sententiam. Adde, et dic, q̃ debitor habet etiam alia remedia: quia si creditor fuit in dolo, succurritur uicto per actionem de dolo, uel condictionem sine causa, si soluit: uel per exceptionem, si non soluit, glo. l. imperatores. ff. de re iud. Item habet istud remedium: quia si ipse debitor non habet scientiam solutionis, restituitur in integrum. Vide per Fel. latè d. c. suborta. uer. reperienti instrumentum. nu. 10. col. 615.

debitores si fugiunt cum auxilio alicuius, qua pœna sint puniendi, qui faciunt eos fugere? Vide, quæ posui in litera R. §. reum condemnatum.

debitores, qui soluunt prælatis, quibus interdictum est, ne alienent, an liberentur? Vide, quæ posui in litera P. §. prohibitus alienare.

¶ Decem dies, qui dantur ad appellandum, an iudex possit ex causa prorogare, aut abbreuiare: do. Abb. c. cùm sit. de appel. tenuit, q. sic. ij. col. uer. & per hæc. Et hoc contra glo. d. c. cùm sit. & authen. offeratur. C. de lit. contesta. Idem tenuit Bar. contra istas gl. l. ij. ff. de re iudic. Vide Fel. d. c. cùm sit. uer. & quamuis. nu. 4. col. 688. Adde, quòd contrarium tenuit Bal. authen. iubemus. C. de iudi. & Ange. authen. hodie. C. de appell. ubi reprobant opin. Bar. d. l. ij. Et idem tenet Pau. de Cast. d. ij. Bal. in Marga. sua, uerb. dilatio taxata. Et istam sequor: quia magis communis.

decem dies, qui dantur ad appellandum, non possunt prorogari, etiam communi consensu partium. Imol. cle. quandiu. de app. & ibi do. Car. v. q. Do. de Rota tit. de dilatio. ij. in nouis. Ant. de But. c. licet. de proba. xj. col. Pau. de Cast. l. ij. ff. de re iud. Ang. authen. hodie. C. de appe. Fel. c. ex ratione. de ap. uer. tertiò dum dicitur. nu. 3. col. 704.

decem dies qui dantur ad appellandum, non currunt, quando est impeditus circa ostendendum & prosequendum causam nullitatis sententiæ: quia etiamsi succumbit, poterit postea intra decem dies appellare: de quo uide, quæ posui in litera T. uer. tempus datum ad prosequendum appellationem.

¶ Decendium datum ad appellandum, non potest prorogari, etiam partium consensu. Vide per Fel. c. uenerabilis. de iudi. uersi. secunda declaratio sit ad hanc. nu. 14. col. 159.

decendium, quod datur ad appellandum, non currit contra contumacem, etiam citatum, si lata est sententia, & ei non fuerit intimata: sed solùm à die scientiæ. Ang. l. j. C. de temp. app. & l. j. §. biduũ. ff. quando appel. sit. Et idem tenet gloss. c. concertationi. de appell. in vj. quæ dicit, quòd non sufficit scire sententiam latam, nisi ille sciat tenorem. Et istud regulariter procedit. Vide Felin. c. quod ad consultationem. de re iud. uer. postremò circa cursum. num. 22. col. 516. Adde, q. ista regula fallit in aliquibus casibus: & primò, quando quis fuit citatus ad domũ: quia si est cõtumax, currit decendiũ, etiãsi intimata non sit sententia ei: & hoc à die scientiæ. Domi. de Rota ti. de app. in antiquis, nu. 44. Et idẽ uidetur tenere Bart. l. ab eo. C. quomodo & quando iudex. in prin. & ibi Bal. & Bart. d. l. j. §. fi. ff. quando appel. sit. in princ. Tamen contrarium tenent Domi. de Rota tit. de dolo & contum. xvj. in nouis, ubi dicunt, quòd contra citatum ad domum ad audiendam sententiam, non currit decendium, nisi à die scientiæ. Ergo requiritur intimatio sententiæ. Et istud expressè tenet Bald. l. scire oportet. §. j. ff. de excus. tut. in fine. Ang. authen. hodie. C. de appella. Vide, quæ posui in materia ista in litera C. §. citatus ad domum. Et uide etiam Felin. d. c. quod ad consultationem. uersic. primus est. col. 516. Item fallit ista regula, quando quis fuit citatus personaliter: quia si est contumax, & contra ipsum contumacem lata est sententia, currit decendium, etiamsi aliter non sit intimata sententia. Felin. cap. bonæ. de appella. uersic. octauò. Vide Felin. dicto cap. quod ad consultationem. uersi. secundus casus. num. 24. colum. 516.

decendium, quod datur ad appellandum, currit à tempore scientiæ latæ sententiæ: & hoc, quando iudicium fuit agitatum contra dominum: sed si fuit agitatum iudicium contra procuratorem, tunc decendium statim currit, dum modò procurator fuerit præsens, quando lata fuit sententia, uel aliter certioratus: dom. Abb. cap. j. ut lite non contest. ix. colum. uersi. item ad hunc. Felin. cap. quod ad consultationem. de re iudi. uersi. Vndecima conclusio. num. 31. colum. 520.

decendium ita demum currit, quando uictus scit, quòd sententia est lata contra ipsum, l. j. §. fi. ff. quando appel. sit. Item currit decendium, quando uictus scit, quòd sententia, quæ est lata, est contra se: glo. c. concertationi. de appe. in vj. uer. sciuerit. Adde Fel. c. ad consultationem. de re iudic. uersi. duodecima conclusio. num. 32. colum. 520.

¶ Deceptio inter contrahentes facta per dolum partis, nullo modo est licita, etiamsi esset citra dimidiam iusti pretij: & hæc procedunt etiam de iure ciuili. Vide, quæ posui in litera C. §. contrahentes ad inuicem.

¶ Decimæ an possint præscribi per laicum per spacium tanti temporis, de cuius initio memoria non existit in contrariũ. Vide, quæ posui in litera L. §. laici an possint acquirere.

decimæ an possint dari in feudum laicis: & utrum cum bona conscientia ipsi laici possint eas possidere? & utrum laicus feudatarius possit decimas transfere in alium laicũ? De his omnibus uide, quæ posui in litera L. §. laicus habens decimas.

decimæ prædiales si non petantur tempore suo, nõ possunt peti postea: quia ad ipsas quis non tenetur, nisi tempore suo petantur. Ita Fel. c. si autem. de rescri. uer. & dicit Rot. nu. 5. col. 514.

decimæ præscribuntur in alterius parochia sine titulo per spatium tanti temporis, de cuius initio non sit memoria: cùm tit. præscribuntur minori spatio: dom. Car. consilio suo lxxxix. incip. capitulum ciuitatense. Adde Felin. c. de quarta. de præscrip. in prin. colum. 187.

decimæ, quæ sunt acquisitæ ab ecclesia per præscriptionem in certa parte agri, an extendant se ad decimas eiusdem fundi, uel agri de nouo reducti ad culturam. Vide, quæ posui in litera P. §. præscriptio decimarum in una parte.

decimæ prædiales, aut personales, an sint de iure diuino, uel positiuo. Vide 3. §. decimarum solutione.

decimarum causam an possit cognoscere iudex laicus? Dic tu, quòd nisi sit quæstio facti: sed si esset iuris, putà quia dubitatur de uaeditate ipsarum decimarum, tunc iudex laicus non est competens. Frid. de Senis, consi. suo ccxlv. incip. domino Andreæ uicario. Ad de Felin. cap. causam. de præscrip. uersi. facit enim ad quæstionem. nu. 15. col. 226.

à decimarũ solutione an consuetudine, aut præscriptione laicus possit se liberare? Istud est magnum dubium. Host. posuit in Summa, tit. de decimis. §. utrum. uer. vij. But. & Imo. c. statuimus. de transact. Anto. de But. c. parochianos. de deci. do. Abb. rub. de deci. ubi etiam Imol. & Archi. c. maiores. xvj. q. vij. Bal. consi. suo incip. constitutio episcopi. Vide Felin. c. causam. de præscrip. in principio, num. 1. col. 218. & inde. Vbi dicit, quòd in decimis, quæ non sunt de iure diuino, ut personales, consuetudo excusat non soluentes, dum modò sit rationabilis. Dic tu, quòd Felin. salua reuerentia sua, malè dixit, dum tenet, quòd decimæ personales non sunt de iure diuino, ut infrà patebit: ideo de duobus quærendum est, an laicus possit se liberare à solutione decimarum, tam prædialium, quàm personalium, consuetudine, aut præscriptione? Secundò, an decimæ personales sint de iure diuino? Adde tu, quo ad primum, pro intelligentia istius dubij, quòd hoc totum dependet ab ista difficultate, utrùm decimæ sint de iure diuino, uel positiuo? Theologi communiter tenent, quòd decimæ non sunt de iure diuino. Ric. iiij. dist. xvij. sanctus Tho. ij. ij. quæst. lxxxvij. Canonistæ absolutè tenent contrarium: & primo gl. c. in aliquibus. de decim. quæ dicit, quòd decimæ hodie sunt in præcepto, etiam ex dispositione legis diuinæ: & quòd non ualeat contraria consuetudo, etiam quo ad quotam decimæ. Idem tenet Imo. rubri. de deci. ubi plus dicit, quòd decimæ personales sunt de iure diuino: &, quod dicentes decimas personales nõ esse de iure diuino, sunt quasi hæretici: & miratur de Theologis modernis contrariũ asserẽtibus. Et tu no. contra Felin. qui tenebat, quòd personales non sint de iure diuino. Dic, quòd si de his, quæ produxit humus terræ, debet Deus honorari: fortiùs in his, quæ producit opera & industria hominis, ut habetur Gene. c. iiij. Deutero. c. xij. Et idem tenet Ioan. And. d. c. aliquibus. & Ant. de But. c. parochianos. de decimis. Et certè opinio Canonistarum uidetur mihi uerior, & securior: quia uideo, quòd doctores ecclesiæ, qui fuerunt sancti, ut Hieronymus, Augustinus, & Ambrosius, tenuerunt, quòd decimæ, tam prædiales, quàm personales, sunt de iure diuino, ut in tex. c. reuertimini. xvj. q. j. & c. quicunq; xvj. q. vij. & c. maiores. & c. Quadragesima. de consecra. distin. v. Istud etiam affirmat gloss. notabilis d. c. quicunq;. Ideo concludo, q. quilibet tenetur soluere decimas: nec consuetudine, aut præscriptione potest liberari, nisi Papa approbaret, q. ualeret consuetudo, minuens quotam decimarum. Ita do. Abb. d. c. in aliquibus. ij. col. uer. alij. Adde tamen, q. sanctus Tho. loco 3. alleg. fuit in opi. satis æqua, uidelicet q. ubi de consuetudine non soluuntur decimæ, non peccant non soluentes, nisi haberent animum obstinatum, seu induratum in nullo casu eas soluere, etiamsi ecclesia hoc præciperet: quia isto casu peccarent mortaliter: quæ opinio multùm mihi placet, ne tãta multitudo pereat. Et ad istam opi. sancti Tho. multùm accedit opi. Host. c. à nobis. de deci.

deci. Dic tamen, q. tenendum est, q. de iure diuino decimæ sunt soluendæ cum integritate. Et quamuis opinio Theologorum multùm restringat in contrarium, tu tamen non discedas ab opi. Canonistarum, quæ est fulcita opin. sanctorum et summorum pontificum.

¶ Decisiones Rotæ non habent uim legis. ita Felin. c. ex parte de rescrip. uersi. decisiones Rotæ. nu. 26. Adde scribentes. c. duobus. de rescrip. in vj.

decisiones Rotæ an sint authenticæ. Vide Do. de sancto Gemi. c. neque. ix. dist. & c. duobus. de rescr. in vj.

¶ Decisoria litis an sint seruanda contra clericos litigantes in foro seculari. Vide, quæ posui in litera S. §. Statutum laicorum in decisorijs.

¶ Declaratio pœnæ imposita à lege, uel canone, non est stienda per iudicem, nisi parte citata. text. c. licet. de præb. in vj. Doct. c. ij. de spon. ubi Fel. nu. 1. & 3. usq; ad nu. 6. col. 734. & inde. Adde & limita istam communem opinio. nisi esset suspicio fugæ: quia tunc pars non citabitur: do. Abb. c. cùm non ab homine. de iud. xij. col. Sal. l. absentem. C. de accus. Fel. d. c. ij. uersi. limita primò. nu. 3. col. ut 3. Item limita, nisi delictum esset notorium: & tunc non erit necessaria citatio: do. Abb. c. peruenit. de app. el j. Fel. d. c. ij. uer. secundo limita. nu. 4. col. 735. Item limita in casibus, in quibus non requiritur declaratoria: quia tunc non requiritur citatio. Fel. d. c. ij. uer. tertio limita. nu. 5. col. ead.

declaratio facta per iudicem super excommunicatione, ut putà iudex declarauit quem incurrisse excommunicationem, siue latam ab homine, siue à iure, si est dubium de hoc, poterit pars appellare, & excommunicatio remanebit suspensa, adeo quòd appellans nõ erit euitandus, nec in extraiudicialibus, uel in iudicialibus: dom. Car. cle. j. de sequest. posses. & fru. uersi. sexto quæro. Fel. c. ij. de spon. uer. & ideo dixit. nu. 6. col. præallegat.

¶ Decretalis, decretum, & canon, qualiter differunt. Fel. de simo. c. per tuas. nu. 1. col. 1007.

¶ Decretum Papæ afficit ignorantes: putà Papa reseruauit sibi prouisiones alicuius ecclesiæ cathedralis, uel alterius inferioris, inhibentis, ne procedatur ad electionem, uel prouisionem, decernentes, si secus supra hoc factum sit à quocunque scienter, uel ignoranter sit nullum: si inferior confert illud beneficium, de quo facta est reseruatio, talis collatio est nulla. Ita dicit tex. c. si eo tempore. de electi. in vj. & text. cap. penul. de præben. eod. lib. Adde Felin. cap. cæterùm de rescrip. uersi. secunda restrictio. num. 19. colum. 424.

decretum Papæ, seu principis non afficit ignorantes, quo ad pœnam. Ita Felin. c. cæterùm. de rescrip. num. 19. uersi. gloss. in uerb. attentatio. colum. 424.

decretum Papæ non tollitur per præscriptionem, etiam longissimam: putà, Papa concessit abbati, ut possit conferre beneficia, dum modò non conferat clericis secularibus: tamen abbas contrà fecit tanto tempore, quòd est deuẽtum ad tempus longissimæ præscriptionis, an tollatur decretum? Dico, quòd non. Ita Dominic. cap. cùm de beneficio. de præben. vj. uersic. sed pone, quòd Papa. Vtrùm iste abbas poterit renunciare beneficium clericis secularibus ad minus, ex quo non potest conferre: dico, quòd non. Ita Felin. c. cæterùm. de rescrip. uer. obuiat huic limitationi. post nu. 19. col. 425.

decretum Papæ, ubi positus est consensus partium, nihil operatur. Ita Felin. c. cæterùm. de rescrip. uersi. obstat solutio. ubi suprà. Ad de gl. c. statutum. de rescr. in vj. uer. committatur.

decretum Papæ, ubi positum est uerbum Ignoranter, differat ab alio decreto Papæ, ubi non est positum istud uerbum? De quo uide Fel. c. cæterùm. de resci. uersi. neque fit differentia col. 426.

decretum iudicis interpositum cum clausula, Si & in quantum, an ualeat. Bar. l. et si cõditionalis. ff. de autho. tuto. dubitauit: Bal. l. j. ult. col. C. qui admit. tenet, quòd ualeat. Adde Felin. c. cùm contingat. de offi. deleg. uer. in eadem glo. nu. 11. col. 1216. & ibi uidetur tenere opinionem Bal.

decretum interpositum, si dubitatur, an ex uera causa, uel falsa, quis probabit? Vide Spe. tit. de emp. & uen. §. nunc dicendum. uer. hoc quoque. & Bal. l. quocunq;. §. fi. ff. de pub. Ange. l. sciendum. ff. de uerb. oblig. Bal. l. quocunq;. C. de bo. quæ libe. & uide, quòd Felin. in istis transit c. iij. de proba. post medium ibi, & si dubitatur. nu. 12. par. ij. col. 406.

decretum interpositum ex falsa probatione contra præsentem, uel etiam contra absentem, est nullum ipso iure. Vide, quæ posui in litera S. §. sententia an retractabitur: quod secus est in sententia, ut ibi.

decretum iudicis interpositum ex falsa causa, etiamsi error in eo nõ sit expressus, non ualet: do. Abb. c. j. de re iud. vij. col. uer. quæro, quid. Bar. l. iustè possidet. ff. de acqui. pos. Fel. d. c. j. uer. limita undecimò. nu. 16. col. 395.

decretum iudicis interpositum, putà in uenditione rei ecclesiasticæ, uel minoris, præsumitur pro eo: & primò, quòd ex uera & iusta causa sit interpositum: secundò, quòd omnes solennitates requisitæ in contractu sint adhibitæ. Anto. de But. c. quoniam contra. de prob. & c. quod sicut. xv. col. de elect. Spec. tit. de emp. & uen. §. nunc dicendum. uer. & breuiter scias. Bal. l. quicunq;. C. de bo. quæ libe. Fel. c. quoniam contra. de proba. uersi. sexta conclusio. nu. 37. col. 537. Istam conclusionem intellige, dum modò solennitates requisitæ sint expressæ numeratæ in instrumento decreti: aliàs non præsumeretur pro decreto. Bal. l. ex his. ij. col. C. de testamili. & l. j. ff. de rebus eor. Felin. d. c. quoniam contra. uer. limita, seu declara. col. 538. Et adde, quòd istud in tantum est uerum, q. non sufficeret, quòd tabellio scripsisset simpliciter solennitates interuenisse: sed oportet, quòd nominatim exprimeret. Io. Fabri. §. fi. nsti. de fideiusso. Bald. l. iurisgentium. §. quod ferè. iij. col. ff. de pac. Adde Felin. d. c. quoniam contra. uersi. & intellige sanè. num. 37. col. 539. Dic tamen, quòd si instrumentum decreti est antiquum, præsumitur pro decreto, etiamsi in eo non sint solennitates requisitæ specificatæ. Ita consuluit Pet. de Anch. consilio suo cxxx. incip. Ex consilijs excellentium Doctorum. quam opinionem sequitur Felin. dicto capi. quoniam contra. de probatio. d. uer.

decretum primum an requirat trinam citationem? an uerò unicam? Vide, quæ posui in litera M. §. mißio in possessionem ex primo decreto.

decretum primum an interrumpat præscriptionem. Vide, quæ posui in litera P. §. præscriptio an interrumpatur per mißionem.

decretum primum non facit quem possessorem. Ita Fel. c. consultationibus. de offi. deleg. uersi. missus. nu. 8. col. 1066. Adde, quòd fallit hoc, ubi adest magna contumacia: de quo uide, quæ posui in litera C. §. magna contumacia.

decretum secundum: In decreto secundo reus reuertens non auditur aliquo modo. Ita dicit Fel. c. consultationibus. de offi. deleg. uersi. no. aliud, q. si absens. nu. 3. col. 1065. Adde tu, quòd si aliquis est absens ex iusta causa, & non fuit defensus: quod intellige, quia nõ reliquit procuratorem: uel reliquit, & non defendit: quia ex quo est absens ex iusta causa, pbabili & necessaria, q. debet restitui ad totam causam. Ita tenet Bar. l. iij. ij. oppos. C. quomodo & quando iud. & l. quia absente. C. de procur. Et ideo teneo opi. do. Abb. d. c. consultationibus. quam Fel. ibi refert, & improbauit.

decretum secundum est interlocutoria. Ita tenet Fel. c. consultationibus. de offi. deleg. nu. 6. uer. quod secundum decretum. col. 1066. Adde, q. idem tenet Bar. l. si finita. §. sed si fortè. ff. de damno infec. uer. sed an. & But. c. peruenit. el ij. de appel. Adde, q. Bal. l. minoribus. C. de his, quibus ut indig. dicit, quòd talis interlocutoria habet uim diffinitiuæ.

decretum secundum datur contra pupillum. Fel. tenet c. consultationibus. de offi. deleg. uersi. sed contra pupillum datur. num. 7. col. 1060. Adde tu, quòd Bar. l. alienam. C. de procura. in prin. tenet expressè, q. contra pupillum non potest peruenire ad secundũ decretum. Et idem tenet ipsemet Bar. l. fi. de in integ. resti. ij. col. uer. interlocutoria uerò. ubi dicit, quòd primum decretum contra pupillum, ualet: secundum, non. Adde, quod etiam Bald. idem sentit l. sub prætextu. C. de hære. actio.

decretum secundum in actione personali interponitur arbitrio iudicis. Fel. c. consultationibus. de offi. deleg. uer. in eadem gl. ibi, quasi diffinitiuè. nu. 2. col. 1066.

decretum secundum interponitur quatuor concurrentibus: primò oportet, q. primum decretum præcesserit: secundò, ut quis latitet animo fraudandi actorem. tertiò, ut plenè cõstet de debito: quarà tò, ut

tò, ut tempus anni sit elapsum. Vide per Fel. c. consultationibus. de off. deleg. uer. regula sit ista. nu. 4. col. 1065.

decretum secundum aliquando interponitur non obseruato ordine: de quibus suprà isto. §. decretum secundum. & hoc, quando expedíret absenti. Vide per Fel. d. c. consultationibus. uer. illud quidem dictum. nu. 5. col. 1066.

decretum secundum potest reuocari per iudicem, qui fuit deceptus. Vide per Felin. c. consultationibus. de off. dele. uer. dicit hic Abb. num. 6. ubi suprà.

¶ DECRETI liber non reperitur approbatus. Ita dicit do. Abb. c. ij. de rescrip. in fi. Tamen postea subdit, quòd ex quo ille liber à multis annis citrà fuit lectus publicè in scholis, ipsius dicta communiter sunt recepta hodie tacitè, & approbata. Adde, quòd Io. An. & Ant. de But. d. c. ij. & do. Ab. proœmio Decretalium, §. rex pacificus. v. col. uer. & conclusio est. tenet, quòd liber Decreti non reperitur approbatus. Vide Fel. d. c. ij. de rescri. uersi liber Decreti. nu. 44. col. 404. Et adde ad ista, quæ posui in litera L. §. liber Decreti. Adde, quòd liber decreti fuit editus anno M. cl. glo. §. forma. ij. q. vj.

¶ Defectus notorius tituli quando obstat spoliato petenti restitutionem beneficij. Ponit do. Abb. c. si consiteritur. de accus. ij. col. uersi. op. contra tex. ubi post multa dicit, q, exceptio delicti notorij obstat petenti restitutionem beneficij, ex quo talis exceptio concludit facultatem priuandi: & sic uult do. Abb. d. loco, quòd licet crimi nosus non sit priuatus, quòd tamen exceptio criminis, quæ non fert priuationem ipso facto, posit opponi ad finem, ut repellatur ipse spoliatus à restitutione, quæ est maxima limitatio ad text. c. cùm quis. de rest. spo. Vide etiam do. Abb. dispu. sua incip. Titius clericus. iij. dubio: do. de Rota conclus. xxiiij. & xxvj & in nouis decisi. ccxxxij. incip. Accusatus. Vide Felin. d. c. si consiteritur. de accus. uer. in glo. prima. nu. 5 col. 780.

defectus notorius proprietatis obstat agenti possessorio recuperandæ: & hoc uerum est, si excipiens doceat de sua proprietate: secus, si doceret de proprietate tertij: gl. & tex. c. ad decimas. de resti. spolia. in vj. 10. An. in Spe. titu. de rest. spo. in rub. Fel. c. inquisitionis. §. ad petitionem. uer. secundò declara. de accus. num. 5. col. 888. Item notorius defectus proprietatis obstat non solùm, quando agitur possessorio recuperandæ: sed etiam, quando agitur per uiam attentati lite pendente: do. de Rota decisio. xiij. incip. Item fuit dubitatum. Fel. c. inquisitionis. in §. ad petionem. uersi. quarto declara. nu. 6. col. 883.

defectus notorius proprietatis obstat agenti per uiam attentati lite pendente. Vide 5. §. defectus notorius proprietatis.

¶ Defendere aliquē si quis promisit, utputà princeps, uel una resp. promisit defendere subditum, uel collegiatum in liga: de qua defensione intelligitur? dic, quādo iniustè opprimitur: secus, si iustè: quia non tenetur eum defendere. Imò si promisisset eum defendere, de iure & de facto non tenetur: quia non ualet talis promissio propter turpitudinem. Felin. c. causam, quæ. de rescr. uer. similiter dicit Petr. de Anch. nu. 23. col. 616. Abb. c. recepimus. de priuile. uer. in glo. fina.

defendere si quis promisit emptorem, de qua defensione intelligatur. Ponit Fel. c. causam, quæ. de resc. uer. alleg. Adde Bar. l. damnum. §. ultimo. ff. de damno infec. & l. stipulatio ista. ff. de uer. ob. ij. col. uersi quæro.

defendere an quis teneatur alium, uel obuiare delicto per reuelationem. Et in hoc considera duos casus: aut de iure ciuili, aut de iure canonico. Primo casu regulariter non tenetur alium defendere. Bartol. l. metum. §. licet. ff. quod metus causa. Limita, nisi offensus esset subditus: quia tunc dominus tenetur defendere. Et idem est, quando subditus potest defendere dominum: quia tenetur. Felin. c. quantæ. de sen. excom. uer. extra glo. ultra Doc. nu. 4. col. 1223. Item limita in atrocioribus: quia si sum subditus, & possum obuiare, & non obuio, quòd teneor. Bald. c. j. de off. dele. Felin. d. c. quantæ. prælle. uer. Secundo casu, quid de iure canonico? Et dic, quòd quando quis potest defendere alium, si non defendit, cùm potest, peccat, quantum ad Deum. Vide Fel. d. c. quantæ. uer. secundo casu. nu. prælegat. col. 1224.

¶ Defensio an potest tolli per Papam in rescripto. Tex. cle. pastoralis. circa finem, dicit, quòd non, Adde, q, defensio, in qua quis uult agere, uel obtinere aliquid de iure naturali, quòd ista tolli nō potest. Et ita loquitur tex. d. cle. pastoralis. Sed defensionem inductā de iure positiuo, ut est exceptio præscriptionis rei iudicatæ, et similes, Papa potest tollere. Et ita tenuit Fel. c. ex parte. el ij. de offi. deleg. uer. primò uidendum. nu. 4. col. 1074. Adde, an statutum posit tollere defensionem? Vide, quæ posui in litera S. §. statutum non potest dicere.

defensio & exceptio non est idem. Vnde si prohibita est exceptio, non intelligitur prohibita defensio. Vide, quæ posui in litera E. §. exceptio & officium iudicis.

defensio an posit tolli per statutum? Vide, quæ posui in litera S. §. statutum tollens defensiones, an ualeat.

defensio tolli non potest per statutū: tamen potest uariari modus defensionis. Ang. l. si sic. ff. de leg. j. Adde Fel. c. dilecti. de excep. uer. sed no. quòd licet citatio & defensio. nu. 7. col. 89.

¶ Defensor qui satisdedit ante contest. lit. habetur loco domini: ideo non potest reuocari, nisi cognita. Fel. c. ex parte decani. de rescri. nu. 28. uer. & idem. col. 969. Adde Bar. l. Titius. ff. de proc. in fi.

¶ Delegata iurisdictio quæ datur non habenti, quando cognoscitur. Ponit Felin. c. licet. de offi. or. uer. prædicta omnia. num. 5. col. 1264. Adde, quæ posui in litera I. §. iurisdictio, quæ datur non habenti.

delegata iurisdictio expirat mortuo delegante re integra. Fallit hoc, quando iurisdictio ordinaria excitatur per cōmissionem superioris: quia non expirat mandatum morte mandantis, etiam re integra: & hoc modo limitabis tex. c. relatū. de off. dele. Vide do. Abb. d. c. relatum. in fi. ubi ponit exemplū de iudice, qui mandauit nuncio, ut poneret aliquē in possessionem, licet iudex moriatur re integra: tenetur nihilo minùs nuncius exequi mandatū. idem tenet Ang. §. & hæc uerò iube. nus. authē. ut nulli in li. ha. Col. ix. Hoc. c. quoniam. abbas de off. dele. Bart. l. & quia. de iurisd. om. iud. & Bartol. l. uenditur. ff. de iud. Adde & limita ista, nisi in executione præcepti adhibenda sit aliqualis causæ cognitio: quia expirat morte præcipientis. Do. de Ro. in nouis, decisi. ccclxix. inc. si Papa. Vide per Fel. d. c. relatum. uer. modò quæro, an quilibet. nu. 12. col. 1104. ubi multa dicit circa materiam istam.

delegata iurisdictio an expirat statim post mortem Papæ, adeo quòd non sit opus alia exceptione? Vide, quæ posui in litera I. §. iurisdictio delegata an expiret.

¶ Delegatio facta expresso nomine dignitatis, an faciat, quòd ipsa delegatio semper transeat ad successorem. Vide, quæ posui in litera P. §. proprium nomen expressum.

delegatio facta canonico, qui postea moritur, an transeat ad successorem? Vide, quæ posui in litera C. §. canonicus, cui facta est delegatio.

delegatio facta canonico, qui desinit esse canonicus post præsentationem, an posit cognoscere de causa? Vide, quæ posui in litera C. §. canonicus, cui facta est delegatio, postea desinit.

delegatio an confirmatur per superuenientiam iurisdictionis in delegantem, utputà quis delegauit unam causam tempore, quo nullam habebat iurisdictionem, sed delegatione facta adeptus est iurisdictionem: pone, quòd ista medio tempore delegatus processit, utrùm ualeat processus. Do. Abb. ponit q. istam. c. cùm ex offi. ij. de præscrip. ix. col. uer. secunda quæstio. ubi dicit, quòd si iurisdictio erat radicata in ipso delegante, etiam quòd non haberet exercitium, utputà quòd erat electus ad dignitatem, q, tunc ualet processus: secus, si iurisdictio non erat radicata tempore delegationis: quia non ualebit processus ipsius delegati. Adde, q, idem tenet Io. And. Ant. de But. & Imo. d. c. cū ex officij. et Bar. l. j. C. qui pro sua iurisd. reprobata gloss. ibi d. l. j. quæ tenet indistinctè, delegationem confirmari per superuenientiam iurisdictionis. Adde & limita istud: quia intelligitur solùm, quo ad cōfirmandam delegationem: non, quo ad processum. Ita Bal. l. eum, qui. ff. de iurisd. om. iud. ubi dicit, quòd si causa fuit commissa uni delegato, qui cœpit cognoscere de ea, antè quàm receperat literas delegationis, licet pendente processu recipiat literas, tamē processus nō ualidabitur. Et idē tenet Inn. c. prudentiā. de off. dele. & uide Aret. consi. suo. xxxiij. uer. & primò præmitte. Et ideo periti aduocati faciunt inseri in actis, qualiter rescriptum est præsentium. Adde Fel. d. c. cùm ex officij. uer. septima conclusio. nu. 33. col. 337.

delegatio

delegatio facta ultra unam dietam, quæ non potest abbreuiari per appropinquationem delegati stantis in diœcesi, est nulla? Vide, quæ posui in litera R. §. rescriptum impetratum ad lites ultra unam dietam.

delegatio quomodo posit probari. Inn. c. cùm in iure. de offi. deleg. dicit, quòd uerè probatur, quando rescriptum est registratum in actis: quia tunc probatur originale, adeo quòd non est opus amplius id producere. Idem tenent do. de Rota decisio. xciij. tit. de fide inst. & est prima. Petr. de Anch. consi. suo xxxvj. incip. Prima facie. Bal. l. nostram. C. de testa. iiij col. Ang. authen. si quis in aliquo. C. de eden. Doc. c. quoniam. de proba. Adde, quòd ista habent locum, etiamsi postea reperiatur originale abolitum, uel rasum, uel cassum. Ita Bartol. l. j. ff. si tab. test. nul. extab. Bal. l. sciatis in fi. C. de testib. & d. l. nostram. iiij. colum. & l. gesta. C. de re iud. Adde Felin. c. cùm in iure. ubi diffusè de hoc, de offi. deleg. uersic. amplia istam decretalem. nu. 6. col. 1190. Limita omnia suprà dicta, quòd ita demum habent locum, si iudex fecerit exemplari rescriptum in actus sua authoritate. Bart. l. eos. §. super his. C. de appel. Felin. d. c. cùm in iure. præallegato loco. col. 1190. Limita etiam, & intellige, dum modò rescriptū sit exemplatum totum de uerbo ad uerbū, in actis: aliter nō. Ita Inn. & Imo. d. c. cū in iure. & Bar. eleganter l. chirographis. ff. de admi. tu. Et istud habet locum etiam in instrumento, & omni alia scriptura. Adde Felin. d. c. cùm in iure. uer. secundò limita. nu. 9. col. 1192. Tertiò limita, quòd ista acta, ad hoc, ut faciant fidem, oportet, quòd pars sit citata. Ita Ioan. And. in Spec. in addi. de rescr. præsen. §. j. uer. sed obijcitur. Barto. d. l. eos. §. super his. C de app. Fel. d. c. cùm in iure. col. ead. loco præalleg. Adde tamen, quòd sufficit, quòd pars citata sit præsens, & non contradicat: quia paria sunt Expressè consentire, uel Præsentē esse, et non contradicere. Text. l. j. C. de rela. & Bar. ibi. Et sic no. q, pars, si uult cōtradicere, faciat scribi in actis parte cōtradicēte, ut est tex. cle. sæpe. de uerb. sig. Bal. Sal. l. emancipatiōe. C. de fid. instr. Ange. l. is, qui. C. de appel. Bart. l. ne in arbitris. de arbi. Fallit tamen hoc in sententijs, ubi locus est appellationi: quia si pars est præsens, & tacet, non uidetur consentire, nisi elapsis x. diebus, qui dantur ad appellandum. Ita Bar. d. l. j. C. de rela. Adde Felin. latissimè in materia ista, c. cùm in iure. de offi. deleg. uer. fallit in sententijs. nu. 9. col. ut suprà.

¶ Delegatus Papæ est maior ordinario: & iurisdictio sua est dignior: sed ordinarius habet firmiorem iurisdictionem, & etiam maiorem. Vide per Felin. c. sanè. el ij. de offi. deleg. in prin. num. 1. colum. 1069.

delegatus Papæ an posit esse canonicus super numerarius. Vide, quæ posui in litera C. §. canonicus supernumerarius.

delegatus Papæ, cui delegata est causa, uidetur deputatus in loco suæ dignitatis, nisi in rescripto sit facta mentio, ubi moratur: quia tunc uidetur commissa causa in loco moræ. Ita Felin. c. nonnulli. de rescri. uersi. inquantum dicit dom. Abb. num. 1. col. 767. Limita istud, nisi constaret Papam scire, quòd ille, cui scribit, trahit moram alibi, quàm in loco suæ dignitatis. Felin. loco præalleg.

delegatus Papæ an posit trahere reum ultra unā dietam, etiamsi nō est derogatum c. statutum. de rescri in vj. Vide Fel. c. nonnulli. de rescri. uer. septimus casus. nu. 32. col. 808.

delegatus Papæ recusatus, ut suspectus, uel ex alia causa, si subdelegat, & non in totum, poterit ad eum appellari. Ita Felin. capit. si quis contra. de foro compe. uersi. item in delegato tene. num. 5. colum. 182.

delegatus Papæ super correctione criminum clerici, an posit procedere contra exemptos. Vide Fel. c. graue. de offi. ordi. uer. delegatus à Papa. nu. 3. col. 1285.

delegatus Papæ si deliquit, potest accusari coram ordinario, & punietur finito officio. Ita Fel. c. legebatur. de maio. et obe. uer. regulariter non potest. nu. 3. col. 1312.

delegatus Papæ potest citari ubique, sicut ipse delegans. Fel. c. fi. de fo. compe. uer. tertiò fallit. nu. 2. col. 253.

delegatus Papæ habet iurisdictionem priuatiuè, & non cumulatiuè, ad iurisdictionem ordinariam. Ita Felin. c. cæterùm. de iudi. uer. quando detur. nu. 4. col. 56.

delegatus Papæ absoluit excommunicatum ad effectum duntaxat, ut posit agitari causa sibi commissa: & sic hoc modo limitata est regula, quæ dicit, Excommunicatos ab homine alius homo non absoluit, ut est tex. c. pastoralis. §. præterea. de offic. ordi. Quam limitationem ponit Felin. d. c. pastoralis. §. præterea. uer. fallit secundò. nu. 11. col. 1258.

delegatus Papæ utrùm posit inuocare brachium seculare pro executione sententiæ suæ latæ per se. Vide Fel. c. significasti. de offi. deleg. uer. utrùm delegatus. nu. 3. col. 1052.

delegatus Papæ an posit armata manu sua sententiam exequi. Vide per Fel. c. significasti. de off. dele. uer. utrùm delegatus. col. 1051.

delegatus Papæ an posit dare possessionem in rebus laicorum. Vide per Fel. c. significasti. de offi. deleg. uer. utrùm episcopus posit habere. nu. 4. col. 1052.

delegatus Papæ si factus est arbiter, & non sit reseruata potestas delegata, tamen non expirat potestas ipsius delegati. Ita do. Abb. c. literas. de præsum. pe. col. uer. ultra gl. Et ibi idem tenent Inno. & Io. An. Secus, si de arbitris itur ad delegatū, uel ordinarium: quia expirat compromissum. Vide Fel. d. c. literas. uer. in gloss. j. nu. 2. parte ij. col. 1080.

delegatus Papæ, uel principis, habet priuilegium à lege, ut uices suas alteri subdelegare posit. Ita do. Ab. c. pastoralis. de off. dele. j. no. & cum eo transit Fel. ibi in principio. col. 1169. Et sic regula est, quòd delegatus Papæ, uel principis, potest subdelegare, ut d. c. pastoralis. & l. à iudice. C. de iudi. Sed pulchrum est uidere, quæ est ratio: item in quibus casibus fallit ista regula. Et prima ratio est: quia in causa delegata ipse delegatus censetur maior quocunque ordinario, l. fi. §. pen. ff. de damno infec. in fi. & tex. c. sanè. el ij. de officio deleg. c. pastoralis. de offi. ord. Si ergo ordinarius potest delegare, multò fortiùs delegatus Papæ, uel principis. Extende istam regulā quatuor modis. Primò, siue princeps ex officio suo, uel motu proprio, siue etiam de consensu partium dederit delegatum, utroq; casu potest subdelegare. Text. est notab. c. fi. de off. dele. in principio & ibi do. Abb. j. no. Secundò extende, quando subdelegat ex iusta causa: ut c. si pro debilitate. de offic. deleg. Sed etiam si nulla causa iusta existat, potest subdelegare, ut dicit gloss. c. pastoralis. uerbo, exoneratis. de officio deleg. & ibi uide dom. Abb. ij. colum. uer: si in gloss. j. Tertiò extende, etiam inuitis partibus, ut dixit suprà. Quartò extende non solùm, quando unus solus est datus delegatus, sed etiam, si habet collegam, qui uelit per se procedere: hoc non obstante poterit procedere ad subdelegationem. Textus est c. quamuis. de offic. deleg. & ibi dom. Abb. Limita modò istam regulam tredecim modis. Primò in ipso delegato Papæ, uel principis immediato: secus in subdelegato delegati: quia ille non potest ultrà subdelegare. Textus est cap. super quæstionum. §. si uerò. de offi. deleg. & ibi omnes. Limita secundò istam regulam, ut procedat, quando delegatus uult delegare totam causam: quia tunc potest: secus, si solam audientiam, uel processum reseruata sibi sententia: quia hoc de iure ciuili non potest, authen. ad hoc. C. de iudi. De iure canonico potest totam causam & mediam: & etiam reseruare sententiam solùm, ut est tex. d. c. super quæstionum. & melior tex. c. si delegatus. de offic. deleg. in vj. Limita tertiò, & hanc bene nota, ut procedat in delegato à summo principe, putà Papa, uel imperatore, uel alio non recognoscente superiorem de facto, uel de iure: secus in delegatis episcoporum, comitum, baronum, m. archionum, ducum: nam isti non possunt subdelegare. Ratio est: quia eorum leges, uel constitutiones censentur ius prætorium, & non ciuile, ut per Bart. l. sciendum. ff. de uerb. oblig. sed ad hoc, ut delegatus à principe posit subdelegare. Et sic ad hoc, ut habeat locum regula tex. d. c. pastoralis. de offi. dele. est necesse, ut delegatio fiat à tali principe, cuius constitutio censeatur ius ciuile, & non prætorium. Ita singulariter dicit Barto. l. iiij. ff. de damno infec. & §. j. & ibi Ioan. de Imol. multùm extollit: & sequitur do. Alex. l. j. v. col ff. de officio eius. Limita quartò istam regulam, ut procedat, quò ad illas causas, quæ aliàs de sui natura sunt delegabiles: secus, si non sunt delegabiles, prout regulariter sunt causæ meri, uel mixti imperij, quæ non possunt delegari de iure ciuili. Limita quintò, nisi esset electa industria personæ delegati: & hoc apparet ex uerbis delegationis: item ex qualitate personæ, & ex qualitate facti. Textus est c. si. de offi. deleg. & ibi per gloss. Et Doctores declarant, quando

dicatur industria personæ electa: & sic in isto casu non potest fieri subdelegatio, ut dicit text. ibi, etiam partibus consentientibus. Inter cætera dicit ibi Imo. & dom. Abb. quòd per illa uerba, Conscientiam tuam oneramus, quæ quotidie apponuntur in rescriptis Papæ, censetur electa industria personæ, adeo quòd tunc subdelegare non potest. Quod multum exclamat do. Alex. l. à iudice. C. de iudi. Sed aduerte, quòd Ange. de Are. tenet contrarium d. authen. ad hoc. ubi dicit, quòd in contingentia facti fuit dubitatum, nunquid si ponerentur ista uerba, Oneramus, etc. in rescritis Papæ, an posit subdelegatio fieri? & dicit, quòd fuit obtentũ, quòd sic. Breuiter tenet primam opinionem, quòd per talia uerba, Oneramus conscientiam tuam, prohibetur subdelegatio. Ita tenet in terminis Bald. c. si pro debilitate. de offi. deleg. iij. colum. Vide tamen do. Abb. c. cùm in ueteri. de elect. ij. col. uer. & facit. ubi uidetur tenere, quòd non sit sublata facultas subdelegandi. Vide etiam Lud. in sing. suis. uersic. persecutor. uerbo, quæro, utrùm. Conclude ergo, quòd si in rescripto sunt ista uerba, quæ cõmuniter apponuntur, Conscientiam tuam oneramus, prohibita sit subdelegatio. Istam conclusionem limitat do. Abb. d. c. fi. de offi. deleg. quam nota pro authoritate sua: quamuis Bald. teneat contrarium, ut suprà. & ferè communis opi. est. Limita sextò, quando esset dictum, Per teipsum cognoscas, non posset alteri subdelegare, ut dicit dom. Abb. c. si. & Spec. tit. de iudice. §. excipio. uer. idem. Limita septimò, quando uerba Papæ in rescripto dicerent, quòd talis cognoscat, & non alius. Vide dom. Alexan. l. j. ff. de offic. eius. Limita octauò, si princeps diceret, Authoritate nostra cognoscat: quia subdelegare non potest. Ita in simili no. Bald. c. si pe. col. de dolo & contu. Limita nonò in rescri. dicente, Tutu, uel Per tete, cognoscas, secundum Bald. d. c. fin. & ibi sequitur Imol. & do. Card. & do. Abb. ibi ij. col. Limita decimò, ut d. regula procedat, quando delegatio fit per uerbum Mandamus: si autem fieret per uerbum Iubemus, uel Præcipimus, quæ uerba necessitatem important, tunc non posset subdelegare: glo. est l. sæpe. ff. de offic. præsi. Bald. & Imo. cle. sæpe. de uerb. sig. & eam exclamant. Limita undecimò, quòd si rescriptum diceret, Possit & debeat: quia ista duo important necessitatẽ, c. j. ut eccle. bene. l. prætor. in prin. ff. de edẽn. cle. ij & ibi gloss. uerbo, debet. de statu mo. dom. Alex. consi. suo ccclxiiij. incip. Visis uerbis. Vide Bal. c. eam te. de rescri. uersi circa hoc. Limita duodecimò, quãdo Papa delegasset officiũ suæ iurisdi. Hoc probatur c. fi. de offi deleg. Vide ibi Bald. j. col. & do. Abb. Barto. l. imperium. viij. oppos. ff. de iurisdi. om. iud. Limita decimotertiò, quando Papa delegasset ea, quæ sunt sibi reseruata in signum supremæ dignitatis: quæ cõnumerat Bal. l. j. C. de iure aur. annu. & l. rescrip. C. de precib. imper. offer. tunc non posset alteri subdelegare. Adde Ant. de But. & Imol. c. quod sedẽ. de offi. ordi.

delegatus Papæ, uel principis, si tulit sententiam diffinitiuam nullam, tamen functus est officio suo, nec potest de negotio principali amplius cognoscere: Bar. l. postquam. ff. de re iud. do. Abb. & alij c. in literis. de offi. dele. tamen potest eam exequi. Vide Felin. c. qualiter & quando. de accu. el j. uer. sed hanc ultimam limita. nu. 38. col. 835. Secus est in ordinario. Vide, quæ posui in litera S. §. sententiam diffinitiuam an iudex. Adde, quòd Ang. d. l. iudex postquam. tenuit, quòd delegatus principis potsit reuocare sententiã suam diffinitiuam nullam, et iterum sententiare, sicut ordinarius. Et quod dicitur de delegato, intelligitur de delegato ab inferiore à principe. Tamẽ dic, quòd istud dictum Ang. est cum magno dubio, Vnde teneo primum dictum, quòd delegatus, siue à principe, siue ab inferiore, non potsit reuocare suam sententiam nullam. Et idem tenet Io. de Imo. d. l. iudex. de quo uide Fel. d. c. qualiter uersi. scias tamen aliquos, nu. 39. col. 835.

delegatus principis an potsit subdelegare cum potestate subdelegandi: gloss. c. super quæstionum. §. porro. de offi. deleg. tenet, quòd non: do. Abb. c. cùm Bertholdus. de re iud. ix. col. tenet illam gloss. & postea illam ibi limitat hoc modo, quòd si delegatus non in totum subdelegauit, sed sibi reseruauit aliquid de iurisdictione, poterit dare licentiam subdelegato subdelegandi. Et cum istis ibi residet. Vide per Fel. d. c. super quæstionum. §. poro. in prin. nu. 12. col. 1163. ubi uidetur tenere contra istam op. Abb. d. c. cũ Bertholdus. Et ratio est: quia procederetur in infinitum in istis subdelegationibus: quod mihi placet. Adde Fel. d. c. cùm Bertholdus. uer. sed ad aliud ualet. nu. 16. col. 569.

delegatus principis an potsit subdelegare ea, quæ sunt meri & mixti imperij. Ponit Felin. c. quod sedem. de offic. ordi. in princ. num. 1. colum. 1245.

delegatus datus à principe si consideratur habilitas ipsius delegati, attenditur tempus datæ literarum. Fel. c. eam te. de rescri. uer. tempus datæ regulariter. nu. 18. col. 394.

delegatus principis potest mulctare. Ita dicit Fel. c. de causis. de off. deleg. uer. Conclusio sit ista. num. 9. col. 1043. Adde tu, quòd in quantum tenet ibi Fel. quòd delegatus potest mulctare, quòd Bar. l. j. ff. si quis ius dic. non obtemp. ij. col. uersi. pro declaratione. tenuit, quòd delegatus non potest mulctare, nisi ista potestas sit ei concessa per delegantem, per tex. l. ij. ff. de iudi. §. fi. Adde glo. l. si qua pœna. & ibi Bar. ff. de uer. sig. & glo. l. eos. C. de mo. mul. Adde tamen, quòd ueritas est ista, quòd delegatus principis potest mulctare. Ita loquitur glo. c. pastoralis. de offi. deleg. in glo. antep. Adde etiam, an iudex delegatus potsit contra contumacem, uel inobedientem, bannum imponere. Bart. l. illicitas. §. fi. ff. de offic. præsi. tenet, quòd sic. Considera: quia bannum mulctæ æquiparatur: gloss. est l. j. §. ex hoc. ff. de uen. inspic. & l. ij. §. ergo. ff. de suspec. tuto.

delegatus inferior à principe, an potsit exequi sententiam suam etiam de iure ciuili. Ponit Felin. c. si quis contra clericum. de foro compe. uersi. gloss. pe. nu. 7. col. 183. Adde do. Abb. d. c. si quis contra. uer. oppono expediendo glo. iiij.

delegatus inferioris à principe, an potsit mandare executioni sententiam suam. Vide per Felin. c. significasti. de offi. deleg. in princ. col. 1051.

delegatus inferioris à principe, an potsit unum articulum iurisdictionalẽ subdelegare: do. Ab. c. cùm causam. de ap. pe. no. tenuit, q. nõ: & idem tenuit c. cùm Bertholdus. de re iud. viij. col. uer. an delegatus. Et idem tenuit Sal. l. à iudice. C. de iudi. ult. col. Adde, q. contra istam cõem opinionem tenuit Bar. l. & quia. ff. de iurisdi. om. iu. uer. itẽ dicit glo. Et pro opi. Bar facit tex. d. c. cùm Bertholdus. ubi legatus de latere commisit causam in partibus uni delegato, qui delegatus subdelegauit examinationẽ testiũ: ecce, q. delegatus inferioris à principe, subdelegat. Do. Abb. d. c. cùm Bertholdus. vij. col. dicit, q. delegatus legati à latere, habet hanc prærogatiuam: quia subdelegat. Adde tu, q. cõis opi. est, q. delegatus inferioris à principe nõ subdelegat. Fallit primò in delegato legati de latere. Fallit secũdò in delegato iferioris, q. habet potestatẽ subdelegãdi. Et uide per Fel. c. super quæstionũ. de off. dele. uer. capio gl. in uerbo, quicunq. nu. 4. col. 1158. ubi diffusè ponit hanc quæstionem, q. articulus non iurisdictionalis potsit subdelegari per delegatum inferioris à principe: quod non est dubium: do. Abb. d. c. cùm Bertholdus. vj. col. uer. quartò soluit Inn.

delegatus inferioris à principe non subdelegati: ista sit tibi firma regula. est text. c. super quæstionum. §. fi uerò. de off dele. & c. cùm causam. de app. l. à iudice. C. de iudi. Scribentes d. §. fi uerò. Ab ista regula sunt aliquæ fallentiæ. Fallit primò in delegato procõsulis, gl. d. l. à iudice. C. de iudic. ibi uide Bar. in prin. in ista fallentia. Vide Fel. d. §. fi uerò. in prin. nu. 16. col. 1166. Secundò fallit in delegato legati de latere: quia ille potest subdelegare. Ita Bal. d. l. à iudice. C. de iudic. do. Abb. c. cùm Bertholdus. de re iud. ix. col. Ange. l. cùm prætor. §. j. ff. de iudi. Fel. d. c. cùm causam. de app. viij. q. & in ista ij. fallentia. Vide Fel. d. §. fi uerò. ubi ponit multas rationes, propter quid. col. 1166. Adde tamen, q. Io. An. Archi. & Domi. de sanc. Ge. c. ij. de off. leg. in vj. & Roma. l. & quia. ff. de iurisdi. om. iu. tenent, quòd delegatus legati non subdelegat: de qua quæstione uide per Fel. d. §. fi uerò. uersi. est uerum. col. 1166. Tertiò fallit in delegato ad uniuersitatem causarum. Ita dixit glo. d. c. cùm causam. uerbo, delegatus. in fi. de appel. Bart. l. more. de iurisdi. om. iu. Adde Fel. d. §. fi uerò. prædicto uersi. ubi ponit aliquas limitationes ad istã fallentiã. col. 1166. Quartò fallit in delegato inferioris à principe: putà, ab ordinario dato cũ potestate subdelegandi, ut putà quia dixit ordinarius, Committimus causam istam, ut per te expedias, uel per alium. Ita do. Abb. d. c. cùm Bertholdus. ix. col. do. de Rot. decisio. ccclxviij. in nouis. inci. Item si episcopus. Idem tenent Bart. & Fulg. d. l. & quia. de iurisdi. om. iud. Bald. & Sal. d. l. à iudice.

à iudice. C. de iudic. Adde Felin. d. §. fi uerò. uer. fallit quartò. num. 18. & ibi ponit fallentias. col. 1166. Adde, quòd contra istam opinionem licet q. delegatus ordinarij datus cum potestate subdelegandi, non potsit subdelegare, tenet Specu. tit. de delegato. §. ij. uersic. quid si in delegatione. & uer. seq. Ioan. And. c. is, cui. de offi. dele. in vj. Arch. c. quamuis. de offi. deleg. in vj. Imol. c. super quæstionum. §. quem uerò. de offi. deleg. Adde Felin. d. §. fi uerò. ubi ad plenum examinat istum articulũ, & refert opi. omnium Doctorũ prò & cõtrà. col. ead. Quintò fallit in delegato inferioris à principe: quia potest subdelegare unum articulũ non iurisdictionalem. Ita dom. Abb. c. cùm Bertholdus. de re iud. vij. col. uer. quartò soluit Innoc. Felin. d. c. fi uerò. uersic. fallit quintò. num. 19. colum. 1167. Sextò fallit, ubi consuetudo esset, quòd delegatus inferioris à principe posset subdelegare: quia tunc subdelegatio ualeret. Ita Fel. d. §. fi uerò. prædicto, col. 1166.

delegatus inferioris à principe potest subdelegare: & hoc, quando fuit datus delegatus cum potestate subdelegandi. Vide ẽ. §. delegatus inferioris à principe non subdelegat.

delegatus legati æquiparatur delegato principis. Felin. c. si quis contra. de fo compe. uer. sed caue. col. 183.

delegatus legati non potest subdelegare. Ita Felin. cap. si pro debilitate. de offi. dele. uer. secundò limita, quòd delegatus. nume. 1. colum. 1034. Adde tu, quòd fallit in delegato legati cardinalis: quia talis potest subdelegare, & sic committere uices suas alteri. Ita Bal. l. à iudice. C. de iudic. & dom. Abb. c. cùm Bertholdus. de re iudi. viij. colum. uersic. quintam lecturam. Adde, an delegatus inferioris à principe cum potestate subdelegandi, potsit alteri subdelegare. Barto. l. more maiorum. ff. de iurisdi. om. iud. iij. colum. uersic. quæro, quid si. tenuit, quòd sic. Adde, quòd idem tenet dom. Abb. d. c. cùm Bertholdus. de re iud. ix. colum. uer. an delegatus.

delegatus legati de latere subdelegat: & hoc no. quia uidetur contra regulam, quæ dicit, quòd delegatus inferioris à principe non subdelegat: quia fallit in delegato legati de latere. Vide ẽ. §. delegatus inferioris à principe. & infrà §. delegatus inferioris à principe non subdelegat.

delegatus episcopi: si ab ipso delegato appellatur, an potsit appellari ad uicarium ipsius episcopi. Felin. c. si quis contra. de fo. compe. uer. si iudex recusatus. nu. 5. col. 182.

delegatus iudex est dignior ordinario. Vide per Fel. rub. de off. dele. in prin. col. 1018.

delegatus iudex non semper dicitur delegatus, sed aliquando iudex extraordinarius. Ita Fel. rub. de off. dele. uer. quæro, utrùm habens iurisdictionem. nu. 2. col. 1019.

delegatus potest coercere & punire impedientem iurisdictionẽ suã, etiamsi non ponatur in rescripto. Ita Felin. c. j. de offi. dele. uer. & no. quòd dle. nu. 14. col 1030.

delegatus datus à non habente iurisdictionem à principio delegationis, si postea superuenit iurisdictio, an confirmabitur ipse delegatus, adeo quòd ualeat ipsa delegatio, et processus factus. Vide ẽ. §. delegatio an confirmatur.

delegatus, qui scit se non esse iudicem, ut quia notorium est, uel aliter ipse scit, tunc non potest procedere in causa: secus, si partes scirent, & iudex ignoraret: quia cognoscere potest. Adde, quid erit de processu illius iudicis. Vide Felin. de omnibus istis c. super literis. de rescr. uer. fallit quintò. nu. 25. col. 656.

delegatus datus: & hoc, si tantùm procedit ante præsentationem rescripti, processus est nullus. Felin. cap. sciscitatus. de rescrip. uersi. limita hanc partem duobus modis. num. 12. colum. 545. Adde tu, quòd delegatus incipit habere iurisdictionem, non in habitu, tempore dati rescripti: sed in actu die præsentationis. Doctor. & ibi Ange. l. cùm furiosus. ff. de iudi. Imò dicit Ang. d. l. cùm furiosus. quòd delegatus ante præsentatum rescriptum non potest procedere: quod uerum est parte opponente de rescripto non præsentato: aliàs processus ualet. Ita Bald. l. ne quicquam. §. ubi decretum. ff. de offi. proconf. & leg. Adde. Bald. l. falsus. ix. colum. C. de fur. Innoc. cap. uenerabili. de censi. & capitu. prudentiam. de offic. deleg.

delegatus, qui cœpit uti iurisdictione sua, antè quàm haberet literas delegationis, & sic cognoscit de causa, an ualeat processus, si pendente causa recipiat literas. Vide suprà §. delegatio an confirmatur.

delegatus, qui uult uti iurisdictione sua circa aliqua, quæ non pertinent ad ipsum delegatum iure communi, sed iure speciali, ei non creditur; nisi ostendat mandatum, utputà si uult legitimare, uel restituere famæ. Ita Ant. de But. & Imol. c. cùm in iure. de offic. deleg. dom. Abb. c. cùm in iure. ultima colum. uersic. item oportet. Dominic. de sancto Geni. cap. j. penul. colum. de offic. deleg. in vj Bald l. si qua per calumniã. C. de episc. & cleri. ultima colum. Abb. c. quod ad translationem. de offi. deleg. Ioan. An. & do. Abb. c. ad eminentiam. de senten. excom. Petr. de Anch. cle. j. iiij. col. de proba. ubi reprehendit Ange. quod. um suo consilio, qui aliter sensit. Adde Fel. d. c. cùm in iure. uersi. in spectantibus ad delegatum. nu. 11. col. 1193.

delegatus, qui procurat causam sibi committi, potest recusari, ut suspectus. Vide, quæ posui in litera I. §. iudex, qui procurat.

delegatus cognoscit regulariter, an sua sit iurisdictio, ex quo commodum, uel incommodum ad eum non pertinet. Ita Felin. c. super literis. de rescrip. uer. an sua sit iurisdictio. num. 18. col. 650. Adde tu, secundum hoc uidetur, quòd si iudex sentiret aliquod incommodum, uel commodum, uidelicet quia deberet habere aliquos solidos pro libra, quia tunc de hoc non cognoscit ipse iudex, an sua sit iurisdictio. Ita tenet Barto. l. ij. ff. si quis in ius uo. non ier. super gloss. uer. respondet. ij. colum. Adde, quòd Roffr. in libellis suis tenuit contrarium, & ipse Barto. d. l. ij refert. Adde tu, quòd illa opin. Roff. est uera, quam teneas: quicquid ibi Bart. d. l. ij. dicat. Sed eam tenet do. Ia. But. Alb. & Bald. d. l. ij. Ioan. And. addi. Specu. tit. de cita. §. j. uer. item generaliter. Bald. cap. suspicionis. iij. colum. de offic. deleg. Adde, & facias conclusionem & regulam generalem, quòd quando dubitatur de iurisdic. iudicis citantis, quòd ipse iudex potest cognoscere, an sua sit iurisdictio, siue ad eum spectet commodum sportularum, siue non. Istam regulam amplia, ut procedat etiam in delegato, c. pastoralis. & c. super literis. de rescrip. Probatur l. præscrip. C. si contra ius, uel uti publi. Ei ista communiter tenetur, quicquid teneat gloss. cap. accusatus. uerb. manifestè. de hær. in vj. quam in specie reprobat Car. d. c. super literis. de rescrip. Adde tamen, quòd Ange. d. l. ij. si quis in ius uoc. no. j. vj. col. uer. sextò fallit. qui limitat istud de delegato duobus modis.

delegatus non cognoscit, an sua sit iurisdictio, ubi exceptio, quæ opposita est contra ipsum delegatum, habet sigillare, id est, notare ipsum delegatum. Felin. capitu. super literis. de rescrip. uersic. fallit sextò. nume. 26. colum. 656. Adde, quòd idem est, ubi opponitur contra defectus iurisdictionis, quæ oppositio ita tangit defectus iurisdictionis principaliter, sicut incidenter. Felin. dicto capitu. super literis. uersic. regula fallit primò. nume. 22. colum. 653.

delegatus non cognoscit, an sua sit iurisdictio, cùm opponitur contra eum de totali fundamento iurisdictionis, & proprietate ipsius: putà, quia dicitur in oppositione, Non estis episcopus, Non estis abbas, Non estis canonicus, & similia: quia de istis ipse non cognoscit: quia præsumitur habere affectionem super tali articulo: imo est causa propria. Felin. capitu. super literis. de rescrip. uersic. fallit tertiò. cum opponitur. nume. 23. colum. 655. ubi habes, an ista procedant in delegato, an uerò in ordinario.

delegatus non cognoscit, quando agitur de appropriietate subiectionis, utputà citatus dicit se exemptum, & delegatus negat. Adde, an hoc sit uerum? Vide Felin. c. super literis. de rescrip. uer. fallit quartò. nu. 24. colum. 655. Et uide, quæ posui in litera I. §. iudex non potest cognoscere.

delegatus non cognoscit, an sua sit iurisdictio, si objicitur, quòd eius iurisdictio est reuocata per secundas literas directas alteri delegato, licet ambo conueniunt: & si possunt, concordentur: sin autem non, arbitri sunt eligendi, ut c. pastoralis. de rescri. Ita Fel. c. super literis. de rescrip. uer. fallit decimotertiò. nu. 35. col. 665.

delegatus non cognoscit, an sua sit iurisdictio, quando opponitur ei de non iurisdictione delegantis. Fel. c. super literis. de rescri. uersi. fallit decimoquartò. nu. 36. col. eadem.

delegatus pendente iudicio super sua competentia coram eo, an possit assignare terminum partibus ad proponendas dilatorias. Felin. ponit c. super literis. de rescrip. uer. demum sciás. sub num. 36. eadem col. Adde do. Abb. c. pastoralis. de exceptio. v. colum. uerego circa hoc. & ibi Felin. uer. firmat Abb. num. 10. col. 25. Et an iudex possit habilitare personas, & pronunciare, an procuratorium sit uaidum, uel inualidum, uide Felin. dicto cap. super literis. colum. 666.

delegatus, qui cognoscit de iurisdictione sua, an pendēte iudicio possit cognoscere, et pronunciare super ualiditate mandati procuratorij, cōtra quod aduersarius opponit. Fel. c. super literis. de rescr. uer. utrum possit. sub. nu. 36. col. 665.

delegatus, qui se ingerit pro defensione suæ iurisdictionis, uidelicet tenendo opi. partis, quæ stat pro iurisdictione, non potest de ea cognoscere: quia fecit se suspectū. Ita Fel. c. super literis. de rescrip. uer. fallit sextò. nu. 26. col. 656. Sed si procedit ex officio suo, non potest recusari, ut suspectus. col. 657. Ibi uide Fel. Et adde do. Abb. d. c. super literis. de rescr. uer. sextus casus. viij. col.

delegatus an cognoscit, si sua sit iurisdictio, quando excipitur, quòd locus contractus, uel delicti, nō est de iurisdictione ipsius delegati citantis. Vide Fel. d. c. super literis. de rescr. uer. fallit septimò. nu. 27. col. 657.

delegatus an cognoscit, si sua sit iurisdictio, ubi uertitur commodum sportularum applicandarum sibi. Ponit Fel. c. super literis. de rescrip. uersi. fallit octauò. col. 658. Sed tu dic, prout dixi suprà, §. delegatus cognoscit regulariter.

delegatus non potest se pronunciare iudicem competentem, quando fuit deputatus per rescriptum falsum, etiamsi hoc ignoraret. Fel. c. super literis. de rescripti. uer. fallit nonò. num. 29. col. 659. Adde tu, quòd Bar. tenuit contrarium. l. præscriptionem. C. si cōtra ius, uel uti. pub. iij. col. Sed contra Barto. tenent omnes Canonistæ, d. c. super literis. de rescr. & Bal. l. j. C. de col. deleg. Lud. Ro. consi. suo cccxxx incip. Circa primum.

delegatus, qui scit rescriptum elidibile per exceptionem: putà, quia suspectus, uel rescriptum surreptitium, si pronunciat se iudicem competentem, tenet processus: et hoc, dum modò pars non opponat, uel non appellet. Ita Fel. c. super literis. de rescr. uer. restringe secundò hoc dict. num. 31. col. 663.

delegatus, qui non habet iurisdictionem, nisi pro causa notoria, & casus accidens est dubius, & non notorius, an possit cognoscere, si sua sit iurisdictio super incidenti. Fel. c. super literis. de rescr. uersi. fallit decimò. nu. 32. col. 664.

dicto unius testis statur, quando partes consenserunt, ut dicto ipsius staretur: de quo uide, quæ posui in litera T.§.testis unicus probat.

dicta plura quando possint simul coniungi, ut faciant probationem. Fel.de præsumptio.c.tertio loco.non.nu.12.col.1078.

dicta sanctorum patrum sunt imitanda: do.Abb.c.ne innitaris.de cõsti.in prin & c.cùm Apostolica.de his, quæ fiunt à præla.Fel.d.c.ne innitaris.in prin.nu.3.col.93.Adde, quòd ista conclusio fallit, quando dicta sanctorum essent retractata. Felin.d.c.ne innitaris. uersi.Fallit secundò, quando est uarietas inter sanctos.quia possumus sequi, quam opinionẽ uolumus.Fel.d.c.ne innitaris.uers.Fallit secundò.nu.2.col. eadem. Item fallit, quando dicta sanctorum essent contraria decisioni summorum Pontificum: quia decisio summorum pontificum præualet, cùm ipsis pontificibus data sit potestas legis condendæ.Felin.d.c.ne innitaris.uersic.fallit tertiò. nu.6.col.94. Adde tamẽ, quòd dicta sanctorũ patrum præualent decisionibus pontificum in aliquibus casibus. Primò, quando Papa scribit interpretando, non autem legem condendo. Fel.d.c. ne innitaris.uer. Primus est.nu.7.col.94. Secundò, quando agitur de interpretatione diuinæ legis. Fel.d.c.ne innitaris.nu.7.uer.secundus casus.col.ead. Tertiò, quando dicta sanctorum sunt fundata authoritate noui, uel ueteris Testamenti. Feli.d.c.ne innitaris.uer.tertius est.nu.7.col.3.allegata.

dicta sanctorum patrum quando discrepant inter se, cui standum est? Vide per Fel. c.ne innitaris.de consti.circa fi.nu.18.col.107.

dicta testium an reprobentur ultra tertiam productionem: do Abb. tangit hanc q.c.licet.el ij de testi.ij.col. uer. sed pro declaratione materiæ.Et ibi tandem tenet, quòd sicut nõ licet reprobare testes ultra tertiam productionem, idem sit in reprobatione dictorum. Contrarium tenuit Io.an.And.c.ij.de testi. in vj. sub dubio tamen. Et idem tenet Anto.de But.& Imo.d.c.licet. Tu uide Fel. pro ueritate istius q.d.c.licet.in princ. nu 1.col.802.Et uide, quid de testibus, in quo licet eos reprobare, quæ posui in litera T. §.testes reprobare licitum est.

dicta testium & nomina postquam sunt recepta per inquisitorem, danda sunt inquisito: & hoc simul, & non separatim.Ita Hos.Io. And.& Io.de Ana.c. qualiter & quando. el ij. de accus. Contrarium ibi tenuit do.Card & Imol. Vide ibi Felin.§.debet. uer.nota secundò.nu.17.col.915. Istud habet locum, quando proceditur cõtra clericum secularem: sed quando proceditur contra regularẽ, non ita seruatur ordo iuris. Felin.d.c.qualiter.§. ad corrigendos. uer.tertiò nota.nu.21.col.918.

dicta testium, qui fuerunt recepti ad perpetuam rei memoriam, an statim publicantur? Vide, quæ posui in litera T. §. testes recepti ad perpetuam.

dicta testium interpretantur secundum communem usum loquendi. Vide, quæ posui in litera T.§.testium dicta.

dictis testium credere debet iudex: de quo uide, quæ posui in litera T. §.testibus credendum est.

¶ *Dies, in quo rogatio instrumenti facta est, requiritur in ipso instrumento.Felin.c.j.de fide instru.uer. item requiritur dies. nu.8. col.883.Et adde, an requiratur nomen diei? Vide Fel.d.c.j.uer.& quando apponitur dies.nu.10.col.eadem.*

dies est, quando lux solis apparet: de quo uide Fel.c.si perfidiens.de homi.in prin.ubi multa dicit, nu.1.col.1117.

dies naturalis, secundum computationem ecclesiæ, tam in diuinis, quàm in alijs rebus, quando incipiat? ponit Fel.c.ecclesia sanctæ Mariæ.de consti.uersi.quinta declaratio.nu.53.col.263.Adde tu pro declaratiõe, quãdo dies ecclesiæ, quantũ ad indulgentiã, incipit in uesperis uigiliæ, & finitur in uesperis diei: & utraq; uespera includitur. Ita habetur c.fi.§.adijcimus.de sen.excom.in vj.& cle.j.de reliq.& uene.sanct.in fi.Quantum autem ad diuina officia, quando incipiat dies, & finiatur, habes tex. & ibi glos.e.ij. de fer.c.alma mater.de sentẽ.excom.in vj.Hosti.in summa, de fer. Arch.de conse.dist.iij.c.j.& lxxv.dist.c.quod à patribus. ubi tex. & glo.Quantum autem ad collationem ordinum, dic, ut est text. lxxv.dist.c.quòd die.Arch.d.c.quod à patribus.no.c.literas. de tẽpo.ordi. Quo autem ad esum carnium, dies incipit post cœnam: de conse.dist.iij.c.esu carnium. gl.c.ij.de fer.licet glo. tenuit contrarium c.pronunciandum.de consec.dist.iij.Quo autẽ ad obseruationem treugæ, dies incipit in ortu solis, c.j.de treug. & pace. Adde Felin.c.consuluit.de offic. deleg. uersicul. prima conclusio. nu.6.col.1137.

die feriata proceditur, ubi periculum est in mora.Ita Fel.c.fi.de iudi. uersi.propter periculum moræ.nu.14.col.171.

¶ *Dieta quomodo cõputabitur per terram, uel per aquam, aut per aerem, aut per montes, aut per uias usitatas? Vide, quæ posui in litera V.§.uia, quæ distat inter. Et hoc notabis pro rescriptis delegatorũ, ubi apponitur, quòd reus distat à domo iudicis, plus quàm per unam dietam, quomodo mensurabitur uia? Vide d. §. uia, quæ distat.*

dieta per mare quomodo computabitur? & dic, quòd quinquaginta milliaria per mare sunt minùs, quàm una dieta per terram. Bart. tractatu De insulis, iij.col. Adde Fel.c.olim.de excep.uer.demum scias.nu.7.col.81.Et hoc no.pro rescriptis delegatorum.

dietæ computatio hodie etiam in-reali, fiet à loco domicilij principalis, & habitationis ipsius rei.Ita Fel.c.dilectus.el ij.de rescri.uersi. Computantur dietæ.nu.13.col.854. Adde tu, quòd ista opi.Felin. & sequacium, non placet: nam mihi uidetur, quòd sit contra casum l.fi.C.ubi in rem actio.nam ibi dicit tex.quòd reus potest cõueniri, ubi res sita est, indistinctè.Et istam opi. in terminis tenuit ipsemet Fel.sibi contrarius, c.nõnulli.eo.ti. uer.quintus casus.nu. 13.col.808.ubi dicit, & fortè meliùs, quòd si fit cõmissio causæ in loco rei sitæ, non est necesse, ut in rescripto derogetur dictis: quia reus indistinctè ratione rei potest ibi trahi. Istud idem tenuit do. Abb. c. ex parte de foro competenti.iiij.col. Adde, quòd idem tenet glos.c.dilecti. de fo.compe. pe. glos.quæ dicit, quòd in actione reali datur optio actori, an uelit agere in loco rei sitæ, an uerò in loco principalis domicilij rei cõueniendi. Quam gl.ibi omnes sequuntur, & exclamant. Qare propter ista teneo, q. opinio Feli. non sit uera. Cogita. Vide Fel.circa istam materiam d.c.ex parte B.de fo.compe.uer.computatio.nu.4.col.239. ubi ponit unã fallentiam, quæ multùm facit ad istam q. & pro opinione mea.

¶ *Digitus nõ est membrum, sed est pars membri.Bar.l.ij.ff.de publ. iudic.ij.col.uer.sed quæro, quid appellatur. Adde Fel.c. ego N.de iureiur.uer.digitus autem.nu.2.col.1128. ubi dicit, quòd uerò digitus non est membrum, nisi in sex casibus.*

digitus an sit membrum, Bar.tenet, q. non, l.ij ff.de pub.iud. Adde, q. fallit hoc, quando quis esset notabilis artifex: quia si amisit digitũ, dicitur amittere membrum. Ita consuluit Bar.consi.suo.uide Ioã. de Ana.c.ex iniuncto.vj.col.de hære.Fel.c.cùm illorum.de sentẽ. excom.uer.& not.limitationes.nu.5.col.1200. Item fallit in materia larga: de quo uide Fel.d.c.cùm illorum.uersi.allegato. Item limita, quando lex, uel statutum loqueretur de effusione sanguinis, uel mutilatione membri, & uellet comprehendere enormem læsionem: quia ueniret incisio digiti: do. Abb.d.c.cùm illorũ.ij. col. uer.& hæc uera sunt. & ibi Fel.d.uer. Item fallit, quando statutũ imponeret pœnam mutilationis membri. Feli.d.c.cùm illorum.d. uer. Itẽ fallit, quando statutũ diceret, qui mutilauerit aliquod mẽbrum: quia intelligitur de quolibet membro: quod non affirmo. Vide Fel.d.c.cùm illorum.nu.8.col.1200.

¶ *Dignitas non potest erigi, maximè in ecclesia sine dote. Fel.c.cùm accessissent.de consti.uer.tertia conclusio.nu.14.col.180.*

dignitas potest supprimi & tolli per episcopũ & capitulum ex causa.Fel.c.cùm accessissent.de consti. uersi. ad secundum circa hanc gl.nu.17.col.181.Fallit hoc, quãdo illa dignitas esset facta ab alio, quàm à capitulo: putà, à laico, ibi uide per Fel.col.181.

dignitas mutat conditionẽ personæ, utputà quis promisit dare schacum matum cum pedona, quæ postea effecta est regina, an, si dat cum pedona facta regina, intelligatur satisfactum promissioni. Bar.tangit l.legatis.§.si ex offi.ff.de leg.iij.& l.pe.ff.de sena. Cy. l.ij.de suspe.tut.latissimè Imol.l.demonstratio. §.j.ff. de condi. & demon. Adde Bal.l.quisquis.in fi.C.de epis. & cle.ubi dicit, quòd scriptor, qui promisit scribere librum, si fuit factus rector medicorum, quòd excusatur: ecce, dignitas mutat personam. Adde glo. c.præterea.lj.dist.& uide Fel.c.quoniam abbas.ubi latissimè tangit materiam istam, uersic. quærit hic Abb.nu.9.de offic.delega. col. 1087.

dignitas est tanti roboris, quòd regulæ iuris rumpuntur: de quo est tex.l.quoties.C.de digni.lib.xij.ubi tex.dicit, quòd constituti in dignitate debent in scriptis citari. Item est tex.l.desertorem. §.j.ff. de re milit.ubi gl.dicit, quòd constituti in dignitate non suspendun tur. Adde bonum tex.in materia c.fi.de pœnis. & ibi glos.uerbo, nobilitati. Vide per Felin. latiùs c. pastoralis. de officio deleg. in princ.col.1169.ubi multa cumulauit. Et sic ex istis habes notare, quòd constitutus in dignitate, uel nobilis, punitur minùs, quàm ignobilis, uel rusticus, ut ibi per Fel.Et adde ibi do.Abb.v.n. Adde tamen, quòd hoc fallit in aliquibus casibus: & primò in pœna pecuniaria: quia in hac ita debet soluere nobilis, sicut rusticus: gl. c.qui contra pacem.xxiiij.q.j.Bal.l.fi. circa medium, C.de summa tri.& fide Catho. Vide per Fel.d.c.pastoralis.uersic.fallit primò. nu.2.col.1171.Secundò fallit in proditore: quia ita punitur constitutus in dignitate, sicut etiam rusticus. Bald.c.cùm quidã.de iureiur.Feli.d.c.pastoralis.uersic.glos.in uerbo, compellere.nu.6.col. 1172.Tertiò fallit in illo, qui deliquit in officio suo: quia æquè punitur nobilis, sicut plebeius.Bar.l.quædam.ff.de pœnis. Felin.d.c. pastoralis.uersic.prædicto. Quartò fallit, ubi est nimia contumacia. Ioan.And.& Ant.de But.c.ea, quæ.de statu mona. Quintò fallit in hæretico: quia siue sit Papa, siue Imperator: siue nobilis, siue ignobilis, æquè punitur, nullo habito respectu. Archid.c.qui contra pacem.xxiiij.q.j. Et in materia ista uide Fel.d.c.cùm quidam. de iureiur.uer.secunda declaratio.nu.5.col.1171. Item fallit, ubi quia esset in excessiua & maxima contumacia.Tex.c.ij.in fine, de officio deleg.in vj.do. Anto.de Butr.c.ea, quæ.de statu monacho. Felin.d.c.pastoralis.prædicto uersic. Item fallit in hæretico, qui ita punitur constitutus in dignitate, sicut rusticus. Archid.c. qui contra.xxiiij.quæst.j.Feli.d.c.pastoralis.uer.prædicto. col.1172. Item fallit in papa, qui si committit crimen depositione dignum: quia debet puniri, ac si esset unus rusticus, & magis asperiùs: glos. c.præsul.ij.q.iiij.Feli.d.c.pastoralis.d.uer. & col.3.alleg. Et si uis habere istam materiam ad saturitatem, uide Felin.d.c.pastoralis.prædicto uersi.

dignitas quando possit erigi in ecclesia sine licentia Papæ? Vide per Felin.c.cùm accessissent.de consti.uer.tertia conclusio.nu.14.col. 180.Et uide §.dignitas non potest erigi.

dignitas an aggrauet delictum. Vide 3. §. delictum an augeatur ratione dignitatis. Et adde, quòd in foro conscientiæ non attenditur qualitas personarum, sed peccata considerantur ex contemptu. Ita do. Abb.c.cùm quidam. de iureiur.j.col.uer.op. contra text. Dic tamen, quòd existens in dignitate, uidetur plus contemnere: quia plura à Deo recepit.Ita do.Abb.loco præallegato, & Feli.d. c.cùm quidam.uer.quinta declaratio.nu.6.col.1173.

dignitas superueniens an faciat expirare compromissum. Vide in litera C.§.compromissum an expirat.

dignitatem, uel personatum habens in ecclesia cathedrali, non habet uocẽ in capitulo regulariter, nisi aliud habeat consuetudo. Ita do.Abb.c.cùm olim.de re iudi.iij.col.uer.quæro, an.& Domi.de S.Geni.c.fin.de præben.in vj.iiij.col.Feli.d.c.cùm olim.uersi.Ad illud, quòd habens dignitatem.nu.4.col.465. Adde, quòd do. Abb.ubi suprà dicit, quòd habere uocem in capitulo competit soli canonico.

¶ *Dilapidatio. Prælatus suspectus de dilapidatione, si est, quomodo contra eum procedatur: gl.c.uenerabili.de offic.deleg.in gl.uerbo, suspectus.do.Abb.d.c.uenerabili.ij.col.uer.nota bene hanc gl. & c licet Heli.de fimo.Ioã.de Imo.d.c.uenerabili. Doctores c.fin. de accus.Bal.& Imo.l.si fortè.§.j.ff. de suspec.tuto. Adde Feli.d.c. uenerabili.uersi.gl.in uerbo, dilapidatione.nu.3.col.1218.*

¶ *Dilatio an sit danda propter absentiam aduocati: do. Abb.ponit c.j.ut lit.non contest.ij.col.uersic. tertiò quærit. Adde tu, quòd, si in breui est reuersurus, datur dilatio: si non in breui, quærat pars alium aduocatum.Ita Bart.l.ait prætor.§.fin.ff.ex qui.cau.maio. & l.fi.in fi. ff.de uac.mune. Adde Fel.qui idem tenet, c.j.ut lit. nõ contest.in princ.nu.1.col.310. Adde Bart.qui idem tenet, & meliùs, quàm alibi, l.sed si unius.§.quod autem.ff.de iniur. Et no.ista ad limitationem d.l.ait prætor.§.fi.ff.ex quibus cau.maio. Et sic no.quòd ille, qui est reuersurus de proximo, debet expectari. Facit l.cùm antiquas.C.de testa.& quod no.Bar.l.j.§.si quis.ff.de appel.& etiam, quod not.Bart.l.quædam.§.nihil.ff.de eden.& l.libellorum.§.fi.in fi.ff.de accus.& l.obseruare.ff.de offi.consul.& leg.& facit tex.l.si quis.C.de of.præfec.præto. Adde Io.An.addi. Spec.tit.de dilatio.in princ.addi.quæ incipit, in prædictis. Adde, an in causis, in quibus sunt plures aduocati, propter absentiam unius aduocati detur dilatio? Dic, quòd non, si habet alium sufficientem. Ang.l.idcirco.in princ.ff.de iudic. & Innoc.d.c.j. ut lit. non contest.& ibi Fel.prædicto uersi.col.ead.*

dilatio in causis summarijs an sit dãda propter absentiam aduocati. Bar.extraua.c.ad reprimendum.uer. sine strepitu.dicit, quòd nõ. Adde, quòd Felin.c.j.ut lit.non contest.nu.1.col.310. uidetur dubitarè de ista opi. Bar.

dilatio data ad probandum, censetur peremptoria, etiamsi non dicatur.Tex.c.ij.de dilatio.ubi bona gl.Bar.l.Titia.§.usuras.ff.de leg. ij.do.Abb.c.licet.de prob.iij.no.Hinc est, quod non debet dari secunda dilatio, nisi causa cognita: glos.j.no.c.ij.de dilatio.circa fi. Adde Fel.d.c.licet.de prob.uers.& ex prædictis.nu.4.col 474. parte ij. Idem tenet do. Abb.c.quoniam contrà. de proba.ix. col. Bar.l.cessante.C.quomodo & quando iudex.Felin.c.pastoralis.de exce.uer.dum dicit.nu.2.col.23.

dilatio data in medio causæ semper censetur peremptoria: Bal.c. licet.de proba. Adde Fel.d.c.licet.uer.alleg.col.475. Et dicit Bar. l.si finita.§.Iulianus.quòd quando est data dilatio probatoria, notarius non tenetur scribere in actis peremptoriè.

dilatio potest dari à iudice, etiam parte non petente: de quo uide, quæ posui in litera T.§.terminum iudex.

dilatio data uni parti ad producendum testes, an sit cõmunis utriq; parti? Vide, quæ posui in litera P.§.pars, quæ renunciauit.

dilatio probatoria dicitur esse peremptoria, siue datur absenti, siue præsenti. Ita Bart.l.fi.ff.de ferijs.ij.col.uersi. dilatio autem. Contrarium tenuit Bal.authẽ.iubemus.C.de iudi. & Fel.c.pastoralis. de excep.uersi.dum dicit Abb.nu.2.col.23.Ibi posui additionẽ.

dilatio expectatoria data ad comparendũ, non est peremptoria, nisi dicatur, uel exprimatur.Ita Bart.l.fi.ff.de ferijs.ij.col.uer. intelligas.Salic.l.si ea.C.qui accus.nõ poss.in fin.gl.c.de illicita. xxiiij. q.iij.Feli.c.pastoralis.de excep.uersic. quòd autem dilatio expectatoria. col. 23. Adde, quòd fallit hoc, quando dilatio daretur ore proprio iudicis: quia tũc esset peremptoria.Bar.l.cessante.C. quomodo & quando iud.Felin.d.c.pastoralis.d.uersi. Et dilatio. circa fin.col.23.

dilatio data ad probandum aliquid per testes, intelligitur etiam data ad probandum instrumenta: de quo uide, quæ posui in litera I.§. instrumenta possunt produci.

dilatio una est danda in causis pecuniarijs ad probãdum: de quo uide Fel.c.ultra tertiam.de testi.uersi.no.quartò.nu.6.col.849.

dilationem legis iudex causa cognita potest augere, uel minuere: do. Abb.c.cùm sit.de appel.ij.col.uer. dicitur autem. Idem tenet Bar. l.ij.ff.de re iud.ubi etiam do.Alex. Vide Fel.d.c.cùm sit.in princ. col.687. Adde & intellige istud, dum modò prorogationẽ illam faciat iudex, causa euitandi magni præiudicij: aliàs nõ: de quo uide Feli.d.c.cùm sit.uer.limita primò.nu.2.col.ut 3. Item intellige istud, dum modò per abbreuiationem, uel dilationem, iudex non se intromittat de iurisdictione superioris, ad quem fuit appellatũ: do.Abb.d.c.cùm sit.uersic. & tamen. Ang.d.688.l.ij. & ibi.Bar. Et ponunt exemplum: putà, quòd coram iudice seculari sit facta exceptio, quæ est cognoscenda coram iudice ecclesiastico, non poterit iudex secularis abbreuiare terminũ, intra quem ille debeat se expediuisse coram ecclesiastico. Vide Fel.d.c.cùm sit.uersic.limita secundò.nu.3.col.præallegat. Itẽ iudex nõ potest abbreuiare tempus in causa criminali. Cy.l.j.C.de requi.reis. Contrarium

tenuit Spec.tit.de citatione.§.nunc de temporum. in fi. Inno.c.ad petitionem.de accus.ubi etiam Io. de Ana.Vide Felin.d.c.cum sit. ij.uersic.limita tertiò.nu.5.col.689. Adde etiam,quòd Papa,uel alius princeps omnem dilationem abbreuiare potest, etiam sine causa.Text.c.ex ore.de his quæ fi. à ma.par.ca.ubi Pet. de Anch. Et uide Fel.d.c.cùm sit.uer.limita quartò.col.689.Item dic,quòd iudex non potest tollere totam dilationem legalem. Felin.d.c.cùm sit.uer.limita sextò.nu.7.col.ut suprà.

dilationes tot dantur in exceptionibus probandis, sicut in principali. Vide, quæ posui in litera E.§.exceptiones in exceptionibus probandis.

¶Dilatoria exceptio an possit opponi post terminum præfixũ à iudice ad omnes exceptiones dilatorias proponẽdas: & hoc,quãdo est orta de nouo.Vide,quæ posui in litera E.§.exceptio dilatoria.

dilatoria exceptio debet opponi regulariter ante contestationem litis:sed tamen fallit in aliquibus casibus. Vide, quæ posui in materia ista in litera E.§.exceptio dilatoria debet proponi. & §.exceptio dilatoria non est proponenda.

dilatoria exceptio potest opponi post litem contestatam, dum modò statim: gloss sing.l.Pomponius.§.rati.ff.de procur.Inno.c.pastoralis. de except. ubi Bald. & Angel. Vide Felin.c.qualiter & quando.el j.de accus.circa medium, ibi: & facit, quod no. glos. nu.31.col.829.

dilatoria exceptio superueniens post litis contestationem, regulariter potest opponi. Fallit in uno casu. Vide, quæ posui in litera E. §.exceptio dilatoria.

dilatoria potest opponi post contestationem litis:& hoc cõtra iura. tamen de hoc uide,quæ posui in litera E.§.exceptio,quòd quis.

dilatoria exceptio,superueniens post contestationem litis, potest opponi.Ita probat tex.c.insinuante. de offic.deleg. & ibi Felin.uer. Fallit primò.nu. 8.col.1147.Adde,quòd ibi Felin.tenet,quòd ista exceptio dilatoria,quæ opponitur post contestationem litis, non impedit processum factum,sed fiendum.Et no.quòd acta facta stabunt, & coram alio iudice faciunt fidem. Adde Bald.l.fin. C. de exceptio. Innoc.c. Cumana.de elect. Adde ad ista, quòd aliqui tenuerunt,quòd ista exceptio,quæ superuenit post contestationem litis, potest ita demum opponi,si factò aduersarij superuenit: secus, si sine culpa sua. Ita Nico.de Neapol.l.excusantur.§. munerum.ff.de excus.tuto.Bar.tenet contrarium l.j.ult.col.ff.de exceptio.uer.uidemus,an Pe. Et istam opinionem Bartol.tenet Felin. d.c.insinuante.uer.secundò fallit.nume.9.col.ut suprà. Adde tu, quòd istam opinio. Bar.uidelicet, Quòd exceptio, quandocunq; superuenerit, etiam sine facto aduersarij, possit opponi,tenet ipsemet Bar.l.cogi.C.de peti.hæ. Bal.l.per hanc.C.de tempo.appel. & l.j.C.de alie.iud.mut.Ro.l.stipulatio.§.habet.ff.de no.ope. nũ. Iacobus de Belui.& Iacobus de Rauen.authen. præsente.C. de fideiuss. Adde, quòd Bal.lege, peremptorias.C.senten. rescind.non poss.tenuit contrarium.

dilatoria exceptio, quæ superuenit post contestationem litis, non potest opponi, quando pars fuit negligens in perquirendo illam ante contesta. litis. Felin. c. insinuante. de officio delega.nume.8. colum. 1147.

dilatoria exceptio, quæ superuenit post contestationem litis, si pars sciens litigat,faciendo etiam unum actum circa merita causæ, talis exceptio amplius opponi non potest.Io.And.& Ant. de But.c. cùm M.Ferrariensis.de consti. Vide per Fel.c.insinuante.de offic. deleg.uer.quartò limita.nu.ij.col.1148.

dilatoria exceptio,quæ superuenit, postquam est conclusum in causa opponi non potest.Ioan.An.c.cùm dilectus.de ordi.cogni.Lud. sing.suo.cccl.inci. Tu scis, quòd exceptio declinatoria. do.Abb.c. pastoralis.de exceptio.v.col. Vide per Felin.c.insinuante.de offi. deleg.uer.fallit quintò.nu.12.colum.1148.Et ibi ponit rationem, quare non potest opponi. Adde tu,quòd ista conclusio fallit in aliquibus casibus:& primò in exceptione excommunicationis:quia illa potest opponi, etiamsi superueniat, postquam est conclusum in causa.Tex.c.pia.in fi.de exceptio.in vj.Item fallit in exceptione notoria iuris, uel facti: quia si ista superuenit post conclusum in causa, tamen potest opponi. Ant.de But.c.dudum.de elect.el j. ij.col.uer.quartò no.Item fallit, quãdo iudex uellet admittere exceptionem superuenientem post conclusum in causa: quia posset. Spec.tit.de renun.& alleg.§.j.j.col.Bal.l.j.pen.col.C.sen. rescin. nõ poss.Item fallit in causa appellationis: quia exceptio dilatoria, quæ superuenit post cõclusum in causa,potest opponi. Adde Fel. in materia ista c.insinuante.de offi.deleg.uer. ista fallentia procedit.nu.12.col.ut suprà.Et ibi latissimè habebis omnia ista.

dilatoria exceptio an sit ista, Tua non interest, putà, quando laicus uult accusare clericum,potest opponi per clericum, Tua non interest:utrùm ista exceptio sit dilatoria?Do.Abb.c.ex parte.de testi.iij.col.uersic.no.bene.tenet, q. sic.Idẽ tenet Inno.c.super his.de accus.do.Car.consil.suo vij.incip.In causa fratrum. Bal.repe.l.ij. xv.col.ff.de iureiur.Bart.l.posthumus.§. si quis.ff.de inoffi.testa. Adde,quòd contrariam opinionem tenuit Ant. de But.do.Car.& Imol.d.c.super his.Bald. & Ang.d.l.posthumus.§.si quis per rationem,quam ipsi ibi adducunt,quæ est satis persuasiua.Adde Fel. d.c.ex parte.uer.in ea.ibi, dilatoriã. nu.5.col.600. qui tenet istã secundam opinionem:& sic contra do.Abb.

¶Diœcesis appellatione in materia larga uenit ciuitas.Feli.c.Rodulphus de rescrip. uersic.tertia conclusio.nu.8.col.983.Adde,quòd And.Sicu.impugnauit istam opi.ut ipsemet Feli. præallegato loco dicit, quòd And.Sic. dicebat sic, quòd imò literæ ad beneficia,inducunt ciuitatem, facta mentione diœcesis. Adde tu,quòd cõmunis opi.est in contrarium. Et cõmunis conclusio est ista, quòd appellatione ciuitatis in rescriptis ad lites, & in rescriptis ad beneficia,non uenit diœcesis : nec ecõtrà,ut c. Rodulphus.de rescri.& gl.pen.c.accepimus. de æta. & quali. & gl.c.fi.de præben.& ibi Doc.no.& c.j.de rer. permu.in vj.& grauis.§.quacũq;.de præben.in vj.Et hoc cõmuniter tenetur,licet Pau.de Leaza.clemẽ.ne Romani.de electio.& Io.de Lign.d.c. Rodulphus.teneant oppositum, & malè : secus in materia larga, ut in beneficio concesso à principio:ut putà,concessa est ciuitas uni,intelligitur concessa cũ sua iurisdictione: & sic cum sua diœcesi:l.j.§.cùm urbem.ff.de offic.præfect.urb. & l.si quando. C. de bo.uac.lib.x.l. fin.de consti. prin.& ibi Bar.Adde Bar.in materia ista meliùs,quàm alibi, l.ij. ff.de uerb.signi.

diœcesis appellatio intelligitur solùm de episcopo: gl.ij.cle.j.de uita & honest.cleri.ubi Inno.iiij.col. Et idem tenet gl.uerbo,diœcesanus.cle.j.de iure patro.ubi do.Car.iiij.q. limitat prædictas gl. nisi apparêret, quòd denominatio diœcesani potiùs concerneret iurisdictionem, quàm dignitatem, uel officium episcopi: quia tunc bene intelligeretur de inferiore prælato habente iurisdictionem quasi episcopalem: do.Abb.c.Ioannes.de testa.Adde Felin.c.cùm olim.de rescri.in princ.col.353.

¶ Discordia aliquorum ubi tendit ad incommodum alterius, potest implorari officiũ iudicis,ut cogat eos conuenire. Ita Bar.l.ij.§.ex his.de uerb.oblig. Adde Felin.rub.de treuga & pace.vj.fallentia, nu.7.col.1371. Adde tu,quòd contra Bar.d.l.ij.§.ex his.tenuit solus Bal.ibi : quem Scribentes non allegant. Et dicit ibi Bald.quòd salua reuerentia Bal .Bart.malè ponderauit tex.l.huiusmodi.§.fi. de leg.j.Et adde,quòd Bart.fuit sibi contrarius,l.iiij.§.Cato. ff. de uerb.oblig.Ibi eum uide,quem Scribentes ibi sequuntur.

¶ Dispensatio Papæ cum illegitimis, de qua c.j.de filijs presbyt.non potest extendi ad canonicatus,nisi dicat, Quæcunq; beneficia.Io. An.in Spec.rub.de filijs presby. Host.c.ij.de offi. archipresby.do. de Rot.in antiquis decis.decis.cccclxxix.in fi.de offic.ordi. Adde, quòd idem est in dispensatione episcopi.Vide latiùs per Fel.c.pastoralis.de offi.deleg.uersic.no.modò.nu.11.col.1173.

dispensatio an requiratur, ubi constat de scientia Papæ: utputà Papa mandat prouideri scienter inhabili,licet super inhabilitate aliter non dispenset. Vide, quæ posui in litera S.§.scientia principis, putà Papæ.

dispensatio:Si dubitatur,an causa dispẽsationis sit uera, quis probare debet? an dicens eam falsam,an dicens eam ueram? Vide Oldr. consi.suo cclxj. incip. Clemens episcopus.& eum sequitur Fel.c. iij.de probatio.uer.extra gl.nu.11.col.405.

dispensatio facta cum illo, qui non habebat canonicum titulum, an sufficiat continuare primam collationem, an uerò requiratur noua colla. Vide Domi.de san.Ge.c.fi.lvj.dist.& do.Abb.c.ex parte.de rest.spo.vj.& vij.col,

dispensatio Papæ ex certa scientia in aliquo actu, uidelicet, quando ipse Papa scit, actum esse inualidum de sui natura, aliter non:de

quo

quo uide,quæ posui in litera P.§.Papa,uel alius princeps.

Dispensatio superueniens an ratificet collationem nullam. Anto. de But.c.at si clerici.§.j.de iudic. tenet,quòd sic, dũ modò illa inhabilitas sit dispensabilis per inferiorem à principe:quod dictum nõ puto uerum in foro contentioso. Vide Fel.c.cùm dilectus. de accus.uers.item adde.nu.4.col.867.

dispensatio Papæ, uel principis, circa ea, quæ sunt de iure naturali, gentium, uel ciuili, an ualeat? Ponit Feli.c.quæ in ecclesiarum.de consti.uer.tertia conclusio.nu. 26.col.135. Et ponit ibi,an possit princeps auferre ab infidelibus bona.Et pro istis faciunt,quia dispensatio est rigoris mitigatio, uel pœnalitatis moderatio, facta per habentem authoritatem ex publico, uel utilitate publica, uel alia rationabili æquitate, quam lex ciuilis Indulgentiam uocat. Ita Bald.addi.Spec.ti.de dist.§.j.uer.item est. Adde ad ista, quòd imò dispensatio facta sine causa, dicitur factum temerarium, nec potest dici dispensatio.Et idem,quando dispensatio potest referri ad ius commune. Ita Bald.l.bonorum. C.qui admit.Bart.& alij l. quidam consulebat.ff.de re iudic.

dispensatio cessat cessante causa dispensationis: & de hoc est consilium elegans Lud.Ro.quod incipit,In Christi,&c.Fel.c.quæ in ecclesiarum.de consti.uer.similiter Lud.Ro.nũ.29.col.138.

dispensatio,in qua tacetur accusatio criminis,uel eius pendentia,ualet.Ita Felin.c.cæterùm.de rescrip.nume.5.col.415.uersic.secunda restrictio.

dispensatio an intelligatur tacitè facta, quando Papa scienter scribit pro indigno.Felin.c.si quando.de rescript.uer.stat difficultas. nu.6.col.443.

dispensatio concessa cum clausula, ut possit dispensare cum quibuscunq; in qualicunq; statu,non tamen poterit dispensare in prohibitis à iure diuino,uel naturali,sed tantùm in prohibitis à iure positiuo. Fel.c.postulasti.de rescri.uer.tertius casus.nu.12.col.759.

dispensatio super pluralitate beneficiorum, nõ ualet, si fuit tacitum, quòd illa beneficia priùs ipse tenebat illicitè,recipiẽdo fructus sine dispensatione.Feli.c.postulasti.de rescrip.uer.limita,nisi princeps.nu.16.col.763.

dispensatio facta contra ius positiuum per Papam sine causa: an taliter dispensatus, sit tutus,quo ad Deum. Vide,quæ posui in litera P.§.Papa ex causa potest interpretari.

dispensatio ad duo curata, intelligitur de primis. Fel.c.fi.de treu.& pace.uer.dispensatio ad duo curata.nu.4.col.1391.

dispensatio concessa in simplicibus, comprehẽdit casum mixtum,utputà in causa matrimoniali.Vide Felin.c.at si clerici.§.de adulterijs.de iudi.uer.secundò adduco Cal.nu.8.col.46.

dispensatio est odiosa,quando agitur de interesse alterius:& eò tunc non debet extendi. Ita Feli.c.at si clerici. de iudic.§.de adulterijs. uersi.ex quo infertur.nu.9.col.47.

dispensatio quando trahitur ad consecutiua? Ponit Fel.c.at si clerici. de iudic.§.de adulterijs.uer.& nume.alleg.col.51.

dispensatio est odiosa de se.Fel.de simo.c.mandato.nu. 4.col.1037.

dispensatio extenditur ad connexa,sine quibus dispensatio stare non possit : secus, si dispensatio stare possit sine connexis: putà,est dispensatum cum uno illegitimo, quòd possit presbyterari: nihil dicitur de diaconatu,& subdiaconatu:ex quo ista connexa sunt necessaria,ueniunt ad dispensationem:sed pone,quòd talis dispensatus uult habere beneficium : dic,quòd non poterit, ex quo nõ fuit dispensatum super hoc : quia bene potest esse, quòd quis sit presbyter,& tamen sit sine beneficio.Vide per Fel.latiùs c.præterea. aliàs est §.de offic.dele.uersi.item allego Ant.nu. 5.col.1050.

dispensatio intelligitur concessa sine præiudicio tertij:pone,erat concessum Titio rescriptum,quòd Sempronius priuaretur beneficio, si merebatur,& conferretur ipsi Titio:postea fuit concessa dispẽsatio ipsi Sempronio , intelligitur concessa talis dispensatio sine præiudicio tertij.Ita tenuit Ant.de But.c.at si clerici.§.de adulterijs.xiij.col.de iudic. Adde Fel.c.super eo.de offic.dele.uer.tertiò est tex.nu.4.col.1090.

dispensatio an sit odiosa. Vide Fel.c.mandato. de simo.uersic.quarta & ultima conclusio.nu.7.col.1039.

dispẽsatio homicidij uoluntarij an ualeat?&, utrùm Papa possit dispensare cùm homicida uoluntario?& posito,quòd possit,an consueuit.Vide, quæ posui in litera P. §. Papa non dispensat cum homicida uoluntario.

dispensatio: In uoto,in iuramẽto, in irregularitate,quæ prouenit ex homicidio,Papa dispensat. Fel.c.quæ in ecclesiarũ.de consti.uers. & hinc est.nu.20.col. 132. Tu uide,quæ posui in litera V. §. Votum,& in litera I.in uerb.Instrumentum,& in litera I.uerb.Irregularitatem.

dispensatio inferioris à Papa, requirit causam apparentem, ad hoc ut ualeat. Et sic no.ubi concessa est dispensatio episcopo à canone,uel ab homine, id est Papa,semper debet ipse episcopus dispensare ex causa euidenti:putà concessum est episcopo,ut possit cum aliquo dispensare super pluralitate beneficiorum, non ualet dispensatio,nisi ille sit sublimis, uel literatus. Ita Fel.c.ad audientiã. de rescrip.el ij.uer.Omnia autem ista.nu. 4.col.890.

dispensatio non trahitur ad separabilia,sine quibus principale stare non potest. Felin.c.at si cleri.i. §. de adulterijs, de iudic.nume. 17.colum.42

¶Dispensatus à Papa in his, quæ sunt iuris diuini, non est tutus,quo ad Deum:& credo,quòd Papa committat peccatum dispensando in istis,sine causa:ut in simili dixit Innoc.c.diuersis. de cle. coniu. Paul.de Cast.consil.suo cxvij. Adde Innoc.c. cùm ad monasteriũ. de sta.mo.Feli.c.quæ in ecclesiarum. de consti.uer. demum in hac conclusione.nu.25.col.135.

dispensatus pro crimine, utputà erat subdiaconus, an intelligatur, habilitatus ad diaconatum : & sic dispensatus in ordinibus iam acquisitis,an censeatur etiam dispensatus in acquirendis.Vide Felin.c.at si clerici.§.de adulterijs. de iudic.uer. utrùm dispensatus. nu.16.col.50.

dispensatus ad duo incompassibilia, non intelligitur dispensatus in eadem ecclesia. Ita Fel.c.postulasti.de rescrip.uer.similiter dicunt Io.An.& But.nu.9.col.753.

dispensatus super pluralitate beneficiorum, intelligitur dispensatus super residentia. Adde,dispensatus ad curatum, an sit dispensatus ab obseruantia c.licet canon.de electio.in vj. Vide do. Abb.c. quia in tantum . de præben. & Felin.c.postulasti. de rescrip. uer. ad idem.nu.10 col.756.

dispensatus ut possit esse canonicus in septennio,uel minor uicennio, non intelligitur dispensatus,ut sit delegatus. Felin.c. postulasti. de rescrip.uer.ad idem,quod no.gl.nu.11.col.756.

dispensatus super pluralitate beneficiorum,censetur etiam dispensatus super residentia:gl.c.si quis.vij.q.j.do.Abb.c.quia in tantum. de præben. Adde Felin.c. mandato. de simo. uer. sed hoc dictum. nu. 5.colum.1038.

dispensatus ad sacerdotium non censetur dispensatus ad beneficium curatũ.Ita Fel.c.at si clerici.v.de adulterijs.de iudic.uer. & quòd dispensatio non trahatur.nu.17.col.51.

¶ Dispositio legis, uel hominis, fauorabilis,uel odiosa, an trahatur ad futura.Ponit Fel.c.fi.ult.col.de constitu.uer.uerùm ista,& multa his similia.nu.16.col.351.

dispositio legis interpretatur ad frequentoria.Vide,quæ posui in litera L.§.lex disponens.

¶ Disputans super dilatorijs, prouocatus ab aduersario eas opponente,præiudicat iuri recusandi. Felin. de re iud.c.inter monasterium.nu.7.col.590.

¶ Dissimulatio in prælato est peccatum mortale.Ita Fel.c.j. de treu. & pace.j.col.uer.& gusta gl.nu.4.col.3378.

¶ Distributiones quotidianæ an computentur inter reditus beneficium? Vide,quæ posui in litera V.§. ualor beneficij non comprehendit reditus casuales.

distributiones quotidianæ, quæ fiunt canonicis, an debeant esse pares?Do.Abb.c.cùm omnes.de consti.v.col.uer.in gl.pen.distinguit inter distributiones, quæ dantur ratione uestimentorum, & ratione uictualiũ: postea ibi tenet, q. debet esse disparitas in utroq;, ratione personæ. Vide Fel. d.c.cùm omnes.uer.in glos.pen. aliàs. nu.32.col.118.

distributiones quotidianæ an debeantur infirmo. Vide,quæ posui in litera I.§.infirmus debet habere distributiones.

distributiones quotidianas duplicatas an canonicus possit habere in una ecclesia? Vide,quæ posui ĩ litera C.§.canonicus ĩ una ecclesia.

distributiones quotidianæ in quo differant à præbendis, & à mensa grossa? Vide,quæ posui in litera P.§.præbenda quæ dicatur.& li

tera M.§.mensa grossa.

¶ Districtuales: utrùm appellatione districtualiũ ueniant clerici. Io. And. c. fin. de offic. deleg. in vj. tenet, quòd non. Anto. But. c. dilecti. ij. colum. de foro competenti. Adde Felin. c. licet. de proba. in princ. nu. 1. col. 473.

¶ Districtus est id, quo arctatur, siue distringitur originarius incola. Felin. c. Rodulphus. de rescri. uer. de uerbo autẽ Districtus. nu. 17. col. 991. Et uide etiam latiùs per Felin. c. licet. de proba. uer. tertium est districtus. nu. 1. col. 472. parte ij. Adde tu, & dic clariùs, quòd ubi aliquis populus, uel princeps habet potestatem terrendi, ut sunt domini Veneti, qui habent potestatem terrendi Patauinos, Tarui sinos, & alios subditos, tunc ille locus, qui potest terreri, appellatur De fortia, & de districtu. Ita Bart. l. cunctos populos. C. de summa tri. & fide Catho.

¶ Diues. Si quis dicit se diuitem, uel pauperem esse, uel non esse, quis probabit, si hoc refricatur in dubium. Felin. c. iij. de proba. uer. & si diuitur quem esse diuitem. nu. 12. col. 406. remittit se ad glos. l. si uerò. §. fin. ff. qui satis. cog. Adde tu, & dic, quòd qui fundat se in paupertate uel diuitijs, tenetur illud probare. Et sic per illam gl. d. l. si uerò. §. fi. ff. qui satis. cog. quilibet tenetur probare illud, quod est fundamentum intẽtionis suæ, per regulam l. ei, qui. ff. de proba. Et dato, quòd quis in dubio præsumatur idoneus, c. fi. de præsum. l. cùm quidam. ff. de leg. ij. istud est uerum, secũdum illam gl. d. l. si uerò. §. fi. quo ad mores: secus, quo ad facultates. Et illam gl. d. l. si uerò. §. fi. multùm cõmendat Ang. Pau. de Cast. ibi, & Bal. l. iiij quando fis. uel priua. & Bal. c. fin. de præsump. Adde ad ista, quòd si quis dicit beneficiũ tenue, uel reditus esse diminutos, debet hoc probare. Tex. est §. sin autem fortuita. authen. de æquali. do. uide Ang. consil. suo cclxx. incip. Bonifacius. ult. col. Cal. tit. de proba. x. col. do. Car. d. c. fi. de præsum. ij. col.

¶ Diuisio non potest fieri, ubi prohibita est alienatio rei. Vide ad hoc, quæ posui in litera A. §. alienatio rei si est prohibita.

diuisioni hæreditatis, uel societatis, uel alterius rei, an renunciari potest. Ponit Fel. c. si diligenti. de foro compe. uersic. primum corollarium. nu. 21. col. 219.

¶ Diuturnitas temporis nõ causat titulũ in beneficialibus. Vide, quæ posui in litera T. §. titulus in beneficialibus.

¶ DOCTOR an habeat dignitatem. Bar. in proœmio C. iiij. col. & l. omnes. C. de decurio. lib. xj. Ang. Salic. & Raph. d. proœmio C. Adde, quòd Bart. l. ex eo. ff. de mili. testa. & do. Abb. c. quantò. de magist. do. Card. repe. c. perpendimus. de senten. excom. Vide Feli. d. c. quantò. nu. 1. col. 1048.

doctor iuris canonici præfertur Theologiæ doctori. Host. c. j. de consangui. & affini ubi omnes sequuntur. Fel. c. fi. de magistr. in principio. col. 1051.

doctor legens mutuans scholari, ut intret ad ipsum audiendum, an committat usuram. Ponit Cal. repe. c. fin. v. q. de usu. Pet. de Anch. regula, peccati. viij. q. de reg. iur. in vj. Bal. in proœmio Decretalium, viij. col. Fel. c. ij de magist. nu. 2. col. 1046. Et communis cõclusio est, quòd non committat usuram: Fel. ubi suprà.

doctor inutilis cuiuscunq; professionis debet reprobari. Ita Fel. in c. ex literis. de consti. uer. & adde Bar. nu. 6. col. 312.

doctor, cui factum est præceptum sub pœna, ne legeret in ciuitate, nõ potest legere in suburbijs: quia fraus fieret præcepto. Fel. c. Rodulphus. de rescrip. uer. limita dupliciter hanc conclusionem. nu. 4. colum. 978.

doctor iuris canonici an debeat præferri doctori iuris ciuilis. Ponit Feli. c. clerici. de iudi. nu. 1. col. 76. Adde, quid de doctore iuris canonici, & Theologiæ, quis debet præferri? Vide per do. Abb. c. j. de consang. & affinita.

doctor titulo tantùm, sed indoctus, an habeat priuilegia doctoratus? Vide per Fel. c. clerici. de iudi. nu. j. col. 76. Adde tu Bar. l. Grammaticos. C. de profes. & medi. lib. x. qui dicit, quòd doctor ignorãs potest reprobari etiam post recepta insignia.

doctor ignarus an gaudeat priuilegio doctoratus. Vide Fel. c. clerici. de iudi. uersi. sed quòd imò doctor. nu. 2. col. 77.

doctor nunquid possit inuitus compelli ad consulendum? Vide per Felin. c. si pro debilitate. de offic. deleg. uersic. sed nunquid doctor. nu. 9. col. 1039.

doctor creatus à papa, uel imperatore, quali gaudeat priuilegio. Fel. de maio. & obe. c. per tuas. nu. 3. col. 1039.

doctor quis præcedere debeat alios doctores. Felin. rub. de maio. & obed. nu. 2. col. 1296.

doctor præcedit militem. Fel. rub. de maio. & obed. nu. 4. col. 1297.

doctor & miles præfertur simplici doctori. Fel. c. clerici. de iudi. nu. 6. col. 79.

doctor, qui fecit consilium iniustũ ex dolo, uel ex culpa, propter imperitiam, potest conueniri. Spec. ti. de requisi. consilij. §. consiliarij. Bar. l. ex maleficij. ff. de act. & obli. Adde etiam, quòd idem tenet Fel. c. pastoralis. §. quia uerò. de offic. deleg. uersi. propter consilium iniustum. nu. 22. col. 1178. Adde, an talis doctor, qui iniustum consiliũ dedit, dolo uel culpa, utrùm tenetur in foro conscientiæ? & dic, quòd sic. Ita Ant. de Bu. c. tua nos. de homi. & c. ad aures. de æta. & quali. & c. calumnia. de pœnis. uer. quartò quæro. Vide Cy. authen. sed hodie. C. de iudi. Spe. ti. de aduo. §. fi. uer. quid si per imprudentiã. Host. in summa de postu. §. fi. uer. tenetur etiã. Adde Fel. latissimè d. c. pastoralis. §. qa uerò. uers. prædicto, col. ea.

doctor prohibitus aduocare, non potest consulere in camera Roma. l. j. ff. de uerb. obl. Ang. l. j. §. postulare. ff. de postul. Io. de Ana. rub. de magist. iiij. col. Adde, quòd contrarium tenuit Bar. l. Paulus. ff. de lega. & d. l. j. §. j. de postul. & l. j. ff. de uar. & extraor. cog. Vide Fel. rub. de fide instru. uer. cùm etiam quædam. nu. 1. col. 877.

¶ Doctorem se nominans, cùm non sit, tenetur pœna falsi. Fel. de magist. c. j. nu. 5. col. 1045.

¶ Doctores multas prærogatiuas habent: de quibus uide text. c. fin. de magist.

doctores sunt in dignitate. Bal. in proœmio C. Item possunt ferre arma. Bart. l. magistros. C. de profes. & medi. Item omnis magistratus debet ipsos doctores inuitare ad sedendum, l. fi. C. de offi. ciui. iudi. Item non possunt capi personaliter. Bar. ubi gl. l. ubi medicis. C. de profes. & med. Feli. rub. de magist. in princ. nu. 1. col. 1042. ubi ponit multa alia.

doctores legentes faciunt collegium licitum & approbatum: unde possùt facere statuta. Fel. c. ex literis. de cõsti. in prin. nu. 1. col. 308.

¶ Doctoratum usurpans, cùm non sit doctor, est falsarius. Ita Bar. l. eos. §. fi. ff. de fal. Pet. de Anc. c. ut Apostolicæ. de priuil. in vj. Fel. c. tertio loco. de proba. in prin. nu. 1. col. 415. ubi dicit, q. idem est in clerico, qui dicit se clericum, cùm non sit. Et idem Bald. l. sub prætextu. in fi. C. de sac. san. eccl. Adde tu, q. appellans se doctorẽ, cùm non sit, punitur pœna falsi: quod intellige sanè, quòd hoc est uerũ ita demum, si doctorem se appellat, & aliquem actum facit doctori cõgruentem: secus, si simpliciter se doctorem appellat, l. si quis. aliàs, quisquis. C. de aquæ ductu. lib. x. Et hoc modo limitabis tex. §. fi. l. eos. ff. de fal. & ibi Bart. & d. l. qui sub prætextu. C. de sac. san. eccles. quia non puniretur pœna falsi, sed extraordinariè. Et uide per Bar. l. reddatur. C. de profes. & medi. lib. x.

¶ Dolus non præsumitur in iudicio: pone, quòd si celebratus contractus in præsentia iudicis, contrahens non poterit allegare dolum, ad hoc, quòd contractus rescindatur: quia deceptus ultra dimidiam iusti pretij. Bart. l. j. C. de prædi. curia. lib. x. Adde Felin. c quoniã contra. de proba. uer. & tenẽdo pro nũc. nu. 12. col. 521.

dolus non præsumitur in notario: & quãdo dolus probaretur ex cõiecturis, tunc non potest puniri notarius de dolo: uide quæ posui in litera N. §. notarius non præsumitur. & §. notarij dolus.

dolus præsumptus præsumptiuè probatur: putà, per coniecturas & indicia. Fel. c. si autem. de rescri. uersi. interdũ etiam. nu. 2. col. 511. Adde tu, q. dolus ex cõiecturis probatur: gl. est. c. fi. de renũ. in vj. uerbo, cõiecturis. Bar. l. dolũ. C. de dolo. Pau. de Cast. cõsi. lxxx.

dolus futurus remitti non potest. Ita Fel. c. si diligenti. de foro compe. uersi. secundò no. quòd illud tritum. nu. 31. col. 221.

¶ Domesticus & familiaris in quo differant. Bal. posuit l. ij. C. de testi. Adde Feli. c. insinuante. de offic. deleg. uersi. & quæ sit differẽtia. nu. 7. col. 1147.

domesticus dicitur ille, qui nõ solùm alicui subest ratione patriæ, uel dominicæ potestatis, sed etiam, qui cohabitat, & aliquo modo est inferior, uel subiectus, ut libertus mercenarius. Do. Abb. c. in literis. de testi. j. & ij. col. uer. sed quærit. Bal. l. ij. C. de testi. Io. An. c. fi. v. col. de uerb. signi. in vj. Arc. & Domi. de sancto Gem. c. regulæ. xxix. dist. Adde Fel. d. c. in literis. in princ. nu. 1. col. 688. An possit esse testis, uide, quæ posui in litera T. §. testis domesticus.

domesticus

domesticus an possit esse testis in causa domini sui? Vide, quæ posui in litera T. §. testis domesticus.

domestici qui dicantur? Vide gl. iij. q. v. in summa. Bar. l. præsenti. §. sanè. C. de his, qui ad eccles. confug. Feli. c. cùm oporteat. de accuuer. nec obstat, quod habetur. nu. 2. col. 855.

¶ Domicilium, ubi quis habet maiorem partem bonorum suorum dicitur principale: & hoc in laicis. Ita Fel. c. postulasti. de foro compe. nu. 1. col. 230.

domicilium beneficij semper est principale in clerico. Fel. c. postulasti. de foro competenti. nu. 2. & col. ut suprà. Intellige hoc, quando beneficium requirit residentiam: aliter non: do. Abb. c. j. de foro compe. in fin.

domicilium an sortiatur ex assidua cõuersatione in loco, an uerò requiratur copulatiuè, ut quis habeat in loco maiorem partem suorum bonorum, & etiam in loco illo assiduè cõuersetur. Ponit Fel. c. dilectus. el ij. de rescript. uer. ad domicilium sortiendum. nu. 11. col. 851. & inde.

¶ Dominium rerum ecclesiasticarum est apud Deum, non autem apud Papam. Ita Fel. c. constitutus. de rescript. uersic. dominium iurium. nu. 19. col. 632.

dominium an transferatur per illum, qui alienat, etiam quòd sibi facta sit inhibitio, quòd alienare nõ possit: putà, quòd de facto alienat, an transferat dominium? Vide, quæ posui in litera P. §. prohibitus alienare si alienat, non transfert dominium.

dominium directum an acquiratur per usucapionem: do. Abb. rub. de præscrip. ij. col. uersic. ex quo. tenuit, quòd sic: ubi dicit, quòd usucapio transfert dominium directum. Idem tenuit Host. in summa, tit. de præscript. Bart. authen. nisi tricennales. C. de bo. ma. & Bartol. l. traditionibus. C. de pac. in princ. Paul. de Cast. rub. C. si aduer. usucap. Bald. & Salic. d. l. traditionibus. Et ista est communis opi. à qua non recedas. Adde Felin. d. rubr. uer. fallit sextò. nu. 9. col. 162.

dominium utile ecclesiæ, quod potest alienari certo modo ex consuetudine, non potest extendi ad alium modum, etiamsi esset utile ecclesiæ. Cal. consil. suo xj. tit. de feu. Bart. authen. qui re. in fin. C. de sac. sanct. eccles. Bal. authen. si quas ruinas. eod. ti. do. Alex. consil. suo ccclxxiij. inci. Viso themate. j. col. Adde Fel. c. auditis. de præscrip. uer. similiter uidemus. nu. 12. col. 298.

dominium alicuius rei probatum per confessionem partis aduersæ de præterito, utrùm dicatur etiam ipsum dominium probatum de præsenti. Bar. l. certum. §. j. ff. de confes. uidetur tenere, quòd non. Idem tenet Cy. & Bal. l. edita. C. de edẽ. do. Car. c. præterea. el ij. de transac. Vide Fel. c. scribam. de præsump. uer. item faciunt ista. nu. 4. col. 1060. Adde, quòd cõtrarium tenet do. Abb. d. c. præterea. 1. col. Et idem tenent ibi Ant. de But. & Imo. ibi, & expressè dicũt, quòd probato dominio de præterito, etiam ex confessione partis aduersæ, intelligitur etiã probatum dominium de præsenti. Et idẽ tenet Ant. de But. c. ij. de lib. obla. xj. col. ubi do. Car. Imo. & Spe. ti. de actio. & peti. §. sequitur. uer. quid, si dico. Bal. l. unica. xxiiij. col. C. de confes. do. de Rot. in decis. cccxxv. incip. si in libello. Adde Fel. d. c. scribam. uersic. allegato. col. ead.

dominium an quis possit habere ex pluribus causis? Vide, quæ posui in litera M. §. meum non potest esse meum ex alia causa.

dominium directum an acquiratur per præscriptionẽ: do. Abb. rub. de præscrip. ij. col. uer. aduerte tamen. tenet, q. per præscriptionẽ non acquiratur dominium directum. Et istud tenuit Bart. & omnes, authen. nisi tricennales. C. de bonis mater. gl. uerbo, dominiũ. Insti. de usuca. gl. ij. l. traditionibus. C. de pac. et ibi Bar. circa prin. ubi etiam Bal. & Sali. iiij. & v. col. gl. l. si quis. ff. si serui. uen. Spe. tit. de præscrip. in princ. Bar. l. j. ff. de usucap. Io. And. regula, possessor. de reg. iur. in vj. Io. de Imo. c. fin. de præscrip. uer. an autem per præscriptionem. Arch. c. seruitium. xviij. q. ij. Vide Fel. d. rub. de præscrip. uer. directum dominium. nu. 3. col. 160. Et dic, quòd ista est communis opinio. Adde tamen, quòd ista communis opin. fallit in aliquibus casibus: & primò, quando præscribitur contra scientem & patientem: quia tunc ex tacito consensu illius directũ dominium acquiritur per præscriptionem. Ita Bar. d. authen. nisi tricennales. in fi. Fel. d. rub. uer. fallit primò. nu. 4. col. 161. Item fallit, quando statutum disponit, quòd per præscriptionem acquiratur dominium: quia intelligitur de dominio dilecto, ad hoc, ut aliquid addat iuri cõmuni. Bart. l. ij. ff. de usucap. do. Alex. l. j. §. fu^b^lata. in fi. ff. ad Trebel. Felin. d. rub. iij. col. uer. Fallit secundò. nu. 5. col. ead. ubi tamen ponit multa contra istam opi. Bar. & aliorum. Dic tamen, quòd communiter tenetur opi. Bar. & aliorum, quam tenuit Ias. May. præceptor meus, l. fi. C. de edi. diui Adri. tol. & d. authen. nisi tricennales. Item fallit in præscriptione tanti temporis, cuius initij non est memoria in contrarium: quia tunc acquiritur directum dominium per illam præscriptionem. Bal. Sali. & Fulgo. d. l. traditionibus. C. de pac. Feli. d. rub. uer. fallit tertiò. nu. 6. col. ut suprà. Item fallit, quando quis præscripsit authoritate in dicis, ut putà positum in possessionem per secundum decretum cõtra contumacem: quia per istam præscriptionem acquirit dominium directum, Bald. l. possessionem. C. de bo. autho. iud. pos. Sed Salic. dicit ibi, cogitandum esse. Do. Alex. l si finita. §. Iulianus. in princ. tenuit contrarium, quòd imò per talem præscriptionem non acquiritur dominium directum. Vide Feli. d. rub. uersic. fallit quartò. ubi suprà. nu. 7. colum. 162. ubi declarat istum passum, seu difficultatem. Item fallit in modo utẽdi: quia per præscriptionem acquiritur omne dominium: quia præscribens potest illa re uti, ut uult: & sic potest quilibet dominus disponere de re sua: do. Abb. d. rub. ij. col. uer. alij uerò. Et idem tenet Ioan. And. d. regula, possessor. xvj. col. uer. his. ergo. Vide Fel. d. rub. uer. fallit quintò. nu. 7. ibidem.

¶ Dominus quando teneatur de delicto famuli? Vide suprà §. delictum commissum per famulos.

dominus non tenetur de delicto familiarium, id est familiæ suæ, nisi quando delinquunt in materia, in qua dominus utebatur opera eorum. Feli. c. cùm ordinem. de rescri. uer. & dicit Bart. nu. 6. col. 458. Adde do. Abb. c. j. de resti. spo.

dominus, qui constituit procuratorem ad negotia, siue ad lites, & iurauit non reuocare, poterit tamen eum reuocare. Felin. c. ex parte decani. de rescrip. uer. amplia quinto. nu. 12. col. 955. Adde tu, q. dominus, qui constituit procuratorem cum pacto de non reuocãdo, potest tamen reuocare. Cy. l. ij. C. de iure emph. Io. And. c. ij. de procu. in vj. ubi dicit, quòd idem erit, si constituens iurasset non reuocare procuratorem. Adde tamen, quòd est periurus. Ita tenet Bal. in reperto. Spec. uers. procurator.

dominus qui constituit procuratorem ad permutandũ, & resignandum beneficiũ causa permutationis, si iurauit non reuocare procuratorem, si reuocat, non ualet reuocatio. Fel. c. ex parte decani. de rescrip. uer. sed quo ad propositum. nu. eo. col. 956.

dominus, qui constituit procuratorem ad renunciandum, si iurauit non reuocare procuratorem, nihilo minùs poterit reuocare procuratorẽ, & ualebit reuocatio. Fel. d. c. ex parte decani. de rescri. d. uer. & col. Et ibi reddit rationem differentiæ inter casum permutationis & casum simplicis renunciationis.

dominus, qui constituit procuratorem ad renunciandum beneficiũ, si reuocat ipsum procuratorem, & nihil ei dicat de reuocatione, sed statim post reuocationem renunciat beneficio; ualebit renunciatio domini, & non procuratoris. Et hoc modo limitabis cle. j. de renunc. Ita Felin. c. ex parte decani. de rescript. uer. alleg. col. ead. & inde.

dominus potest reuocare procuratorem suum, quando ipse procurator est factus ribaldus, uel inimicus domini, uel aliàs mutauit cõditionem suam. Et in hoc casu intelligas, quòd poterit eum reuocare absq; intimatione, in tantum quòd gesta per eum erunt nulla. Adde Fel. c. ex parte decani. de rescrip. uer. fallit decimò. nu. 21. col. 964. Adde, quæ posui in litera R. §. reuocatio procuratoris etiam non intimata.

dominus postquam reuocauit procuratorẽ, non potest gesta sui procuratoris reuocati ratificare. Ita Fel. c. ex parte decani. de rescrip. uer. sexta regula. nu. 25. col. 967. Adde ad ista, quæ posui in litera R. §. reuocatio procuratoris, etiam nõ intimata, ualet, ubi agitur solùm.

dominus, quando reuocat suum procuratorẽ publicè, debet facere fieri proclama tali tempore, quòd ad notitiam possit uenire contrahentium: aliter sibi imputabitur: do. Feli. c. ex parte decani. de rescrip. uer. postremò scias. nu. 26. col. 968.

dominus potest repetere à famulo, quicquid soluit pro debito famuli. Fel. de homi. c. Petrus. nu. 16. col. 1143.

dominus potest reuocare procuratorem ad negotia, quandocunq; sed procuratorem ad lites, non potest reuocare post contest. lit. nisi causa cognita. Ita Feli.c.ex parte decani.de rescri.uer.& aduerte.nu.27.col.969.

dominus feudi habet iurisdictionē priuatiuè ad ordinarium. Ita Feli. c.cæterùm. de iudic.uersi.quando detur.nu.4.col.56.

dominus feudi habet iurisdictionem circa feudum in uasallum priuatiuè, & non cumulatiuè, ad iurisdictionem ordinariam. Ita. Fel.c. cæterùm. de iudic.uer. quando detur iurisdictio priuatiuè. nu. 4. colum.56.

dominus feudi est ordinarius iudex uasalli: imò si ordinarius loci ferret sententiam contra uasallum in causa feudi, talis sententia esset nulla. Ita Fel.c.cæterùm.de iudic.uer.an autem,si ordinarius.nu. 5. col. 56.

dominus feudi non potest cognoscere de causa uertente inter uasallum & alium tertium non uasallum. Ita Feli.c. cæterùm.de iudic. uer.quintò fallit.nu.7.col.57.

dominus feudi non potest cognoscere de causa uertente inter uasallū & non uasallum, dum modò non tangat feudum, seu quæ decidun tur ll. feudorum. Ita Fel.c.cæterùm.de iudic.uer.sextò fallit.nu.8. colum.57.

dominus feudi non cognoscit, ubi est quæstio inter ipsum dominum & uasallum: sed pares curiæ, si causa est feudalis: sed si non est feudalis, tunc cognoscit ordinarius. Ita Fel.c.cæterùm.de iud.uer. octauò fallit, quando est quæstio.nu.10.col.58.

dominus feudi, cui data est potestas in causis uasallorum, dicta potestas non egreditur controuersias feudales. Ita Fel.c.cùm ordinem. de rescrip.uer.& dicit Abb.nu.6.col.458.

dominus si citatus est ad uidendum iurare testes, uel ad audiendā sententiam, & non procurator, qui litem fuerit contestatus, & dominus non comparuit, an ualeat actus sequens? Do. Abb.c.in nomine Domini.de testi.vij.col.uersi. quæro de notabili quæstione. & post multa concludit non ualere actum. Adde, quòd idem tenet Bart.l.furioso. ff. de rc iudic.j.col. uer. quæro extra gl. ubi dicit, quòd istud habet locū in quolibet articulo. Et idem dicit do. Abb. loco præalleg. Bal.l.imitari.ad fi.ff.de procu. Vide Fel.d.c.in nomine Domini.de testi.uer.sextò quæritur.nu.33.col.577. Istam cōclusionem limitabis, nisi dominus sponte comparuit: quia eo tunc receptio testium & sententia ualeret, etiamsi procurator non fuerit citatus. Ita.do.Abb.d.c.in nomine Domini. uer.ego puto. Bar. d.l.furioso.uer.quæro, quid. Fel.d.c.in nomine Domini.uer.secūdus casus.nu.34.col.577.par.ij. Et adde ad ista, quòd ubicūq; apparet, quòd dominus fuerit citatus, & Ita sit sententia, uel recepti sunt testes, præsumitur semper, quòd dominus fuerit præsens. Bar.d l.furioso.uer.sed quid. Adde Felin. d.c. in nomine Domini. uer.tertius casus.ubi proxi.nu.35.col.577.

dominus citatus ad uidendum iurare testes, uel ad audiendam sententiam, præsumitur, quòd fuerit præsens, etiam quando de hoc nō appareat: de quo uide suprà §. dominus si citatus est.

dominus potest esse testis in causa subditi: & etiam familiaris. Salic. l.ij.C.de testi. Fallit hoc, quando dominus esset uilis conditionis, uel quia timeret seruum: de quo uide Fel.c.in literis.de testi.uersi. ultimò pro complemento.nu.12.col.693.

dominus maior an possit ratificare sententiam latam pro falso procuratore. Vide per Feli.c.causam.de iudic.uer. utrùm autem talis sententia.nu.7.col.84.

dominus non potest cogi personaliter comparêre. Fallit, ubi dominus meliùs nouit ueritatem, circa ea, quæ deducta sunt in iudicio. Ita Fel.c.pastoralis.de iudi.uer.in gl.quòd iste text.nu.2. col.125.

dominus potest agere pro subditis suis, ne molestentur. Ita do. Abb.c. licet.de proba.ultimò no.quod dicit intelligendum, sanè, quando illa molestia concernit iurisdictionem ipsius domini: aliàs secus. Adde Fel.qui idem tenet, d.c. licet.uer.no.ultimò.ibi, habitatores. nu.12.col.483.

domini duo eiusdem loci, fungentes pari imperio, si unus delinquit, uel contrahit in eo loco, intelligitur eo ipso se submittere iurisdictioi sui cōdomini. Fel.de ma.et ob.c.cùm inferior.nu.3.col.1361.

domini plures non cognoscunt de feudo, sed ordinarius. Ita Fel.c.cæterùm.de iudi.uer.septimò fallit.nu.9.col.78.

¶ Domus an locari possit Iudæis exercentibus usuram. Flo.consi.suo tenuit, quòd sic. Vide etiam consilium Paul.de Castr. consil. suo ccclxxvj.incip.non uidetur expediens. ubi consuluit, quòd princeps secularis & cōmunitates licitæ tollerant Iudæos exercentes usuras: & ualent eorum statuta, quibus subditi coguntur ad soluēdas usuras. Adde, quòd contrarium tenuit Domi.de S.Gemi.c.j.de usur.in vj.ubi dicit, quòd ille tex. extenditur etiam ad Iudæos: qui tex. prohibet, ne domus possint locari exercentibus usuram: quod intelligitur etiam de Iudæis. Et istud idem tenet Pet.de Anch.consi. suo ccxxxviij.incip. Christianissimus, & illustris princeps. Adde Fel.c.quia non.de Iudæis.in princ.nu.1.col.1057.

domus uicini an sit destruenda pro euitando incendio, inuito domino domus. Ang.consil.suo xciij.uidetur tenere, quòd sic. Et utrùm illi de uicinia teneantur reficere, & resarcire damnū passo, propter domum destructam, causa uitandi incendium, uide Spec.tit. de accus.§.j.uer. lxxiiij. Bart.l.ij.ff.ad l.Rhodiam.de iact. ubi dicit, quòd est casus. Limita, nisi probaretur, quòd illa domus omnino esset combusta. Felin.c.tua nos. de sent.excom.uersi.utrùm illi de uicinia.nu.3.col.1181.

domus relicta causa habitationis per testatorem filiabus suis uiduis, an intelligatur de prima uiduitate, an uerò de qualibet uiduitate? Ponit Felin. de treuga & pace. uer. pro ista sententia. nume. 6. colum.1393.

domus si locatur, & in locatione non est facta mentio de certa mercede? dic, quòd illa debetur secundum consuetudinem antiquam. Felin.c.cùm M. de constitu.uer. & quia ad hunc locum. nume.6. colum.200.

domus ex suo proprio significato accipitur ad habitandum. Felin. c. sedes.de rescrip.post.nu.5.uer.similiter dicit.col.572.

¶ Donatio facta clerico, intuitu ipsius clerici, non insinuata, stante statuto laicorum, quòd donationes excedentes talem summam, insinuantur, si talis donatio non erit insinuata, non ualebit. Ita Feli. c.ecclesia S. Mariæ.de consti.uer.primum est.nu.82.col.285.

donatio facta ecclesiæ sic ad pias causas, si non est insinuata, an ualeat? Ponit Felin.c.ecclesia sanctæ Mariæ. de consti.uer.alleg ubi suprà proxi.col.285. Adde tu, quòd donatio facta ecclesiæ suæ ad pias causas, quamuis non sit insinuata, tamen ualet. Et ratio est, quia nulla solennitas iuris seruatur in testamento ad pias causas, c.cùm esses.de testa. Imò nec solennitas, l.hæc consultissima. C. qui testa. face. pos. ut ibi per do. Alex. de Imol. penult. & ult. col. quia reprobatio iuris non attenditur in istis.

donatio facta per principem alicui aliquo loco, cum illis uerbis, Dono tali iurisdictionem, de qua iurisdictione intelligitur? Vide per Fel.c.quod sedem.de offic.ord.uer.cogitabam.nu.4.col.1248.

donatio facta ecclesiæ sub modo, si sit cessatio modi negligentia prælati, an resoluatur donatio? Ponit Fel.c.uerùm.de fo. compe.uers. secunda conclusio.nu.7.col.191. Adde do. Abb.d.c.uerùm.in ult. col.uersi.si uerò res est.

donatio facta ad pias causas, uel ecclesiæ, an rumpatur per natiuitatem filiorum? Vide, quæ posui in litera F.uer. filij si nascātur, excludunt monasterium. Et adde do. Abb.c.si. iij.col.de donatio. & Felin.c.in præsentia.de proba.uer.quartò quæro iuxta prædicta. nu.43.colum.459.

donatio facta sponsæ, uel sponso, quando ualeat? Ponit do. Abb.c.super eo.el ij.de testi.iij.not.& Felin.ibi, uer.& per istum text. nu. 3. col. 682. Et hoc not. ad limitationem totius tit. de dona. inter uirum & uxorem.

donatio præsumitur, quando per uiam stipulationis aliquid promittitur, & partes contrahentes sciant nullam causam subesse. Ita Io. de Imol.c.si cautio.de fide instru. Adde Fel.d.c.si cautio.uersi.regula istius decretalis.nu.4.col.982.

donatio cognoscitur ex coniecturis, utputà si est dictum in præsentia testium, Tolle istam pecuniam, uel istud uinum, et nihil fuit actum de reddendo, & dans erat diues, & recipiens pauper, uel coniuncta persona, & quantitas non erat magna, uel præcesserunt merita recipientis: tunc præsumitur donatio. Ita Bartol. l. cùm quid. ff. si cer. pe. ij. colum. uersic. pro huius autem. Et pro ista opi. Bart. est text. c. & si quæstiones. de fimo. & ibi do. Abb. & Ioan. de Ana. Bald. l. ij. j. quæst. de iure dot. & l. etiam. C. de fideicom. Adde, quòd etiam, si res concederetur nulla expressa causa, præsumitur donatio. Bartol. l. uxori. §. fina. ff. de leg. iij. Bald. l.cùm

l.cùm uirum. C. de fideicom. Abb. c. cùm uenerabilis. de exceptio. Adde etiam, quòd si pecunia daretur simpliciter ad refectionem domus, quā quis nunquam refecisset, præsumitur donatio. Pau. de Cast. d.l.cùm quid. Adde Fel.c.si cautio. de fide instru. uers. Cognosceretur. nu.5.col.982. Adde & nota, quòd ubi cessant istæ coniecturæ, nunquam præsumitur donatio, etiamsi diceretur, Tolle pecuniam istam. Ita Bar. & alij d.l.cùm quid. Fel.d.c.si cautio. uer. si autem. col.983.

donatio facta per clericum concubinæ, an ualeat. Vide, quæ posui in litera C.§.Clerici æquiparantur militibus.

donatio repudiata per mulierem an sapiat alienationem, adeò quòd locum habeat statutum, quod prohibet mulierem alienare. Vide in litera M.§.mulier, quæ alienare non potest.

donatio causa mortis iuncto pacto, quòd nō possit reuocari: & quia istud pactum est contra substantiam actus, ideo erit donatio inter uiuos: & si commodè nō posset transire de donatione causa mortis in donationem inter uiuos, contractus esset nullus propter pactum appositum contra substantiam actus. Ita Bar. l. ubi ita donatur. de dona. causa mortis. Fel.c.cùm M. de consti. uersic. hæc conclusio limitatur. nu.73.col.232.

donatio potest reuocari propter ingratitudinem: imò huic beneficio renunciari non potest. Vide Fel.c.si diligenti. de foro compe. uers. quintum corollarium. nu.25.col.220.

donatio remuneratoria est irreuocabilis, etiam data ingratitudine. Felin. c. nouit. de iudic. uer. limita tertiò. nu.12. col.118. Adde ad ista multa bona, quæ faciūt ad ueram intelligentiam istorum, quæ dicta sunt ibi per Felin. Et primò, quare hoc est, quòd donatio remuneratoria non posit reuocari? dic, quòd illud est, quia obligatio est naturalis, quæ causatur ex solo instinctu naturali propter seruitia, ut inquit Nico. de Neap. Instit. de obliga. in princ. & appellatur obligatio antidoralis, ab ἀντὶ, quod est cōtra, & δῶρον, id est, donatio, secundum glos. l. sed si lege. §. consuluit. ff. de peti. hære. & c. illud. viij. quæst ij. Et quia Bartol. dicit l. ex hoc iure. ff. de iusti. & iure. quòd ista obligatio est modici effectus: ideo tu Canonista hic collige xviij. effectus not. qui oriuntur ex ista obligatione antidorali: de quibus aliquid habes per do. Abb. rub. de dona. scilicet inter dātes. Primus effectus est, quòd licet aliàs donatio ultra quingentos aureos sine insinuatione non ualet, l. sancimus. C. de dona. ponunt Bart. & alij l. Modestinus. ff. de dona. tamen si est facta propter seruitia præcedentia, & sic æquiualentia, ualet donatio sine insinuatione, l. Aquilius Regulus. ff. de donat. Bald. l. ij. ad fin. C. ne fi. pro pa. & l. si cùm mihi. ff. de dolo. l. iij. qui bo. ced. poss. & l. si mortis. C. ad l. Fal. Old. consil. suo ccxix. incip. Ad habendam. Ioan. And. in addi. Spec. tit. de reb. eccles. non alie. super rub. & tit. de instru. edi. § porrò. Secundus effectus est, quòd licet donatio propter ingratitudinem possit reuocari, l. fin. C. de reuo. dona. tamē donatio remuneratoria propter benemerita sua non potest reuocari, l. si pater. §. fin. ubi glos. sing. ff. de donat. Bal. l. si cùm mihi. ff. de dolo. Eodem modo, licet priuilegium exemptionis concessum alicui communitati, possit propter ingratitudinem reuocari, ut dicit Bald. l. ij. in fin. de libe. & eodem lib. tamen si esset concessum propter benemerita, non posset reuocari propter ingratitudinem, per d. glos. d. l. si pater. §. fin. secundum do. Alex. consil. ccclxxv. incip. Nec arguendi. ij. col. Tertius effectus: quòd licet aliàs donatio inter uirum, & uxorem constante matrimonio sit prohibita, eodem tit. ff. & C. de dona. inter uirum & uxo. tamen si sit remuneratoria seruitiorum, ualet & tenet, ut probatur l. quod autem. §. si uir. ff. de dona. inter uirum & uxorem. No. Cyn. Bald. & Salic. l. si pater. C. de inoffic. test. Hinc dixit pulcherrimè Bartol. l. si uoluntate. per glos. ibi, C. de do. promis. quòd si rusticus, uel popularis accipit nobilem in uxorem, & constante matrimonio facit instrumentum de receptione dotis, quàm in ueritate non habuit, quamuis sit donatio, ualet: quia fit causa remunerationis propter inæqualitatem. Idem tenet Bald. l. ij. §. fin. ff. si cer. pet. ubi eandem rationem tenet, quando unus senex deciperet puellam in uxorem: de quo etiam per Bar. & alios, l. si diuortio. & l. si ita. ff. de uerb. oblig. Bal. l. j. in fin. C. de do. ante nup. & l. penult. §. mulier. ff. sol. ma. Angel. l. j. ff. eodem. Imol. rub. ff. sol. mat. & glos. d. l. si uoluntate. Bald. c. super eo. de testi. el ij. c. si cautio. de fide instru. tu tamen uide tex. l. quæ iam nuptæ. ff. de dona. inter uirum & uxorem. Adde, quòd eodem modò ualet donatio inter patrem & filium, propter bene merita: glos. l. si donatione. ubi Docto. C. de colla. & authen. unde si parens. C. de inoffic. testa. Quartus effectus est, quia licet princeps nunquam præsumatur aliquid motu proprio concedere, sed ad postulationem partis, c. si motu proprio. de præben. in vj. Bar. & alij l. iij. ff. quod quisq; iur. & l. j. C. de pe. bo. sub. lib. x. & l. j. in fi. C. de bo. uac. lib. x. & authen. quas actiones. C. de sacro. sanct. eccles. tamen quòd concedit propter remunerationem beneficiorum præsumitur motu proprio concedere, secundum Guil. de Cu. l. iij. & ibi do. Alexan. Alb. de Ros. l. j. ff. quod cuius. uni. no. Quintus effectus est, quòd licet nunquam præsumatur donatio, l. cùm de indebito. ff. de proba. §. fin. quia potius præsumitur fatuitas, quàm donatio, secundum Bald. l. generaliter. iij. col. C. de non nu. pe. cùm bene merita, quæ præcesserunt, faciāt actum dubium censeri donationem. Text. l. si uerò. §. idem Papinianus. ff. manda. Sextus effectus est, quia obligatio antidoralis est potens ad faciendam collationem beneficij simoniacam. Vnde si donatarius procurat in curia Romana beneficium pro donante, ut se liberet ab illa donatione, uel oblatione antidorali, committit simoniam, ut not. Imol. c. tua. de æta. Et sequitur Angel. d. §. consuluit. Septimus effectus est, quia facit, quod promissio sine causa, quæ aliàs in effectu non ualet: quia obstat exceptio doli, l. ij. §. circa. cùm glos. ff. de except. doli. isto casu ualet: quod patet, quia sola conditio sufficit pro causa, l. à Titio. ff. de uerb. oblig. & l. cùm ad præsens. ubi Bar. & alij, ff. si cer. pet. sicut facit ualere donationem sine insinuatione: quod suprà. Octauus effectus est, quia prælatus ecclesiæ potest res ipsius ecclesiæ alienare, etiam immobiles, gratia remunerandi beneficia & seruitia, c. relatum. & c. cùm in officijs. de testa. Not. Bart. post glos. l. iubemus. C. de sacrosanct. eccles. & l. iusta causa. per illum tex. de manu. uindi. Not. Io. And. in add. Spec. tit. de rebus ecclesiæ non ali. super rub. facit bene, quòd per d. l. iubemus. dicit, quòd generaliter Bart. in proœ. ff. ult. colum. quòd res aliàs prohibitæ alienari, possunt ex causa remunerationis alienari: & quod uult idem Bar. l. ambitiosa. j. col. ff. de decre. ab or. fac. Nonus effectus est, quia prælatus ecclesiæ potest alterare naturam feudi, ut remuneret seruitia recipientis. Et ideo, si feudum ecclesiæ erat solitum concedi ad tempus tantùm, uel in masculos tantùm, potest prælatus alterare, concedendo in langius tempus, aut in perpetuum, & in fœminas, pro remuneratione meritorum: quod multùm no. c. ij. §. j. de lege Corra. et c. j. quomodo feu. amit. Iacobus de Bel. & Nico. de Neap. c. j. qui feu. da pos. & Iac. Aluad. do. Card. c. ex parte. de feu. iij. col. Decimus effectus est, qui ponitur per text. l. unus libertus. ff. si quid in fraud. patro. quamuis aliud sit in parte, ut colligitur ex authen. unde, si parens. C. de inoffic. test. & ibi glos. Vndecimus effectus: licet minor, etiam cum decreto, rem immobilem donare non possit, l. fin. §. cùm autem. C. si ma. fac. & l. j. post princ. de tut. & ratio. distra. tamen propter beneficia & benemerita potest rem immobilem donare, secundum Roma. l. si ante nuptias. ff. sol. matri. Facit l. cùm in plures. §. cùm tutor. ff. de admini. tuto. Contrarium consuluit do. Franc. de Areti. licet de Ro. non faciat mentionem, consi. xxiiij. incip. Quatuor dubia. ulti. col. & ibi concludit, quòd pupillus cum authoritate tutoris, uel ipse tutor, potest facere donationem de re immobili propter merita, d. l. cùm in plures. et l. qui filiū. ubi pupil. edu. Tamen de re immobili putat, quòd donatio nullo modo ualeat, etiam cum decreto iudicis, motus per illud, quod in simili tenet Imol. d. c. cùm ex officij. Et dicit, quòd est intentio manifesta. Text. d. l. si. C. si ma. fac. qui text. pro certo non loquitur in remuneratoria donatione. Idem, quod do. Franc. tenet do. Anto. de Alexan. licet nullam de prædictis faciat mentionem, l. ij. C. si aduer. dona. per illum tex. quem ad hoc reputat singularem. Credo, quòd in puncto iuris melior sit opi. Ro. quòd res immobilis pupilli ex causa remunerationis donari possit cum decretò iud. Et ad hoc specialiter rētorqueo tex. l. ij. C. si aduer. dona. ubi tex. ult, illam donationem de re immobili, in qua erat obligatio antidoralis, ideo nō ualere, propter authoritatem senatusconsulti: hoc est, quia nō interueniat decretum iudicis interueniset, ualuisset donatio. Vide text. Et ibi Paul. de Cast. perpendit de hoc, & dicit, quòd est mirabilis tex. Sed sumendo argumentum à

contrario

contrario sensu esset contra l. fi. C. si ma. fac. Sed certè hoc nihil obstat, cùm illa l. fin. nõ loquatur in donatione remuneratoria. Ad idem pondera tex. l. non solùm. C. de prædi. mi. uers. & multò magis, iuncto text. uer. & sine causa cognita, quia passus est difficilis, & subtilis. Duodecimus effectus est, quia seruitia faciunt præsumi remißionem iniuriarum inter inimicos, l. in ipsius. & ibi notat Bal. C. fami. ercis. Facit l. liberis. & l. fratris. & ibi Bal. not. C. de inoffi. test. Tertiusdecimus effectus est in l. no. quæ incipit, ædẽ. §. fin. & l. sequenti, ff. manda. Quartusdecimus effectus est, quia acquirere obligationem antidoralem, est facere lucrum, propter quod furtum committi potest. Text. habes not. l. si pignore. ff. de fur. Quintusdecimus: quia obligatio ad antidora, si ducitur in pactum, contrahitur usura: putà, si mutuo tibi c. ducatos gratis, cum pacto, quòd alia uice tu mutues mihi tantundem, est usura: gl. est sing. c. plerique. gl. fi. xiiij. q. iij. do. Abb. c. cõsuluit. ult. col. de usu. & ibi plenius per do. Lau. de Rodul. Et ad hoc uide, quæ no. gl. contra statutum Bononiẽse, cle. j. uerbo, onera. de usur. Sextusdecimus effectus, quòd licet aliàs donatio omnium bonorum, uel maioris partis, ipso iure reuocatur per superuenientiam filiorum, l. si unquam. C. de reuo. dona. Bar. l. Titia. §. si imperator. ff. de leg. ij. tamen donatio remuneratoria non reuocatur propter natiuitatem filiorum. Ita sing. tenet Ang. d. l. si unquam. motus, quia lex illa ponit nouum casum exorbitantem à regulis iuris. Ergo dic intelligẽdum in propria donatione, quæ ex mera liberalitate procedit, l. j. in prin. ff. de dona. non autẽ in donatione remuneratoria, quæ non est propriè donatio. Sequitur Ro. consil. suo xxvj. incip. Pro decisione communi. & l. si uerò. §. de uiro. xlviij fallentia, ff. sol. mat. do. Alex. cons. cccxciiij. inci. Pulchrè: & consil. cccccxxv. incip. Super primo dubio. & consil. dlxj. Quantum autem pro confirmatione, quòd donatio remuneratoria non sit propriè donatio, adde Bartol. rub. ff. & per do. Abb. rub. Extra de dona. Septimusdecimus effectus: quòd licet talis donator habeat beneficium à lege, quòd non poßit exigi ultra, quàm facere poßit, & sic deducto ne egeat, l. sunt, qui. ff. de re iud. tamen donator propter benemerita tenetur ultrà, quàm facere poßit, secundum Ang. & do. Alex. l. non tantùm. ff. de re iudic. Et idem do. Alex. d. l. sunt, qui. & Ro. prædicto consil. xxvj. Decimusoctauus & ultimus effectus, quòd licet in donatione, quando incipit à traditione, si euincatur res donata, non tenetur donator de euictione, ut l. Aristo. §. fin. & ibi glo ff. de dona. tamen in donatione remuneratoria, licet incipiat à traditione, tenetur donator de euictione, secundum Bart. l. Iulianus. §. qui fundum. ff. de uerb. oblig. & l. idem, quia. §. fin. ff. mand. do. Alex. consil. suo ccccxij. incip. Visis instrumentis. Limita prædictos effectus, ut procedant, donec uiuit ille, qui seruitia recipit: sed eo mortuo, effectus obligationis antidoralis non transit ad eius hæredes, tanquam sit personalis. Ita tenet Bartol. l. ambitiosa. ff. de decre. ab. ordi. fac. j. col. Imò plus uult, non posse grauari hæredem ad remunerandum, per text. l. eius ff. si quid in frau. pa. Adde, an propter istam obligationem detur actio, sicut in obligatione naturali oriens ex pacto. Vide, quas posui in litera O. §. obligatio ad antidora.

donatio inter uiuos facta ecclesiæ, tam de bonis præsentibus, quàm futuris, an ualeat? & hoc, quia est priuare quem facultate testandi. De quo uide, quæ posui in litera F. §. facultate testandi.

donatio facta à minore xxv. annis cum iuramento, an ualeat, etiamsi donet omnia sua bona? Vide latißimè per Felin. c. in præsentia. de proba. uer. in tex. ibi, iuramento firmaui, nu. 8. col. 438.

donatio iurata si affert enormem læsionem, an iurans poßit petere absolutionem à iuramento. Vide, quæ posui in litera P. §. patiens damnum.

¶ Dormitio an sit necessaria in celebrante. Vide, quæ posui in litera P. §. presbyter ebriosus.

¶ Dos quando poßit peti coram iudice seculari? Vide Feli. c. licet. de foro compe. uersi. respectu dotis. nu. 1. col. 209.

dos est priuilegiata: quia reus in causa dotis tenetur edere instrumẽtum suum actori ad intentionem fundandam, sicut fisco. Vide, quæ posui in litera L. §. instrumentum suum reus tenetur edere actori ad intentionem fundandam in causis pijs.

dos quæ fuit confessata per maritum, uidelicet quòd fuit recepta, quæ tamen non fuit numerata: dic, quòd si maritus, constante matrimonio confitetur dotem se recepisse, quam nõ habuit, non præsumitur confiteri animo donandi, sed spe futuræ numerationis. Ita Dy. cons. suo. incip. Quæritur, utrùm. & Bal. cons. suo inci. Constante matrimonio. Ang. consil. suo incip. And. Io. & Pet. de Anch. cons. suo. inci. Nulli dubium. Salic. l. ij. C. de dote cau. non nu. Fel. si cautio. de fi. instr. uers. in eadem. gl. ibi. nu. 71. col. 1005. par. ij. Adde, quòd contrarium tenuit Io. And. in Spec. rub. de dona. inter ui. & uxo. uidelicet, quòd maritus, qui confessus est se recepisse dotem constante matrimonio, quam non recepit, quòd præsumitur animo donandi fecisse cõfeßionem in fraudem donationis prohibitæ inter uirum & uxorem. Et istam opi. Ioã. And. tenuit Bal. l. j. C. de do. an nup. Ang. l. si ita stipulatus fuero. §. si tibi nupsero. ff. de uerbo. oblig. Paul. de Cast. cons. suo cxx. incip. Visis & consideratis omnibus. Cal cons. suo iij. ti. de dona. inter uir. & uxor. Si ista opi. istorum esset uera, esset magni effectus: quia talis donatio non confirmaretur morte mariti, sed posset opponi exceptio dotis non numeratæ, usque ad tempus, l. fin. & authen. ibi posita, C. de dote cau. non. nu. De quo uide Fel. d. c. si cautio. uersic. alij dicunt col. 1005. Adde, quòd fallit ista conclusio istorum Doctorum in confeßione mariti, quæ esset inæqualis genere: quia præsumitur facta animo donandi, & ualet, ut remuneratoria: do. Abb. c. & si necesse. de dona. inter uir. & uxo. j. col. uers. ex quo not. Bar. l. si diuortio. ff. de uerb. oblig. Felin. d. c. si cautio. col. 1006. uer. fallit tamen? Itẽ fallit ista conclusio in confeßione, quæ fieret in ultima uoluntate: quia non præsumitur tunc facta spe futuræ numerationis, sed animo donandi. Fel. d. c. si cautio. col. ead. uer. alleg? Dic tamen, quòd si maritus superuixeret, posset reuocare talem donationẽ: de quo uide Felin. d. c. si cautio. col. 1007. uer. & adde, quòd si maritus? Econuersò si uxor præmoritur, hæredes uxoris nihil possunt petere. Ita Felin. d. c. si cautio. v. col. uer. fallit uerò. col. eadem. Circa istam materiam dotis uide latè per Feli. d. c. si cautio. à nu. 71. usque ad nu. 77. col. 1005. 1006. & 1007.

dos unius ecclesiæ potest præscribi per aliam ecclesiã spacio xl. annorum: de quo uide, quæ posui in litera B. §. bona ecclesiarũ possunt præscribi.

doti renunciare non potest filia: est enim loco alimentorum. Ita Feli. c. si diligenti. de foro competenti. uer. sextum corollarium. nu. 7. colum. 214.

¶ DVBIA probatio unius partis clarificatur, & certificatur ex cõfeßione alterius partis. Ita. do. Abb. c. cùm Ioannes. de fide instru. iij. col. uer. Item no. quòd probatio. Et ita limitat dictum Innoc. c. cùm contingat. de offic. deleg. Adde Feli. d. c. cùm Ioannes. uersi. in tex. ibi, in iure inconfessa. nu. 10. col. 957.

¶ Dubiùs in fide an semper sit infidelis? Text. c. j. de hære. quòd sic. Adde & limita, quòd oportet, quòd ista dubietas sit cum perseuerantia: aliàs non: do. Abb. d. c. j. in princ. & ibi Felin. in princ. nu. 1. col. 1085. Item limita, nisi quis per simplicitatẽ erraret in fide. Inno. rub. de sum. trini. & fi. catho. Fel. d. c. j. col. eadem. Item limita, nisi quis dubitaret circa non necessaria ad salutem: quia non esset infidelis. Felin. d. c. j. col. 1086. Item limita, nisi essent opiniones inter Doctores: quia eligens unam, non est infidelis. Innoc. c. ne innitaris. de consti. Tamen intellige sano modo: quia si istæ opiniones essent de pertinentibus ad fidem, non est aliqua tenenda ante determinationem. Vide Felin. d. c. j. nu. 4. col. 1086.

¶ Duces, qui sunt constituti domini in aliqua prouincia per priuilegium Papæ, seu imperatoris, an poßint legitimè restituere famæ, & similia: uide, quæ posui in litera S. §. si sunt constituti

¶ Duo uiri requisiti loco notarij: de quibus c. quoniam contrà. de proba. an isti uiri teneantur iurare officium suum legaliter exercere. Hosti. c. quoniam contrà. de proba. tenet, quòd non: quia dicit, quòd hoc non reperitur cautum iure. Et idem tenet Ioan. An. & Anto. de Butr. Adde, quòd do. Abb. d. c. quoniam contrà. xxj. col. uersi. circa personas, tenet cõtra Host. & dicit, ex quo isti duo uiri succedunt loco tabellionis, tenentur iurare officium suũ exercere rectè. Tamen dicit, quòd sufficit præstare istud iuramentum iudici in absentiã partium. Istam opi. Abb. tenuit etiam Bald. d. c. quoniam cõtrà. Et idem tenet Feli. ibi uer. tertiò quæro, utrùm isti. nu. 42. col. 542. Adde quod pulchrũ est uidere, si isti duo uiri cõmitũt falsum, an poßint puniri de falso ordinariè? Vide Fel. d. c. quoniã cõtrà. d. uer. et col. Itẽ adde, an isti duo uiri efficiũtur propter hoc

hoc tabelliones causæ: Bald. d. c. quoniam contra. tenet, quòd non: & ideo si statutum dicit, quòd tabellioni falsum cõmittenti amputetur manus, isti non comprehenderentur. Et istam opi. Bal. sequitur Felin. d. c. quoniam contra. d. uer. & col. Item quæritur, utrùm unus de istis duobus uiris poterit substituere tertium ad scribendum, & postea se subscribere? Host. & Io. An. d. c. quoniam cõtra. tenet, quòd non. Innoc. ibi tenet contrarium, & eum sequitur do. Abb. uersi. sed quæro, nunquid. Vide Fel. d. c. quoniam cõtra. uer. quarto quæro, utrùm. nu. 43. col. ut s.

duo testes an sint sufficientes ad probandum omne crimen: & etiam, an poßint probare, quòd quis sit infamis: uel econtrà, quòd quis sit bonæ famæ? Vide, quæ posui in litera T. §. testes duo.

duæ probationes an coniungantur ad faciendam unam probationem integram? Vide, quæ posui in litera P. §. probationes imperfectæ. Et adde Fel. c. ueniens. el ij. de testi. uer. ultimo. nu. 4. col. 767.

duobus ingrediẽtibus castrum pone, quòd fit præconium, quòd qui primò ingressus fuerit tale castrum, habeat centum: duo pariter ingreßi sunt, an quilibet debeat habere præmium in solidum. Fel. ponit c. capitulum. de rescript. uer. de duobus ingredientibus. nu. 17. col. 880.

duobus peruenientibus ad brauium: pone, quòd positum sit præmiũ in centum, quòd qui priùs uenerit ad talem locum, habeat cẽtum: duo pariter uenerunt, an debeant habere in solidum, uel iteratò currere? & an isti duo, an uero omnes? Ponit Fel. c. capitulum. de rescrip. uer. de duobus ad brauium. nu. 18. col. ead.

E

EBrietas Sola non est sufficiens causa depositionis: imò ebrietas, si est rara, est peccatum ueniale, §. criminis. xv. dist. Fel. c. si constiterit. de accus. in princ. nu. 2. col. 779. Adde, quòd ebrietas facit delictum mitiùs puniri. Bar. l. respiciendum. §. delinquunt. ff. de pœ. Adde Cyn. l. si quis, non dicam, rapere. C. de episco. & cleri.

¶ ECCLESIA an teneatur soluere collectas, seu onera imponendà à populo pro possessionibus, uel prædijs obuenientibus ad ipsas ecclesias. Vide, quæ posui in litera S. §. statutum laicorum an ualet. Fallit in aliquibus casibus, ut ibi.

ecclesia an ligetur statuto laicorum: putà, quòd statutum dicat, quòd uenditio non teneat, nisi fiat priùs proclama in palatio, an quis uellet cõtradicere. Vide Fel. c. ecclesia sanctæ Mariæ. de const. nu. 85. uersi. primum notabile est. col. 286. Et adde, quæ posui in litera S. §. statutum laicorum.

ecclesia an poßit aliquẽ priuare militia in foro pœnitentiali & contentioso. Fel. de iudic. c. cùm non ab homine. nu. 8. col. 91.

ecclesia an sit de territorio, uel de destrictu? ponit Feli. c. cã te. de rescri. uer. cæterùm quando de materia. nu. 16. col. 487.

ecclesia uniuersalis est unica, & an errare poßit. Fel. de sum. trini. & fide Catho. c. firmiter. nu. 5. col. 30.

ecclesia an debeat soluere gabellas de donatione, siue alienatione. Vide in litera S. §. statutum laicorum, quod disponit, quòd gabella.

ecclesia si destruatur, an debeat habere legatum? Vide, quæ posui in litera L. §. legatum factum pro alimentandis.

ecclesia quando dicatur collegiata. Feli. c. in nostra. de rescrip. uersi. item scias, quòd non sequitur. nu. 27. col. 933.

ecclesia, quæ habet prælatum hæreticum, an perdat iura sua, quo ad proprietatem? & quid de possessione. Ponit Fel. c. inter. de maio. & obe. nu. 3. uer. in quantum concludit Abb. col. 1324.

ecclesia si offenditur, quilibet de clero auditur in concernentibus interesse ecclesiæ. Ita Feli. c. dilecti. de maio. & obe. uer. quilibet de clero. nu. 2. col. 1348. Adde tu, quòd imò, quando offenditur ecclesia, uel clericus, est publicum crimen, ut l. si quis in hoc. C. de episc. & ibi Bart. & sic quilibet de populo auditur. Adde, quòd crimen simoniæ est crimen publicum, ut l. si autem. C. de episc. & cleri. Vide Bartol. & Bald. rub. C. qui accus. non pos. iiij. & pen. col. Ade de Bald. l. reos. vj. col. c. de accus. Bar. l. j. §. huius studij. ff. de iusti. & iure.

ecclesia an perdiderit ius, quod habet in filijs natis ex coniugio presbyterorum, ex quo lex non fuit seruata, quæ habetur c. cùm multæ. xv. q. ultima. Vide Feli. c. j. de treug. & pace. uer. intellige sanè, circa finem uersic. colum. 1383.

ecclesia episcopalis an habeat fiscum: do. Car. cle. ij. de hæret. tenet, quod sic, vj. q. contrarium uidetur sentire Bal. rub. C. de iure fisc. & authen. bona damnatorum. C. de bo. dam. Feli. ponit c. excommunicamus. de hære. in prin. nu. 1. col. 1106.

ecclesia mouet bellum iustè in duobus casibus, uidelicet contra inimicos fidei, & contra impugnãtes ecclesiam: gl. c. excõmunicamus. de hæret. uerbo, reuixerit. xxiiij. q. ij. in summa. Adde aliũ casum, quando subditi imperatoris essent ei rebelles. Vide Fel. d. c. excommunicamus. uer. in gl. in uerbo, reuixerit. nu. 7. col. 1111.

ecclesia gaudet immunitate circumcircà per quadraginta passus. Ita gl. c. sicut antiquitas. xvij. q. iiij. Et ideo, qui fugit ad cœmiterium, est tutus. Feli. c. cùm pro causis. de senten. excõmu. uer. nota, quòd uiolans. nu. 2. col. 1188.

ecclesia potest agere pro iniuria illata clerico: tamen de hoc est uarietas inter doctores. Tu uide Fel. c. contingit. el j. de senten. excõ. uersi. in gl. prima, ibi. nu. 3. col. 1209.

ecclesia sita in parochia alterius ecclesiæ, quis debet præsentare ministrum in dicta ecclesia, an episcopus loci, an rector parochialis ecclesiæ. Vide s. §. ecclesia sita in diœcesi. in fi.

ecclesia an restituatur contra præscriptionem: & sic, an habeat quadriennium ad petendam restitutionem in integrum? do. Abb. c. j. de præscri. iiij. col. uer. ulteriùs quæro. nu. 3. multa dicit, & finaliter tenet, quòd ecclesia restituitur in integrum aduersus præscriptionem intra quadriennium. Et idem tenuit do. Abb. consil. suo xxxij. j. uol. incip. Casus contingentiæ. & cle. j. de restit. in integ. Adde, quòd Host fuit uarius d. c. j. & tenet, quòd ecclesia restituitur aduersus præscriptionem: sed postea in summa in tit. de in integ. resti. §. iij. circa fi. tenuit contrarium. Adde tu, quòd cõmunis opi. est, quòd ecclesia restituitur aduersus præscriptionem, quam tenuit Bartol. authen. quas in actiones. C. de sac. san. eccles. ult. col. uersi. quærit gl. & ibi Paul. de Cast. Imo. cle. j. de resti. in integ. & ibi do. Card. viij col. uer. nonò quæro. Adde Fel. d. c. j. de præscrip. uersi. dum solenniter. nu. 8. col. 176. Adde tu pro confirmatione istius opi. & dic, quòd ecclesia habet restitutionem in integrum in contractibus, in quibus interuenit uerus & expressus consensus ecclesiæ, c. j. de in integ. resti. in vj. & c. j. eod. tit. in antiquis: quantò fortiùs habebit restitutionem aduersus præscriptionem, ubi nõ interuenit uerus consensus ecclesiæ, sed tantùm tacitus & fict us. Item ecclesia restituitur aduersus præscriptiones iudiciales, quæ sunt fauorabiliores, ut litium finis imponatur, c. j. & ij. de in integ. rest. in Sexto: quantò magis restituitur aduersus præscriptiones extraiudiciales. Et ideo hanc opi. do. Abb. tene: quia cõmunis; & probatur per tex. cle. de resti. in integ. & etiam cum istis medijs hìc adductis. Et quadriennium, quod datur ad petendam restitutionem in integrum, quando incipiat currere, uide, quæ posui in litera Q. §. quadrimestre tempus.

ecclesia læsa enormißimè, potest petere restitutionem in integrum, etiam post quadriennium: de quo uide in litera L. §. læsio enormißima.

ecclesia potest petere restitutionem in integrum aduersus laudum lædens ipsam ecclesiam enormiter: & hoc, etiamsi laudum emologatum fuit: & etiam lapso quadriennio dato ad petendam restitutionem: &, etiamsi compromissum sit iuratum per prælatum. Lu. consi. suo ccclxix. incip. Circa primum. Adde Fel. c. j. de præscrip. ij. uer. & adde, quòd sicut ignorantia. nu. 9. col. 177.

ecclesia an obligatur ad seruitutes per spacium l. annorum sine titulo? Vide, quæ posui in litera S. §. seruitutes an acquirantur per præscriptionem.

ecclesia præscribit contra aliam ecclesiam spaciò xl. annorum, bona & iura spiritualia: & etiam dos ipsius ecclesiæ: de quo uide, quæ posui in litera B. §. bona ecclesiarum possunt præscribi.

ecclesia collegiata quæ dicatur? & quomodo cognoscatur? uide do. Abb. c. nobis. de iure patro. ij. col. & Arch. c. monasterium. xvj. q. vij. Old. consi. suo cclxxxj. inci. quod prioratus. Vide do. Card. cle. ij. de ætate & quali. iiij q. Vide Fel. c. accedentes. de præscri. uer. dixit etiam Old. nu. 2. col. 249.

ecclesia: an cõtra eã currat præscriptio. Vide, quæ posui in litera P. §. præscriptio nõ currit contra ecclesiã. & §. præscriptio nõ currit contra ecclesiam inferiorem.

ecclesia

ecclesia an possit errare in canonizatione sanctorum? Vide per Feli. c.uenerabili. de testi. in prin. ibi: & solet dubitari. nu. 2. col. 825.

ecclesia, quæ est damnificata propter negligentiam sui prælati, poterit agere contra hæredes ipsius prælati: de quo uide, quæ posui in litera P. §. prælatus potest cogi.

ecclesia polluta quibus expensis sit reconcilianda. Vide §. episcopus si reconciliat.

ecclesia subiecta pleno iure, quando dicatur? do. Abb. c. auditis. de præscri. in iiij. col. no. dicit, quòd ecclesia tunc dicitur subiecta pleno iure, quando episcopus nullum ius episcopale in ea exercet. Idem tenet Inno. c. pastoralis. de priuil. in fi. Dic tamen, quòd propter hoc ille non debet conuertere ecclesias in proprios usus: quia solùm subijcitur ecclesia in temporalibus & spiritualibus. Et plus dixit do. Abb. c. quærelam. de electio. in prin. quòd cardinales & commendatarij debent tenere ecclesias cõmendatas in priori statu, nõ diminuto diuino cultu solito. Et idem tenet c. de monachis. de præbẽ. in princ. Adde etiam, quòd si Papa dicit, subijcimus ecclesiam pleno iure, intelligitur in spiritualibus & temporalibus. Ita Inno. c. cùm inter. de re iudi. & ibi do. Abb. iij. col. & iiij. col. uer. tertio membro. ubi dicit, quòd ex tali concessione nullum ius est reseruatum episcopo. Vide etiam consilium Cal. tit. de dona. consil. vj. Adde Feli. d. c. auditis. uer. item in quantum ponit Abb. nu. 4. col. 293. Adde tamen, quòd dicit Car. consil. suo xlviij. inci. Reuerende pater. quòd habens ecclesiam pleno iure subiectam, non dicitur habere iurisdictionem quasi episcopalem in ea, nisi aliud dicatur. Et reprobat gl. cle. j. de re. ecclesiæ non alie. uerbo, proprij. quæ dixit, quòd habere ecclesiam subiectam pleno iure, est habere iurisdictionem episcopalẽ. Tu uide do. Abb. pro declaratione illius ℣. l. c. at si clerici. §. de adulteriis. vj. col. uersi. an autẽ in inferioribus. de iudic. Frid. de Senis consil. suo xiij. inci. Monachus Perusinus. Inno. c. ij. de transac. in fi. do. Abb. c. significasti. de foro compe. ij. col. & c. j. de uoto. ij. col. & c. sicut unire. de excess. præla. ij. not. & c. de monachis. ij. col. & c. de monialibus. in fi. de senten. excom. Ant. de But. consil. suo xix. inci. quia hic. Adde Feli. d. c. auditis. de præscri. uer. adde etiam. nu. 23. col. 306. do. Abb. disput. sua inci. Duo clerici. xxxiij. col. ubi latè ponit, quid importet habere ecclesiam subiectam pleno iure. Et uide gl. cle. j. de excess. præla. uerbo, pleno iure. & ibi Car. vj. opp. & etiam ibi Imol. iiij. col. do. de Rota tit. de præben. decis. xvij. in antiquis.

ecclesia nõ accept. uit dispositionem authen. hoc ius porrectum: do. Abb. c. cùm causa. de re iudic. vj. col. uer. not. bene. Et idem tenet Ant. de But. c. Iohannes. de cle. coniug. iij. col. uer. oppono quartò. do. Abb. c. j. de testi. in integ. v. col. uer. tamen iste casus. Frid. de Senis. consi. ccxlix. inci. do. Michael. Adde Fel. d. c. cùm causa. uersic. dum dicunt etiam prædiit. nu. 10. col. 459.

ecclesia quando in totũ eximitur à iurisdictione episcopi diœcesani? Vide §. episcopus cum consensu capituli. Adde, quòd do. Abb. c. cùm inter. de re iud. iiij. col. uer. in tertio mẽbro. dixit, quòd quando Papa concedit alicui ecclesiam pleno iure, uidetur concessisse omnia iura episcopalia. Et uide etiam Fel. c. auditis. de præscri. in loco allegato, ubi ℣. nu. 6. col. 294.

ecclesia restituitur aduersum confessionem prælati, si ex ea est læsa: de quo uide, quæ posui in litera C. §. confessio prælati quando noceat ecclesiæ.

ecclesia regulariter non confertur ad tempus. Fallit, quando episcopus daret in commendam: c. nemo. de electio. in vj. Fallit etiam in Papa: quia potest conferre beneficia ad tempus, c. gratiosè. de rescrip. in vj. Fel. c. si constiterit. de accus. in principio. col. 770.

ecclesia an habeat bannum, seu exilium, etiam respectu clericorum: do. Abb. c. j. de calum. & ibi text. uidetur dicere, quòd sic: & habes text. c. qui contra. xxiiij. q. j. tex. c. in synodo. liij. dist. & c. felicis. de pœnis. in vj. Vide Feli. c. j. de calum. uersi. no. quòd ecclesia, hoc est, prælatus. nu. 3. col. 950. Adde, quòd uidetur, quòd iudex ecclesiasticus non possit imponere pœnam exilij, per text. c. ij. de cleri. excõmuni. minist. & text. c. cùm non ab homine. de iudic. in fi. ubi uide do. Abb. ix. col. & Fel. ubi suprà. Adde tu, & dic, quod uerior opi. est illa, quòd ecclesia habeat bannum, ut per gl. c. quod clericis, de foro compet. do. Abb. d. c. cùm non ab homine. Et dic, quòd ecclesia ultra pœnam banni, seu exilij, habet pœnam uerberum, c. in archiepiscopatu. de rapt. & etiam multas alias pœnas, ut notat gl. c. ad reprimendam. de offi. ordi. Ioan. And. c. pro humani. de homi. lib. vj. Adde etiam, quòd ecclesia potest facere imprimi characterem in faciem, c. ad audientiam. de falsis. & inducit etiam seruitutem, c. ita quorundam. de Iudæ.

ecclesia an teneatur ad confectionem inuentarij. Fel. ista ponit c. ecclesia sanctæ Mariæ. de const. uer. & ista latè deducit. post nu. 66. col. 269. & inde. Adde tu, quòd ista est q. quæ nondum bene est decisa: & uario modo locuti sunt, tam glossatores, quàm Scribentes. Bar. in uarijs locis tangit hanc q. primò l. j. C. de sac. san. eccle. in repetitione: secundò l. fi. C. de iure deliber. authẽ. sed cùm testator. C. ad l. Falcid. & in istis locis uariauit. Vnde pro clariori intelligentia reassumam totam materiam, & ponam, quid dicendum, tam in ecclesia, quàm in ecclesiasticis personis? & utrùm teneantur ad confectionem inuentarij? & dico, quòd nec ecclesia, nec ecclesiasticæ personæ tenentur ad confectionem inuẽtarij: & per consequens, nõ tenentur ultra uires hæreditarias: & sic nõ patiuntur pœnas statutas contra non facientes inuẽtarium. Ita tenuit Bart. l. j. C. de sac. san. eccles. in repe. & l. fi. C. de iure delib. quãuis authen. sed cùm testator. aliter dixit. Et quòd ecclesiasticæ personæ debeant habere hoc priuilegium, sicut ecclesia, probatur à simili: ecclesiasticæ personæ æquiparantur militibus armatæ militiæ, l. sac. san. C. de epi. & cleri. & no. l. milites. ff. de re iud. Sed milites non tenentur ad confectionem inuentarij, si adeunt hæreditatem, ut in iuribus allegatis. Idem ergo est dicendum, si presbyter, uel ecclesia adiret hæreditatem. Et hoc sentit Bar. d. l. fi. C. de iure deli. De hoc etiam uide do. Alex. d. l. fi. Adde etiam Modernos c. j. de sol. & rubr. ff. de acquir. hære. Bartol. authen. de hære. & Falcid. in fin.

ecclesia est priuilegiata, quia reus debet edere ei instrumẽtum ad intentionem fundandam, sicut fisco. Vide, quæ posui in litera I. §. instrumentum suum reus tenetur edere actori ad intentionẽ fundandam in causis pijs.

ecclesia substituta an excludatur per natiuitatem filiorum. Vide, quæ posui in litera F. §. filij si nascantur.

ecclesia instituta hæres, utrùm possit detrahere Falcidiam de legatis factis ad pias causas, uel ad alias ecclesias, uel de legatis factis, ut expendantur pecuniæ in fabrica piæ? Vide, quæ posui in litera S. §. substitutio facta in defectum liberorum.

ecclesia acquirit sibi ius petendi census ex sola consuetudine præstandi: de quo uide, quæ posui in litera S. §. soluens ecclesiæ.

ecclesia quãdo nominatur: putà in impetratione, aut in alia re occurrenti, an nomen sancti ipsius ecclesiæ sit exprimendum? Vide per Feli. c. cùm accessissent. de consti. uer. & quando. nu. 1. col. 173.

ecclesia pro delictis potest imponere uarias pœnas, quas enumerat Felin. c. cùm non ab homine. de iudic. uersi. respectu pœnæ exilij. nu. 7. col. 91.

ecclesia uacans: contra eam non currit quadriennium. Ita Feli. c. cùm deputati. de iudi. uersi. ecclesiæ carenti. nu. 7. col. 146.

ecclesia uacatura: pone, quòd scribatur sic pro aliquo, ut prouideatur sibi de ecclesia uacatura, an uenit etiam illa, quæ uacat tempore datæ. Adde, quid si Papa sciuisset, quòd ecclesia uacabat, an ueniat in concessione gratiæ? Vide Fel. c. constitutus. de rescri. uersi. si scribitur. nu. 22. col. 635. Adde, quid si dicatur, si qua tunc uacat, neq; additur, de uacatura? Vide ubi ℣. Adde, quid si mandatur prouideri de uacatura, intelligitur de prima. Felin. ubi suprà, col. 635, etiãsi nõ dicatur.

ecclesiæ denominatio si aliter nõ dicatur, intelligitur de ecclesia domicilij. Vide, quæ posui in litera L. §. legatum factum ecclesiæ.

ecclesiam unicam quam quis habet, potest illam cum pluribus permutare. Ita do. Abb. c. cùm uenerabilis. de excep. iij. not. Hoc intelige, in habente plures ecclesias de iure cõmuni: quia tunc possum cum illo permutare: sed si haberet illas ecclesias plures cum dispẽsatione, tunc permutatio non potest fieri. Adde Fel. d. c. cùm uenerabilis. in prin. col. 54.

ecclesiæ inferiores an possint sine episcopo statuere? ponit Fel. c. cùm omnes. de consti. uer. & hoc dictum limita. nu. 11. col. 101. Adde tu, quòd inuenio, quòd ecclesiæ inferiores constituunt procuratorem de iure canonico sine consensu episcopi. Ita Inno. c. imperatorum. de iura. calum. Tamen glos. ibi tenuit contrarium: de quo uide But. c. edoceri. de rescrip. & do. Abb. d. c. imperatorũ. Adde, quòd

quòd de iure ciuili est secus: quia in nullo casu ecclesiæ inferiores constituunt procuratorem, l. omnes. §. nihilo minus. C. de epis. & cler. Lud. Ro. sing. xl. uers. ecclesiæ. & uer. quæro, nunquid.

ecclesiæ inferiores an possint facere statuta sine consensu sui episcopi? Tangit do. Abb. c. cùm omnes. de consti. ij. col. uer. nunquid autem. Dic tu, quòd in grauibus non possunt: Et hoc modo intelligitur Inno. d. c. cùm omnes. Adde Fel. d. c. cùm omnes. uer. & hoc dictum limita. nu. 11. col. 101. Vide ℣. §. ecclesiæ inferiores.

ecclesiæ collegiatæ an possint facere statuta. Vide Feli. c. cùm omnes. consti. uer. demum in hac materia. nu. 14. col. 105.

ecclesiarum appellatione in materia odiosa & pœnali non uenit hospitale, nisi sit religiosorum: Domi. de sanc. Gemi. c. cupientes. §. j. de elect. in vj. iij. col. Adde Feli. c. de quarta. de præscri. uer. & q. omne hospitale. nu. 14. col. 192.

ecclesiæ sitæ in diœcesi: earum prouisio pertinet ad episcopum loci de iure communi, etiam in temporalibus: ita do. Abb. c. cùm uenerabilis. de excep. xv. col. uer. nunc extra gloss. Et in quantum dixi, quòd prouisio ecclesiarum, etiam in temporalibus, pertinet ad episcopum loci, non tamen intelligas, quòd ipse episcopus possit cõuertere reditus ipsarum ecclesiarum ad proprios usus, sed debet expendere in fabricam illarum ecclesiarum, aut seruare successori. De quo uide domi. Abb. loco præalle. Adde, quòd regulare est, quòd prouisio ecclesiarum, quæ subest plebibus, uel alijs ecclesijs inferioribus, spectat ad episcopum. Inno. c. cùm uenerabilis. Et idem tenet Anton. de Bu. c. fi. de cau. posses. & propri. j. col. Vide Felin. d. c. cùm uenerabilis. num. 32. uersi. circa dicta Abb. col. 68. Et dic, quòd in tantum est uera ista regula, quòd si fundator ecclesiæ ordinaret, quòd institutio ipsius ecclesiæ esset inferioris prælati, putà abbatis, uel præpositi, uel alicuius canonici, & non episcopi loci, quòd talis ordinatio non ualeret, & institutio pertineret omnino ad episcopum. Inno. c. in Lateranensi. de præben. in fi. domi. Abb. c. requisisti. de testa. pen. col. uer. ex quo infero. & c. nobis. de iure pa. ij. col. uer. ex hoc infero. Bartol. l. quoties. §. fi. de admi. tut. Et fortius dic, quòd si testator dixisset in testamento, Volo, quòd de bonis meis fundetur ecclesia, & dotetur & gubernetur per talem abbatem, & non per episcopum: & quòd si illa ecclesia non gubernaretur, ut ipse ordinauit, irritabat et reuocabat omnem ordinationem suam, tamen istis non obstantibus reijcitur ista pœna, & ualet legatum: do. de Rota ti. de testa. deci. vij. incip. Factum tale est. in antiquis. Vide Felin. d. c. cùm uenerabilis. de excep. uersicu. amplia secundò: nu. 33. col. 68. Adde, quòd ista regula fallit in aliquibus casibus. Et primò, in ecclesijs, quæ sunt de titu. Card. quia etiamsi illi Cardinales non sunt episcopi, tamen conferunt illas ecclesias, et non episcopi loci, ubi sitæ sunt ecclesiæ illæ. Domi. de san. Gemi. c. j. de maio. & obe. in vj. v. col. Inno. c. dilectus. de capel. mona. Fel. d. c. cùm uenerabilis. uer. fallit primò. nu. 34. col. 68. Item fallit ista regula, ubi plebs, uel alia ecclesia inferior haberet ius instituendi ex causa speciali, scilicet ex priuilegio, uel præscriptione. Domi. de sanc. Gemi. in sum. xxj. dist. domi. Car. consil. suo lxvij. inci. Thema tale est. Felin. d. c. cùm uenerabilis. uer. fallit secundò. nu. 35. col. 68. Item fallit ista regula in beneficijs subiectis ecclesijs regularibus collegiatis: quia abbas cũ conuentu monasterij habet præsentare: & episcopus instituit. Domi. de san. Gemi. d. sum. xxj. dis. Host. in sum. de capell. mona. §. qd iuris. do. Abb. c. cùm deputati. de iudi. ij. col. uer. nunc quæro. Feli. d. c. cùm uenerabilis. num. 36. uer. fallit tertio. col. 68. Item fallit ista regula, quando ecclesia est sita in parochia alterius ecclesiæ. Ita Domi. de san. Gemi. d. sum. xxj. distinc. Arc. c. nullus. xvj. q. vij. Domi. de san. Gemi. c. capite. l. dist. Arch. c. plures. in prin. xvj. q. j. ubi dicit, quòd sicut quælibet ecclesia sita in diœcesi, est subdita episcopo loci: ita omnes capellæ in parochia alicuius plebis, sunt ipsius plebis. Arch. & Domi. de san. Ge. c. j. ne cle. uel mona. in vj. Intellige prædicta omnia, dũ modò ecclesia sita in parochia plebis, recognoscat plebem in patronum. ut putà, quia plebs dotauit illam ecclesiam. De quo uide Fel. d. c. cum uenerabilis. de excep. nu. 37. uer. fallit quartò. col. 69. Adde. quòd idem tenet do. Abb. d. c. cùm uenerabilis. xvj. col. uer. tertiò no.

¶ Ecclesiastica persona potest præscribere iurisdictionem temporalem. Ita Fel. c. fi. de iudic. uersic. not. etiam. nu. 3. col. 167.

¶ EDITIO instrumẽti quo iure petatur? Ponit Bar. l. quædã. j. col. uer. pro declaratione materiæ. ff. de eden. Sal. l. j. C. eo. Cy. l. instrumentũ. C. ad exhib. Car. cle. j. §. cæterũ. iiij. q. de usuris. Adde Fel. c. j. de proba. in fi. nu. 32. col. 389. Et istud procedit inter uiuos. Adde, quid in ultimis uoluntatibus? Vide Bal. c. j. ff. quemad. testa. ampe. Adde Felin. d. c. j. uer. ultimò tangunt hæc omnes. num. eo. col. 389. parte ij.

¶ EFFECTVS nõ secutus in delictis, quãuis inchoatus, an sit puniendus? Vide, quæ posui in litera A. §. animum nocendi.

¶ EGREGIA persona si est examinanda à iudice, ut testis, an debeat uenire in iudiciũ, & deponere in præsentia iudicis? gloss. c. si qui testium. de testi. tenet, quòd nõ debet uenire in iudicio, sed ad eam iudex debet mittere examinatorem. Contrarium tenuit Goff. c. significauit. de offi. ord. & Io. An. d. c. si qui testium. Vide do. Abb. d. c. si qui testium. ij. col. uer. si autem. Adde Feli. d. c. si qui testium. uer. gloss. j. nu. 3. col. 605. parte ij. qui dicit no. bene, quòd l. ad egregias. ff. de iureiur. procedit de honestate. Sed dic tu, quòd contrarium tenuit do. Abb. d. c. si qui testium. ij. col. uer. & in contrarium. ubi dicit, quòd d. l. ad egregias. imponit necessitatem: quia dicit, Oportet: quod uerbum denotat necessitatem. Et plus dixit Cy. l. nec honore. C. de episc. & cleri. quòd egregia persona nõ potest renunciare illi l. ad egregias. Vide Feli. in hoc passu d. c. si qui testium. d. uer. & cpl. Adde tamen, quòd do. Ab. d. c. si qui testium. ij. col. uer. puto sic dicendum. limitat hoc, quòd ubi est talis causa, in qua testis debet deponere in præsentia iudicis: putà, quia criminalis, uel ciuilis ardua, deberet in isto casu persona egregia ire ad præsentiã iudicis, nisi iudex de gratia uellet ire ad ipsam. Et idem, si esset mulier. Adde Fel. d. c. si qui testium. d. uer. & col.

egregia persona quæ dicatur? Dic primò, doctor dicitur egregia persona: gloss. l. ad egregias. de iureiur. Item aduocatus dicitur egregia persona. Barto. l. j. C. de aduo. diuer. iudic. Item auditor sacri palatij. do. de Rota conclu. lxxxviij. in nouis. Adde Felin. c. si qui testium. de testi. uer. & dicitur doctor egregia persona. num. 6. colum. 607.

¶ ELECTIO non pot fieri per procuratorẽ cessante impedimento: pone, quòd canonicus non uult interesse electioni, & uult constituere procuratorem. Dic, quòd non potest, nisi sit impeditus: secus in alijs actibus: quia bene potest. Vide, quæ posui in litera C. §. Capitulum in quocunq; actu.

electio facta de criminoso, an sit ipso iure nulla. Ponit Feli. c. ex parte. de rescrip. uer. Collatio tamen facta. nu. 4. col. 380.

electio an comprehendat collationem, & an præsentationem, & an postulationem. Felin. c. in nostra. de rescrip. nu. 29. uersi. & similiter dicas. col. 934.

electio facta de nocte non ualet: gl. c. j. ut ec. bene. do. Abb. c. j. de clãdes. despon. Adde Fel. c. consuluit. de offi. deleg. uer. Collatio beneficij facta de nocte. nu. 20. col. 1143.

electio facta de aliqua prælatura, si appellatur ab ea, appellans ante omnia debet exprimere causas, cur impugnat electionẽ. Item debet iurare, quòd credidit illas esse ueras: quia altero istorum omisso non potest prosequi causam non expressam. Casus est c. ut circa. de elec. in vj. & cle. constitutionẽ. §. fi. eo. ti. Adde Fel. c. in causis. de testi. uer. Item in quantum Inn. nu. 4. col. 644. Adde, quòd fallit hoc, si pars non appellat, ubi facta est omissio istarum solẽnitatum: quia probatio poterit fieri, etiamsi non est expressa causa. Vide Fel. ubi ℣.

electio facta de prælato in aliqua ecclesia, licet non sit seruata forma canonis, tamen ualet, dum modò aliàs consensus sit purus. Vide, quæ posui in litera L. §. lex canonica, uel lex ciuilis.

electio prælati si est confirmata, dicitur diffinitiua sententia: de quo uide in litera C. §. confirmatio electionis.

electio in pœnis impositis alternatiuè à l. an datur reo, uel iudici: gl. fi. c. sicut. de Iudæ. tenet, quòd datur electio iudici. In contrariũ est gloss. l. quicunque. C. de ser. fugi. quam sequitur ibi Cy. Bart. Bald. & Ang. & uide Bar. l. j. §. expilatores. ff. de effrac. Abb. c. si diligenti. de fo. cõmpe. xiij. col. uer. quæro cum gloss. Et ratio est: quia in pœnis eligitur pars benignior, c. pe. de pœ. dist. j. & reg. in pœnis. de reg. iu. in vj. Vide Fel. d. c. sicut. uer. in gloss. fi. in prin. num. 2. col. 1067. Adde, quòd contrarium tenuit gloss. & ibi Domi. de sanc. Gemi. c. fraternitatis. xxxiiij. distinct. gloss. & Archi. xxj. q. ij. in sum. domi. Abb. & Imol. c. à crapula. de uita & honest. cle.

Bal.l.cunctos populos.C.de sum.tri.& fide cat.vj.oppo.& l.data opera.C.qui acc.non pos.viij.col.Sal.d.l.quicunque.Et istam opi.teneo.Tu uide Felin.d.c.sicut.d.uer.col.1067.Et uide,quæ posui in litera P.§.pœna pro delicto.ubi ad plenum de hoc.Adde,et limita istam communem opi.quando una pœna esset translata in aliam: quia cessat tunc electio iudicis, putà si diceret statutum, q, pro tali delicto soluat x.intra octo dies,uel amittat pedem: isto casu iudex non poterit eligere.ita Bald.l. cùm duobus. §. idem.el ij. ff.pro soc.Et sequitur Imol.l.ita stipulatur. ff. de uer.obli.Bald.l. commissoriæ.C.de pac.inter.emp.& uen.Felin.c.sicut.uer.limita eam primò.num.4.col.1067.Item limita,nisi uerba legis dirigantur ad partem.Bar.d.l.j.§.expilatores. ff.de effrac.Felin.d.c. sicut.uer.secundò limita. nu.5. col.1068. Item limita,quando lex loquitur alternatiuè argumentando:tunc enim electio non dabitur iudici.Felin.d.c.sicut.uer.item intellige hãc. nu.5.col. eadem. Item limita, quando iudex diceret reo, Elige, quàm pœnam uis. Feli.d.c.sicut.uer.quartò limita.nu.6.col.eadem. Item limita,nisi essemus in causa ciuili,ubi producta sunt multa remedia alternatiua in fauorem actoris,& sic contra reum:tunc enim reus poterit eligere.Felin.d.c.sicut.uer.quintò limita. col.ead. Item limita, quando in pœnis alternatiuis ex consuetudine pro delicto datur semper una certa pœna: quia isto casu iudex non poterit eligere: de quo uide Feli. d.c. sicut.uer.sextò limita. col.ead.ubi non bene hoc firmat.Item limita,nisi lex in pœnis alternatiuis daret facultatem iudici, ut imponat talem pœnam, & postea parti daret facultatem eligendi aliam:de quo uide Fel.d.c.sicut.septimò & ultimò.col.

electione facta de diuersis personis, potest concilium utrumque cassare:de quo uide Felin.c.ij.de præscri.uer. & adde, quòd ratione scandali.nu.2.col.182.

¶ Electores quidam fuerunt redarguti, quòd elegerant quendam ignobilem,qui responderunt, Petro piscatori successorem quærimus,non Augusto. Felin.de rescrip. c. cùm adeò. nume.7. colum. 597.

¶ Electus per electionem acquirit tantùm ius ad rem, non in re: do. Abb.c.super his.de accus.j.col.uer.no.quòd quando. Vide ibi Felin.uer.& in quantum.nu.1.col.793.Et uide,quæ posui §.electus quale ius acquirat per electionem.

electus sentit incommodum ex sententia lata contra electores, si sciuit,& non contradixit:do.Abb.c.ueniens.el ij.de testi.vj. col.uer. & ex hoc dicto.Vide tu gloss.c.hoc quippe.iij. q.vj. & c.cùm super.de re iud.& glos.c.cupientes.§.cæterùm.uerbo,nullum.de eiec.in vj.Bar.l.ij.C.qui.res iud.non noc.gloss.c.interrogatum.in uerbo,profitetur.ij.q.v.gl.fi.c.tantis.lxxxj.dist.Adde Fel.ad plenum,d.c.ueniens.uer.quartò no.nu.18.parte ij.col.773.

electus non consecratus debet legere suam sententiam per se, & non per alium.Vide §.episcopus electus.

electus quale ius acquirat per electionem:glos.c.quantò.lxiij.dist.dicit,quòd per electionem acquiritur ius prælaturæ:per confirmationem acquirit exercitium.Et illam gloss.sequitur do.Abb.c.nobis.de iurepa.iij.no.& c.sacrosanctæ.de elec.VideFel.c.cùm Bertoldus.de re iud.circa prin.nu.2. col.562. ubi adducit opi. multorum,qui tenuerunt,quòd per electionem acquiratur ius in re ipsi electo.Adde,quòd contrarium tenuit Ant.de But.c. in nostra. de rescrip.ult.col.uer.no.hoc dictum.Et idem tenet gloss. cle.j. ut lit.pen.uerbo, collato. quæ dicit, quòd beneficium dicitur uacans usq; ad confirmationem. Ergo electo non acquiritur ius in re. Et idem uidetur tenere Felin.d.c.cùm Bertholdus.uer.pro quo facit. nu.3.col.563.ubi plura adducit pro opi.ista.

electus & accusatus de crimine,et absolutus,an possit tertius iterum petere cassationem electionis,replicando,quòd sententia absolutoria sit lata ex falsis probationibus? Vide do.Abb.c.licet.de proba.x.col.uersi.secus,si iste sit talis.Adde Fel.d.c.licet.uers. quinta conclusio.nu.35.parte ij.col.497.

electus constitutus in peccato mortali non occulto,an talis electio ualeat? Vide,quæ posui in litera P.§.peccatum mortale an reddat electionem nullam.

electus & confirmatus an possit administrare ante installationem. Arch.tenet quòd non,c.eum,qui.de præben.in vj.Idem tenet Pet. de Anch.regula, sine possessione. de reg. iu. in vj. xx. col.uersic. subsequenter quæro. Imol. c.transmissam. ult. col. de elec. Felin. c.ne Dei.de simo. uer.utrùm autem.num.2. colum.1032.ubi ponit rationes pro opi. istorum: & primò, installatio inuenta esset frustra,c.ut nostrum.de offi.arch. Item, & secundò: post sententiam diffinitiuam requiritur traditio possessionis. Tertiò:idem est in tutore & usufructuario. Adde, quòd tamen istis non obstantibus contrarium tenuit Innoc. Anton.de But.domi.Abb. d.c.transmissam.Hosti.c.ex literis.33.col.de rest.spo.& Imol. c.cùm M.de const.xxvj.col. Et ratio est:quia iura requirentia installationem, loquuntur de solennitate,non de substantia.Vide Feli.d.c.ne Dei. num.vj.uer.tertiò, quia idem est. col.1033. Adde & limita istam contrariam partem Inno.& aliorum, nisi alius esset in possessione de facto:do.de Rota deci.iiij.in nouis.Feli.sequitur d.c.ne Dei. uer.& tenendo hanc partem.col.ead.Item limita,quãdo quis habuisset confirmationem ab eo, qui nõ esset ordinarius loci. Arch. xvj.q.ij.super gloss.summæ,uersi.sed qualiter. Felin. d.c.ne Dei. uersi.secundò limita.nu.6.col.1033.Item limita,nisi esset consuetudo,quòd fiat installatio.domi.Abb.c.transmissam. Felin.d.c.ne Dei.nu. 6.col.ead.uersi.tertiò limita.Item talis electus confirmatus non poterit administrare, si non leuasset literas Apostolicas. De quo est extrauagans Bonifacij VIII. & est regula cancellariæ.Fel.d.c.ne Dei.uer.quartò limita.nu.6.col.1033.

electo quis potest opponere. Inno.c.super his. de accus. tenet, quòd solùm habentes eligere possint opponere electo:dic tu,quòd si ille, qui uult opponere electo, uenit pro defensione ecclesiæ, quòd tunc omnes admittuntur,etiam laici.Domi.de san.Gemi.c.ut circa.de elc.§.j.v.col.Fel.d.c.super his.uer.extra gl.positam.Vide ibi Fel.latè nu.14.col.801.

electo,& confirmato,atq; consecrato potest opponi crimen commissum ante electionem,confirmationem,& consecrationem:de quo uide,quæ posui in litera C.§.crimen commissum.

¶ Electa industria personæ quando dicatur, & quomodo cognoscatur? dic,quando committitur factum, quod non potest per alium adimpleri.Tex.l.fideicommissa.§.fi.ff.de leg.ij.& ibi Bar.l.inter artifices.ff.de sol.Adde Fel.c.fi.§.is autem.de offi.deleg.uer.quomodo autem cognoscatur.nu.4.col.1238. Adde, quando est electa industria personæ,an filius possit expedire actum loco patris. Lu.posuit l.j.ff.de in ius uoc.Vide per Feli.d.c. fi.§.is autem.uer. secundus modus.nu.eod.col.1239.

¶ Eleemosyna debita fratribus, putà Mendicantibus ex forma statuti singulis annis:laici non possunt reuocare tale statutum. Ita Bartol.l.priuilegia. C. de sac.san.eccles. Idem tenet Domi.de san.Ge. c.j.de consti.in vj.Ludoui.Rom. authen.si mulier. iiij.col.uer.ix. C.ad leg.Fal.Fel.c.ad Apostolicam.de simo.uer.adde notabile dictum.num.2.col.1239.Adde,quòd contra Barto.tenet Cy.& Imo.l.non ampliùs.in princip.ff.de leg.j.Raph.& Pau.de Cast.d. l.priuilegia.Sal.authen.cassa.v.q.C.de sac.sanc. eccles. Ego teneo opi.Bart.Posset contraria opi.esse uera,quando ecclesia esset ingrata erga ciuitatem.Tamen non affirmo.Vide Feli.d.c.ad Apostolicam.uer.allegato.Vide domi.Abb. c. pen. de sepul. ubi dicit, quòd in casu isto consuluit contra laicos nolentes desistere à quadam oblatione: & clerici & religiosi tenentur ad præstationem candelarum populo, quando diu præstiterunt talem præstationem. Felin.d.c.ad Apostolicam. uer. ultimò uide Fed. num.3.colum.1031.

eleemosynam quis recipere non debet ab excommunicato,nisi subsit necessitas.Felin.c.cùm uoluntate.de senten.excom.in princi.nu.1. col.1232.

¶ EMENDATVS licet sit idoneus testis in ciuili,non tamen in criminali:de quo uide Pe.de Ancha.regula,semel malus.de reg.iu.in vj.Bar.l.si cui.§.ijsdem.uers.uenio ad secundum.ff.de accusa. Adde Feli.c.testimonium.de testi.uersi.in glos.uerbo,emendatus. numero.34.col.844.

emẽdatus de delicto an quis præsumatur ex eo solo,quòd probet per sacerdotem confessionem,& impositionem pœnitentiæ? Vide Felin.c.testimonium.de testi.uersi.sed utrùm.nu.36.col.845.

¶ Ementes bona exbãnitorum à fisco,possunt cogi illa restituere reuertentibus exbannitis.Felin.c.quæ in ecclesiarum.de consti. uer. causa autem.nu.27.col.136.

¶ Emptor non potest denunciare litem uenditori post cõclusionem in causa.Felin.c.cùm dilectus.de fide instr.nu.1.uer.sed post. parte ij.col.943.

emptor debet offerre pretium uenditori.Felin.de simo.c.in tantum. nu.4.col.1019.

emptor, qui emit bona ecclesiæ malè alienata, putà non seruata solennitate requisita in alienationibus bonorũ ecclesiæ, tamen cum bona fide,si bona restituta sunt eccles.utrùm ipsi emptori sit restituendum pretium? domi.Abb.c.cùm causam.de re iud.in fi.tenuit,quòd non:do.Car.cle.j.de rebus eccles.non alie.xxv.q. dicit, q, de æquitate est restituendum pretium emptori. Sal. l.iubemus.la ij.§.sanè.C.de sac.sanc.eccles.dicit, quòd si œconomus est soluendo,quòd tunc emptor debet habere pretium, quod exbursauerat ab ipso œconomo:aliàs habebit ab ipsa ecclesia.Itẽ tenet Paul.de Cas.authen.q res.C.de sac.san.eccles.in fine. Innoc.tamẽ c.si quis. de reb.eccles. non alie.tenuit, quòd emptori malæ fidei non restituitur precium.Vide Felin.d.c.cùm causam.num.25.uer.ad istud mirabile.col.442.& uersi.Cæterùm.nu.26.col.443.ubi uidetur sentire contra Innoc.Adde, quòd pulchrum est uidere,quando dicatur,quòd emptor sit in mala fide? tu dic, quòd ubicunque quis emit rem ecclesiæ sine solennitatibus iuris, præsumitur esse in mala fide: do.Abb. c.si diligenti.de præscriptio. Adde, an emptor,qui fecit multa melioramenta in rebus emptis ab ecclesia cũ bona fide, si restituit rem, an sumptus sit restituendus ei? Vide Imo.& alios c.j.de resti.in integ.Felin.d.c.cùm causa.uersi.sumptus autem.nu.28.col.445.

emptor bonæ fidei: & sic ille, qui emit bona ecclesiæ cum bona fide, sed malè alienata, eò quia non est seruata solennitas requisita, si bona sunt restituenda,an teneatur ad restitutionẽ fructuum. Ang. l.qu.æcunq;.ff.de pub. in fi.dicit, quòd emens bona fide rem alienari prohibitam,facit fructus suos.Sed Ludoui.Roma. consil.suo ccccliiij. uidetur sentire contrarium. Et illud consilium incip. In re præsenti.ubi in iij. dubio dicit, quòd licet aliquis titulus excusset à fructibus, tamen si ille titulus reducitur ad non titulum, res ipsa cum fructibus restituitur. Et idem tenet do. Abb. c. cùm causa.de offi.deleg.ij.col.uer.sed dubium.& Ang.l.sed & partus. ff. quod met.cau.in princi. ponit doctrinam, quando titulus nullus, uel annullandus excusat à restitutione fructuum. Adde Felin. d.c. cùm causam.de re iud.uersic.respectu autem fructuum. num.27. col. 445. Et uide, quæ posui in litera T. §. titulus putatiuus.ubi posui de illo,qui possedit beneficiũ cum titulo putatiuo,an teneatur ad restitutionem fructuum.

emptor bonæ fidei,qui emit rem ecclesiæ,uel quæ alienari nõ potest, si restituit rem,an possit repetere sumptus, quos fecit in melioramento rem illam? Vide do.Abb.c.j.de rest.in integ.& ibi Imo.& Felin.c.cùm causam.de re iud.uer.sumptus autem.nu.28.col.445. ubi dicit,quòd si tantum lucratus est ex fructibus perceptis,quòd sit satisfactum sumptibus & laboribus,quòd fit compensatio: tamen nõ firmat,& postea subdit ibi, quòd emptor malæ fidei perdit pretium, & fortius melioramenta.Dic ergo,quòd emptor bonæ fidei,etiamsi emit rem ecclesiæ,si restituit bona ipsi ecclesiæ,tamen restituenda sunt melioramenta ipsi emptori, nec debet compensare cum fructibus perceptis.Et idem sentit Felin.d.c.cùm causam.uer.tamen dicerem.nu.29.col.446.

emptores,qui emunt res ablatas in bello, an sint tuti in foro conscientiæ? Vide,quæ posui in litera P.§. princeps obligatur ex contractu suo.circa med.

¶ Emphyteota an possit renunciare emphyteusi inuito domino? Ponit Felin.c.quæ in ecclesiarũ.de consti.uer.in ea.glo.ibi,l.interdũ. nu.76.col.162.

emphyteota si diuidit rem ecclesiæ cum alio emphyteota, nõ tenetur ecclesiam requirere.Felin.c.quæ in ecclesiarum.de const.uers. octaua declaratio.nu.89.col.168.

emphyteota, qui non soluit canonem, tenetur ad restitutionem fructuum,quos medio tempore percepit.Spe. ti.de loca.§. nunc aliqua.uer.x.Ang.authen.de non alie.§.si uerò.j.col.Adde Fel.c. de quarta,de præscri.uer.faciunt postremò.nu.32.col.199.

emphyteota,qui uenit puniendus,eò quia alienauit fundum emphyteoticum,irrequisito domino,intelligitur de alienatione aliàs ualida.Felin.c.ex tenore.de rescri.nu.6.uer.& dicit.col.583. Adde Ias.May.præceptorem meum,l.fi.C.de iure emph.xc.col.

emphyteota non soluens canonem,an teneatur ad restitutionem fructuum,quos medio tempore percepit.Fel.de præscript.c. de quarta.nu.33.uers.simile.col.199.

emphyteotæ possunt inter se rem emphyteoticam alienare non requisito domino.Bald.l.uoluntas.C.de fideicom.Ioan.And. in Speti.de locato.§.nũc aliqua.uer.72.Bar.l.qui Romæ.§.duo fratres. ff.de uerb.obl.Feli.c.cùm causa,de proba.uer.secundus casus. nu. 2.parte ij.col.552.

¶ Emphyteosis,accepta inuestitura pro se & filijs suis, non comprehendit fœminas,nisi consuetudo loci aliter se habeat. Felin.c.cùm M.Ferra. de consti. uer. & hinc est etiam,quòd uerba testatoris, nu.6.col.201.Adde tu ad ista,quando masculinum concipiat fœmininum. Arch.c.si quis suadẽte.xvij.q.iiij. Et dic breuiter,quòd masculinum nunquam concipit fœmininum in contractibus:quia hoc non reperitur iure cautum:nam cùm in potestate pacisentis fieit leges apertiùs scribere, sibi imputetur, l. ueteribus. ff. de pactis.Istud tenet Ant. de But.c. in quibusdam. de pac.Pet.de Anch. cle.j.de baptis.Bald.l.Gallus.ff.de lib.& posthu. Ludo. Roman. consil. sio xxxv. incip. Visa facti serie. Ioan. de Imol. consil. suo xxxviij.incip.In casu præmisso.Alex.de Imol. consi. suo inci. super eo,de quo quæritur.Idem Alex.de Imo.consil.suo cxxv. inci. Attentis uerbis inuestituræ.v.uol.

emphyteosis concessa de rebus ecclesiasticis simpliciter, censetur concessa in tertiam generationem.Fel.c.cùm M.Ferrariensis.de consti.uersi.& hinc est etiam,quòd si prælatus.nu.6. col.201.Adde, quòd idem tenuit Bal.l.fi.de hære.inst.& l.antiquitas.C.de usufr. & l.si in personam.in fi.C.de fideicommis. Adde, quòd Alber. in proœ.C.uersic. perpetui.tenuit,quòd si emphyteosis ecclesiastica concederetur in perpetuum,intelligitur, scilicet in tertiam generationem.Idem tenet Pau.de Cas.consil.suo cxxxviij. Et hoc modo sublata est differentia de modo concedendi:quia non debet attendi, quòd simpliciter, uel expressè concedatur res ecclesiastica in emphyteosim: quia semper in omni casu, siue simpliciter, siue non,intelligitur concessa in tertiam generationem, ut ibi per Albe.& Pau.de Cast. Quod not.

emphyteosis intelligitur recepta in tertiam,uel quartam generationem,secundum consuetudinem.Ita Ang.authen.de non alie.Adde Fel.c.j.de proba.nu.13.uer.fallit sextò.col. 379.

emphyteosis concessa ab ecclesia pro se & filijs, nõ extenditur ad naturales.Bar.l.ex facto.§.si quis rogatus.ff.ad Treb.ij.col. quẽ sequitur do.Abb.c.in præsentia.de proba.vij.col.uer. tamen unum dictum. Bald.& Imol.idem tenent l. Lucius. §. fi. ff. de leg. ij. Et hoc habet locum etiam in filio legitimato.Fallit ista conclusio,ubi filius esset legitimatus per sequens matrimonium.Vide latè per Felin.d.c.in præsentia.uer.quintò,in quantum Abb.nu. 24. col. 447.parte ij.

emphyteosis concessa priuato pro se & filijs,transit ad naturales. Ita domi.Abb.c.in præsentia. de proba.viij.col. uer.spes.uidetur concludere. Ang.tenuit contrarium l.generaliter. §. cùm autem. C.de inst.& substi.Vide per Felim.latè d.c.in præsentia.uer. sextò & ultimò.nu.25.col.447.

emphyteosis recepta ab ecclesia pro se & hæredibus, an transeat ad quoscunque hæredes etiam extraneos? do.Abb.tangit hanc difficultatem c.in præsentia.de proba.viij. col. uer. secundò inferius. ubi multa dicit: & postea subdit,quòd Bar.fuit uarius: tamen x. col.uer.si autem concessio sit simpliciter.tenet,quòd talis emphyteosis transit ad hæredes extraneos.Et hanc opi.tenuit glo. c.emphyteosis.authen.de non alie.& Ia.de Bel.Ang.ibi,gloss.§. adeo. Instit.loca.Cy.Barto. Bald. authen. si quas. C. de sac. sanc. eccles. Adde Felin.d.c.in præsentia.uer.& ex his disputant.num.27.colum.448.Contrariam opi.quòd non transeant ad extraneos hæredes,tenuit Specu.tit.de loca. §. nunc aliqua.uer.xiij. Barto.l.si tibi.§.si pactus.ff.de pac.uer.& ex hoc dico.& l.quod dicitur.et l.si patronus.in princip.ff.ad Treb.& l.Gallus.§. quadam. ff. de lib.& posthu.gloss.Barto.Bald.& Ro.l.etiam.ff.sol. ma. Bald.l. si in personam.C.de fideicom.Sali.l.ij.C.de iur.emphy.xx.q.Cal. ti.de feu.consil.c.Pet.de Ancha.consi.suo cxxviij.incip. Plenè & subtiliter.Ioan.And.Bald.Pet.de Anch.d. c.in præsentia. de proba. Bald.l.ij.C.de suis & legi.& l.fi.C. de hære.instit. & c.literæ. pe.colum.de dilatio.Adde Feli.d.c.in præsentia.d.uer. col.448.

& sequenti folio. ubi dicitur, quòd iste passus est difficilis, et quòd putat opi. esse ueram in puncto iuris: eum ibi uide latè, & sic tene opi. do. Abb. & aliorum.

emphyteosis nunquid transeat in monasterium, si emphyteota efficiatur monachus. Ioan. And. dicit c. in præsentia. de proba. quòd est casus de hoc, authen. de alie. & emphy. §. j. ubi text. dicit, quòd transit in ecclesiam, nisi dominus reuocet intra biennium. Idem tenet Spec. ti. de loca. §. nunc aliqua. uer. cxx. & ibi Ioan. And. Et idem tenet Barto. authen. ingressi. de sac. sanc. eccles. ult. col. uer. an autem transeant. Et sequitur domi. Ab. d. c. in præsentia. xxvj. col. uer. quæro, quid de emphyteosi. Adde tu, & dic, quòd ista uidentur habere locum in emphyteosi concessa ab ecclesia. Ita Felin. d. c. in præsentia. uer. sextò quæro. nu. 49. col. 463. parte ij. Stat ergo dubium, quid dicendum de emphyteosi concessa à priuato? Pet. de Anch. consil. suo xlij. incip. Ser. Antonij. tenuit, quòd talis emphyteosis transeat etiam in monasterium, in quod emphyteota ingreditur. Anton. de But. & Imol. d. c. in præsentia. tenent, quòd emphyteosis non transeat. Et istam partem uidetur sequi domi. Abb. d. c. in præsentia. xxj. col. d. uersi. quæro, quid de emphy. Adde Felin. latè d. c. in præsentia. d. uersi. col. ead. ubi multa adducit pro ista opi. Ant. de But. & Imo. & do. Abb.

emphyteosis & fundus in quo differant? Vide, quæ posui in litera L. §. libellus.

¶ ENORMIS læsio quando dicatur: gl. c. cùm illorum. de sent. ex. com. dicit, quòd statur arbitrio iudicis. Vide Fel. d. c. cùm illorum. uer. in ea. gl. ibi, relinquitur. nu. 13. col. 1201.

¶ EO ipso: ista uerba important absq; alia sententia. Felin. c. Rodulphus. de rescrip. uer. quoties. nu. 29. col. 1003.

¶ EPISCOPVS electus confirmatus, non consecratus, non dicitur episcopus: gloss. c. j. de reli. do. j. gloss. & glos. c. transmissa. de elec. in gloss. fi. Ita do. Abb. c. eam te. de rescrip. j. no. Bal. in proœ. Decre. vij. col. & But. consi. suo xix. inci. In nomine, & c. quia hìc agitur. ij. col. dixit, quòd in spectantibus ad ordinem episcopalem appellatione episcopi non uenit consecratus. Et idem tenet domi. Card. c. meminimus. de accus. & ibi Ioan. de Ana. in fi. Imol. cle. j. de pœnis. iij. col. Et dicit Arch. & Domi. de san. Gem. c. j. de offic. ordi. in vj. quòd tex. ille §. pe. non habet locum in episcopo nõ cõsecrato: qui tex. uult, quòd officiales archiepiscopi nõ possunt excommunicare suffraganeos. Dicunt isti, quòd intelligitur de suffraganeis consecratis. Et dicit Pe. de Anch. & Domi. de sanc. Gemi. c. fi. de re iud. in vj. quòd priuilegium concessum episcopis, q̃ possunt facere legi sententias suas per alium, non competit episcopo non consecrato. Et dixit Arch. c. illud. iij. col. quòd quando agitur contra episcopum electum non consecratum criminaliter, nõ requiruntur duodecim episcopi. Et ista est communis opi. quòd electus, non dicitur episcopus. Vide Fel. d. c. eam te. uer. extenduntur. nu. 3. col. 473. ubi ponit multa. Adde & confirma istud per ista media, quòd si canon diceret, quòd si quis percusserit pontificem, ut cle. j. de pœnis. taliter puniatur, tamen non ueniret appellatione pontificis, nisi episcopus consecratus: gloss. d. cle. j. uerbo, quamuis. do. Abb. c. tua. de his, quæ fiunt. Idem dic in electo à Papa: quia non dicitur episcopus, nisi sit consecratus: do. Abb. d. c. eam te. j. no. Feli. ibi uer. extenduntur prædicta. col. ead. Dic tamẽ, quòd electus à Papa habet administrationẽ statim absq; alia confirmatiõe. Et hoc modo limita tex. c. auaritiæ. de elec. in vj. de quo uide Felin. d. c. eam te. d. uer. extenduntur. num. 3. col. ut ſ. Episcopus electus, non consecratus, an posit dare indulgentias. Francis. Vercel. c. accedentibus. de excess. præla. & Arch. c. j. de pœ. & remis. in vj. tenent, quòd non. Contrarium tenuit sanctus Thom. iiij. senten. distinct. xx. q. j. arti. iiij. uer. ad secundum. Et ratio est: quia hoc competit ratione iurisdictionis. Idem tenuit do. Abb. c. suffraganeis. de elec. & d. c. accedentibus. in fi. & ibi Ant. de But. Pet. de Anch. cle. ij. de pœ. & remis. iiij. col. Felin. d. c. eam te. uer. restringuntur quinque modis. nu. 5. col. 474. Adde tu, quòd electus cõfirmatus, antè quàm consecretur, potest omnia facere, quæ sunt iurisdictionis, uidelicet iudicare, corrigere, iuramenta uasallorum recipere, confirmare, inuestire, beneficia confirmare: tamen non potest exercere ea, quæ sunt ordinis, scilicet ordinare, chrismare, deponere, benedicere, consecrare. Ita dicit gloss. no. c. transmissa. de elec. in gloss. magna: & ibi omnes illam sequuntur. Adde, quòd pulchrũ est uidere, utrùm episcopus electus non consecratus possit ea, quæ sunt ordinis, exercere dispensando, uel committendo alijs episcopis, ut exerceant? & in hoc passu aliàs in contingentia facti fui interrogatus Venetijs, & multi Doc. cõsuluerunt, neque inueniebant bonam sol. imò tenebant, quòd talis electus non posset exercere ea, quæ sunt ordinis, neq; disputando, neq; cõmittendo: & pro opi. eorum est gloss. d. c. transmissa. Ego consului totũ contrariũ, uidelicet quòd episcopus electus non consecratus possit exercere ea, quæ sunt ordinis, dispensando, uel committendo alijs episcopis: & pro hoc facit dictum Ioan. And. c. cùm ex eo. de elec. in vj. iiij. col. uer. & per id. ubi dicit, quòd episcopus electus non consecratus potest dare licentiam, de qua d. tex. quòd uidebatur dicendum, quòd, ex quo non potest electus deponere, nõ posset etiam dispensare & dare licentiam. Item adduxi in simili gloss. cle. j. de priuile. uerbo, presbyteri. ubi gloss. dicit, quòd ille, qui habet beneficium curatum, licet non sit sacerdos, potest dare licentiam alijs sacerdotibus, ut sacramenta ministrẽt in parochia suà: & tamen ille nõ habet ordines, neq; potest exercere ea, quæ sunt ordinis. Item allegaui glos. cle. j. de transl. præla. in gl. pe. quia licet ante receptum pallium quis archiepiscopus nõ dicatur, c. nisi. de autho. & usu pal. & per consequens, non posit exercere ea, quæ sunt ordinis, ut est consecrare, & similia: tamen poterit mandare suffraganeis suis, ut electum consecrare debeant. Ita dicit illa glo. aurea. Adde, quòd idem tenet do. Abb. expressè c. at si clerici. §. de adulterijs. de iud. viij. col. uer. sed circa hoc. Vide Felin. d. c. eam te. de rescrip. uer. restringuntur quinq; modis. col. 475. Et sic tene, quòd electus non consecratus poterit mandare alijs episcopis, ut exerceant ea, quæ sunt ordinis: quia mandãdo utitur iurisdictione. Ita do. Abb. loco prædleg. ubi plus dicit, quòd ubi potest episcopus cõsecratus dispensare, poterit etiam episcopus electus non consecratus.

episcopus electus & confirmatus non consecratus, non habet priuilegium, de quo c. fi. de re iudi. in vj. uidelicet delegando sententiam per alium: imò hoc priuilegium non consecrato. Ita Felin. c. eam te. de rescrip. uer. ex prædictis dicunt. nu. 1. col. 473.

episcopus electus & confirmatus non consecratus, an posit dare indulgentias, etiamsi non sit presbyter? Ponit Felin. c. eam te. de rescri. uer. restringuntur. nu. 5. col. 474. Adde do. Abb. c. suffraganeis. de elec. c. accedentibus. in fi. de excess. præla. Adde tu: electus & confirmatus non consecratus potest dispensare, ubi alij episcopi possint dispensare. Ita do. Ab. c. at si clerici. §. de adulterijs. xij. col. de iudi. Adde, quòd electus confirmatus, antè quàm sit consecratus, potest omnia, quæ sunt iurisdictionis: uidelicet iudicare, excommunicare, corrigere, iuramenta uasallorum recipere, confirmare, inuestire, beneficia conferre: sed non potest exercere ea, quæ sunt ordinis, scilicet ordinare, chrismare, deponere, benedicere, consecrare. Ita gloss. no. c. transmissam. de elec. in gloss. magna: & ibi scribentes. Facit tex. c. nosti. eod. tit. & tex. c. j. de transla. præla. Nunquid posit indulgentias dare? Tene illud, quod tenuit do. Ab. c. accedentibus. de excess. præla. in fi. quia est cõmunis opi.

episcopus an habeat fiscum? Vide Felin. c. irrefragabili. §. cæterum. aliàs est c. nu. 11. col. 1273. de offic. ord. uer. quarta conclusio. ubi multa cumulauit in materia illa pro opi. negatiua, & pro opi. affirmatiua.

episcopus de spectantibus episcopo ex lege diœcesana circa monasteria, & alia beneficia, uide multa enumerata per Felin. ex remissione c. dilectus. de offi. uers. circa ea, quæ. nu. 4. col. 1281.

episcopus potest committere laico causam merè ciuilem clericorum. Fel. c. fi. de of. ordi. uer. facit etiã iste tex. nu. 1. col. 1287. Adde tu, q̃ idem tenet do. Abb. c. significasti. de fo. compe. ul. col. uers. ult. gl. quærit. Sed contra Abb. ibi, & contra Fel. d. c. fi. tenuit Ang. l. cui iurisdictioni. ff. de iur. om. iu. & dicit: pone, quòd episcopus delegauit causam petitionis hæreditatis uni laico: nam si cõtingat opponi, quòd ille non sit iure filius, & sic, quòd matrimonium de iure non tenuit, non poterit laicus de matrimonio cognoscere, quãuis ultrà non posit in causa procedere, eò quia laicus non est capax iurisdictionis spiritualis: nec principaliter, nec incidenter, c. tuam. de or. cog. & c. lator. qui fil. sint leg. Et reputat hoc Angel. esse singulare. Sed tu, quòd ista limitatio non est uera in terminis Ang. quando episcopus delegauit laico: quia laicus cùm fungatur

tur uice delegantis, l. j. §. fi. ff. de offi. eius, cui man. est iur. uidetur habere iurisdictionem ecclesiasticam, nõ laicalem, ut expressè inquit do. Abb. d. c. significasti. de fo. comp. in fi. Sicut econtrà, si laicus committeret causam episcopo, diceretur episcopus in illa causa habere iurisdictionem secularem ex persona delegantis, nõ autem ecclesiasticam: & ideo non posset in illa causa excommunicare, ut no. Bal. authen. si quis litigantium. C. de epis. aud. ult. no. Ista ergo limitatio procederet, quando talis delegatio esset facta à laico: quia tunc de causa spirituali, quamuis impediret principalem cõmißionem, non posset cognoscere delegatus, sicut nec delegans: sed in laico delegato episcopi est secus, ut prædixi: quod no.

episcopus, qui est doctor, præcedit episcopum non doctorem, etiam prius promotum. Ita Fel. rub. de maio. & obe. circa prim. nu. 2. col. 1296. & c. clerici. de iudi. uer. canonicus. nu. 3. col. 78.

episcopus an posit statuere contra canones in aliquo casu. Ponit Fel. c. quod sup his. de maio. & obe. uers. fallit primò. nu. 4. col. 1330. & c. j. de consti. nu. 49. col. 57.

episcopus an posit per suum statutum addere aliquid iuri communi? putà augendo pœnam, uel imponendo nouam pœnam? Vide Felin. c. quod super his. de maio. & obed. uer. fallit septimò. num. 9. col. 1333. & uide, quæ posui in litera S. §. statutum episcopi potest addere.

episcopus impetratus iudex delegatus à subdito suo contra non subditum, potest recusari, ut suspectus: quia præsumitur habere affectionem ad causam subditi. Ita dicit do. Abb. c. accedens. el j. ut lit. non contes. v. col. uer. nam posset. Sed expreßiùs tenet istud Phi. c. postremò. de appel. xij. col. xxv. uers. Adde latißimè Felin. d. c. accedens. el j. nu. 8. uer. in quantum dicit Abb. col. 329.

episcopus tenetur edere petenti librum collationum beneficiorum: quia ista dicuntur acta publica: de quo uide Fel. c. j. de proba. uer. quartò declara. nu. 23. col. 385. parte ij.

episcopus non potest facere statutum contra ius Canonicum: de quo uide, quæ posui in litera S. §. statutum faciens ualidam probationem. tamen consuetudine potest tollere ius canonicum. Ita domi. Abb. c. fi. de consue. viij. col. uer. sed pulchrum est uidere.

episcopus est communis sacerdos populi. Fel. de accus. c. cùm P. Manconella. nu. 1. col. 774.

episcopus potest esse canonicus et episcopus in eadem ecclesia: quod intellige, quando ex statuto, uel consuetudine canonicatus annectitur digniati episcopali. Et hoc modo intelligas tex. c. cùm nostris. de concess. præben. & tex. c. à collatione. de appell. in vj. & text. c. cùm in ecclesia. de præben. eo. lib. Nam aliàs omnia beneficia uacant per adeptionem episcopatus, c. cùm in cunctis. de elec. Adde Fel. c. iij. de proba. in princ. nu. 1. col. 401. parte ij.

episcopus canonicus quando est inter canonicos, ut canonicus, sedebit tanquam canonicus: uidelicet in loco suæ promotionis. Ita gl. no. c. à collatione. de appel. in vj. & ibi Gemi. & Fel. c. iij. de proba. in prin. eo. nu. & col.

episcopus si est scholaris in studio, non debet præcedere rectorẽ studij. Ita do. Ab. c. auditis. iij. col. de elec. Lud. Rom. l. si uerò. §. de uiro. ff. sol. ma. Intellige sanè in actibus scholasticis: secus in actibus non scholasticis: quia bene præcedit episcopus rectorem, secũdum Domi. de san. Gemi. d. c. à collatione. & uide per Fel. c. iij. de proba. in prin. ubi ſ. col. ead.

episcopus an posit statuere, q̃ in sua curia non opponatur exceptio non nu. pecu. Fel. c. quod sup his. de maio. & obe. nu. 12. col. 1335.

episcopus succedit in feudo paterno, si natura feudi habet, quòd seruitium uasalli non sit prohibitum episcopo. Cald. ti. de feu. cons. suo ij. Adde Feli. c. in præsentia. de proba. uer. fallit secundò. num. 46. col. 461. parte ij.

episcopus acquirit episcopatui bona relicta ei, antè quàm esset episcopus, quæ fuerunt relicta sub conditione: quæ cõditio sortita est effectum tempore, quo erat episcopus: de quo uide per Felin. c. in præsentia. de proba. num. 56. uer. sed contrarium. col. 468. Adde ad ista do. Abb. d. c. in præsentia. ult. col. uer. moritur monachus. ubi uidetur sentire contra istud, quod tenuit Fel. d. c. in præsentia. ubi ſ. col. ead.

episcopus nõ potest compelli dicere testimonium: sed spontè bene potest deponere. Ita do. Abb. c. cùm nuncius. de testi. ul. col. uer. de episcopis uerò. Tamen ibi subdit do. Abb. quòd in defectum aliarum probationum poterit etiam episcopus compelli ad ferendum testimoniorũ per suum superiorem. Adde Fel. d. c. cùm nunciùs. uer. an autem episcopi. nu. 4. col. 636. par. ij. ubi sequitur opi. dõ. Ab. addendo tamen, quòd sit seruata solennitas. l. neq; honore. C. de epi. & cle. canonizatæ xj. q. j. c. ne honore.

episcopus quando dicatur negligens in defendendo iura ecclesiæ suæ. Ponit Fel. multùm latè c. cùm olim. de testi. uer. limita. num. 3. col. 733. parte ij.

episcopus an posit constituere dignitatem extinctam, uel nouam in ecclesia cathedrali, sine licentia canonicorum. Fel. c. cùm acceßissent. de consti. uers. tertia conclusio. nu. 14. col. 180.

episcopus, qui succedit executori testamenti, qui fuit negligens in distribuẽdo bona testatoris, tenetur seruare formam traditam ab ipso testatore, sicut tenebatur ipse executor. Fel. c. cùm acceßissent. de consti. uers. & pro istis optimè. nu. 17. col. 182.

episcopus, qui potest conferre beneficia regularia, iure deuoluto debet illa conferre eisdẽ personis, quibus prælati regulares tenebantur conferre. Fel. c. cùm acceßissent. de consti. uer. bene facit quæstio. nu. 18. col. 182.

episcopus potest tollere ius patronatus in totum, etiam inuito patrono. Vide, quæ posui in litera I. §. ius patronatus potest tolli. & §. iusßat. ij.

episcopus an posit inducere nouã uitam canonicis præsentibus, aut futuris? et quid de religiosis? uide, quæ posui in litera R. §. religiosi an posßint.

episcopus non potest dispensare contra constitutionem concilij. Feli. de spon. & ma. c. j. nu. 5. col. 718. & inde.

episcopus an posit applicare mensæ capituli bona præbendæ suppressa: Felin. ponit c. cùm acceßissent. de consti. uer. secundò limita. nu. 22. col. 184. Adde, quæ posui in litera C. §. capitulũ an possint authoritate.

episcopus potest ad tempus applicare fructus beneficiorum uacantium mensæ suæ: & hoc cum consensu capituli. Ponit Felin. c. cùm acceßissent. de consti. nu. 23. uers. & ista facerent. col. 185.

episcopus an posit ordinare forensem, qui habitauit in ciuitate, uel diœcesi sua per decem annos? Vide Feli. c. quod clericis. de foro cõpe. in prin. col. 207. & inde.

episcopus potest facere statutum, per quod potest punire clericum non residentem: & tale statutum operabitur etiam in illo. qui cõsuminabit absentiam extra diœcesim episcopi statuentis. Ita Fel. c. postulasti. de fo. compe. uer. quarta declaratio. nu. 10. col. 235. Et hoc no. ad limitationem c. ij. de consti. in vj.

episcopus domicilij potest dispensare bona alibi sita, quæ ueniunt distribuenda inter pauperes Christi ex dispositione testatoris. Ita Felin. c. postulasti. de foro compe. uer. ultimò seruit. nu. 12. col. 237.

episcopus an posit delegare causam spiritualem laico clerico. Vide Fel. c. significasti. de fo. compe. uer. quod autem de laicis. nu. 1. col. 243. Adde tu, an episcopus posit clericum subditum submittere iurisdictioni ordinariæ alicuius, etiam iudicis ecclesiastici, inuito clerico subdito? Vide per do. Abb. c. significasti. de fo. compe. uers. ultima gloss. ult. col.

episcopus potest delegare causas ciuiles clericorum laicò. Ita Feli. c. ij. de iudi. in prin. nu. 1. col. 19.

episcopus an posit delegare causam spiritualem clerico & laico simul? Vide per Felin. c. ij. de iudi. uer. utrùm causa spiritualis. num. 8. col. 23.

episcopus non dispensat supra adulterium, nisi sibi à iure permissum reperiatur. Ita Fel. c. at si clerici. §. de adulterijs. de iud. in prin. nu. 1. col. 42. Sed do. Ab. c. qualiter & quando. ij. viij. col. tenet, quòd cum clerico conuicto per inquisitionem potest dispensari.

episcopus non dispensat cum clerico super adulterio, uel etiam in minoribus criminibus, ubi in iure dictum est, perpetuò sit beneficijs priuatus. Ita Feli. c. at si clerici. de iud. §. de adulterijs. uer. fallit primò. nu. 4. col. 43.

episcopus potest dispensare contra constitutionem concilij, quando in ipsa constitutione facta est mentio, quòd dispensari potest: quia refertur etiam ad episcopum talis dispensatio. Vide per Felin. c. at si clerici. de iudic. §. de adulterijs. uers. fallit secundò. nu. 1. col. 42. Adde do. Abb. d. c. at si clerici. d. §. de adulterijs. iij. col. uers. unde causa breuitatis.

episcopus an poßit committere causam appellatione remota? Felin. c. significauerunt. de excep. nu. 13. col. 124.

episcopus dispensare potest super adulterio, & in alijs criminibus, occurrente magna causa. Ita Felin. c. at si clerici. de iudi. §. de adulterijs. uer. tertiò fal. nu. 3. col. 43.

episcopus potest dispensare contra constitutionem concilij ex magna causa. Ita Fel. c. at si clerici. de iudic. §. de adulterijs. uer. alleg. col. ead. Adde tu, q hoc pōt procedere, quādo oritur aliqua causa urgens de nouo & incogitata uerisimiliter per concilium tempore editæ constitutionis: arg. l. si hominem. ff. man. ubi generalis procurator inhibet speciali procuratori, ne exequatur mandatum domini: & hoc ex causa de nouo superuenienti, ut ibi. Adde, q per illam l. ubi Pet. d. l. omnes populi. ff. de iusti. & iur. dixit, q ex causa magna pōt episcopus statuere cōtra canonē. Quod etiā tenuit Arch. lxvj. dist. in sum. Adde, q ex istis pōt decidi q. nunquid episcopus poßit dispēsare circa defectū ætatis, eū promouēdo ad ordines? et dico, quòd sic, ut bene probatur cle. fi. de æta. & quali. & quod ibi no.

episcopus nō dispensat contra cōstitutionem concilij, ubi nulla est facta mentio de dispensatione. Ita Fel. c. at si clerici. §. de adulterijs. de iudi. & hoc regulariter, uer. quintò limita. nu. 5. col. 44.

episcopus potest dispensare contra constitutionem suam. Ita Felin. c. at si clerici. de iudi. §. de adulterijs. uer. in quibus autem episcopus poßit dispensare. eo. num. & col. præalle.

episcopus potest dispensare cum incestuoso. Ita Feli. c. at si clerici. de iud. §. de adulterijs. uer. episcopus pōt. nu. 7. col. 45. Adde et u. de tex. c. j. & ij de eo, q cogno. cōsang. uxo. suæ: et ibi do. Ab. et alios.

episcopus dispensat cum adultero. Ita Fel. c. at si clerici. de iudic. §. de adulterijs. uer. & col. 45. alleg. atis.

episcopus an dispensat cum adultero & incestuoso simul? Vide per Fel. c. at si clerici. de iudi. §. de adulterijs. col. ead.

episcopus an poßit dispensare sine causa. Ponit Feli. c. at si clerici. de iudi. §. de adulterijs. nu. 10. uer. utrum episcopus. col. 47.

episcopus dispensat cum clerico homicida, ut retineat beneficium qd habet. Ita Fel. c. at si clerici. de iudic. §. de adulterijs. uerf. alleg. colum. ead.

episcopus dispensat cum clerico non ordinato ministrante, ut retineat beneficium, quod habet. Felin. c. at si clerici. de iudi. §. de adulterijs. uer. alle. & col. ead.

episcopus an poßit depositum restituere? Vide per Felin. c. at si clerici. §. de adulterijs. uer. tertiò limita, nisi capitulum. nu. ij. colum. ut 5.

episcopus, q dispensat in casibus sibi à iure cōcessis, an hoc solus pōt facere sine cōsensu capituli. Ponit Fel. c. at si clerici. de iudi. §. de adulterijs. uer. an autem episcopus in casibus. nu. 13. col. 49.

episcopus, & sic inferior à Papa, an poßit dispensare cum simoniacoē & dic, aut simonia fuit commissa in ordine, aut in beneficio: do. Abb. c. de simoniacē. de simo. j. col. uer. circa hanc. dicit, quòd quādo quis cōmisit simoniā in ordine, si illa fuit cōmissa eo sciente & cōsentiente tacitè, uel expressè: & tunc dic, secūdum omnes, quòd solus Papa dispensat: & dic etiam, q Papa non solet dispensare: & sic non solum est suspensus ab ordine sic simoniacē susceptò, sed etiam ab omnibus ordinibus bene receptis: glos. §. uerùm. xxxij. dis. ubi Arc. & Domi. de san. Ge. Si aūt ipso ignorante fuit cōmissa simonia, tunc episcopus dispensat. Et hoc etiā uerum est, si manifestū esset, q alius pro eo cōmisisset simoniā. Ita do. Abb. loco præalleg. Vide Fel. d. c. de simoniacē. uer. in gl. fi. num. 2. col. 982. Secundo casu, quando simonia est in beneficio, aut beneficium est curatū, seu dignitas, aut simplex. Primo casu aut fuit sciens, aut ignorans: si sciens & sponte renūciat beneficio, & tunc pōt dispēsari cum illo ad aliam ecclesiā: sed, ut habeat illā, ubi cōmissa fuit simonia, dispensari non pōt: do. Abb. d. c. de simoniacē. ij. col. uerf. sed q. Secundo casu, si ignorauerit: & tunc si sponte renunciat beneficio, pōt secū dispensari ex magna misericordia. Ita do. Ab. d. c. de simoniacē. ij. col. uer. si uerò. Adde Fel. d. c. de simoniacē. uer. secunda conclusio. nu. 3. Ibidem, ubi dicit, q si cōmissa est simonia in beneficio curato, uel dignitate, nō dispensatur etiā cum clerico ignoranter, qui cōmisit simoniā pro ea uice: si aūt beneficium est simplex, & eo ignorante fuit cōmissa simonia, & sponte renunciat, episcopus dispensat secum. Fel. d. c. de simoniacē. uer. alia uerò. nu. 4. col. ut suprà. Si aūt acquisiuit per simoniam beneficium simplex, non dispensatur secum, ut habeat beneficiū pro ea uice. Felin. d. c. de simoniacē. uer. quarta conclusio. num. 5. ubi 5. Adde ad ista omnia, quòd extat extrauag. Martini V. quæ incipit, multæ. per quam Martinus V. reseruat sibi absolutionem simoniacorum etiam occultorum: de quo uide Fel. d. c. de simoniacē. uer. ultima conclusio. nu. 6. col. 983.

episcopus potest pecuniariter punire, si delinquens non potest excommunicari. Fel. de Iudæ. c. postulasti. nu. 3. col. 1075.

episcopus, aut alius prælatus quādo poßit compellere clericum subditum ostendere titulum sui beneficij? do. Abb. c. licet. de simo. vj. col uer. extra gl. & ibi omnes alij. Vide Io. An. eg. j. de reg. iu. in vj. ubi Pet. de Anc. Fel. d. c. licet. de simonia. uer. extra gl. nu. 7. col. 1001. Adde, & fac cōclusiones ex mēte istorū scribentiū in istis locis, q, prima conclusio est ista, ubi episcopus, uel alius prælatus approbasset titulum alicuius, non pōt amplius eum uexare: do. Abb. d. c. licet vj. col. uer. sed aduerte. Feli. ibi d. uer. Vbi superior. nu. 8. col. 1002. Tamē intellige hoc sano modo, dum modò ius commune non resistat. Item, nisi episcopus uellet probare istum clericum nō licitè institutum. Item, nisi episcopus istum clericum approbasset non expressè: quia in istis casibus etiā, q, episcopus approbasset titulum, posset recedere ab ista approbatione. Feli. d. uer. Secūda conclusio. Vbi episcopus cōstituit se aduersarium, clericus non tenetur ostendere titulum sui beneficij. Felin. d. c. licet. uerſi. secunda conclusio. nu. 9. col. ut 5. Tertia conclusio. Si possessio est antiqua, præsumitur pro titulo: ideo nō cogitur ostendere titulū: do. Abb. d. c. licet. vij. col. uer. et ideo Bal. l. cogi. C. de rei uen. uer. quartò opponitur. l. siue poßidetis. C. de proba. & l. in ciuile. C. de furt. Fel. d. c. licet. uerſ. tertia cōclusio. n. 10. col. præalleg. Et dicitur longū tēpus triennīū in isto casu. Et si qs steterit in possessione per triennium, nō cogitur ostendere titulum sui beneficij: quod an sit uerū, uide Fel. d c. licet. nu. 11. uer. dicitur autem. col. ead. Tamen limita istam tertiā conclusionem, q, si episcopus est de nouo creatus: quia poterit cogere clericū subditum antiquū possessorem ostendere titulum sui beneficij: do. Abb. ubi 5. Fel. d c. licet. d. uer. dicitur aūt. nu. 11 col. 5. alle. Item limita dictā tertiam conclusionem, q, oportet cum antiqua possessione cōcurrant alia adminicula, si uult ostendere clericus titulū sui beneficij. Fel. d. c. licet. uer. secundò limita. nu. 13. col. 1003. Item limita dictā tertiam cōclusionem, q, si episcopus uellet assumere onus probandi titulū nullum, etiā contra antiquā possessionem: do. Abb. ubi 5. Fel. d c. licet. nu. 14. uer. tertiò limita. col. ead. Item limita dictam tertiā conclusionem q, etiamsi esset antiqua possessio, & contra eā esset ius cōmune: quia tunc episcopus posset cogere clericū ostendere titulū: do. Abb. ubi 5. & Fel. d. c. licet. nu. 15. uer. quartò limita. col. ut 5. Adde, an tertius poßit cogere clericū beneficiatū ostendere titulum sui beneficij. Vide Fel. d. c. licet. uer. quarta conclusio. nu. 16. ibid.

episcopus non potest facere statutum, ut liceat iudici pronunciare sine cognitione causæ. Felin. c. ecclesia sanctæ Mariæ. de consti. uer. secundò no. quòd episcopus. nu. 26. col. 254 & 255. Adde, quòd hoc uerum est: & hoc, quia episcopus non potest statuere contra canones, c. super his. de maio. & obe. & Fel. c. j. de rescr. uer. quartò declara. nu. 2. col. 362.

episcopus potest uendere concubinas clericorum. Fel. c. ecclesia sanctæ Mariæ. de consti. uer. sed aduerte: quia. nu. 102. col. 297.

episcopus habet plura remedia contra laicos statuentes contra libertatem ecclesiasticam, uel contra clericos: quæ uide ad plenum per Felin. c. ecclesia sanctæ Mariæ. de consti. uersic. decimononò. num. 107. col. 300.

episcopus non potest statuere contra canones, & sic contra ius positiuum. Felin. c. j. de rescrip. uer. quartò declara. nume. 2. col. 362. Adde tu Bald. l. omnes populi. ff. de iust. & iur. vj. colum. qui dicit hoc esse uerum: sed fallit istud, quando episcopus ex causa euidenti & necessaria statueret contra ius commune: quia tunc posset, per l. hominem. ff. mand. Adde, quòd idem tenet c. j. viij. colum. ut lite non contest. istam limitationem Bald. pro uade not. exclamat do. Abb. c. dilecti. ult. colum. de appellat. & c. fin. ij. colum. de consuet. & c. at si clerici. §. de adulterijs, v. col. de iudic.

episcopus, qui habet priuilegium testandi, intelligitur, ut poßit testari de

ri de bonis ab ecclesia quæsitis, non de patrimoniatibus. Fel. c. j. de rescri. uer. priuilegium continens. nu. 4. col. 365. quia aliàs priuilegium esset frustratorium.

episcopus qualiter potest statuere contra ius canonicum. Fel. c. quod super his. de maio. & obe. nu. 2. col. 1329.

episcopus allegans ignorātiam uacationis beneficij, non auditur. Fel. de exce. c. à nobis. nu. 2. col. 17.

episcopus indoctus, si est indignè promotus, meretur decapitari. Ita gl. sing. l. qui cū uno in prin. ff. de re mili. Fel. c. si quādo. de rescri. nu. 6. uer. considera tertiò. col. 443 Adde, nunquid papa poßit dispensare cū illiterato, ut sit episcopus? Vide, quæ posui in litera P. §. Papa an poßit dispēsare cū illiterato? Adde, q episcopus debet scire canones. Arc. lxj. dist. c. statuimus. & ibi dicit, q si aliqui aliter fuerunt electi per miraculum, quòd non est trahendum in exemplum.

episcopus electus confirmatus non consecratus, non dicitur episcopus. Ita Fel. c. eam te. de rescri. in prin. uer. & de episcopo. nu. 1. 2. & 3. col. 472. & col. seq. & uide, quæ posui §. episcopus electus.

episcopus tollerātus ab ecclesia nō potest repelli prætextu criminis, siue objiciatur simonia, siue homicidium, siue aliquod crimen. Ita Fel. c. scisciratus. de rescri. nu. 1. uer. crimen. col. 536. sed expectatur sententia & hoc habet locū etiam in prælato notorie criminoso & incorrigibili. Ita Fel. d. c. scisciratus. uer. & habet locum opinio. nu. 3. col. 538.

episcopus electus, si est homicida, uel bigamus, uel habet aliquod impedimentum, quod impedit exercitium officij, uel dignitatis: quia quantumcunque sit occultum, debet talis electus ipsum delictum pandere. Ita Fel. c. scisciratus. de rescri. uer. limita sextò. nu. 8. col. 541.

episcopus an poßit absoluere à iuramento? Ponit Fel. multos casus, c. constitutus. de rescri. uer. generaliter autem. nu. 18. col. 631. Adde do. Abb. c. quantò. de iureur. iij. col. ubi etiam quærit, quid in uoto.

episcopus potest creare unum canonicum de nouo, ubi est consuetudo. Fel. c. constitutus. de rescri. uer. scias etiam. nu. 23. col. 635.

episcopus, qui cognoscit super iuramento interposito super contractu simulato, debet postea cognoscere super ipsa simulatione. Ita Felin. c. super literis. de rescript. uer. amplia secundò. num. 19. col. 651.

episcopus si non seruat canones, subditi possunt ei resistere. Adde, quod idem est, si episcopus ignorat canones & leges: quia subditi possunt resistere. Item, si episcopus non seruat canones, licitè subditi possunt leuare obedientiam. Ita Fel. c. si quando. de rescri. in prin. col. 439. & inde.

episcopus habet administrationem bonorum communium, quæ sunt communia inter ipsum & capitulum, etiam contradicente capitulo, nisi sint ardua. Fel. c. cdoceri. de rescri. uer. & ex dictis Abb. hic. nu. 2. col. 668.

episcopus an poßit dispensare contra concilium? Ponit Fel. c. nonnulli. de rescri. uer. & no. quòd omnis constitutio. ibi, ratio huius dicti. nu. 2. col. 770.

episcopus an in causis criminalibus tenetur requirere consensum capituli. Fel. de off. ord. c. irrefragabili. nu. 3. col. 1269.

episcopus an poßit pro quolibet delicto imponere pœnam. Fel. c. irrefragabili. de off. ord. nu. 6. col. 1272.

episcopus potest unire beneficium seculare monasterio monachorū, & statuere, quòd per monachos regatur: & tale statutum operatur dispensationem. Fel. c. in nostra. de rescri. uer. tertiò no. nu. 42. col. 946.

episcopus in uentilatione causarum criminalium an debeat requirere consensum sui capituli. Fel. ponit c. irrefragabili. de off. ord. in prin. nu 3. col. 1269.

episcopus quando conferi beneficia, an debeat requirere consensum capituli? Ponit Fel. c. irrefragabili. de off. ord. in prin. ubi 5. prox. uer. ubi ponit diuersos casus, in quibus debet requirere consensum capituli, & aliquos, in quibus non tenetur: col. præalleg. & seq.

episcopus an poßit commutare pœnam iuris in pecuniariam. Vide, quæ posui in litera P. §. pœnam. & aliquot §§. sequentibus. ubi habebis multa circa istam materiam.

episcopus an poßit cōmittere causas appellatione remota. Ponit Fel. c. quod super his. de maio. & obe. uer. dixit etiam. num. 11. col. 1335.

episcopus potest facere statuta contra leges ciuiles. Feli. c quod super his. de maio. & obe. uer. ponit etiam. nu. 12. col. 1336.

episcopus in condendis statutis an teneatur requirere capitulum? Ponit Feli. c. quod super his. de maio. & obe. uer. & adde 10. An. nu. 12. col. ead.

episcopus peccat mortaliter non intromittens se ad pacificandos suos ciues cum scandalo dissentientes: & maximè, quando est extra ciuitatem. Vide Felin. rub. de treu. & pa. uer. fallit tertiò. nu. 5. col. 1370.

episcopus, qui recusatur ut subiectus, an poßit committere causam alij? & an requiratur consensus partium? adde, an poterit committere causam statim, an etiam post quàm lata fuerit sententia super suspicione? Ponit Fel. c. si quis contra. de fō. comp. uer. glo. j. num. 3. col. 181. parte ij. Adde do. Abb. d. c. si quis contra. uer. uento nunc.

episcopus, qui habet iurisdictionem, iure deuoluto non tenetur requirere capitulum in exercitio illius iurisdictionis: Felin. c. uerùm. de foro comp. in prin. col. 187.

episcopus si est negligens in conferendo, confirmando, siue instruendo præsentatum per patronum, semper fit deuolutto ad capitulū suum. Fallit in beneficijs deuolutis ad episcopum ex negligētia inferiorum. Ita Fel. c. uerùm. de foro comp. uer. quartum corollariū. nu. 3. col. 187.

episcopus an poßit dispensare in iuramento? Vide, quæ posui in litera 1. §. iuramenti materia.

episcopus potest se impedire de notorio crimine laici, nedum ut pœniteat, sed ut satisfaciat. Fel. c. cùm sit. de foro comp. uer. ultra casus. nu. 16. col. 202.

episcopus, qui uisitat diœcesim suam, inquirere potest contra laicos de omni crimine. Ita Fel. c. cùm sit. de foro comp. uerſ. alius casus est. nu. 17. col. 202.

episcopus potest punire laicum blasphemantem, etiam Iudæum. Feli. c. cùm sit. de fō. comp. uer. alius casus in blasphemia. n. 18. col. 202.

episcopus est solus iudex in causa matrimoniali Iudæorum. Fel. c. cùm sit. de foro comp. uer. 5. alleg. col. 203.

episcopus an poßit tradere carceri laicum accusatum de criminibus, quorum cognitio ad episcopum pertinet. Ponit Fel. c. cùm sit. de foro comp. nu. 20. uer. & adde. col. 203.

episcopus non potest reuocare priuilegium concessum clerico subdito suo. Ita Fel. c. nouit. de iudi. uer. limita secundò. nu. 11. col. 118.

episcopus an poßit facere statutum, quòd terminus præfigatur instantiæ. Vide per Fel. c. uenerabilis. de iudi. uer. in quantū dicit hic Ab. nu. 2. col. 156.

episcopus an poßit exigere tribunal suum in omni parte territorij sui, ita quòd subditi trahantur ultra unam dietam data latitudine diœcesis. Vide per Fel. c. fin. de iudi. uer. & ista amplia. num. 2. col. 166.

episcopus utrùm poßit habere familiā, & sic officiales armatos, pro executione iusticiæ? Vide per Fel. c. significasti. de offi. deleg. uer. utrùm episcopus. nu. 4. col. 1052.

episcopus si delinquit in ciuitate sua, utrùm propter delictum ipsius episcopi poßit ciuitas interdici? Arch. dicit, quòd sic, c. si sententiam. §. j. de sent. excom. in vj. Domi. Abb. c. sanè. el ij. de offi. deleg. tenet contrarium. Vide latius per Fel. d. c. sanè. uer. utrùm propter delictum. nu. 2. col. 1069.

episcopus cogitur admittere clericum idoneum præsentatum per patronum: & ratio est, quia iuspatro. est ius respectu episcopi, c. postulasti. de iure pa. sed respectu Papæ est gratia: quia papa posset non admittere, si uellet, præsentatum. Adde Fel. c. super eo. de off. del. in prin. nu. 1. col. 1089.

episcopus utrùm poßit punire archiepiscopum delinquentem in diœcesi sua? Vide per Fel. c. prudentiam. de offi. del. uer. responde ad argumentum. nu. 5. col. 1114. & uide, quæ posui in litera I. §. iudex ordinarius an poßit punire.

episcopus non potest dispensare in arduis rebus sine consensu capituli: do. Abb. c. at si clerici. §. de adulterijs. de iudi. Bal. in l. iudices. C. de iudi. Adde Fel. c. fi. §. is autem. de offi. del. uerſi. utrùm autem sola. nu. 4. col. 1234.

episcopus non potest mutare canones. Fel.c.quod super his.de m.io. & obe.col.1329.et seq. Adde an possit reddere,uel detrahere? dic, quòd respectu additionis omnes tenent,quòd sic: & est gol.cle.ne Romani.de elect.uer.tolli.tmol.c.tuæ.de cle.non resid.Adde,quid respectu detrahendi? de hoc est dubium. Vide Anto.de But.c.ij.de mato.& obe.& Domi.de S.Gemi.in sum.xviij.dist.& Card.cle. fin.§.quòd si forte.de pœnis.Adde Fel.c.ij.de lib.obla.uer. & ista trahi possunt.nu.20.col.292.

episcopus potest esse iudex inter suum metropolitanum & subditum suum,tanquam ordinarius. Ita do.Abb.c.accedens.el j. ut lite nõ cõtest.v.col.uer.nam posset.Adde Fel.d.c.accedẽs.uersi. in quantum dicit Abb.nu.8.col.329.

episcopus an potest dispensare cum accusato? Vide Fel.c.at si clerici. de iud.§.de adulterijs.uer.secundò pro hoc allegat.nu.14.col.49. Adde do.Abb.d.c.at si clerici.§.de adulterijs.uer. quæro ad declarationem.

episcopus an potest dispensare cum accusatore,qui non probauit? Vide Fel.d.c.at si clerici.§.de adulterijs.d.uer.col.50. Adde do.Abb. d.c.at si clerici.§.de adulterijs.vij.col.uer.quæro ad declarationem.uer.nu.& col.præalleg.

episcopus an teneatur dispensare sub litum petentem dispẽsationem? & si negat,an possit appellari? Vide Fel.c.at si clerici.§.de adulterijs.de iudi.uer.utrùm autem episcopus.nu.15.col.50.

episcopus non potest dispensare,ut Iudæi habeant nutrices Christianas. Fel.c.at si clerici.§.de adulterijs.de iudi.uersi.episcopus non potest dispensare.nu.20.col.52.

episcopus potest cognoscere,quando dubitatur de iurisdictione inter duos ordinarios laicos: & sic declarare, cuius sit iurisdictio. Ita Fel.c.cæterùm.de iudic.uersi.limita ista.nu.16.col.60.

episcopus,qui cognoscit de causa temporali,tanquam delegatus principis,uel iudicis,ab ipso appellatur ad principem secularem. Ita Felin.c.cæterùm.de iudic.uersi. quis dicatur iudex.num.20.col.62. Adde & pone,quòd iudex ecclesiasticus & iudex secularis simul iudicant de una eademq; causa,ad quem appellabitur? dic,ad superiorem ecclesiasticum iudicem:non enim potest appellari ad superiorem iudicem laicum:quia ei non potest subijci clericus.Ita Bar. l.j.§.si quis.uer.quæro: pone.ff.de ap. Adde illud,quod in simili tenuit Bar.l.præcipimus.§.eo obseruando.C.de ap.ubi dicit,quòd si tibi esset obligatus clericus & laicus tali causa, quæ debet coram iudice laico terminari, occasione clerici laicus coram episcopo conueniretur.

episcopus comes:ab eo appellatur ad superiorem comitatus, etiamsi sit laicus,dum modò recognoscat eum in superiorem:secus,si patrimonium esset ecclesiæ. Ita Fel.c.cæterùm.de iudi.d.uer.col.ead.

episcopus,ubi materia est ardua, semper debet requirere consensum capituli: & sic econtrà. Ita Fel.c.causam.de iudi. uer. ubi materia est ardua.nu.3.col.81.

episcopus an possit restituere famæ:d. Abb.c.cùm te.de re iudic.v.col. uer.uenio ad tertium. tenet, quòd non. Et idem tenent ibi omnes. Dic tamen,quòd potest dispensare cum infami: & tunc uenit abolitio infamiæ.Ita do.Abb.loco præalleg.& c.at si clerici.§.de adulterijs.de iudic.x.col.Vide Fel.d.c.cùm te.uersi.episcopus non restituit.nu.12.col.636.

episcopus potest facere edictum,ut omnes clerici suæ diœcesis sub pœna priuationis ostendant titulos suorum beneficiorum. Fel.c.licet. de simo.uer.quinta conclusio.nu.17.col.1003.

episcopus in installatione quo iuret. Vide tex.c.ego N.de iureiurãdo.

episcopus potest dispensare cum homicida uoluntario in minoribus ordinibus,& in beneficio non curato. Hosti.Io.An.c.ij. de cleri. pug.in duel.& ibi Ana.Fel.c.ad audientiam.de homi.uer.dicit tamen Spec.nu.3.col.1134.Est uerum,quòd do.Abb.d.c. ad audientiam.tenet contrarium uersi.& cõclude latiùs.Vide Fel.ubi ẽ.qui latè examinat hanc difficultatem.

episcopus,qui facit torqueri clericum per laicos,an sit excommunicatus? Vide,quæ posui in litera C.§. clericus non potest torqueri per laicum.

episcopus an possit dispensare:do. Abb.c.per tuas.de simo.dicit,quòd ubicunq; dispensatio non est reseruata Papæ,est permissa episcopo. Et uide do.Ab.c.ij.de eo,qui cogno.consan.uxo suæ. Vide Fel. c.nuper.de sent.excom.uer.in gl.in uerbo,retinuit.nu.3.col.1194. Adde,quòd contrariũ tenuit.do.Car.c.dilectus.j col.de temp.ord. Io. de Ana. c. de simonia.§.j de simo.do.Abb.c. at si clerici. §.de adulterijs.iiij.col.de iudi.Adde Fel.d.c.nuper.d.uer.contrariũ partem.nu.4.col.1195.

episcopus an possit absoluere excommunicatum propter iniectionẽ manuum in clericum:& etiam ab omni alia excommunicatione? Vide Fel.c.quamuis.de sent.excom.in prim.col.1234.

episcopus potest canones, uel leges non seruare ex magna causa:de quo uide,quæ posui in litera I.§.iudex potest ex causa.

episcopus non potest facere statutum de concernentibus ecclesias inferiores. Vide,quæ posui in litera S.§.statutum episcopi in concernentibus ecclesias.

episcopus ex probabilibus coniecturis probare potest se ignorasse, quòd in diœcesi sua beneficium uacauerit quinq; mensibus:de quo uide,quæ posui in litera P.§.prælatus auditur allegans.

episcopus an possit absoluere iurantem à iuramẽto? & dic,quòd sic: & hoc,quãdo iuramentũ nõ est manifestè licitũ: quia si esset manifestè licitũ,nõ potest episcopus se impedire: sed si iuramentũ esset licitũ,uel nõ proficuũ,uel esset dubiũ,utrùm iuramentũ esset licitũ,uel illicitũ,tunc episcopus potest absoluere. Ista est cõmunis opi.quam tenẽt oẽs c.j. de iureiu.& do.Abb.c.ad aures.quod metc.au.in fi.Est uerum,quòd do.Abb.ibi dicit,quòd si iuranti cõpetit aliud remedium, quòd bene facit,episcopus nõ absoluẽdo ipsum iurantẽ.Vide Fel.c.j. de iureiu.uer. extra gl.nu.15.col.1110. parte ij. ibi,circa quotidianũ.Adde,quòd episcopus potest absoluere iurantem à iuramento,quod potest seruari sine interitu salutis æternæ,si est pernicioſum exemplo.Fel.d.c.j.uersi.item procedũt.nu. 16.col.1111.

episcopus nõ potest absoluere iurantẽ à iuramento, ubi probabiliter dubitatur,an sit cõcedenda absolutio, uel nõ? quia isto casu solus Papa potest cõcedere absolutionẽ: imò legatus de latere hoc non posset.Innoc.c.uenerabilẽ.de elect.Fel.c.j.de iureiur. uer. sed aduerte.nu.17.col.ead. Adde,quòd contrariũ tenuit Spec.tit.de legato.§.nunc ostendendum.ubi dicit,quòd episcopus potest interpretari,an iuramentum indigeat absolutione,uel non. Et istam opin. Spe.tenuit do.Abb.c.uenerabilem.de elect.vj.col. uer.no.& tenementi.de quo uide Fel.uer.alle Ibid.

episcopus nõ seruans canones,uel seruari nõ faciens, an sit periurus? Do. Abb.c.ego N.de iureiu.ij.col.uer.ex quarto articulo. dicit, q; acerbũ est hoc dicere, q; episcopus sit periurus,qui nõ seruat canones. Adde,q; pro opi.ista, quòd sit periurus,facit tex.c.cùm quib. xxiiij q.ij & facit etiam gl.j.c.sacerdos.ij.q.vij. Vide Fel.d.c.ego N.uer.in tex.ibi,regulas.nu.3.col.1129.Adde tu,& dic,quòd si episcopus non seruat canones,uel seruari non facit ex contemptu,est periurus:do.Ab.c.non liceat.de præscr.j.col.uide Fel.d.c.ego N.d. uersi.Et regulariter qua pœna puniãtur trãsgressores canonis, uide Im.cle.j.de æta.& quali.in gl.fi.Do.de S.Ge.c.si Papa. xl.dist. Adde Fel.d.c.ego N.uersi.generaliter autem.n.6.col.1129.*

episcopus, qui timore principum secularium non adiuuat Papam, periurus est.An hoc sit uerum,uide,quæ posui in litera P.§.prælatus, qui timore principum.

episcopus an in eodem genere peccati minus peccat, quàm inferior? do.Ab.c.cùm quidã.de iureiur.ij.col.uer.ex quo infero.tenet,quòd sic:idem tenet Fel.ibi uer.prima declaratio.nu.2.col.1170.

episcopus,cui est interdictus ingressu ecclesiæ,an possit audire missam,uel celebrare extra ecclesiã sub tẽtorio? uel in cubiculo suo? Vide,quæ posui i litera C.§.clericꝰ interdictꝰ ab ingressu ecclesiæ.

episcopus habet hoc priuilegium,quòd ei credatur,ut testi,sine iuramento in foro seculari:do.Abb.c.nuper.de testi.ul.col.uersi.tertiò. Adde Fel.d.c.nuper.uer.extra gl.nu.3.col.824.

episcopus remouetur à suo episcopatu propter scandalum euitandũ. Inn.c.nisi cùm pridem.de renun. Arch.c.suggestũ.vij.q.j.do.Ab. c.j.de elect.Lu.cons.suo eccxxxij. ult.col.Feli.c.ij.de præscri. uer. decimò propter scandalum.nu.2.col.180.

episcopus non potest detrahere, seu deducere de legatis factis hospitali,canonicam portionem : de quo uide, quæ posui in litera L.§. legata facta hospitali.

episcopus est delegatus principis secularis:do. Abb. c.inter dilectos. de fide instr.v.col.uer.no.quòd prælatus. Adde Fel.d.c.inter dilectos.uer.in tex.ibi ex delegatione.nu.4.col.922.

episcopus

episcopus potest dispẽsare in uoto Terræ sanctæ:de quo uide,quæ posui in litera V.§.uotum Terræ sanctæ.

episcopus non perdit comitatum suum, quem habet ex patrimonio: & sic potest esse episcopus simul & comes:do.Abb.c.inter dilectos.de fide instr.iij col.uer.ex quibus.& ibi Fel. uer. in text.ibi, Luitardi.nu.3.col.921.

episcopus si reconciliat ecclesiam pollutam, nõ debet procurari, sed faciat sumptibus illius,qui ecclesiam polluit: si est impotens,seruetur consuetudo.Ita Ant.de But.c.proposuisti.de conse.eccle.uel alta.Adde Fel.c.accedentes.de præscri. uersic. ultimò dum tangit Abb.post nu.8.col.258.

episcopus criminosus:quando liceat ab eo recedere,& sic obedientiã ei non præstare.Vide,quæ posui in litera P.§.prælatus: an licitũ sit.& §.prælatus tolleratus in crimine.

episcopus,qui præscripsit uisitationem & potestatem uisitandi,per seipsum,non poterit uisitare per alium. Fel.c.auditis. de præscri. uer.episcopus,qui præscripsit.nu.14.col.299.

episcopus an debeat uisitare diœcesim suam sumptibus suis,& sic ex proprijs reditibus uiuere,dum facit uisitationes? do. Abb. c.cùm ex officij.de præscri.ij.col.uer. sed contra.dicit, quòd non debet uisitare diœcesim sumptibus suis: et ratio est, quia negligeret episcopus uisitare,quãdo hoc deberet facere proprijs expensis.Im. c.j.de censi.in vj.idẽ tenet,sed alia ratione : nam dicit, quòd hæc procuratio,seu conuiuium debetur ratione subiectionis:ideo episcopus non debet facere uisitationem suis expensis:sed bene fãtetur,quòd,si ecclesiæ essent pauperes, non debet petere procurationẽ.Adde Fel.d.c.cùm ex officij.uersi.dum Ab.latè.n.3.col.319.

episcopus si non uisitat, non debet habere procurationem, neque in uictualibus, neque etiam in pecunijs: d.Abb.c. procurationes.de censi.uer.ultimò no.Domi.de san.Ge.c.relata.x.q.j. in prim. & est text.c.ij.de censi.in vj.Adde Feli.c.cùm ex officij. de præscri. uer. considera.nu.4.col.319.

episcopus est in excellẽti dignitate:de simo.c.per tuas.n.7.col.1009.

episcopus uisitans diœcesim suam, an possit pro prandio recipere pecuniam:& sic loco procurationis,seu conuiuij habere pecuniam? Domi.de san.Ge.c.relata.x.q.j. concludit, quòd à uolente potest eas recipere,sed non ab inuito:& dic,quòd est text.de hoc,c.felicis.de censi.in vj.Imò plus dicit Domi.de san.Ge.d.c. felicis.quòd si unus clericus faceret pactum de soluendo pecuniam,non ligaretur successor.Vide Fel.c.cùm ex officij. de præscri. uer. an autem. nu.5.ubi ẽ.col.320. Adde, quòd do. Abb. limitat istud consil.suo vij.ij.uol.incip.Iesu Christi saluatoris:circa primum.vij.col.uer. expedito primo dubio.ubi dicit,quòd si est præscriptio tanti temporis,de initio cuius non sit memoria in contrarium,quòd episcopus loco procurationis habeat pecuniam, & contra uoluntatem clericorum,quòd tunc erit licitum accipere pecuniam pro prandio.Ego teneo pro constanti, quòd ista opi. do. Abb. sit falsa,& mala:quia text.d.c.felicis.hoc prohibet expresse.Et si ista opi.do. Abb.esset uera,in totum tolleretur ille text. quod non est dicendũ: quia correctio legum uitanda:& dubito,quòd do.Abb.fuit inductus ad sic consulendum precio,aut precibus.Vide Fel.in hac dubitatione d.c.cùm ex officij.de præscri. uersi. limita, ut stupendæ. nu.6.col.320.

episcopus excommunicatus per literas executoriales emanẽtes à Rota,si adhuc non est declaratus,poterit conferre beneficia: de quo uide,quæ posui in litera C.§.collatio beneficij.

episcopus debet tractare clericos suos,ut socios.Ita do.Abb.c.ad nostram.de ap.uer.idem potest dici.Adde Fel.nu.1.ubi ẽ.col.679.

episcopus de consensu suorum clericorum potest statuere,quòd nullus ordinetur,nisi renunciet proprijs bonis, & promittat castitatem. Arch.c.certè.xij.q.j.Adde Fel.c. ad nostram. de ap. in princ. nu.2.col.679.

episcopus,uel alius prælatus non recognoscens superiorem,an possit dispensare cum seipso super iuramento.Pet.de Anch.c. uenerabilem.de elect.tenuit,quòd sic. Contrariũ tenuit Imol.c.j. de consti. ult.col.ubi Ant.de But.Vide Fel.c.ij.de sponsu.uer. tertia declaratio.nu.20.col.742.Ego crederẽ,quòd ista conclusio sit uera, quo ad Papam: ideo uide,quæ posui in litera P.§. Papa potest dispensare super quolibet iuramento : sed, quo ad episcopum, uel alios prælatos,non crederem procedere conclusionem istam, nisi periculum esset in mora, & multum distaret episcopus à curia Romana:quia isto casu crederem,quòd episcopus,uel alius prælatus possit cum seipso dispensare.Considera.

episcopus an possit dispensare super iuramento, quo ad relaxationẽ ipsius? & dic conclusiuè,quòd quãdo iuramentũ nõ est manifestè licitũ & utile,sed dubium est,an sit licitũ, an illicitũ: utile,uel nõ ciuum:episcopus potest dispensare,uel absoluere à iuramento.Ita Doct.c.si uerò.el j.de iureiur.& c.cùm quidam.§.ij.eo.tit.& c.significauit.de censib.sanctus Tho.ij.ij.q.lxxxix.art.xj. Fel.c.ij.de sponsu.uer.secunda conclusio.nu.21.col.743.Adde tamẽ,quòd ista cõclusio nõ est ita strictè seruanda: quia imò si iuramentũ potest saluari sine interitu salutis æternæ,sed cõtinet in se turpitudinem ex parte recipientis ipsum,potest episcopus directè absoluere ipsum iurantem.Ita Innoc.c.ad aures.quod metus cau, ubi do. Abb. & Imol.& Fel.d.c.ij.de sponsu.uersi.recipit autem.nu.22.Item istud procedit,quando iuramentũ est perniciosum exemplo: ut quia est mali exempli:quia etiamsi illud iuramentũ potest seruari sine periculo animæ,tamen poterit per episcopũ relaxari.Arch.c.uenerabilem.circa fin.de elect.Fel.d.c.ij.uer.secunda declaratio. ubi ẽ. nu.23.col.ead.Item episcopus potest dispensare in iuramento licito per uiam permutationis,non tamen poterit illud totaliter relaxare.Spec.tit.de legat.uer.nu.24.do. Abb.c. debitores.de iureiur. Fel.d.c.ij.uer.modò limitatur.nu.24.ubi ẽ.col.744.

episcopus criminosus:an inferior à Papa posset cognoscere de crimine episcopi? Ponit do.Abb.c.non potest.de re iudi. Adde,an primas,seu patriarcha possit cognoscere de crimine episcopi accusati? & dic,quòd sic:tamen non potest eum deponere: de quo uide Fel.c.ij.de accus.in prim.nu.2.col.757.

episcopus,qui amisit gratiam Papæ,potest cuitari à subditis suis: & quomodo dicatur quis amittere gratiam Papæ,uide,quæ posui in litera P.§.prælatus,qui amisit gratiam Papæ.

episcopus si criminaliter est accusatus, & est crimẽ, quod exigit depositionẽ,tunc requiruntur xij.episcopi, qui cognoscant de causa:sed diffinitio reseruatur Papæ.Ita do. Abb. c. non potest. de re iu.ij.col.uersic.si criminaliter.Si autẽ crimen non exigit depositionem,sed ut remoueatur ab episcopatu:& tunc,si est consecratus,requiritur idem numerus:& decisio reseruatur Papæ. Domi. Abb.d.c.nõ potest.iij.col.uer.si uerò. Adde Ant.de But.c.j.de iud. x.col.uer.opp.quintò.Vide Fel.d.c.non potest.in prim.col.403.Si uerò crimen nõ exigit,neq; depositionẽ ab ordine, neq; amotionem ab episcopatu,sed agitur ad aliam pœnã mitiorẽ, solus Metropolitanus, aut concilium prouinciale poterunt punire ipsum episcopum.d.Abb.d.c.nõ potest.iij.col.uer. si uerò agitur. Adde, utrùm cõcilium prouinciale,quãdo agitur de crimine contra episcopum,quod exigit depositionem, aut amotionẽ ab episcopatu, possit ad minus pronunciare deponẽdum esse:do. Abb. loco præalleg.tenuit,quòd nõ. Cõtrarium tenuit gl.c.frater.xv.q.j.& gl. §.biduum.ij.q.vj.Vide Arc.c.saluo.ix.q.iij.& uide Fel.d.c.nõ potest.in prim.ibi,facit gl.in l.cognitio.ubi ẽ.nu.2 col.401.

episcopus non potest mutare pœnitentiam iniunctam à Papa.Feli.c. at si clerici.§.de adulterijs.de iudi.nu.22.col.93.

episcopus,qui concessit cum consensu sui capituli uni prælato inferiori omnia iura,quæ possidebat in una ecclesia, propter hoc nõ intelligitur concessisse omnia iura indistinctè, ut putà reuerentialia,ut est uisitatio & procuratio : & ratio est, quia ista iura à se alienare,uel abdicare non potest:do. Abb.c.cùm inter.de re iudic. iij.col.uer.primo casu.Idem tenuerunt Domini de Rota tit.de reg. vij.in antiquis. Vide Bald.l.fi.C.de bo.quæ lib.Adde Fel.d.c.cùm inter.uer.inquantum præ cæteris.nu.2.col.482.

episcopus, qui damnauit clericum ad perpetuos carceres,an possit reseruare sibi in sententia potestatem minuendi pœnam suo arbitrio: Vide Bal.authent.interdicimus.C.de episc.& cle.Adde Felic.qualiter & quando.el ij.de accusa.uer.utrùm autem episcopus. nu.30.col.924.

episcopus cum consensu capituli an possit unam ecclesiam in totum à se eximere,uel abdicare ? dic, quòd ista est ardua dubitatio. Adde tamen,quòd aliqui uidentur tenere,quòd episcopus possit eximere unam ecclesiam in totum à sua iurisdictione.Ita Ant.de But.& Imol.c.cùm inter.de consue.ubi dixerunt,quòd episcopus potest à principio creationis eximere à se ecclesiã: & Cal.cõs.suo v.ti.de

rebus

rebus eccl.nõ ali.Et pro ista opi.istorum facit: quia per præscriptionem episcopus amittere põt omne ius episcopale,c.auditis.de præscri. multò fortiùs ergo per cõcessionẽ expressam. Adde,quòd in cõtrarium est cõmunis opi. uidelicet quòd episcopus non possit in totum à se unam ecclesiam eximere. Et istud tenuit do. Abb.c. cùm inter.de re iudic.iiij.col.uer.primo casu. & c. cùm olim.el ij. de priuil.iiij.no. & c.cùm uenerabilis.de cẽsi. Est uerum,quòd do. Abb.d.c.cùm uenerabilis, dicit, quòd in tribus casibus ecclesia in totum eximitur à iurisdictione episcopi.Primo, quãdo episcopus cõcessit exẽptionẽ,& Papa cõfirmauit: quia isto casu intelligitur in totum exẽpta ab episcopo.Secundo casu,quando lata est sentẽtia in fauorẽ ecclesiæ,& sic cõtra episcopum : quia tunc ecclesia in totum est exẽpta ab episcopo.Tertio casu,quando ecclesia inferior præscripsit cõtra episcopum. Et pro ista opi.do. Abb.est gl. c.quicunq;.el j.xvj.q.vij.Doc.c.pastoralis. de dona. Frid.consil. suo cxj.inci. Quæstio talis est,an diœcesanus.Cal.ti.de rebus eccl. nõ ali.& cõsil.xij.Feli.d.c.cùm inter.uer. stat difficultas.num.4. col.482.

episcopi an debeant uenire suis sumptibus ad degradationẽ sacerdotis.Ibidẽ nu.11.col.ead.

episcopi appellatio in materia odiosa & ualde exorbitanti, intelligitur solùm de cõsecrato.Ita Fel.c.eam te.de rescri.uersi. nouissimè autẽ.nu.5.col.475.

episcopi efficiuntur irregulares excessiua correctione,uel tortura clericorum:aut quando incarcerant clericos in arcto carcere in pane & aqua.Ita Fel.c.cùm nõ ab homine.de iudi.uer.circa pœnam eorum.nu.13.col.95.

episcopi,qui uolunt deponere episcopum criminosum, debẽt esse oẽs cõcordes in deponẽdo:aliter depositio nõ ualet:do. Abb.c.nõ potest.v.col.uer.quæro,reprobata ibi gl.& idem tenet Fel.d.c.non potest.uer. & adde ibi.nu.4.de re iudic.col.403. & uide Domi. c.multi.ad fin.

episcoporum numerus an requiratur in degradatione actuali. Fel.de sent.& re iudic.c.nõ potest.nu.10.col.410.

episcoporum appellatione nõ uenit electus:& ideo Bald.l.si nondum. C.de fur.dicit,quòd si ciuitas interficit electum,nõ incurrit in pœnam,in quam incurreret,si interficeret episcopum consecratum, ut gl.c.ita nos.xxv.q.j. Adde & limita istam cõclusionẽ,nisi essemus in materia,quæ per omnia militaret in electo : gl.cle. j.de foro cõpe.uer.episcopos.do.Card.cle.dignum.de cel.missa.iiij.q. Et ideo si fuerit commissa causa prædecessori sub nomine dignitatis, electus in locum demortui poterit esse iudex cõpetens in tali causa : do.de Rota conclusione cccxv.in nouissimis.Item limita,nisi Papa uiua uoce eligeret unum:quia tunc sine cõsecratione diceretur episcopus: do. Abb.e.tua.de his,quæ fiunt à præla. Adde Fel. c.meminimus.de accus.in princ.col.781.

¶ *Episcopatus an sit ordo.Feli.de simo.c. sicut pro certo.num.2.col. 1023.*

¶ *Epistola principis directa uni,quid operetur. Vide per Fel.c.j.de proba.uer.septimò declara.nu.7.col.375.*

epistola,seu literæ missiuæ:si quæritur,an probẽt & dic,quòd si est cõfessata per partẽ,probat,ut l.Publia.ff.depositi.Aut nõ est confessata,& tunc,si habet sigillum eius,qui eam misit,probat,ut l.si qua per calumniam. C. de episc. & cleri.Vide do.Abb.c.ij.de fide instr.v j.col.uersi.nunc uenio.Adde:pone, quòd scribẽs negat epistolam,quæ etiam nõ habet sigillum:dic, quòd isto casu cõparatio habebit locum:quia ipsi epistolæ per cõparationẽ dabitur plena fides.Ita Bart.l.admonẽdi.ff.de iureiuran.v j.col.uer. de tertio genere.Et sic nota,quòd Bart. loco præall.ult,quòd l.cõparationes. C.de fide instru.non sit correcta,nisi in apochis. Et idẽ Mod. d.l. admonẽdi. Cõtrarium tenuit do.Abb.d.c.ij.loco præallegato.Vide Fel.d.c.ij.uer.tangunt etiam hic.nu.17.col. 896.parte ij. Et ibi posui additionẽ circa istam opi.Bart.uidelicet an sit uerum,quòd comparatio det fidem plenam epistolis : & quòd circa comparationem non sit facta correctio,nisi in apochis. Ibi uide additionem meam utilem.

epistola,seu literæ missiuæ probant ad utilitatẽ tertij, eo modo, quo & instrumẽtum:tamẽ nõ affirmo:de quo do.de Rot.dec.ccclxxij. c.ego N.Adde Fel.c.ij.de fide instr.uersi.item probat.num.28.col. 896.

epistola probat donationẽ:de quo per Fel.c.ij.de fide instru. uersi.itẽ probatur per epistolam.nu.19.col.897.

epistola,seu literæ missiuæ probant etiam in fauorẽ & utilitatẽ scribentis,ut si acceptans epistolam, seu literas debiti, uidetur fateri debitum in fauorẽ scribẽtis.Bar.l.filiusfa.ff.ad Maced.de quo per Fel.c.ij.de fide instr.uersi.& operari põt.nu.20.col.897.

epistolæ Pauli an sint authẽticæ? Vide Bal.rub.C.de fide instr.

¶ EQVVS *cõductus si moritur morte naturali,est damnũ locatoris: de quo uide do.Abb.c.auditis.de præscri.ix.col.uersi.quidam bidellus.Limita,nisi perijsset culpa cõductoris:de quo uide Fel.d.c. auditis.uer.& in quantum incidẽter.nu.28.col.311.*

¶ EREMITAE *possunt habere proprium.Ita Fel.c.ij.de foro comp. uersi.itẽ scias.nu.7.col.177.*

eremitæ sunt de foro ecclesiæ.Felin.c.ij. de foro compe.uersi.eremitæ sunt.nu.5.ubi 5.

¶ *Eremitica uita an soluat matrimonium non consummatum.Ponit Felinus c.ij.de foro compe.uersi.bene fecit.nu.6. col.177.Adde tu, an matrimonium non consummatum dissoluatur, si sponsa uelit effici mantellata? & uidetur,quòd sic:quia istæ mulieres mantellatæ habent certam regulam à Papa approbatam : sed dic, quòd text.c.ex parte.el ij.de conuers.coniu.facit in contrarium,ubi dicit, quòd oportet, quòd quis se astringat ad certam religionem approbatam , ubi promittuntur tria substantialia religionis, ad hoc,ut matrimonium dissoluatur : nam istæ mantellatæ non sunt stricto modo religiosæ, cùm non uoueant tria substantialia : nec propriè dicuntur habere regulam, sed quendam modum uiuendi, ut in simili dicit gloss.cle.j.de relig. do. & cle.cùm ex eo. de sentent.excom. Adde ad ista do. Abb.in Rubr.de regula. Et per ista poteris uidere, an uita eremitica posit dissoluere matrimonium consummatum? de quo passu tangit Felin.loco, ut 5. col. ead. & uide gloss.fin.§.ecce,quòd coniugati.27.q.2.uerb.solitudinem.ubi habes de uita eremitica, an dissoluat matrimonium non consummatum.*

¶ ERRANS *in iure restituit fructus,etiam industriales,quatenus est factus locupletior.Fel.de præscri.c.de quarta.nu.31.col.198.*

errans circa sacramenta ecclesiæ,est hæreticus, sicut errans in fide. Fel.de hæretic.c.ad abolendam.nu.j.col.1096.

¶ *Error proprij nominis alterius non uitiat, si constat de corpore. Fel.c.significante.de rescri.uersi.quinta declaratio. nu.5.col. 971. & allegat.l.si quis in fundi.ff.de leg j.ubi istud probatur,ut dicit Bar.l.fi.C.de hær.insti.*

error nominis proprij uitiat rescriptum.Fel.c.significante. de rescr. uer.declara quinq; modis.num.2.col.971. Adde, quòd idem est in testamento, ut putà testator erraut in suo proprio nomine.Ita Bart.l. fin. C.de hær. instit. j. not. Adde, quòd idem est in errore proprij nominis filij testatoris : ut putà, testator instituit filium hæredem,quem uocauit Titium,cùm nominetur Sempronius,testamentum est nullum: quod intellige, nisi filius esset natus patre absente & nutritus:arg.l.Titius.§.Lucius. & quod ibi not. Bald. ff.de lib.& posthu. Adde do.Alex.l.fi.C.de hær.insti.in fi.

error nominis alterius an uitiat rescriptũ:maximè,si constat de corpore.Vide Fel.c.significante.de rescri.in princ.nu.5.col.972.

error an uitiat , ubi constat de corpore? dic, quòd quando in actu requiritur , quòd constet nedum de corpore, sed etiam de intrinsecis qualitatibus corporis : quia ad eas refertur implicitè mens disponentis : tunc error circa illa intrinseca uitiat, licet constet de corpore : pone exemplum : Baptizans , qui intendit baptizare masculum , cùm sit fœmina : quia non uidetur baptizata.Ita Fel.c.significante. de rescri. uer. quarta declaratio. nu.4.col.971.

error in nomine appellatiuo uitiat.Fel. c.significante.de rescr.uersic. quinta declaratio.nu.5.col.972.

error nominis circa procuratorem,œconomum,actorem,syndicum, & similes,non uitiat instrumentum procuratoris.Fel.c.significante.de rescri.uer.ultra Alex.qui multa.nu.6.col.972.

error impedit prorogationem.Vide,quæ posui in litera P.§.prorogatio facta de incompetenti iudice per errorem.

Error nõ solùm facti,sed etiam error iuris, impedit prorogationem. Innoc.c.ad petitionem.de accus.& do.Abb.ibi iiij.col.uer.no.bene.Felin.idem tenet c.P.& G.de offic.deleg.in fin.num.5.col.1229.

Fallit

Fallit hoc, ubi iudex poterat aliqua exceptione repelli,ut quia suspectus:quia si non repellitur per errorem iuris,non poterit amplius repelli lite cõtestata:l.si conuenerit.ff.de iurisd.om.iu. Adde Fel.d.c.P.& G.in fi.nu.15.col.ead.

error facti an præbet iustam causam præscribendi cum titulo? Vide, quæ posui in litera T.§.titulus putatiuus est sufficiens.

error iuris an præbeat iustam causam præscribendi? Vide,quæ posui in litera T.§.titulus putatiuus proueniens ex errore iuris.

error iuris an excusat à restitutione fructuum,tam naturalium,quàm industrialiũ.Vide,quæ posui in litera.T.§.titulus putatiuus proueniens ex errore iuris & facti.

error in notario an potest corrigi per ipsum notarium? Vide,quæ posui in litera N.§.notarius quando posit.& §.notarius nõ potest.

¶ ET,& *cùm: quæ differentia sit inter istas dictiones:uide Bar.l.Titiæ textores.§.j.ff.de leg.j.Bal.l.ij.C.de uer.signi.Adde Fel. c.querelam.de simo.uersic.in gl.in uerbo,non potuit.nu.3.col.973.*

¶ EVICTIONI *renunciari non potest:pone, quòd emerim fundũ, & uenditor fecerit me renunciare, nè contra ipsum uenditorem de euictione agere possim, an talis renunciatio ualeat ? Vide Fel. c.si diligenti.de foro cõpe.uer.tertium corollarium.nu.19.col.219.*

¶ *Euidentissima probatio est illa,quæ fit per priuilegium:de quo uide,quæ posui in litera P.§.probatio,quæ fit per priuilegium.*

¶ EX *nunc,prout ex tunc:quid important ista uerba, maximè cum dictum sit,si hoc non feceris,Excommunico te ex nunc,prout ex tunc.Bald.c.j.de mili.uasal.qui contu.est.multa ponit circa materiam istam. Adde etiam,quid important ista uerba, quando dicitur Ex tunc,prout ex nunc.Vide latè per Fel.c.licet.de proba.uer. no.sexto.nu.6.col.476.*

¶ *Examinatio testium in causa criminali an posit à iudice alteri committi ? Vide, quæ posui in litera T. §. testes in causa criminali.*

examinatio testium in causa ciuili an posit à iudice alteri committi. Vide,quæ posui in litera T.§.testes in causa ciuili.

examinatio testium potest à iudice committi notario suo : de quo uide,quæ posui in litera T.§.testes in causa ciuili.

examinatio testium potest cõmitti in causa ciuili quantumcunq; grauis,secus est in causa criminali:de quo uide Felin.c.j.de testi.cogenuer.fin.num.10.col.857.

examinatio testium an ualeat,si diceretur,Talis testis dixit per omnia,prout primi dixerunt? & uidetur dicendũ,quòd sic:quia sufficit concordare in sensu.Bald.tit.de pace Constan.uersic.item sacramentum. dicit, quòd consuetudo hoc seruat, dum modò aliàs sint testes bonæ famæ & opinionis.Vide Felin.c.& si. de simo.in princ.num.4.col.977.Adde tamen,quòd communiter tenetur cõtrarium:& ratio:quia in forma narrandi de facili deprehenditur falsitas.Spec.tit.de testr.§.nunc.uer.cautum.Bald.l.fin.§. in refutatorijs.C.de appell. do. Abb.c.nihil est.de uerb. signific. Adde Fel.d. c.& si.ubi 5.col.977.

examinatio testium an posit subdelegari.Fel.de re iudic. c.cùm Bertholdus.num.18.col.370.

¶ *Exceptio dilatoria debet proponi ante lit.contest. gl. multum no. c.exceptionem.de exce.j. gl. & ibi do. Abb.ij. col. uersic. quæro text. hic. Quod tantùm intellige uerum esse, si libellus est datus reo.Spec.tit.de exce.§.nunc uidendum.uer.illud quoq;.Quod etiã sentit Ioan. An.c.constitutis.de procur.Ant.de But. & Im.d.c.exceptionem.iiij.col.de quo uide Fel.d.c.exceptionem.uer.prima regula.nu.7.col.129.Adde,quòd contrarium tenuit Hostien.Ant.de But.& Im.d.c.constitutis.ubi dicunt,quòd etiam ante receptum libellum recusatur iudex.Fel.d c.exceptionem.uer.alleg. Adde tamen,quòd si ista restrictio esset uera, uidelicet quòd nisi datus esset libellus reo,quòd exceptio non debet proponi:quòd fallit hoc, ubi esset talis causa, in qua procederetur sine libello : tunc facta apud acta qualiquali narratione per actorem, reus tenetur proponere suam exceptionem:aliter postea nõ audiretur.Fel.d.c.exceptionẽ.col.130. Itẽ si nõ fit lit.cõtest.putà,quia causa esset huius naturæ,tunc primus actus,qui solet fieri post contestationẽ litis, excludit dilatorias:gl.c.j.uerbo,absentia. de elect.in v j. Bal.l.j,nihil.j.col.C.de proc.Bart.l.ab executore.in fin.ff.de ap.do.Abb.c. insinuante.de off.del.Fel.d.c.exceptionem.uer.tertiò intellige.nu. 10.col.130.*

exceptio dilatoria de nouo orta, an possit opponi post terminum præfixum à iudice,ad omnes dilatorias proponendas : do. Abb.c. pastoralis.de exce.ix.col.uer.uenio nunc.dicit,quòd gl.v.d.c.pastoralis.tenuit,quòd sic.Et idem ipse ibi tenet reprobata opi.Inn. ut ibi per eum. Adde, & amplia,quia etiamsi exceptio superueniret post pactum de non litigando,potest opponi.Ant. de But. c.fi. de iudic. xxij. col. Item, si exceptio de nouo orta potest deduci in iudicio per uiam actionis,poterit opponi:do.Abb. d.c.pastoralis. vij.col.uer. secundò potest intelligi.Domi.de san. Gc.c.j.§.illum. de resti.spo.in v j.pe.col. Item exceptio de nouo orta, etiam sine facto aduersarij,potest opponi post terminum præfixum à iudice Bar.l.j.ff.de exce.iij.col.uer.quæro,quid.et l.cogi.C.de petit.hær. Bal.l.per hanc.C.de temp.ap. & l.j.C.de alie.iud.mu.cau.fa.Lud. Ro.l.stipulatio.§ habet.ff.de oper.no.nun.Ia.de Bel. & Ia.de Ra. in authent.præsente.C. de fidei.licet Bald.l.peremptorias.C.sent. rescin.non poss.teneat cõtrarium,& malè. Adde Abb.d.c.pastoralis.d.col.& uersi. Adde,& limita omnia suprà dicta:quia si esset conclusum in causa,nulla exceptio esset admittenda:do.Abb.c. pastoralis.v.col.uer.item quæritur.& uide 5.§.exceptio non potest opponi.Fallit,si esset exceptio suspecti iudicis : quia posset opponi, postquam est conclusum in causa:& hoc etiam,quando talis exceptio esset orta de nouo.Domi.de san.Gc.c.iudex.de of.del. in v j.Fel.d.c.pastoralis.uer.excipiuntur certi casus.nu.17.col.29. Fallit etiam in exceptione excommunicationis:quia potest opponi post conclusionem in causa,c.pia.de exce.in v j. Fallit etiam in exceptione notoria:quia poterit opponi post cõclusionem in causa.But.c.dudum.el j.de elect.ij.col.uer.no.quartò Fel.d.c.pastoralis.uersaltus in exce.nu.18.col.30.Fallit etiam,quando iudex uel let admittere exceptionem ex officio suo:quia etiamsi esset cõclusum in causa,posset opponi exceptio de nouo orta.Fel.d.c.pastoralis.uer.sequent.col.ead.

exceptio dilatoria omissa in causa principali,nõ potest postea opponi in causa appellationis : & hoc, si scienter omissa fuit: secus,si ignoranter:quia si esset exceptio facti,bene admitteretur, non autem iuris.Fel.c.ad audientiam.de rescri.el ij.uer.omittens dilatoriam.nu.13.col.895.& eum ibi uide in iiij.limitatione.Adde,quòd do. Abb.c.pastoralis.de exce.ix.col.tenet idem,dum quæris,nunquid indistinctè admittatur exceptio post terminũ, si eam sibi cõpetere pars ignorauit in termino ? & ibi dicit de mente gl. quòd text.ille intelligitur in exceptionibus facti omissis,& nõ iuris:putà,scieham iudicem cõsanguineum partis aduersæ,sed ignorabam eum ob hoc posse recusari,tunc mihi imputetur:& sic in causa appellationis nõ potero opponere.Adde,quòd Ant.de But.d.c.pastoralis.v j.col. dicit, quòd hoc non habet locum in termino præfixo ab homine,id est,à iudice statuente terminum ad opponendas dilatorias:de quo uide Felin. in materia ista c.cùm Ioannes.de fid. instr.uer.sed posito,quòd ista limitatio.nu.29.col.961.

exceptio dilatoria superueniens post litis cõtestationem,nõ põt opponi,uidelicet quando post superuenientem dilatoriam agitatus est aliquis actus ulterior citra merita causæ cum parte aduersa: quia tunc sicut litis cõtestatio sequens dilatoriam, excludit eam, c. intermonasterium. de re iudic.primus actus iudicialis sequens post dilatoriam superuenientem: quia habetur loco litis cõtestatæ.Fel.c.cùm M. Ferrariensis. de cõsti.uer.& hinc incidenter.nu. 9.col.203.Adde tu,quòd Bar.& Bald.l.nihil.C.de procur.dicunt cõtrarium: quia lis semel cõtestata,amplius cõtestari nõ põt. Vide Fel.sequenti uersi.col.ut 5.& faciunt ad hoc,quæ posui in litera P. §.procurator.

exceptio dilatoria,quæ uenit ad noticiam partis post terminum datum à iudice, uel post litem cõtest. an possit opponi? do. Abb. c. pastoralis. de exce. ix.colum. uer. nunc redeo. dicit, quòd si pars opponens nõ fuit negligens in opponendo, quòd auditur post terminum, uel post cõtest. lit. si uult opponere. Et omnes ibi tenent istud, & Ang. l. qui procuratore.§.j. ff. de procur. Fulg. l.de die.§ si seruus.ff.qui satis.cog.Ant.de But.c.ij.de ord.cog. & ibi do.Abb.pen.col.Fel.d.c.pastoralis.uer.post terminum,de quo hic.num.20.col.30.p.3. Adde,quòd Fel.loco præallegato adducit opiniones aliquorum doctorum, qui tenuerunt cõtrarium : tu ibi uide latè per eum.Tamẽ dic,quòd communis opi.est illa,quam suprà retuli de mente do.Abb.loco præallegato.

exceptio

exceptio dilatoria, quæ non fuit opposita in termino præfixo à iudice, ad omnes dilatorias proponendas in causa principali, an possit opponi in causa appellationis? do. Abb. ponit c. pastoralis. de exce. ix. col. uer. quero. & ibi dicit, quòd sicut terminus iuris excludit exceptiones dilatorias, ut in causa appellationis non possunt opponi, ut per Bar. l. ita demum. C. de procu. idem est dicendum de termino hominis: quia excludit exceptiones non oppositas in causa principali, adeo quòd non possit opponi etiam in causa appellationis: & ibi reprobat opi. Ant. de But. qui ibi tenebat contrarium. Adde Fel. d. c. pastoralis. uer. dum subdit Abb. nu. 24. col. 32. Adde, quòd fallit hoc in exceptione dilatoria omissa, siue in termino hominis, siue iuris, quæ sapit nullitatem: quia etiam post terminum poterit opponi non solùm in causa principali, sed etiam in causa appellationis Tex. est c. fin. de appell. in v j. Feli. c. pastoralis. uer. allegato, col. ead.

exceptio notoria potest proponi ante litis contestationem. Feli. de libel. obla. c. dilecti filij. nu. 4. col. 298.

exceptio dilatoria proposita post terminum datum à iudice ad omnes dilatorias proponendas, & per iudicem admissa parte non opponente, an ualeat? & uidetur dicendum, quòd non, per l. scire. §. consequens ff. de excus. tut. Et est doctrina Bal. l. properandum. C. de iudic. iij. col. uer. circa istam materiam. Vide Feli. ubi ponit multa facientia ad hoc, c. pastoralis. de exce. uer. ultimò examino dubium. nu. 18. col. 34. Adde, quòd imò ualet talis exceptio opposita post terminum parte non opponente, & à iudice admissa, per doctrinã Innoc. c. in causis. de testi. ubi dicit, quòd ualet quarta producti testium parte nõ opponente, etiam omissa solennitate. Sequitur Bar. authen. qui semel. C. de proba. Fel. d. c. pastoralis. uer. in contrarium. num. 29. col. 34. Et in simili dicunt do. de Ro. tit. de teste. j. in nouis, quòd productio testium post conclusionem in causa, ualet, si pars non oppositum. Fel. d. c. pastoralis. uer. alle. col. 35.

exceptio dilatoria: an iudex ex officio suo eam admittere possit partibus inuitis, etiam postquam est conclusum in causa? Vide, quæ posui in litera 1. §. iudex potest admittere ex officio.

exceptio dilatoria potest declarari post triennium per partem: & sic, quamuis non potest opponi, tamen potest declarari: do. Abb. c. pastoralis. de exce. x j. col. uer. ultimò quæritur. Io. An. in Spec. tit. de teste. §. uidendum. uer. hoc etiam. Fel. d. c. pastoralis.

exceptio dilatoria, quæ sapit nullitatem processus, aut sententiæ, potest opponi post terminum iuris, siue hominis, datum ad omnes exceptiones dilatorias proponendas: & hoc tam in causa principali, quàm in causa appellationis: & hoc modo limitabis Bart. l. ita demum. C. de procur. qui dixit, quòd exceptio dilatoria omissa in causa principali, non potest opponi in causa appellationis: & de hoc uide, quæ posui §. exceptio dilatoria, quæ non fuit apposita.

exceptio excommunicationis an possit opponi à tertio. Fel. c. intelleximus. de iudic. num. 7. col. 72.

exceptio dilatoria potest opponi post litem contest. & hoc, quando tertius comparet pro suo interesse. Ang. l. si quis libertatem. ff. de pe. hær. Vide Fel. c. super eo. de offi. deleg. in prin. nu. 2. col. 1089.

exceptio dilatoria: an in exceptionibus sit necessaria litis cõtestatio? d. Abb. c. prudentiam. §. sexta. de offi. dele. ij. col. uers. in gl. in uerbo, ex confessione. dicit, quòd communis opinio ualet distinctè, ut super exceptionibus non sit necesse litem contestari. Adde, quòd Moderni ibi dicunt, quòd si reus petit litem contestari, est contestanda: secus si non petit. Adde, quòd in exceptionibus lis est contestanda: de hoc est gl. c. j. de lit. contest. in v j. in gl. magna, in fi. Et idem sentit gl. c. interposita. §. fi. de ap. & gl. d. §. sexta. Tamen cõmunis opi. est in contrarium, uidelicet quòd non sit necessaria lit. contest. in exceptionibus. Et istam opi. tenuit do. Abb. d. c. prudentiam §. sexta. Car. & do. Abb. d. c. interposita. Ant. de But. & Im. c. quoniam frequenter. ut lite non contest. Adde Fel. qui idem tenet, d. c. prudentiam. §. sexta. de offi. deleg. uer. gl. in uerb. ex confessione. num. 15. col. 1119. ubi de materia latiùs.

exceptio, quæ non continet nomen excommunicatoris, & speciem excommunicationis, propter hoc iudex non debet reijcere ipsum excipientem, sed illum inducere debet ad expressionem qualitatis & speciei. Ita do. Abb. c. sollicitè. de resti. spo. in princ. Et hoc modo limitabis text. c. pia. de exce. in v j. Adde, quòd Fel. idem tenet d. c. prudentiam. §. sexta. de offi. deleg. uer. ad istam materiam. nu. 18. col. 1122. Et ibi dicit, quòd secus est in probatione: quia probatio non cõcludens reijcitur, c. in præsentia. de proba. Et ratio est: quia probatio non potest declarari. sed exceptio sic: ut ibi per eum.

exceptio dilatoria, quandocunq; superueniat, etiam sine facto aduersarij post contestationem litis, an possit opponi? uide, quæ posui in litera D. §. dilatoria exceptio.

exceptio dilatoria, quæ superuenit post contesta. litis, si pars fuit negligens in perquirendo illam, an poterit opponi? Vide, quæ posui in litera D. d. dilatoria exceptio, quæ superuenit.

exceptio dilatoria, quæ superuenit post contestationem litis, si pars sciens litigat. illam amplius opponere nõ potest, de quo uide, quæ posui in litera D. §. dilatoria exceptio.

exceptio dilatoria, quæ superuenit. postquam est conclusum in causa, opponi non potest. Vide, quæ posui in litera D. §. dilatoria exceptio, quæ superuenit, postquam est conclusum.

exceptio dilatoria, quæ superuenit postquam est conclusum in causa, opponi non potest: tamen fallit aliquibus casibus. Vide in materia ista, quæ posui in litera D. §. dilatoria exceptio, quæ superuenit, postquam est conclusum in causa.

exceptio dilatoria regulariter non est proponenda post litem contestatam: do. Abb. c. exceptionem. de exce. ij. col. uer. quero. tex. hic, ubi per duas col. examinat istum articulum: et dic, quòd istud adeo uerum est, quòd si iudex uellet procedere simul super dilatoria, et super principali, processus esset nullus: & si non esset nullus, ad minus pars posset appellare: de quo uide Fel. d. c. exceptionẽ. uer. alia regula. nu. 11. col. 130. ubi uidetur inclinare, quòd processus sit nullus, si iudex procedit super principali & dilatoria simul. Tamen uide Bar. l. fundum. ff. de exce. in fin. Adde, quòd in quantum dixi, quòd dilatoria non est proponenda post contest. luis, quòd ista est regula firmissima, quam tenent omnes, d. c. exceptionem. Sed tamen fallit in multis casibus: & primò in exceptione excommunicationis, quæ potest opponi post contest. litis, ut est tex. expressus d. c. exceptionem. Et hoc intellige, etiamsi lapsus esset terminus datus ad omnes dilatorias proponendas. Text. est cle. j. de exce. Fel. d. c. exceptionem. uer. fallit primò. nu. 12 Ibidem. Fallit etiam ista regula, quando iudex dedisset terminum in specie ad excommunicationem proponendam: quia etiamsi esset lapsus, tamẽ posset proponi exceptio excommunicationis: gl. pe. d. cle. j. et do. Car. ibi, x v j. q. Fel. d. c. exceptio. nemuer. secundò etiam. nu. 13. ubi 5. col. ead. Item ista regula fallit: quia post contest. lit. exceptio excommunicationis non solùm potest opponi contra partem, sed etiam contra iudicem & procuratorem: gl. ij. in fi. d. cle. j. do. Abb. c. in nostra. de procu. ult. col. Fel. d. c. exceptionem. uer. tertiò nedum. nu. 14. col. 131. Item fallit ista regula: quia si pars iurasset non opponere exceptiones dilatorias, tamen poterit opponere exceptionem excommunicationis, etiam post contesta. litis. Ioan. An. c. pia. §. j. de exce. in v j. Fel. d. c. exceptionem. uer. quartò etiam. nu. 15. ibi nu. 14. col. 131. Et hoc habet locum, etiamsi pars in specie iurasset non opponere exceptionem excommunicationis, ut per Fel. d. c. & uer. Adde etiam, quòd ista exceptio excommunicationis potest proponi post contest. lit. etiamsi maliciosè fuisset omissa, & etiamsi esset lata sententia. Fel. d. c. exceptionem. uer. sextò, etiamsi. nu. 16. col. ead. Item ista exceptio excommunicationis potest opponi per tertium, etiam si esset tertius, cuius non interest: do. Car. c. exceptionem. Fel. ibi, uer. octauò etiam. nu. 17. col. ut 5. Item potest opponi ista exceptio excommunicationis, ubi essent latæ tres sententiæ conformes: putà, contra impetrantem rescriptum commissionis, uel si de cætero ipse impetrans excommunicatus, qui habuit tres sententias conformes pro eo. Et hoc modo limitabis cle. j. de re iudic. Vide do. de Rota tit. de sent. excom. x v. in antiquis. Fel. d. c. exceptionem. uersi. alleg. Item ista exceptio excommunicationis potest opponi, etiamsi esset cõclusum in causa: do. de Rota tit. de re iudic. xxiiij. in antiquis. Fel. d. c. exceptionem. de excep. uer. nonò, etiamsi. nu. 18. ibi. Adde tamen, quòd contrarium tenuit do. Card. d. cle. j. de exce. j. oppo. Vide Fel. d. c. exceptionem. uersic. decimò, etiam si esset. nu. 19. col. ut 5. ubi uidetur tenere contra do. Card. Item fallit ista regula, uidelicet quòd dilatoria potest opponi post contesta. lit. & hoc, quando pars fuisset impedita, uel decepta per iudicem, ita quòd non potuisset opponere

nere exceptionem dilatoriam ante litem contest. gl. iij. c. ex conquestione. de rest. spo. quam sequitur Bal. ibi ij. col. & Lud. l. naturaliter. §. nihil cõmune. pe. col ff. de acquir. poss. Vide Fel. d. c. exceptionẽ. uer. fallit secundò dicta regula. nu. 20. col. 132. Tamen contrarium tenuit Domi. de S. Ge. c. in primis. ij. q. j. §. quia ergo. iiij. col. Vide Fel. d. c. exceptionem. uer. contra hanc fallentiam. nu. 21. col. 132. Item fallit ista regula: quia exceptio dilatoria potest opponi post contest. litis: & hoc, ubi exceptio dilatoria habet causam successiuam: quia quotidie oritur ius excipiendi. Ita Ant. de Bu. & Imol. d. c. exceptionem. Io. And. d. c. dilectus. el ij. de rescr. Arch. c. hortamur. iij. q. ix. Domi. de san. Ge. & Arch. c. statuimus. Io ij. de offi. deleg. in v j. Fel. d. c. exceptionem. uer. fallit tertiò. nu. 22. col. præalle. Adde tu, quod propter istam causam exceptio friarum post litem contest. potest opponi, sicut omnis exceptio dilatoria, quæ habet actum successiuum. Ita Ang. l. j. ff. de ferijs. Io. de Imol. c. fi. eod. tit. Phil. c. ex parte. el j. de ap. Item fallit ista regula, quando iudex reseruasset parti exceptiones dilatorias: quia poterunt opponi post contest. li. do. Ab. c. ad dissoluendum. de despon. impub. Arc. c. exceptio. iij. q. v j. & c. j. xxvij. dist. Bald. l. criminis. C. qui accus. & l. peremptorias. in prin. C. sent. rescin. non poss. Host. Ant. de Bu. & Imol. c. cùm contingat. de offi. del. Fel. d. c. exceptionem. de exce. uer. fallit quartò. nu. 23. col. 133. Dic tamẽ, quòd ab ista reseruatione, quæ fecit iudex, pars potest appellare. Domi. de S. Gemi. d. §. exceptio. iij. q. v j. præter quàm in duobus casibus: primo, quando exceptio proposita indiget altiori indagine: quia tũc talis reseruatio erit iusta. Host. & alij d. c. cùm contingat. Bart. l. nam & postea. ij. col. ff. de iureiur. Secundus casus est, quãdo præsumptio est contra excipientem: quia tunc pars non potest appellare à dicta reseruatione. Et in hoc uide latè Feli. d. c. exceptionẽ. de exce. uer. primus est, quando exce. nu. 24. col. 133. Item fallit dicta regula in tertio comparente pro suo interesse: quia poterit opponere exceptionem dilatoriam, etiam post contest. lit. Ang. l. si quis libertatem. ff. de peti. hær. j. col. Quod intellige sano modo, dum modò non opponat declinatoriam iudicij. Vide Pe. de Anch. consil. suo cccxxix. incip. Ad dubia. Bald. l. fi. in fi. C. de exce. Vide Feli. d. c. exceptionem. de exce. uer. fallit quintò. nu. 25. col. 134. ubi confirmat istam fallentiam per multa media. Item fallit ista regula in ecclesia & minore: quia restituuntur in integrum ad exceptionem dilatoriam omissam: quia poterunt opponere post contest. lit. Spec. tit. de rest. in inte. §. quis autem. uer. illud quoq;. in fi. Bald. & Ang. l. de die. ff. qui satisda. cog. Adde, quòd contrarium tenuit Inno. c. coram. in fin. de rest. in inte. & Bald. l. peremptorias. C. sent. rescin. non poss. iiij. col. Arc. c. irreligiosum. lxxx v ij. dist. Imol. cle. j. de resti. in inte. & do. Car. x v j. q. Lap. allegat. liij. inci. an oporteat. Dic in materia ista, quòd si esset talis dilatoria, quæ multùm esset præiudicialis, quòd tunc minor, ecclesia & rusticus restituuntur. Imol, d. c. coram. ult. col. & ibi Host. & Ioan. An. c. j. de resti. in integ. in v j. ij. col. ubi Domi. de san. Gemi. Vide Fel de hoc d. c. exceptionem. uer. fallit sextò. nu. 26. ibidem, ut suprà. Item fallit ista regula in exceptione dilatoria, in qua uertitur periculum animæ: quia poterit opponere etiam post contest. li. Ant. de But. c. ex conquestione. de rest. spo. Imol. c. ij. de cau. poss. & proprie. in fi. Cald. c. fi. de ord. cog. Vide Feli. d. c. exceptionem. uersi. fallit septimò. nu. 27. col. 135. Item fallit ista regula in exceptione dilatoria, quæ habet reddere iudicium retro nullum: quia poterit opponi in qualibet parte iudicij: & sic post contest. lit. Domi. Abb. d. c. exceptionem. v. col. uer. quidam sunt. & ibi Imol. Sali. l j. C. de iuris. om. iudic. do. Abb. c. in nostra. de procur. ij. col. Vide Fel. d. c. exceptionem. uer. fallit octauò. nu. 28. Ibidem. Item fallit ista regula, quando lit. contest. fuit nulla: quia exceptio dilatoria potest opponi post contest. lit. Paul. de Cast. l. ita demum. C. de procur. Fel. d. c. exceptionem. uer. fallit nonò. nu. 30. Ibidem. Item fallit ista regula, quando exceptio dilatoria opponitur incõtinenti post litem contest. Inno. c. pastoralis. de exce. Imol. l. ij. §. prius. ff. de uul. & pup. Contrarium tenet Bald. & Ang. l. Pomponius. §. rati. ff. de procu. Tamen tene opi. Inno. quam tenuit etiam Ant. de But. c. cùm dilectus. de ordi. cogni. iij. col. Fel. d. c. exceptionem. uer. fallit decimò. nu. 30. col. 136. Item fallit in exceptione dilatoria solutionis, quæ non fuit opposita ante contest. lit. quia poterit opponi postea: do. Abb. d. c. exceptionem. iiij. col. uer. ad idem quæritur. Inno. c. pastoralis. de exce. ubi Ant. de But. & Bart. l. exceptionem. C. de proba. Adde, quòd ibi Cy. tenuit cõtrarium. Spec. tit. de exce. §. nunc uidendum. in princ. Hosti. in summa de exce. §. & quãdo. in prin. Vide Fel. d. c. exceptionem. uer. fallit undecimò. nu. 31. col. ut 5. Item fallit ista regula, quãdo exceptio dilatoria opponitur post contest. lit. & pars tacitè permittit: quia ualebit talis exceptio dilatoria: do. Abb. c. cùm contingat. de offi. del. pe. col. Feli. d. c. exceptionem. de exce. uer. fallit duodecimò. ibidem. Item fallit, quando exceptio dilatoria superuenit post litem contest. gl. d. c. exceptionem. & c. insinuante. de offi. dele. Fel. d. c. exceptionẽ. de exce. uer. fallit ultimò. nu. 32. col. 137. Et hæc nota, quia quotidiana: & non habebis alibi ita cumulatè, quando exceptiones dilatoriæ possunt opponi post contesta. litis.

exceptio dilatoria potest opponi quandocunq; per tertium uenientem in iudicio pro suo interesse. Ang. l. quidam consulebat. in fin. ff. de re iud. Adde, quòd Fel. idem tenet c. super eo. de off. dele. uer. tertiò Ang. nu. 2. col. 1089.

exceptio peremptoria: utrùm omnis exceptio peremptoria possit opponi ante contestationem litis? Fel. ponit c. super literis. de rescr. uer. ultimò, in quantum Abb. nu. 37. col. 666.

exceptio peremptoria notoria proponi potest ante contestationem lit. Ita do. Abb. c. iij. de li. obla. in fin. Adde Ioan. An. in Spec. tit. de exce. §. dicto. uer. sed non reus. Ant. de But. c. super literis. & c. exceptionem. pen. col. de exce. Pet. de Anch. & Ioan. An. c. j. de litis contest. in v j. Bald. l. postquam liti. iij. col. uer. unica conclusio. C. de pact. Adde Fel. d. c. iij. uer. limita quintò. nu. 2. col. 297. ubi latè de hoc. Adde 5. quæ posui §. exceptio concernens merita causæ.

exceptio peremptoria, quæ est notoria, potest proponi, & ante & post contest. litis: & ratio est, quia æquiparatur illis exceptionibus peremptorijs, de quibus c. j. de lit. contest. in v j. Ita do. Abb. c. exceptionem. de exce. v. col. uer. item fallit. Idem tenet Ioan. An. in Spec. tit. de exce. §. dictæ. uer. sed non reus. Innoc. c. fin. de libel. obl. Pet. de Anch. d. c. j. de lit. conte. in v j. & ibi Ioan. An. Bald. l. postquam liti. C. de pact. ij. col. uer. octaua exceptio. Adde Felu. d. c. exceptionem. uer. circa peremptorias. nu. 34. col. 137.

exceptio peremptoria, quam excipiens offerret se incontinenti probaturum, impediret contestationem litis, quamuis non sit de illis priuilegiatis, de quibus c. j. de lit. cõtest. in v j. do. Abb. c. super literis. de rescri. v iij. col. & ibi Ant. de But. Adde, quòd contrarium tenet Innoc. Ant. de But. do. Abb. & Imol. c. fin. de libel. obla. & gloss. j. c. super causa. ij. q. v. & ibi Domi. de san. Gemi. glo. multùm no. c. literas. §. pen. de resti. spo. uerbo, incontinenti. Ant. de But. c. literis. de rest. spo. xx. col. Ang. l. fin. C. quo. bono. Et istam opi. teneo, quam confirmo duobus medijs: primo, si esset uerum, quòd omnis exceptio peremptoria, quam excipiens se offerret incontinenti probaturum, impediret litis ingressum: sequeretur, quòd inter exceptionem dilatoriam & exceptionem peremptoriam nulla esset differentia: & sic text. c. j. de lit. contest. seruiret nobis de uento: quia quoties quis proponeret aliquam exceptionem peremptoriam, etiam quòd non esset de illis, de quibus d. c. j. de lit. conte. in v j. tamen si offerret se probaturum incontinenti, impediret litis ingressum: quod non est dicendum: quia esset corrigere text. d. c. j. Secundò confirmo: quia spoliator in causa spolij posset dicere, quando spoliatus poterit restitui ad possessionem, ante omnia spoliator posset replicare, quòd uult probare de dominio incontinenti: & sic iudicium spolij impediretur, quod est contra ius. Et in terminis istis propriè loquitur Innoc. c. ij. circa fin. de cau. poss. & propri. ubi dicit, quòd spoliatus debet restitui ante omnia, etiamsi spoliator uult probare de dominio incontinenti. Adde ad ista Fel. c. exceptionem. de exce. uer. datur alia fallẽtia maxima. nu. 36. col. 139.

exceptio peremptoria an sit admittenda ultra terminum: præsupposito, quòd iudex possit præfigere terminum in exceptionibus peremptorijs, sicut in dilatorijs, si pars iurat, quòd de nouo ad suam noticiam peruenit: do. Abb. c. pastoralis. de exce. tangit difficultatem istam ij. col. uer. & hæc opin. uariatur. Et post multa dicit, quòd si pars uult opponere antiquam exceptionem peremptoriam, quæ tamen erat publica, non auditur: quia est præsumptio contra eum: si autem non erat publica, tunc debet admitti cum iuramento, nisi ista exceptio oriretur ex facto proprio: quia

debebat indagare. Contrarium tenuerunt domini de Rota decis. xxxix. ubi dicunt, non credendum iuramento partis, si post terminum dicit, Ad suam noticiam exceptionem peremptoriam peruenisse. Et idem tenuit Compost. c. sicut. de ele. Et idem uidetur tenere Anton. de But. c. cùm M. Ferrar. de constitu. in repeti. xij. col. uer. aduerte tamen. Adde, quòd opi. do. Abb. est communior: uidelicet, quòd exceptio peremptoria potest admitti post terminum cum iuramento cum limitationibus, ut 5. Et illam tenet Imol. d. c. cùm M. Ferrariensis. x. col. uer. dixit etiam. & do. Card. cle. constitutionem. de elect. §. cæterùm. v ij. q. Ant. de But. d. c. pastoralis. Adde Fel. d. c. pastoralis. uer. respectu uerò fallentiarum. nu. 6. col. 24.

exceptio compensationis potest opponi in executione, & post sententiam. do. Abb. c. suborta. de re iud. ij. col. uer. contra quod. gl. fin. c. cùm Ioannes. de fide inst. Et sic not. quòd ista exceptio compensationis potest impedire executionem sententiæ. Vide Bal. & Sal. l. ij. C. de compensat. Adde Fel. d. c. suborta. uer. exceptio compensationis. nu. 2. col. 608.

exceptio falsitatis non potest opponi post conclusionem in causa: do. Card. c. licet causam. de proba. pen. q. de quo uide Fel. c. cùm dilectus. de fide instru. uer. quartò notabiliter amplia. num. 11. col. 944.

exceptio non nu. pec. potest opponi intra biennium, etiam quando quis confessus est se mutuò recepisse pecuniam. Et sic not. quòd istud est priuilegium, quod concessum est debitori, ut liceat ei uenire contra propriam confessionem, contra text. c. per tuas. de proba. Et quòd talis exceptio possit opponi intra biennium regulariter, tenent omnes: & primò tenuit do. Abb. c. si cautio. de fid. instru. v j. col. uers. oppo. contra text. & ibi Hostien. Anto. de But. & Imol. & Fel uer. prima regula est. num. 45. col. 994. Et uide etiam per istos Doct. c. fi. de sol. Adde pro ampliatione istius regulæ, quòd si recipiens mutuum iurasset se recepisse, non est necessaria absolutio à tali iuramento: quia illo non obstante poterit excipere de non nu. pec. Bald. l. fin. C. de non nu. pec. Tamen circa hoc uide Salic. d. l. fin. & Anton. de Butr. d. c. fin. de sol. iij. col. & Fel. d. c. si cautio. uer. amplia primò. num. 46. col. 994. Item pro ampliatione istius regulæ dic, quòd exceptio non nu. pe. potest opponi intra biennium, etiamsi quis confessus fuisset in iudicio apud acta se recepisse pecuniam. Salic. l. in contractibus. j. col. C. de non nu. pec. Felin. d. c. si cautio. uer. amplia secundò. num. 47. col. 995. Item pro ampliatione istius regulæ dic, quòd exceptio non nu. pec. potest opponi intra biennium, etiamsi est renunciatum tali exceptioni: do. Abb. d. c. si cautio. v j. col. uer. dic etiam. & Cy. Bar. Bald. Salic. l. si executione. C. de nõ nu pe. & Fel. d. c. si cautio. uer. amplia quartò. nu. 48. col. 995. Ibi. Quod intellige sano modo, quando talis renunciatio esset facta eodem tempore: secus, si ex interuallo: quia ualeret. Domi. Abb. d. c. si cautio. v j. col. uer. dic etiam. & Bart. d. l. ex cautione. & Anton. de Butr. d. c. fin. de sol. iij. colum. Adde tamen, quòd talis renunciatio non tollit, quòd intra biennium nõ possit opponi exceptio non nu. pe. sed solum transfert onus probandi in debitorem, qui aliàs non tenebatur. Vide Fel. d. c. si cautio. num. 49. uer. hoc intellige primò esse uerum. col. 995. Intellige etiam, quòd si in renunciatione facta incontinenti interuenisset iuramentum: quia ualeret dicta renunciatio, neque posset opponi exceptio non nu. pec. Bartol. d. l. fin. C. de non nu. pec. Sed si soluerit, poterit repetere, per c. debitores. de quo uide per Fel. d. c. si cautio. uer. secundò intellige. nu. 50. col. eadem. Item pro ampliatione dictæ regulæ dic, quòd exceptio non nu. pec. potest opponi intra biennium, etiam si debitor dixit in instrumentò, Confiteor habuisse & recepisse, neq; hoc dico sub spe futuræ numerationis. Ita Bart. l. ex cautione. & Fel. d. c. si cautio. uer. amplia quintò. num. 51. col. 996. Adde, quòd ista regula sic ampliata fallit in aliquibus casibus: & primò, ubi apparèret ex tenore instrumenti, quòd ipse, qui confitetur recepisse, in effectu recipit: utputà, quia notarius hoc asserit, quòd in sui præsentia & testium facta fuit numeratio: quia isto casu intra biennium non poterit opponi exceptio non nu. pec. Innoc. & Anton. de Butr. d. c. si cautio. & do. Abb. ult. col. uer. tertiò limita. Fel. ibi. uer. modò dicta regula. nu. 52. col. 996. Vtrùm autem ista fallentia habeat locum in scriptura priuata, uide latè per Feli. d. c. si cautio. uer. sed circa hanc fallentiam. nu. 53. col. eadem. Adde etiam, quòd ista regula fallit in confessione facta in ultima uoluntate: quia non opponitur contra ipsam exceptio non nu. pec. etiam intra biennium: gloss. & Bald. l. j. C. de fal. cau. adie. leg. Bald. tit. de pace Constan. uerbo, uasalli. Salic. d. l. in contractibus. Fel. d. c. si cautio. uers. fallit secundò. nu. 54. col. 998. Adde etiam, quòd fallit ista regula in loco, ubi esset statutum, quòd non possit opponi exceptio non nu. pec. intra biennium: quia ualeret tale statutum inter laicos: & sic ista exceptio non nu. pec. non posset opponi intra biennium. Bald. d. l. si ex cautione. ult. q. Feli. d. c. si cautio. uer. fallit quartò. nu. 55. col. 998. Adde etiam, quòd fallit ista regula, quando confessio est geminata: quia contra ipsam non potest opponi exceptio non nu. pec. Do. Abb. d. c. si cautio. in fin. etiam intra biennium. & ibi Fel. uer. fallit quintò. nu. 59. col. 1000.

exceptio propriè dicitur, quando excludit actionem actoris. Felin. de exceptio. rub. nu. 1. col. 5.

exceptio an habeat ortum à iure naturali. Ibidem nu. 4. col. 6.

exceptio an dicatur inniti æquitati. Ibidem. nu. 5. col. 7.

exceptio solùm actionis exclusiua, probari debet, quando datur ter/minus ad excipiendum. Ibidem nu. 7. col. 8.

exceptio non nu. pec. non potest opponi post biennium: & ista est regula firma tradita à l. in cõtractibus. C. de nõ nu. pec. Quam regulam amplia, ut habeat locum, etiam in clericis contrahentibus nomine ecclesiæ. Ita do. Abb. c. si cautio. de fide instru. v j. col. uer. secundò limita. & do. Card. & do. Abb. c. fin. de sol. & Felin. d. c. si cautio. uer. secunda regula. num. 57. col. 999. Adde, quòd contrarium in hoc tenuit Hostien. Anton. de Butr. & Imol. d. c. si cautio. Bald. authent. hoc ius porrectum. de sacr. sanct. eccles. iij. col. Ang. consil. suo 242. incip. Quia omne datum. Et adducunt rationem: quia ita demum ecclesia tenetur ad mutuum, quando probatur, quòd sit uersum in eius utilitatem. Ego tamen teneo opi. do. Abb. d. c. si cautio. & aliorum, d. c. fin. de solut. Tu uide latè de hoc per Fel. d. c. si cautio. uer. est uerum, quòd Host. nu. 57. col. 999. Adde, etiamsi clericus cõtrahit nomine suo: putà in bonis patrimonialibus post biennium non poterit opponere exceptionem non nu. pec. Abb. d. c. si cautio. v j. col. uers. secundò limita, ubi etiam Host. Anton. de Butr. & Feli. uer. & per hæc apparet. nu. 59. col. 1000. Adde, quòd ista regula habet locum, etiamsi debitor uellet post biennium assumere in se onus probandi, pecuniam non fuisse numeratam: quia exceptio non nu. pec. non potest opponi post biennium. Imol. d. fin. de sol. Bald. & Salic. l. si non singuli. C. si cer. pe. Fel. d. c. si cautio. uer. amplia tertiò. nu. 60. col. 1001. Adde modò, quòd ista regula fallit multis casibus: & primò de æquitate canonica post biennium potest opponi exceptio non nu. pe. maximè, quando excipiens uult probare pecuniam non numeratam. Dy. regula, locupletari. de reg. iu. in v j. Angel. consil. suo cliij. incip. Iudex. Ant. de But. & Imol. d. c. fin. de sol. Salic. l. si ex cautione. C. de non nu. pec. & ibi Bald. Et Imo. d. c. fin. dicit, quòd ista est communis opin. Tu uide Fel. latè de hoc d. c. si cautio. uer. modò fallit primò. nu. 61. col. 985. Item fallit ista regula in foro conscientiæ: quia etiam quòd sit coniunctus debitor in foro contentioso, tamen in foro animæ non tenetur ad solutionem. Vide Innoc. c. plerique. de immu. eccles. in fi. & ibi do. Abb. Vide etiam Fel. d. c. si cautio. uer. fallit secundò. ibi. nu. 62. col. 1001. Item fallit ista regula in confessione mutui facta per ipsum recipientem in præsentia testium, & non per instrumentum: quia exceptio non nu. pec. poterit opponi post biennium, & in perpetuum, ex quo nõ interuenit scriptura: gloss. d. l. si non singuli. C. si cer. pe. uerbo, rei gestæ. Cy. l. generaliter. xv. q. C. de non nu. pe. Bald. d. l. si ex cautione. x. q. C. de non nu. pe. Imol. d. c. si cautio. Bald. l qui pecuniam. ff. si cer. pe. Et ratio est, secundum istos Doct. quòd literæ sunt necessariæ ad hoc, ut biennium pariat actionem: de quo passu uide Felin. d. c. si cautio. uer. fallit tertiò. nu. 63. col. 1002. Adde, quòd contrarium in hoc tenuit Abb. d. c. si cautio. ult. col. uer. secundò limita ultra alios. Et idem tenuit Bar. d. l. si ex cautione. C. de non nu. pe. & ibi Bal. x. q. Adde Fel. d. c. si cautio. uer. contrarium tenet. nu. 64. col. 1002. Item fallit ista regula in debitore uexato à creditore iniustè: qa licet post biennium non possit opponere exceptionem non nu. pec. poterit ad minus implorare officium iudicis. Felin. d. c. si cautio. uer. fallit quartò. nu. 65. ubi 5. Item fallit ista regula, quia exceptio non nu. pe. potest

pe. potest opponi post biennium, quando creditor confessus fuisset, quòd non numeraui pecuniam. Host. & de. Abb. d. c. si cautio. v j. col. uer. aduertendum. Bald. d. l. in contractibus. C. de non nu. pe. iij. q. Fel. d. c. si cautio. uer. fallit quintò. num. 66. parte ij. col. 1003.

exceptio quid est? do. Abb. rub. de excep. j. col. uer. quæro, quid. dicit, quòd exceptio est actionis, uel intentionis exclusio. Adde, quòd communiter tenetur, quòd exceptio propriè est illa, quæ excludit actionem actoris: de quo uide Bald. l. j. xxij. col. uer. vij. C. qui accusa. non poss. & Fel. d. rubrica, de exceptio. in prin. col. 5.

exceptio & officium iudicis non est idem: gl. iij. c. j. de lit. contest. in v j. & ibi Domi. de sanct. Gemi. v j. col. ubi dicit, quòd si statutum prohibet excipere contra instrumentum, tamen poterit implorare officium iudicis: & sic non est prohibita defensio. Idem tenet Bart. l. planè. in fi. ff. de pe. hære. & l. j. §. & parui. ff. quod ui, aut clàm. ij. col. uer. item aduerte. Adde tamen, quòd contrarium tenuit Bal. l. j. C. de cõdi. inde. ult. col. & Sal. l. ita nobis. C. de adul. Tamen uideas Imol. & Ang. l. fi. ff. à qui. appell. non licet. qui reducit istos Doct. ad concordiam. Vide etiam Fel. in materia ista in rub. de excep. nu. 2. uersic. adde etiam. col. 5. & ibi posui additionẽ pro confirmatione opi. Bart. & aliorum, tenentium, quòd exceptio & officium iudicis non est idem.

exceptio si est prohibita per statutum, non intelligitur prohibita defensio: & sic poterit implorari officium iudicis. Fel. rub. de exce. uer. alleg. & ibi uide additionem, quam posui: & uide, quæ posui 5. §. exceptio si tollitur per statutum.

exceptio unde habuit ortum? do. Abb. rub. de except. tenet, quòd habeat originem à natura: sed communiter tenetur, quòd habuit ortum à iure diuino: de quo per Fel. d. rub. uer. in quantũ tenet Abb. nu. 4. col. 6.

exceptio, quæ opponitur in personas testium, accedit ad naturam exceptionis peremptoriæ magis, quàm dilatoriæ. Ita do. Abb. c. j. de exce. ij. col. uer. hæc exceptio, quæ opponitur. Idem tenet Lap. allega. lxxxij. ij. col. Ant. de But. c. ultra tertiam. de testi. iiij. col. do. Abb. c præsentium. de testi. in princ. Adde Felin. d. c. j. de exce. uer. dum dicit gl. nu. 2. col. 9.

exceptio rei iudicatæ obstat, ubi prorsus est idem finis agendi, utputà quia semel fuit aliquid deductum in iudicio per uiam exceptionis, si iterum deducatur illud idem per uiam actionis: de quo uide, quæ posui in litera R. §. res iudicata obstat.

exceptio criminis si potest probari, est sufficiens ad repellendum testem à testificando in causa criminali. Text. est c. testimonium. de testi. & ibi do. Ab. x. col. uer. sextus casus. Adde Fel. ibi uers. sexta conclusio. nu. 31. col. 843.

exceptio criminis sine infamia, etiamsi sit tale crimen, quòd inferat nullitatem tituli ipso iure, non obstat agenti possessorio adipiscendæ: do. Abb. c. accedens. de accusa. ij. not. Et de hoc uide eundem c. cùm olim. de causa poss. & propri. pen. & ult. col. Adde Felin. d. c. accedens. uer. not. tertiò. num. 2. colum. 899.

exceptio excommunicationis est approbata de iure ciuili: Bald. c. exceptionem. de except. in fin. & est text. c. domino guerram. tit. hic finitur lex. Adde Felin. c. fin. de exce. uer. no. etiam, quòd ista exceptio. nu. 10. col. 157.

exceptio excommunicationis potest opponi quãdocunq;, etiam post conclusum in causa. Vide 5 §. exceptio dilatoria.

exceptio suspecti iudicis orta de nouo, potest opponi etiam post conclusum in causa. Vide 5. §. exceptio dilatoria.

exceptio notoria potest opponi quandocunq;, etiam post conclusum in causa. Vide 5. §. exceptio dilatoria.

exceptio potest admitti ex officio iudicis in quacunq; parte litis, etiam post conclusum in causa: uide 5. §. exceptio dilatoria.

exceptio iuris, quam pars ignorabat sibi competere in termino præfixo à iudice, an post terminum poterit opponi: do. Abb. c. pastoralis. de except. ix. col. uer. uenio nunc. tenet, quòd non: & hoc de mente gloss. d. c. pastoralis. in gloss. fin. ubi ponit exemplum: putà, sciebam iudicem esse consanguineum partis aduersæ, sed ignorabam eum ob hoc posse recusari: tunc dicit do. Abb. ibi, quòd ista exceptio iuris non poterit admitti post terminum datum à iudice. Et ista est communis opin. quam tenent omnes ibi, uidelicet Ioan. An. & alij. Adde & limita istam communem opin. nisi esset ius promulgatum non solenniter: quia tunc exceptio potest opponi. Ita do. Abb. consil. suo xxxv j. j. uol. incip. Facti contingentia. Item limita, ubi esset ius obscurum: do. Card. cle. fin. de regula. in iiij. q. Item limita, quòd si essent personæ excusatæ ab ignorantia iuris: quia tunc possent opponere, etiam post terminum præfixum à iudice. Innoc. c. ij. de consti. ult. col. Bald. l. iuris. C. qui admitti. Imò tales personæ possent exceptiones dilatorias opponere post litem contestatam. Paul. de Cast. l. ita demum. C. de procura. Adde Fel. d. c. pastoralis. uer. ad gloss. num. 19. col. 30. Adde, quòd secus est in exceptione facti, quæ de nouo uenit ad noticiam: quia post terminum præfixum à iudice, potest opponi: do. Abb. loco superiùs alleg.

exceptio præscriptionis an impediat litis ingressum. In hoc Doctores scripserunt uariè. Bart. l. fin. ff. pro suo. dicit post multa, quòd ubi præscriptio opponitur ad impediendum processum, potest opponi ante litis contest. Et idem tenet Bart. l. fratres. C. de transact. Et obstat l. emptor. C. de præscri. lon. temp. ubi dicit illa l. quòd præscriptio est probanda post fundatam intentionem actoris. Sed pro responsione uide Bart. d. l. fin. ff. pro suo. Adde Felin. latè de materia ista in rubr. de præscrip. uer. obstat lex, emptor. num. 10. col. 164.

exceptio an interrumpat præscriptionem. Vide, quæ posui in litera P. §. præscriptio non interrumpitur per exceptionem.

exceptio indirecta potest opponi, etiam ubi omnis exceptio tollitur per statutum. Ioan. de Imol. & Ant. de Butr. c. cùm Ioannes. de fid. instru. Vide per Fel. c. ex parte. el ij. de offic. deleg. uers. sextò fallit. nu. 8. col. 1077.

exceptio notoria potest opponi, etiamsi statutum tollat omnes exceptiones. Vide per Fel. c. ex parte. el ij. de officio deleg. uersic. quintò fallit. nu. 7. col. 1077.

exceptio, qua quis se offert incontinenti probaturũ, non tollitur per statutum. Ita Fel. c. ex parte. el ij. de offic. deleg. uersic. septimò fallit. nu. 9. col. 1077.

exceptio, quæ prouenit ex defectu citationis, ita potest opponi, etiãsi statutum tollat omnes exceptiones: quia ista non tollitur, cùm citatio sit de iure naturali. Ita consuluit Cald. tit. de re iudic. in fin. consil. viij. Idem uoluit Pet. de Anch. consil. ccv ij. incip. Iure communi. Vide per Fel. c. ex parte. el ij. de offic. delega. uersic. Octauò fallit. nu. 10. col 5. alleg.

exceptio, quæ oritur ex defectu contrarietatis, uel perplexitatis, sent per potest opponi, quamuis statutum tollat omnem exceptionem, utputà iudex pronunciauit sententiam suam secundum consilia Doctorum, qui fuerunt uocati per partes ad consilia: pone, quòd sint duo consilia contraria, sententia non ualet: & ista exceptio non intelligitur sublata, quia semper poterit opponi. Bart. l. duo iudices. ff. de re iud. & ibi Pau. de Cast. Ang. & Bald. l. tale pactũ. §. qui prouocauit. ff. de pact. Vide per Fel. c. ex parte. el ij. de offic. deleg. uer. nonò fallit. nu. 11. col. ead.

exceptio, quæ prouenit ex natura subiectæ materiæ, semper potest opponi contra iuramentum, etiam guarentigiatum, etiamsi statutum dicat, quòd contra iuramentum guarentigiatum nulla exceptio possit opponi, poterit tamen opponi exceptio de his, quæ insunt in instrumento: pone, promisi ex instrumento guarentigiato dare tibi centum ab hinc ad tres annos: tu producis instrumentũ, & uis petere ante annios, possum opponere de pacto, quod est in instrumento, nec obstat, quod sit instrumentum guarentigiatum: quia talis exceptio non est sublata per statutum. Ita tenuit Bart. l. si filius. ff. quod cum eo. Bald. l. si tradita. C. de actio. empt. Vide per Felin. c. ex parte. ij. de offic. deleg. uer. decimò fallit. num. 12. col. 1077. Et ibi ponit multas alias similes exceptiones, quæ possunt opponi contra instrumentum guarentigiatum: & hoc, quando insunt in instrumento. Et adde ad ista, quæ posui in litera R. §. resultantia uirtualiter.

exceptio metus potest opponi contra instrumentum cõfessionatum, utputà, Producis instrumẽtum, ego oppono, & dico, feci per metum, ualet talis oppositio, etiamsi statutum tollat exceptionem. Vide Bald. l. qui carcerem. ff. quod me. causa. in suis apostil. Vide per Fel. c. ex parte, el ij. de offic. deleg. uer. undecimò fallit. num. 12. col. 1078.

exceptio fundata in confessione partis facta in iudicio, semper potest opponi, licet statutum tollat exceptiones. Feli.c.ex parte, el ij. de off. deleg. uer. quarto decimò fallit. nu. 14. col. 1078.

exceptio inepti libelli semper potest opponi, etiamsi per statutũ sint omnes exceptiones sublatæ, quia nunquam ista est sublata. Ita Bald. & Ang. l. tale pactum. §. qui prouocauit. ff. de pact. Et ratio est: quia est exceptio notoria, uoluit Bart. l. j. C. de errore calcu. & facit text. c. dilecti. de empt. & uend. Vide Fel. c. ex parte. el ij. de offic. deleg. uer. quintodecimò fallit. num. 15. col. 1079.

exceptio, quæ prouenit ratione defectus competentiæ iudicis, potest semper opponi, etiamsi statutum tollat exceptiones: pone, quòd iudex pronunciauit plus quàm potest, ut quia erat iudex, qui habebat taxatam iurisdictionem, uel erat iudex causarum ciuilium, & pronunciauit etiam super criminali, potest talis exceptio semper opponi: & hoc habet locum etiã in arbitro, qui pronunciauit ultra formam compromissi. Ita dicit Ang. l. non erit. §. dato. ff. de iureiur. Idem tenet consil. suo cclviij. incip. Philippus. in fine. Bal. l. l. si causam iudicati. C. de except. rei iudic. & Bart. l. ij. §. prætor. ff. qui satisda. cog. Et adde, quòd istud habet locum, etiamsi quis iurasset non dicere de nullitate: tamen ista exceptio opponi potest. Ita Angel. consilio suo clxxxiij. Vide per Felin. c. ex parte. de offic. delega. el ij. uersic. s. primodecimò fallit. num. 16. col. 1079.

exceptio incompetentiæ iudicis an possit opponi post terminũ præfixum ad proponendas dilatorias, putà ille, qui non erat iudex, statuit mihi terminum ad proponendas dilatorias, nunquid possum post terminum allegare eum non iudicem? do. Abb. c. pastoralis. de except. v. ij. col. uer. iuxta prædicta. concludit, quòd si erit talis iudex, quem possum facere iudicem consensu meo, quòd tunc post terminum præfixum ad proponendas dilatorias non possum proponere exceptionem incompetentiæ: secus, si consensu meo non possum eum facere iudicem: quia potero proponere de nullitate fori & incompetentiæ iudicis. Idem tenet Bald. l. si quis filio. §. si quis. ff. de in. iusto test. & Pet. de Anch. c. le j. de sequest. poss. & fru. do. Card. d. c. le j. pe. col. Ant. de But. & Imol. c. item cùm quis. de restit. spo. Bald. l. exceptionem. C. de proba. in fin. Adde Feli. d. c. pastoralis. uer. in quantum subdit Abb. nu. 11. col. 25. Adde etiam, quòd istud habet locum, si esset prohibita exceptio de omni specie nullitatis. Pet. de Anch. consil. suo ccxl ij. incip. De titulis criminum. pe. col. Angel. l. tale pactum. § qui prouocauit. ff. de pact. & uide Fel. d. c. pastoralis. uer. ampliatiamsi esset. nu. 12. col. 25. ubi 5. ubi ponit aliqua contraria, & soluit: & etiam ponit tres limitationes ad gl. si. d. c. le j de sequ. poss. & fru. quæ gl. facit multùm pro opi. do. Abb. & aliorum recitata hic.

exceptio incompetentiæ fori semper potest opponi, etiamsi dicatur, non posse dici de nullitate sententiæ. Ita Fel. rubr. de foro compe. uer. tertium fundamentum. nu. 2. col. 174.

exceptio an potest tolli per principem? dico, quòd sic, nisi sit exceptio fundata super iure naturali: & hoc uoluit gl. c. ad hæc. de rescript. in gl. magna, in fin. quam ibi do. Abb. multùm exclamauit. Vide Domi. de san. Gemi. c. lator. ij q. vij. Adde Feli. c. ex parte. el ij. de off. deleg. uer. sed utrùm possit. nu. 6. col. 1075.

exceptio an possit tolli per statutum? & uidetur dicendum, quòd sic: quia sublatis exceptionibus à statuto, intelligitur non solùm de friuolis, sed etiam de legitimis: & sic nulla exceptio opponi potest: & ratio est, quia friuolas exceptiones tollit lex. ideo statutum debet aliquid addere legi, ad hoc, ut aliquid operetur. Ita tenuit Ioa. de Imol. & Ant. de But. c. ex parte. de offic. deleg. Adde, quòd hoc fallit in multis casibus. Primò fallit, ubi statutum esset factum per non habentem potestatem, uidelicet merum & mixtum imperium. Secundò fallit, ubi exceptio ueniret contra defectus qualitatis, in qua se fundat statutum: putà, quia diceret statutum, quòd contra instrumentum non possit exceptio nulla admitti, potest opponi, quòd non est instrumentum: & hoc, quia sublata qualitas est statuti. Et hoc in terminis tenuit do. Abb. c. licet. de elect. v j. col. uer. hoc est. & Ant. de But. c. item cùm quis. de rest. spo. in fin. Bald. c. pastoralis. §. quoniam. de rescript. Domi. de san. Gemi. c. si quando. de ele. in v j. Adde, quòd non solùm potest opponi, quòd instrumentum non sit instrumentum, sed etiam omnis alia exceptio similis, quamuis statutum loquatur uniuersaliter, & negatiuè pure: de quo uide, quæ posui in litera R. §. rescriptum, uel statutum tollens appellationem. Adde ad ista dictum Bart. l. ij. C. de edi. diui Adri. tol. quòd quamuis statutum dicat, quòd iudicium debet esse summarium, nunquam est sublata excep. inhabilitatis personæ. Et adde, quòd ex istis uerbis habes notare, quòd in iudicio quantumcunq; summario persona, cũ qua litigatur, debet plenè legitimari, licet causa ipsa sit summaria de sui natura, uel etiã sit facta summaria per commissionem. Ita tenuit Bar. d. l. ij. C. de edi. diui Adri. tol. Idem ibi tenuit Fran. Tigri. & Salic. ij. col. Adde Bart. idem tenent in extrauag. ad reprimendum. uerbo, figura. ij. col. & Bal. l. iij. §. ibidem. ff. ad exhib. Vide per Fel. de materia plenius d. c. ex parte. de offic. deleg. uer. alleg. col. 1075. ubi ponit multas alias fallentias ad materiam istam.

exceptio si tollitur per statutum, tamen potest implorari officium iudicis. Fallit hoc, quando statutum diceret, quòd nulla exceptio, uel defensio admittatur. Ita Fel. c. ij. de offic. iudic. uer. sequitur etiam ex his. col. 1290. Adde, quòd fallit hoc, quando defensio esset fundata super iure naturali. Fallit etiam, quando exceptio ueniret contra qualitatem, in qua fundat se statutum: putà, quia opponitur, quod dicitur, quòd instrumentum non est instrumẽtum. Vide Feli. c. ex parte. el ij. de offic. deleg. uer. primò uidendum est, utrùm. nu. 4. col. 1074.

exceptio concernens merita causæ, potest in beneficialibus opponi in uim dilatoriæ contra rescriptum, si est notoria. Fel. c. j. de rescr. uers. secundò restringe. nu. 14. col. 372. Adde do. Abb. c. ex parte B. de foro compe. in fin. Adde, quòd do. Abb. c. super literis. viij. col. uer. no. singulariter. tenuit, quòd omnis exceptio peremptoria potest opponi ante litem contestatam, dum modò pars statim & incontinenti iuult probare eam. Contrarium tenuit Fel. d. c. super litis. nu. 37. uersic. ultimò in quantum Abb. col. 566. De rescript. Et idem Fel. c. exceptionem. de except. uer. datur alia fallentia. nu 36. col. 139.

exceptio, quamuis notoria, debet proponi. Fel. c. cùm ordinem de rescript. uer. ex his apparet. nu. 8. col. 460.

exceptio si remouetur per statutum, uel rescriptum, uidelicet, quòd non possit opponi, de qua exceptione intelligatur? Vide. quæ posui in litera R. § rescriptum, uel statutum tollens. & in litera F. c. fideiussor promittens.

exceptio, etiam iusta, potest repelli per iudicem: & hoc, quando ipse iudex cognoscit, quòd pars opponit ex malicia causa dilatandi iudicii. Ita Fel. c. ex parte. el ij. de offic. dele. in princ. nu. 1. col. 1073. Adde, quòd Hostien. & do. Abb. c. nullus. de præsumpt. uer. ultimò quærittur. dant unam practicam, quòd iudex exigat iuramentũ malitiæ, si dubitat. Adde tu, quòd si iudex uehementer præsumit contra proponentem executionem, quantumcunq; iustam, poterit tamen eum non admittere, neq; aliud iuramentum exigere, sed procedere ad ulteriora, spreta appellatione, si appellauerit pars. Ita tenuit do. Abb. d. c. nullus. de præsumpt. in fine, & d. c. ex parte. ij. not. nu. 2. col. 5. alleg.

exceptio acquisita parti, etiamsi sit inducta de rigore iuris, iudex non potest eam auferre, etiãsi clausula in rescripto posita, dicat, quòd possit procedere ordine iuris non seruato, uel de facto: uide, quæ posui in litera C. § clausula, quæ ponitur.

exceptio, quæ concludit actori ius non cõpetere, potest proponi ante contest. lit. ad impediendum litis ingressum: do. Abb. c. exceptionẽ. de exce. v. col. uer. idem, ubicunq;. & Bart. l. cùm querebatur. ff. iudic. so. Vide Fel. d. c. exceptionem. uer. difficilior est alia. nu. 34. col. 1371. qui multa dicit circa istam materiam, sed nõ aperit, quid tenendũ. Adde tu, quòd teneo opi. Bar. d. l. cùm querebatur. quam etiam ipse tenuit l. nam & postea ff. de iureiur. j. col. & eam etiã sequitur do. Abb. d. c. exceptionem. v. col. d. uer. idem, ubicunque, ubi expressè dicunt, quòd exceptiones, quæ concludit actori ius non competere, possunt opponi ad impediendum litis ingressum. Adde etiam, quòd istæ exceptiones, quæ concludit actori ius non cõpetere, sunt multæ, & quoties aliqua proponitur, impedit contest. lit. ut putà opponitur, Tua non interest Bart. l. postbumus. §. si quis. ff. de in off. test. Item, si opponitur, quòd sit statutum in ciuitate, quòd qui non soluerit gabellas, non audiatur, ista tunc impedit litis ingressum. Bart. d. l. nam & postea. ff. de iureiur. j col.

Item

Item exceptio solutionis: do. Abb. d. c. exceptionem. v. col. d. uer. idẽ, ubicunq;. Itẽ pactũ de non adeundo iudicẽ, l. dedi. in prin. ff. de condi. ob tur. cau. Item exceptio loci: scribentes c. ex parte. de app. Itẽ exceptio laudi emologati. Pe. de Anc. c. j. de litis contest. in v j.

exceptio nullitatis semper opponitur, etiamsi dicatur per statutum, quòd nulla exceptio opponi possit. Ang. l. non erit. §. dato. ff. de iureiur. Vide per Fel. c. ex parte. el ij. de offic. deleg. uer. ultimò fallit. nu. 17. col. 1080.

exceptio nullitatis sublata per statutum, de qua nullitate sit intelligendum? Vide per Fel. c. ex parte. el ij. de offic. deleg. uer. ultimò fallit. col. 1080. Adde, & pone, quòd statutum tollat omnes exceptiones, & etiam exceptionem nullitatis, utrùm sit dare aliquod remedium? dicas, quòd sic. Primum remedium erit, implorare officium iudicis. Ita Bart. l. j. §. & parui. ff. quod ui, aut clam. Aliud remediũ erit, denunciare ecclesiæ. Tu uide de materia ista latiùs, per Feli. c. ex parte. el ij. de off. dele. uer. sed pone, quòd unus. nu. 18. col. ead.

exceptio, quæ obstat cedenti, an obstat cessionario? Ponit Fel. c. intelleximus. de iudic. uer. tertiadecima declaratio. nu. 14. col. 75. Adde tu, quòd Bart. & Dy. l. apud Celsum. §. si cum legitima. ff. de doli except. tenuerunt, quòd non obstat: sed eum uide l. doli. uer. j. ff. de noua. & l. hæredi. §. nos autem. ff. de pact. Adde gl. c. j. de iure pat. in v j. in gloss. pe.

exceptio non potest proponi post conclusum in causa, etiamsi exceptio esset de nouo orta, uel de nouo uenerit ad noticiam partis. Ita do. Abb. c. pastoralis. de exce. v. col. uer. item quæritur: nisi euidens ratio iudicem moueat. Et idem tenet Ant. de But. d. c. pastoralis. vij. col. Adde ibi Fel. uer. dum firmat Abb. nu. 8. col. 24. Adde, quòd hoc fallit in instrumento: quia etiam, quòd sit conclusum in causa, poterit produci. Bar. l. admonendi. ff. de iureiur. ij. col. Ant. de But. do. Abb. & Imol. c. cùm dilectus. de fid. instr. Item fallit, ubi quis fecisset omnem diligentiam in perquirendis exceptionibus: quia admitteretur etiam post conclusionem in causa. Pau. de Cast. d. l. admonendi. & ibi do. Alex. viij. col. Item fallit in causa appellationis: quia etiamsi sit conclusum in causa, uel etiamsi non fuerit diligens in perquirendis exceptionibus, tamen in causa appellationis poterit proponere exceptionem omissam in causa principali. Fel. latè de hoc d. c. pastoralis. de except. uer. sed in productione. nu. 9. col. 25.

exceptio si est proposita per partem coram iudice, iudex procedendo ad ulteriora uidetur pronunciasse super exceptione: & sic uidetur tacitè reijcere: & ideo ualet processus: do. Abb. c. suborta. de re iud. ij. col. uer. aliud dicendum. c. ex parte. de ap. el ij. in prin. & ibi do. Car. do. de Rota tit. de exce. xij. in antiquis, ubi dicunt, quòd iudex procedendo ad ulteriora perinde est, ac si super exceptione expressè interlocutus fuisset. Bar. l. à procedente. C. de dilatio. Phil. c. ex parte. ij. col. Feli. d. c. suborta. uer. ad idem text. nu. 4. col. 610. Vide, quæ posui 5. §. exceptiones, quæ sunt propositæ. Adde tu, & limita omnia prædictis multis modis: & primò dic, quòd exceptio, si est proposita coram iudice & examinata, tunc iudex procedendo ad ulteriora, uidetur eam reijcere. Bart. d. l. à procedente. uer. aduerte. & clariùs uersi. quandoq;. Aliàs si iudex non cognouit. & reijciet exceptionẽ procedendo ad ulteriora, processus est nullus. Vide Paul. de Cast. l. nam & posteà. §. si damnetur. ff. de iureiur. Lud. consil. suo ccxl j. incip. Spectabiles domini. iiij. col. Vide Fel. d. c. suborta. uer. limita tamen prædicta. nu. 5. col. 612. Item limita, quòd si exceptio defectus iurisdictionis opposita est contra iudicem delegatum, si procedit ad ulteriora, non declarando aliter per suam sententiam circa exceptionem defectus iurisdictionis, talis processus est nullus: quia iurisdictio ipsius iudicis nõ ualet, nisi expressè pronũcietur: gl. est c. dispẽdia. de rescr. in v j. uerbo, processus. & c. ij. eo. tit. & libro, uerbo, quorum. Fel. latè d. c. suborta. nu. 8. uer. limita quartò. col. 612. Et sic no. quòd in isto casu processus ad ulteriora nihil ualet, neq; præsumitur, quòd sit reiecta illa exceptio. Item limita, quando exceptio non est opposita. Feli. d. c. suborta. uer. limita quintò. nu. 7. col. 614. Item limita, quòd quãdo exceptio est proposita, & iudex uult procedere ad ulteriora, debet facere partẽ citari, ad hoc, ut talis exceptio habeatur pro reiecta. Fel. d. c. suborta. uers. limita sextò. nu. 8. ibidẽ. Item limita, quando lex præciperet, quòd proposita exceptione iudex non debeat procedere: quia procedendo ad ulteriora nõ potuit reijcere talem exceptionem. Vide Fel. d. c. suborta. uer. limita septimò. nu. 9. col. 614. & ibi ponit exemplum.

exceptio firmat regulam in casibus non exceptuatis. Ita Fel. c. quoniã frequenter. ut lit. non contest. in prin. col. 309. Limita istud, quòd debet intelligi, dum modò talis exceptio comprehendat naturam regulæ, & nõ ultrà. Bar. l. generali. §. uxori. ff. de usufr. leg. & l. j. in fi ff. de re iud. & l. quæsitũ. §. deniq;. ff. de fun. inst. Adde Fel. d. c. quoniã frequẽter. n. 1. & 2. col. 309. ubi latè ponit de materia ista.

exceptio alternatiua utrùm ualeat? & uidetur, quòd sic, c. tertio loco. de proba. Tamen uidetur, quòd sit regula in contrarium, quod alternatiua parit obscuritatem: c. ut quis. de ele. in v j. Io. An. in regula, in alternatiuis. de reg. iur. in vj. Et exceptio obscura non procedit, Bar. l. j. §. Labeo. ff. de flumi. Bar. l. Titiæ. ff. de leg. j. ubi etiam Imol. Bar. l. j. ff. de exce. Fel. latè d. c. tertio loco. uers. in text. ibi, adulterium. nu. 2. col. 415. part. ij. Adde, quòd fallit ista regula, ubi in qualibet alternatiua intentio excipientis conclude retur: & hoc modo intelligas d. c. tertio loco. de proba. & tex. c. ex parte. de rescr. & tex. c. Raynaldus. de testa. & tex. c. ex parte B. de fo. cõpe. ubi do. Abb. ij. col. uer. & ex hoc no. & ibi Ant. de But. & Imol. Inno. c. ex parte. de uer. sig. Adde Fel. d. c. tertio loco. de proba. uer. fallit primò. post nu. 2. col. 415. quia isto casu exceptio alternatiua bene procederet. Fallit etiam ista regula, ubi in exceptione alternatiua ponerentur duo, quorũ unum inest alteri: utputà, quia excipitur, quòd sententia sit nulla: & no. Fel. d. c. tertio loco. de proba. uer. tertiò fallit. nu. 2. col. 415.

exceptio falsitatis potest opponi etiam post sentẽtiam: do. Ab. c. licet. de proba. iiij. no. Adde Fel. d. c. licet. uer. item pondera, quòd exceptio. nu. 4. col. 474.

exceptio doli, seu criminis, quando tollatur replicatione alterius doli, seu alterius criminis: ponit do. Abb. c. dilecti. de except. iiij. col. uer. & primò ponam. ibi uide: quia est longa decisio. Vide Feli. d. c. dilecti. uer. circa gl. finalem. nu. 4. col. 86.

exceptio, Tu non es prælatus, neq; es in possessione prælaturæ, neq; haberis pro prælato, impedit litis ingressum: sis ergo cautus tu, qui habes formare libellum, ut dicas, Non es prælatus, neq; es in possessione prælaturæ: quia si diceres solùm, Non es prælatus, talis exceptio non impedit litis ingressum. Do. de san. Ge. c. quiescamus. xlij. dist. Bar. consil. suo lxxxij. incip. Punctus quæstionis. j. col. Adde Fel. c. exceptionem. de except. uer. quasdam tamen exceptiones. nu. 37. col. 140.

exceptio, Tu non possides, neq; possidere potes beneficium, an impediat litis ingressum? & etiam facit, quòd spoliatus non possit recuperare possessionem: do. Abb. c. ex parte. in fin. de rest. spo. uidetur tenere, quòd non solùm impediat litis ingressum, sed quòd spoliatus non restituitur: quod facit pro opi. illorum, qui dicunt, peremptoriam, quam quis uult incontinenti probare, repellere spoliatum: de quo uide 5. §. exceptio peremptoria, quam excipiens. Feli. c. exceptionem. de except. uer. datur. nu. 36. col. 139.

exceptio, Tu non potes esse procurator, potest opponi in quacunq; parte litis: do. de Rota tit. de procur. decis. xxxvij. in nouis. Bart. l. eleganter. §. si quis. ff. de condi. inde. Adde Felin. c. exceptionem. de exce. uer. tu non potes. nu. 38. col. 140.

exceptio præcepti de soluendo, facti per iudicẽ contra confessum, impedit ingressum litis: do. de Rota tit. de lit. contest. v ij. in antiquis. Fel. c. exceptionem. de exce. uer. allegato. col. 140.

exceptio falsi non opponitur, nisi quando instrumentum in iudicio est productum. Fel. de probatio. c. tertio loco. nu. 9. col. 419.

exceptio, Tu non potes accusare, putà quia es persona, quæ est prohibita: de quibus l. qui accusare. ff. de accu. an talis exceptio impedit litis ingressum? do. Abb. c. j. de accu. tenet, quòd sic: & ibi Ioan. de An. Bar. l. j. §. accusatione. ff. de Turp. Fel. c. exceptionẽ. de exce. uer. item exceptio, non potes. n. 39. col. 140. Adde, & pone, quòd personæ prohibitæ accusari, de facto accusant, an accusatio sit ipso iure nulla, sine alia oppositione. Bar. d. l. j. §. accusatione. ff. ad Turp. j. col. tenet, quòd accusatio nõ sit nulla. Adde tu, quòd Ang. d. l. j. §. accusatione. dicit, quòd quoties accusatio esset inepta, tunc talis ineptitudo reddit iudicium retro nullum, l. si patronus. ff. de iureiur. do. Alex. l. eleganter. § si quis. ff. de cond. inde. Et ratio est: quia accusatio ab initio absq; exceptionis obiectione sit ipso iure nulla: gloss. & Doct. l. libellorum. §. quòd si libelli. ff. de acc. Idem

ergo uidetur dicendum de persona prohibita accusari, si accusat de facto. Considera.

exceptio, quæ fit contra accusatorem, putà accusatus de crimine excipit, & dicit, aliàs fui inquisitus de isto crimine, an talis exceptio impediat litis ingressum. Bart. l. senatus. ff. de accusa. j. col. uer. circa hanc l. tenet, quòd sic: & ibi Ang. Vide Feli. c. exceptionem. de exce. uer. idem dic de exceptione. num. 40. col. 140. Adde tu, quid de exceptione, an tollat accusationē sicut facit inquisitio: et pone, per exceptionem contra aliquem fuit crimen obiectũ, & in quæstione illa fuit iudicatum: consueuit dubitari, an postquam crimẽ fuerit propositum, & iudicatũ, an ulteriùs de eodem crimine possit accusari, uel inquiri? & uidetur, quòd non: arg. de ele. c. cùm dilecti. & maximè habet locum, quando excipitur contra electos: quia est quasi accusatio: de accu. c. super his. Adde tamen, quòd in contrarium est ueritas: quia qui excipit, non agit: unde cùm de crimine hoc primò actum nõ sit, nulla causa est, quare modo agi nõ possit: de quo uide Innoc. c. cùm dilectis filijs. de pur. Cano. uer. quidam tamen.

exceptio criminis, quæ fuit facta, putà cõtra testẽ priùs, an tollat accusationẽ, adeò quòd si uolo postea accusare illũ testem de crimine, possit ipse testis excipere, & dicere, aliàs contra me fuit facta exceptio criminis. Vide 5. §. exceptio, quæ fit contra accusatorẽ.

exceptio, Tua non interest, debet opponi ante litem contesta. Feli. de accusa. c. super his. nu. 18. col. 804.

exceptio Renunciasti appellationi, an impediat ingressum litis? Vide, quæ posui in litera A. §. appellationi est renunciatum.

exceptio litis pendentiæ impedit litis ingressum. Pet. de An. consil. suo xiij. inci. Viso processu. Fallit hoc, quãdo lis pendet corã arbitro. Ang. §. quia uerò. circa fi. authẽ. de iudi. Et q̃ litis pendẽtia debeat opponi in initio litis, tenuit Bal. l. peremptorias. C. sent. rescin. nõ pos. in fi. & authẽ. sed nouo iure. C. de ser. fug. uer. sed pone, in ciuitate. Imol. l. cùm procurator. § diuus. ff. de no. oper. nun. do. Alex. cons. suo cccclxix. incip. Magnifice prætor. antepe. col. Vide Fel. c. exceptionẽ. de exce. uer. item dic, quòd exceptio. nu. 41. col. 141. Adde tu, q̃ ista exceptio litis pendẽtiæ nõ semper impedit ingressum litis, ut putà quando lis est inter duos super possessorio, nõ obstat tũc exceptio litis pendẽtiæ tertio uolẽti agere super petitorio. Do. de Rota decis. clij. inci. si inter. in nouis. Item exceptio litis pendẽtiæ corã iudice laico, talis exceptio non põt opponi coram iudice ecclesiastico, ad quem lis trahitur ratione iuramenti, uel uigore usurarum. Bal. l. j. C. de reb. credi.

exceptio, Tu nõ potes tertiò appellare, est perẽptoria. Do. de san. Ge. in sum. xx. dist. in prin. Et ideo poterit ista exceptio opponi ante contest. lit. Vide Fel. c. exceptionem. de exce. uer. & ista exceptio. nu. 42. col. 142.

exceptio discussionis: quam discussionẽ debet facere creditor priùs in bonis debitoris, quàm in bonis fideiussoris, de qua authent. præsente. C. de fideius. si illã exceptionẽ fideiussor non opposuit ante cõtestationẽ litis ad impediendũ ingressum litis. Cy. & Bal. d. authen. præsente. dicũt, quòd si nõ opponatur ante cõtest. lit. nõ poterit opponi pòst: do. Alex. cons. suo lxxviij. incip. Vt lite uertente. circa fi. & cons. suo clxv j. inci. In causa executionis. Vide Fel. c. exceptionem. de excep. uer. & ista exceptio. eo. nu. col. 142.

exceptio, Tu es bannitus, potuisti impunè offendi: dic, quòd ista exceptio impedit litis ingressum. Bar. l. si seruus. C. de his, qui ad eccl. conf. Fel. c. exceptionem. de exc. uer. & de exceptione bannitus. nu. 44. col. 142.

exceptio generalis, quæ nõ specificata in sua forma, nõ ualet, prodest excipiẽti: gl. iij. c. pastoralis. de exce. Tex. l. scire. §. scire. ff. de excu. tu. Bar. l. j. ij. col. uer. quæro. ff. de exce. Bal. l. j. C. unde ui. Innoc. c. super literis. de rescri. Flo. l. in exceptionib. ff. de proba. Fel. d. c. pastoralis. uer. signa. gl. n. 13. col. 27. Adde, quòd fallit, quãdo proposita esset exceptio generalis, & pars non opponeret: quia ualeret. Ang. l. j. ff. de exce. & Bald. in addi. Spec. tit. de testa. ult. col. Vide Fel. d. c. pastoralis. uer. secundò declara. nu. 14. col. 28. Considera: quia non bene affirmo.

exceptio circa cõpetentiã iudicis requirit expressam declarationem, nec sufficit, q̃ iudex in isto casu procedat ad ulteriora: qa nõ præsumitur, q̃ iudex reiecerit exceptionẽ p processũ ad ulteriora. Vide 5. §. exceptio, si est proposita. Imò dic, q̃ processus non ualet, ut ibi.

exceptio illegitimitatis personæ est dilatoria, & debet proponi ante contest. lit. do. Abb. c. j. de accus. in prim. Bar. l. j. §. accusatus. ff. ad Turp. Vide Fel. d. c. j. de accu. in prim. col. 755.

exceptio, Tua nõ interest, dilatoria, debet proponi ante conte. lit. do. Abb. c. j. de accu. in prim. & ibi Fel. nu. j. col. 755. uers. eodẽ modo.

exceptio, Tua non interest, an sit debitoria? Vide, quæ posui in litera D. §. dilatoria exceptio an sit ista.

exceptio contra libellum ineptum potest opponi quandocunq̃, etiã post sententiam: de quo uide, quæ posui in litera L. §. libellum ineptum iudex.

exceptio contra libellum incertum, debet opponi ante contest. lit. lite conte. non potest opponi: de quo uide, quæ posui in litera L. §. libellus incertus in causa ciuili.

exceptio litis pendentiæ quando debet opponi? & dic, quòd in principio litis, uidelicet ante contestationem litis. Ità Bal. authent. sed nouo iure. C. de ser. fug. iij. col. uide Bal. l. si pluribus. de leg. j.

exceptio loci non tuti est dilatoria: tamen dubitatur, an possit opponi quandocunq̃, etiam post litem contest. Arch. iij. q. viij. in summa, dixit, quòd sic: quia talis exceptio continet in se grauamen successiuum, nõ momentaneum. Idem tenuit do. Alex. l. de ætate. ff. ad Treb. v. col. & Ant. de But. c. dilectus. el ij. de rescript. Et idem tenet Ant. de But. & Imol. c. exceptionem. de exce. Et ubi locus esset suspectus, Lud. l. recusare. §. si quis in alio. ff. ad Treb. Imol. cle. j. de fo. comp. Paul. de Cast. consil. suo xxv. iij. col. Phil. c. ex parte. el j. de appell. uer. text. clarus. Adde, quòd contrarium tenuit do. Car. & Pet. de Anch. d. c. dilectus. Sed in materia ista, si uis uidere ad saturitatem, uide per Fel. c. accedens. el ij. ut lit. non contest. uer. decima & ultima conclusio. nu. 15. col. 340. ubi per duas char. prosequitur materiam istam.

exceptio pacti nudi nõ habet locum, quando iudex procedit de æquitate: quia tunc pactum nudum, etiam de iure ciuili, parit actionẽ. Hoc uoluit Bal. l. quintus. ff. man. Adde Fel. c. ex parte. el ij. de off. deleg. in prim. nu. 2. col. 1073.

exceptio præscriptionis non admittitur, quando agitur de æquitate. Ita Ang. l. sequitur. §. si uiam. ff. de usuca. Et idem tenuit Bald. l. j. C. de præscript. xxx. an. & hoc, quia præscriptio est inquisimum subsidium. Adde, quòd Bart. in extrauag. ad reprimendum. super uerbo, uidebitur. tenet contrarium: & pro hoc facit dictum Innoc. c. cura. de iure patro. ubi dicit, quòd præscripta licitè retinentur in foro conscientiæ. Ergo præscriptio non dicitur iniqua. Adde, quò l opinio Ang. & Bal. procedit in præscriptione cum mala fide: de qua l. fi. C. de præscrip. xxx. uel xl. an. Opinio Bart. & aliorum procedit in præscriptione bonæ fidei. Ita sentit Bar. l. legaui. ff. de liber. lega. Adde ad ista Fel. c. ex parte. el ij. de off. del. in principio. num. 2. col. ead.

exceptio, quòd quis trahatur ultra duas dietas, potest opponi post litem contestatam. Et ratio est, quia habet causam successuam. Ita Fel. c. dilectus. el ij. de rescript. uersic. extra gloss. nu. 25. col. 857.

exceptio: an iudex possit reseruare cognitionem super exceptione ad finem causæ? dic tu, quòd iudex potest dictam reseruationem facere, etiã de exceptione, quæ posset impedire processum: quia processus ualeret, si non appellaretur. Text. est c. cùm ad dissoluendũ. de despon. impu. Fel. c. cùm contingat. de off. deleg. in uersi. an autem iudex. nu. 18. col. 1216. Addde tamen, quòd pars potest appellare ob hoc, & habet iustam causam appellandi, si iudex reseruat cognitionem exceptionis ad finem causæ. Hostien. & alij, ubi etiã Fel. d. c. cùm contingat. uer. secunda conclusio. nu. 18. col. 1216. Fallit hoc, quando iudex mouerat se ex præsumpta malitia partis. Hostien. præalleg. c. ubi etiam Fel. ad plenum, col. præalleg. Fallit etiam, quando esset dubium, an exceptio sit admittenda, uel non: & cognitio exigit longam indaginem. Doct. d. c. cùm contingat. ubi etiam Feli. loco præalle. qui allegat glo. iij. c. Cumana. de elect. & text. l. iij. §. ibidem. ff. ad exhib. Bart. l. si pupilli. §. uideamus. ff. de neg. gest. & l. pe. C. de posi. & l. fi. C. de compens. Sed pulchrum est uidere, quæ sit altior indagatio? dic, quòd illa dicitur requirere altiorem indaginem, in qua occuparetur tantum tempus, quantum requireret negocium principale. Vel dicas, quod est arbitrarium. Innoc. c. cùm in iure. de offic. deleg. Fel. idem tenet d. c. cùm contingat. loco præalleg. col. 1217. Et adde ad ista, quæ posui 5. §. exceptiones dilatoriæ præiudiciales.

exceptionis

exceptionis obiectum an inducat contestationem litis: do. Abb. c. unico, de lit. contest. vij. col. uer. nunc descendo. dicit, quòd gloss. l. j. C. de lit. conte. dicit, quòd si exceptio dilatoria proponitur, quòd non fit litis contestatio: si proponitur exceptio peremptoria, putà pacti, uel iurisiurandi, quòd fit contes. lit. Et dicit Cy. & alij idẽ tenent ibi. Postea dicit, contra hoc est text. c. ij. de litis conte. in vj. & concludit, quòd si reus respõdet libello, & submittit exceptionem, quòd bene contestatur lis. Adde Fel. d. c. unico. uer. ad primã quæstionem. nu. 6. col. 305. & ibi tenet opi. do. Abb. cum quadam limitatione.

exceptionem dilatoriam proponens in iudicio, uidetur in iudicem cõsentire, adeo quòd amplius non poterit opponere exceptionem recusationis contra personam iudicis. Ita do. Abb. c. inter monasterium. de re iud. iij. col. uer. quæro: hic dicitur. Idem tenuit ibi Imo. Bal. do. Car. & Bar. l. si conuenerit. ff. de iurisd. om. iud. j. col. uer. si uerò. ubi dicit, quòd duobus modis quis consentit in iudicem, uel contestando litem, uel proponendo exceptiones dilatorias. Et idẽ tenet Bald. ibi. Vide Felin. d. c. inter monasterium. uer. proponens in iudicio. num. 4. col. 587. qui post multa dicit, quòd communis opi. est, quam tenuit do. Abb. & alij. Adde, quòd contrariam opi. tenuit Fel. d. l. si conuenerit, ubi dicit, quòd terminus opponendi declinatorias, est præfixus usq̃ ad lit. contes. Et dicit etiam ibi, quòd qui opponit dilatorias in personam actoris, opponit ad istum finem & effectum, ut talis iudex procedere nõ possit: & sic inducta ad istum effectum, non debet operari contrarium, uidelicet quòd intelligatur consensisse in iudicem. Istam opi. Fel. tenet Imo. l. quidam consulebat. ff. de re iud. xix. col. Adde, quòd prima opi. est uerior, & communis, à qua non discedas, nec iudicando, nec consulendo: quam communem opi. limitabis & declarabis, ut hic inferiùs. Et primò dic, quòd ista communis opi. non habet locum, quando proponuntur simul dilatoriæ exceptiones & recusatio iudicis. Ita Bal. d. c. inter monasterium. Vide Feli. latè de hoc ibi. uer. prima declaratio. nu. 5. col. 589. Item communis opi. non habet locum, quãdo pars fecit exceptiones declinatorias, quæ habent continere iurisdictionem iudicis: quia poterit post illas exceptiones declinatorias pars etiam recusare iudicem: do. Abb. d. c. inter monasterium. vj. col. uer. & satis mihi. & ibi Io. An. Anton. de Bu. ubi Feli. uer. secunda declaratio. nu. 6. col. 590. Item nõ habet locum communis opi. quando reus est prouocatus disputare suã per exceptionibus dilatorijs ab aduersario: quia post talem disputationem poterit opponere exceptiones recusationis contra personam iudicis: do. Abb. d. c. inter. iiij. col. uer. sexta fuit. & ibi Felin. uer. tertia declaratio. nu. 7. col. 590. Item communis opi. non habet locum, quando reus excipit cum protestatione, q̃ non intẽdit in iudicem consentire, nisi quatenus ius postulat: quia poterit recusare iudicem. Bal. l. fi. C. de iudi. Fel. d. c. inter. uer. quarta declaratio. nu. 8. col. 591. Item communis opi. nõ habet locum, quando reus dat fideiussorem de iudicio sisti: quia propter hoc non dicitur consentire in iudicem: imò poterit excipere contra iudicem. Bar. d. l. si conuenerit. Bal. authen. offertur. C. de lit. contes. Felin. d. c. inter. uers. quinta declaratio. num. 9. col. 591. Item communis opi. non habet locum circa declinatorias iudicij, etiamsi pars tacendo perdat declinatorias iudicis, adeo quòd non potest opponere contra personam ipsius iudicis, tamen poterit opponere declinatorias iudicij. Felin. d. c. inter. uer. sexta declaratio. num. 10. col. eadem. Item communis opi. habet locum, quando pars uult facere exceptiones, quæ concernunt defectum naturæ iudicis: quia fortè iudex est mutus, furiosus, uel infans: nam tales exceptiones possunt opponi, etiam post litis contestationem. Arch. ubi etiam Domi. de san. Gemi. iij. q. vij. in summa: Bart. d. l. quidam consulebant. Felin. d. c. inter. in uer. octaua declaratio. nu. 11. col. 592. Item communis opi. non habet locum ex eo solo, quòd reus constituit procuratorem ad disputandum coram iudice super exceptionibus: quia poterit ipsum iudicem recusare. Ant. de Bu. c. j. de iudi. xv. col. uer. no. primò. Vide Felin. d. c. inter. uer. nona declaratio. col. 592. Item communis opi. non habet locum, quando reus petit copiam libelli: quia propter hoc nõ consentit in iudicem. Fel. d. c. inter. uer. undecima & ultima. nu. 13. col. 592. Item communis opinio nõ habet locũ in causis criminalibus. Bal. l. licet. C. de procu. ij. col. & sequitur do. Alex. d. l. quidam consulebant.

exceptionem dilatoriam iudex potest ipse opponere post terminum ex officio suo, si pars non oppofuit. Ita do. Ab. c. pastoralis. de excep. xj. col. uer. ultimò quæritur. Vide gloss. c. alieni. ij. q. vij. uerbo non possumus. Fel. d. c. pastoralis. uer. dum dicit Ab. nu. 25. col. 32.

exceptionem litis pendentiæ an reus contumax possit opponere? Vide, quæ posui in litera L. §. litis pendentiæ.

exceptiones dilatoriæ præiudiciales reseruatæ si sint ad merita causæ, si iudex procedit super principali causa, processus ualet. Ita Felin. c. exhibita. de iudi. uer. postea & tertiò. nu. 7. col. 153. Adde tu, quòd hoc uerum est: nam exceptiones, quæ solẽt impedire litis ingressum, si indigent altiori indagine, non impediunt processum, sed proceditur ad cõtestationem litis reseruatis exceptionibus ad merita causæ. Ita Bar. l. nã & postea. ff. de iureiur. Adde, quòd iudex hoc non debet facere, nisi exceptiones requirant altiorem indaginem. Quando autem dicantur requirere altiorem indaginẽ, uide per Bart. l. is, à quo. ff. ut in posses. leg. in princi.

exceptiones peremptoriæ: an in eis potest iudex præfigere terminũ? putà ad omnes exceptiones peremptorias proponendas, sicut potest in exceptionibus dilatorijs, ut est tex. c. pastoralis. de exce. Et per ista dubitatur, an ille tex. habeat locum in exceptionibus peremptorijs: do. Abb. d. c. pastoralis. tangit q. istam. ij. col. uer. quæro ergo. & finaliter concludit, quòd causa cognita poterit iudex præfigere terminum ad omnes peremptorias proponendas, sicut fit in dilatorijs: quia ultrà pars non auditur. Idem tenet Barto. l. ij. ff. de re iud. ij. col. uersic. ego teneo. Idem tenent Anton. de But. & Imol. d. c. pastoralis. Angel. l. peremptorias. C. sen. rescin. non pos. Arch. c. j. xiij. q. ij. Adde Fel. d. c. pastoralis. uer. In quantum cõcludunt hic. nu. 5. col. 23. Adde, quòd per ista est reprobata opi. gloss. d. c. pastoralis. in gloss. j. quæ uoluit, quòd ille tex. non haberet locum in exceptionibus peremptorijs.

exceptiones mixtæ, de quibus c. j. de lit. cõtes. in vj. & per Bar. l. cùm querebatur. ff. iudic. fol. an possunt opponi post terminum præfixum ad dilatorias proponendas: do. Abb. ponit c. pastoralis. de excep. iiij. col. uer. sed circa prædicta. & concludit, quòd possunt proponi: quia terminus præfixus ad dilatorias non excludit exceptiones mixtas. Et idem tenet Bald. l. ab executione. C. quo. appel. non recip. Adde Fel. d. c. pastoralis. uer. & dum dicit. num. 7. colum. 24.

exceptiones plures & contrariæ possunt simul proponi: gl. c. pastoralis. de excep. uerbo, audiantur. tenet, quòd non: do. Abb. ibi vij. col. dicit, quòd possunt proponi cõtrariæ exceptiones, saltem sub conditione, & sic excipiens poterit proponere unam purè & de alijs protestari. Adde Feli. d. c. pastoralis. uer. circa dicta Ab. num. 15. col. 28.

exceptiones, si sunt propositæ per partem coram iudice, qui eas non admisit, sed processit ad sententiam diffinitiuã, an ualeat talis sententia? Ponit Fel. c. ecclesia sanctæ Mariæ. de consti. uer. nec obstat, quod notat Inno. nu. 23. col. 253. Adde tu, quòd si pars proponit coram iudice exceptiones suas, & iudex nõ admittit eas, sed procedit ad sententiam diffinitiuam, talis sententia ualet, si pars non appellat à non admissione exceptionum. Ita Bart. l. à procedente. C. de dila. do. Abb. c. ex parte. el ij. de appel. j. col. an ista habeant locum in interlocutoria. Vide Fel. d. c. ecclesia san. Mariæ. de consti. nu. 28. col. 255.

exceptiones si sint admissæ contra sententiam, quæ transiuit in rem iudicatam, iudex tenetur pronunciare super ipsis exceptionibus: pone, quòd iudex admisit exceptiones contra executionem sententiæ, quæ transit in rem iudicatam, licet non debuisset admittere, ex quo sententia transiuerat in rem iudicatam, ut c. cùm inter monasterium. de re iudic. tamen ex quo facto fuerunt admissæ, debet iudex pronunciare super iniusticia, de qua cognouitt hoc uoluit singulariter gloss. c. cùm contingat. de offic. deleg. uerbo, nihilò minùs. Innocen. c. cùm dilecta. de rescrip. & c. cùm Bertholdus. de re iudic. domi. Abb. d. c. cùm contingat. iij. colum. uersicul. gloss. in uerbo, nihilominùs. Anton. de But. & domi. Abb. & Imol. c. quoniam contra. de proba. Felin. d. c. cùm contingat. uer. gloss. in uerbo, nihilò minùs. num. 7. col. 1214. Et ex istis notabis, quòd sententia retractatur prætextu iniusticiæ, licet trãsiuerit in rem iudicatam. Tamen uidetur, q̃ Bart. teneat contrarium, l. à diuo Pio. ff. de re iudic. ij. col. uersic. ueritas

est ista. Adde tu, & dic, quòd opi. Bar. procedit, quando iudex admisit exceptiones cũ protestatione, ut putà si de iure deberent admitti, & non aliter: quia tunc iudex nõ arctatur super eis pronũciare: ideo poterit supersedere circa executionem, & aliter non pronunciare, ut ibi per Bart. Et sentit dõ. Ab. d. c. cùm contingat. loco præallegato. Sed si de facto admittit exceptiones super eis, et iniusticiam pronunciare debet: sed si diceretur, nõ ualet sententia contra sententiam, d. c. cùm inter monasteriũ. respondeo, illud uerum est, nisi appareat de notoria iniustitia. Innoc. c. fraternitatis. de frigi. et maleſi. Fel. c. cùm cõtingat. præallegato loco. col. 1214. uers. sed si diceretur. Item sententia facit notorium, c. fi. de cohab. cleri. & mulie. Item sententia contra notorium non ualet, l. ciues. C. de appel. Ergo non potest ferri sententia contra primam. Respondeo, uerum est, quòd sententia facit notorium præsumptione, sed nos loquimur in notorio uera probationis. Fel. d. cum contingat. præallegato loco. col. ead. Item partes renunciare nõ possunt sententiæ, quæ trãsiuit in rem iudicatam, l. si aduersa. C. de re iudi. Respondeo, hoc uerum est transigendo, sed per pactum bene potest, l. iurisgentiũ. §. si paciscar. ff. de pac. & ibi Bal. & Felin. d. c. cùm contingat. præallegato loco. col. præalleg.

exceptiones. In exceptionibus probandis an dentur tot dilationes, sicut fit in principali. Io. An. addi. Spe. ti. de teste. §. qualiter. uer. sed cùm super. tenet, quòd non. Et idem tenet Ant. de Bu. & Imol. c. ultra tertiam. de testi. Contrarium tenuit do. Abb. d. c. ultra tertiam. ult. col. uer. ultimò hic. Adde Fel. d. c. ultra tertiam. uersic. nota septimò. nu. 7. col. 850.

exceptiones contra testes oppositas tempore, quo producuntur, an iudex debet omnino statim admittere: aliàs intelligatur partè gratiare. Vide do. Abb. c. ex parte. de testi. 9. col. uer. uenio ad gl. uerbo. infames. ubi multa dicit. Adde Fel. d. c. ex parte. uer. est uidendum, nunquid, si opponitur. nu. 12. par. ij. col. 603. Et ibi dicit, q̃ opi. Io. And. d. c. ex parte. est uerior & communis: uidelicet quòd iudex exceptiones contra testes opp sitas debet omnino admittere statim: aliàs grauat partem. Adde tamen, quòd in arbitrio iudicis est admittere statim, uel reseruare probationes exceptionum oppositarum contra testes, nisi in certis casibus: de quibus authen. si dicatur. C. de testi. Et istud etiam tenuit Fel. d. c. ex parte. uer. alleg. Adde, quòd fallit hoc in duobus casibus: primo, nisi excipiens dicat defectum testis esse publicum: quia non debet fieri reseruatio. Ita Inn. & Io. And. d. c. ex parte. & ibi Fel. uer. prædicto. Item fallit, quando excipiens offerret se probaturum exceptiones oppositas incõtinenti: quia iudex debet statim dictas exceptiones recipere. Tex. est §. si uerò quis dicat. authẽ. de testi. Vide de hoc per Feli. d. c. ex parte. nu. 9. uer. fallit secundò. col. 602.

¶ Excipiens an dicatur actor. Fel. de except. in rub. nu. 6. col. 8.

excipiens an uidetur fateri omnia contenta in ipsa exceptione? Ponit Fel. c. examinata. de iud. uer. in quantum dicitur hic. nu. 2. col. 131.

excipiens an uideatur fateri intentionem aduersarij: do. Abb. ponit c. cùm uenerabilis. de except. vij. col. uer. oppo. & uidetur. & finaliter concludit, quòd excipiens non uidetur fateri mentionẽ aduersarij: & si actor non probat intentionem suam, reus uenit absoluendus. Et ista est communis opi. Adde tu, & dic, quòd ista est materia difficilis & multùm prolixa: quæ est tacta per Lud. Ro. l. cùm mulier. ff. sol. ma. v. & vj. col. præalle. l. alia. C. de his, qui. ut indig. Alex. de Imo. l. decem. ff. de uerbo. obli. vij. col. Feli. d. c. cùm uenerabilis. uer. an & quando reus excipiens. nu. 12. col. 58. ubi etiam ipse affirmat, quòd excipiens non uidetur fateri intentionẽ aduersarij, neq; declarat dubiam eius probationem. Adde, quòd ista communis opinio fallit in aliquibus casibus: et primò, ubi exceptio non probatur: quia habetur pro confessione. Bal. c. de testibus. de testi. & l. ij. C. quando fisc. uel priua. iij. col. Sali. l. etiam. C. de execu. rei iudi. Fel. d. c. cùm uenerabilis. uer. excipiuntur in effectu. nu. 13. col. 58. Item fallit, quando exceptio de necessitate fundat intentionem actoris. Bal. l. j. C. de confes. v. col. & ibi Bal. ponit exemplum. Adde, quòd contrarium tenuit Imo. domi. Alex. & Ang. l. decem. ff. de uerb. obl. Feli. d. c. cùm uenerabilis. uer. secundus casus. nu. 14. col. 58. Item fallit, quãdo contra excipientem est præsumptio: de quo uide latè per Felin. d. c. cùm uenerabilis. uer. tertius casus. num. 15. col. 58. Item fallit, quando actor fundat se in uerbis explicitis ipsius rei excipientis, do. Alex. d. l. decem. Felin. d. c. cum uenerabilis. uer. quartus casus. nu. 16. col. 59. Item fallit, quando excipiens opposuit de except. compensationis: quia uidetur fateri debitum. Bald. l. cùm Papinianus. C. de senten. in fi. Felin. d. c. cùm uenerabilis. de except. uer. quintus casus. num. 17. col. 59. Adde etiam, quòd istud, quòd dixi in excipiente, quòd nõ probat intentionem aduersarij, habet locum etiam in replicante: do. Abb. d. c. cùm uenerabilis. uer. item aduerte. & Fel. ibi, uersi. an et quando reus. nu. 12. col. 58.

excipiens, Tu non es iudex, uel, Tu non es procurator: an iste sic excipiens debeat probare exceptionem? Vide Bal. l. licet. iiij. col. C. de procu. Inn. c. cùm in iure. de offi. dele. Vide Felin. d. c. cùm in iure. uer. quomodo probetur. nu. 10. col. 1193.

excipiens, qui ineptè opposuit exceptionem, potest de nouo excipere, dum modò intra terminum. Pet. de Anc. cle. consti. de elec. Bal. l. edita. C. de eden. antepe. col. Fel. c. pastoralis. de except. uer. ultra abbatem. nu. 26. col. 33.

¶ Excommunico te, est latæ sententiæ. Felin. c. Rodulphus. de rescri. uer. excommunico te. nu. 28. col. 1002. Secus, si diceret, Excommunicationem se nouerit incurrurum. Ita Felin. loco præall. colum. ead.

excommunicari potest citatus per edictum, qui fuit contumax in cõparendo, dum modò probentur duo: primò, quòd edictũ fuit appositum in uicinis partibus: secundò, quòd ad eius notitiam uenisse militer potuerit peruenire. Aegid. Belleme. decis. lxxxviij. incip. Vt citatus. Fel. c. quoniam frequenter. §. porrò. ut lit. non contest. uers. denuò, an citatio. nu. 20. col. 359.

¶ Excõmunicatio an sit pœna capitalis. Bar. l. ij. ff. de publ. iud. uer. quæro, utrùm: tenet, quòd non. Vide tu Felin. c. qualiter & quando. el ij. de accu. §. ad corrigendos. uer. ulteriùs tangit. num. 51. colum. 929.

excommunicatio fertur à iure pro delicto: c. ij. de sent. excom. & c. præsenti. eo. ti. in Sexto. Sed fertur ab homine propter contumaciam: gl. c. episcopi. xj. q. iij. Et idem tenet do. Abb. rub. de sent. excom. & ibi Feli. in prim. nu. 1. col. 1159.

excommunicatio an sit sententia: do. Abb. rub. de sen. excom. tenet, quòd non: quia aut esset diffinitiua, aut interlocutoria: si diffinitiua, debet esse perpetua, & tamen non est perpetua: non est etiam interlocutoria: quia interlocutoria fertur inter principium & finem, certum articulum finiens, quod nõ facit excommunicatio: ergo non est sententia: & sic do. Abb. ibi dicit, quòd est censura, quem uideas ij. no. Adde & dic, quòd excommunicatio est interlocutoria, & habet uim interlocutoriæ, & appellans debet exprimere causam: gloss. §. biduum. uerbo, dicenda. ij. q. vj glo. ij. q. j. in summa. Adde Feli. d. rub. uers. utrùm excommunicatio. nu. 2. col. 1159. Est uerum, quòd Domi. de sancto Ge. ij. liij. col. de consti. in vj. & ibi Pe. de Anc. iij. col. & ambo c. j. quod me. cau. in vj. dicit, quòd si excommunicatio est lata in iudicio, est interlocutoria: aut est lata extra iudicium, & est censura: de quo uide Fel. ubi ſ.

excommunicatio quotuplex? dic, duplex: maior & minor. Minor solùm separat à perceptione sacramentorum, de qua habetur c. à nobis. de except. & c. si celebrat. de cleri. excommu. n. i. Maior est illa, quæ separat à communione fidelium, & aliquando appellatur anathema, quæ fertur cum solennitate, c. Engeltrudam. iij. q. iiij. Adde Felin. rub. de sen. excommu. uer. quotuplex est excommunicatio. nu. 3. col. 1160.

excommunicatio lata ab homine, uel iure, si iudex declarat quem incurrisse ipsam excommunicationem, pars poterit appellare ab ipsa declaratione, adeo quòd excommunicatio remanebit suspensa, nec erit uitandus appellans in iudicialibus, uel extraiudicialibus: de quo uide, quæ posui in litera D. §. declaratio facta.

excommunicatio opposita in iudicio per tertium, quando sua non interest, an ipse actor excommunicatus sit repellendus à iudice? Ponit. Felin. c. intelleximus. de iud. uer. utrùm autem periurus. nu. 6. col. 72.

excommunicatio post conclusionem in causa, potest allegari et probari. Spe. tit. de renun. & conclu. §. j. uer. & scias. do. Abb. c. exceptionem. de except. vij. col. Adde, quòd contrarium tenuit do. Car. cle. j. de except. j. opp. Vide per Fel. latè c. cùm dilectus. de fide inst. uer. nonò limita. nu. 21. col. 947.

excommunica-

excõmunicatio si fuit opposita in causa principali, & nõ bene probata, poterit probari in causa appellationis, utputà fuit probatũ, quòd iudex erat excommunicatus, sed non fuit probatum, q̃ publicè, in causa appellationis hoc poterit probari. Ant. de Bu. c. fraternitatis. de testi. ix. col. Adde Felin. c. ad probandum. de re iudic. uer. & nota, quòd si testes. nu. 4. col. 643.

excommunicatio non est ferenda, nisi parte citata: & sic declaratoria incursæ pœnæ requirit citationẽ partis. Felin. c. parochianos. de sen. excõ. in prin. nu. 1. col. 1175. Adde & limita, nisi esset suspicio fugæ: do. Ab. c. cùm non ab homine. de iudi. xij. col. Felin. c. parochianos. item limita, nisi delictũ esset notorium: do. Abb. c. p tuas. de appel. Felin. d. c. parochianos. uers. secundò limita. col. 1175. Item limita, nisi esset datus terminus ad se defendendũ. Do. de sanc. Ge. c. ordinarij. de offi. ordi. in vj. uer. quòd si forte.

excommunicatio non est ferenda etiã in notorijs, nisi præcedat citatio. Ita do. Ab. c. cùm sit. de appel. vij. col. in opp. contra tex. ubi dicit eleganter, q̃ in facto notorio debet præcedere citatio saltẽ uniica. Et idẽ tenet Domi. de sancto Gemi. c. j. de offi. dele. in vj. iij. col. Vide Felin. d. c. cùm sit. uer. circa gl. fi. nu. 13. col. 692. Adde, q̃ in tantum est uera opi. ista do. Abb. q̃ non sufficit citatio ad domum, sed debet esse personalis. Inno. c. fi. de eo, qui mit. in poss. causa rei seruan. j. col. Domi. de Rota titu. de sent. excom. xiij. in antiquis, et vij. in nouis, eo ti. Fel. d. c. cùm sit. uer. no. xiij. dicta notabilia. nu. 14. col. 693. Item si citatio est malè executa, excommunicatio est nulla. Fel. d. c. cùm sit. uer. secundò limita. nu. 15. col. 693. Itẽ, quãdo aliquis est iudex, & uult defendere bona sua ablata, si excommunicat, an necessaria sit citatio. Inno. & Io. An. & Domi. de sancto Gemi. c. dilecto. de sent. excom. in vj. tenuerunt, q̃ non. Vide Fel. d. c. cùm sit. uer. tertiò no. nu. 16. col. 694. Item si iudex excõmunicat aliquem nõ præmissa citatione, uel monitione, dicendo, quòd talis monitio non requiritur, illa sententia est nulla: quia cõtinet expressum iuris errorem: de quo uide Feli. d. c. cùm sit. uer. quartò no. n. 17. col. eadem. Item in suspensione & interdicto requiritur monitio, seu citatio. Felin. d. c. cùm sit. uer. quintò no. nu. 18. col. 694. Item an sufficiat una monitio pro omnibus. Vide Felin. d. c. cùm sit. uersi. sextò nota. nu. 19. col. 694. Item excommunicatio potest ferri, ubi apparet de contumacia partis: tamen debet procedere citatio. Domi. de sancto Gemi. c. j. de offi. delega. in vj. iij. col. Fel. d. c. cùm sit. de appel. uer. septimò not. nu. 20. ubi ſ.

excommunicatio lata à iudice delegato, si est iniusta, est nulla. Contrarium est in alijs. Domi. de san. Gemi. ij. q. j. in summa. Vide Fel. c. cùm sit. de app. uer. fallit primò. nu. 15. col. 693.

excommunicatio lata ab ordinario contra priuilegiatum à Papa, est nulla. Felin. c. cùm sit. de appel. uer. tertiò nota. nu. 16. col. 694.

excommunicatio sine citatione, uel monitione, ualet, ubi periculum est in mora: ut putà, ad compescẽdum delinquẽtes actualiter cum armis. Do. de san. Ge. c. j. de offi. dele. in vj. Vide Felin. c. cùm sit. de appe. uer. decimotertiò. nu. 21. col. 695.

excommunicatio sine citatione, uel monitione, ualet, quando fertur pro futuris culpis: putà, quando quis promisit soluere in tali termino, & nõ soluit, nõ requiritur alia monitio. Lap. alleg. lxxxiij. inci. Prælatus regularis. Adde Fel. c. cùm sit. de appel. uer. decimoquartò. nu. 22. col. 695.

excommunicatio sine monitione ualet. Ita gl. in summa, ij. q. j. & c. j. de except. prælat. & c. Romana. de sent. excom. in vj. do. Abb. c. ab excommunicato. de rescr. viij. col. & xiij. & c. illud. de cleri. excom. minis. iij. col. Fel. c. sacro. de sent. excom. uer. in gl. ij. nu. 2. colum. 1225. Adde, quòd fallit, quando feratur sententia à iudice delegato: quia sine monitione nõ ualet: do. de Rot. decis. clxxxvj. incip. Vtrùm excommunicatus. Item fallit in prælato regulari: quia si excommunicat monachum non præmissa monitione, propter hoc non incurrit pœnas, de quibus c. sacro. de sen. excom. Vide ibi Fel. uer. quintò fallit. nu. 7. col. 1226.

excommunicatio lata, non præmissa admonitione, an ualeat, etiam cum pacto partis, ut putà partes fecerunt pactũ, quòd poßint excommunicari sine monitione. Vide, quæ posui in litera P. §. pactũ, quod quis.

excommunicatio an ligat impotentem? Do. Ab. c. P. & G. de offi. dele. iij. col. dicit, quòd Ant. de Bu. ibi dicit, quòd si constat de mente iudicis, quòd uolebat ligare etiam impotentem, & tunc impotens erit ligatus. Contra, istam opi. ibi tenet do. Ab. Ibi eum uide. Adde Felin. d. c. P. & G. uer. subdũt Moder. nu. 3. col. 1225. Et dicit ipse, quòd sententia excommunicationis ligat impotentem. Et communis opi. est ista. Limita tamẽ, nisi iudici constet de impedimento: quia tunc sententia non ualeret. Casus est l. quæsitum. ff. de re iud. ubi dicit, quòd sententia lata contra infirmum, ualet, si ignoratur: secus, si iudex sciebat: & plus, quòd si iudex sciebat, non est opus absolutione. Spec. tit. de contu. §. pe. uers. quid si non uenens. Host. & Bal. c. ij. de testi. cog. Ant. de Bu. & do. Ab. c. Odoardus. de solu. Vide per Fel. d. c. P. & G. in loco præallegato. col. 1226.

excommunicatio potest reuocari per eundem iudicem, per quem lata est: text. c. sacro. de senten. excom. & ibi Felin. in princ. num. 1. col. 1225.

excommunicatio potest acquiri præscriptione: do. Abb. c. cùm olim. de præscrip. pe. col. Adde, quòd qui præscripsit ius excommunicandi, non tamen poterit absoluere, neq; interdicere, uel suspẽdere. Ita do. Abb. loco præallegato. Et per ista limitabis tex. c. pastoralis. §. j. de offic. ordi. ubi dicitur, q̃ ille absoluit excommunicatũ, qui eum excõmunicauit. Fallit hoc, quando præscribitur excommunicatio: quia præscribens etiam quòd posßit excõmunicare, tamen non poterit absoluere: de quo uide Feli. c. auditis. de præscri. uers. & hinc est, quòd præscripta. nu. 11. col. 298.

excõmunicatio an sit sententia interlocutoria: do. Abb. rub. de re iudi. in fine, uidetur tenere, q̃ potius sit interlocutoria, quàm diffinitiua. Idẽ tenet glo. ij. q. j. in summa. ubi Arc. bi. Domi. de san. Gemi. do. Ab. & Ant. de But. c. sacro. de sen. excom. Vide Fel. d. rub. uers. excommunicationis sententia est interlocutoria. nu. 15. col. 479.

excõmunicatio postquã lata est, copia debet dari uniciuiq; petenti ex quo acta sunt publica. Vide, quæ posui in litera A. §. acta publica.

excommunicatio inficit actum constitutionis procuratoris ipso iure: quia si procurator est excommunicatus, ipso iure constitutio est nulla: de quo uide, quæ posui in litera P. §. procurator, qui erat excommunicatus.

excommunicatio superueniens post mandatum procuræ non inhabilitat ipsum mandatum, neq; acta, si non opponatur. Ita Io. And. do. Ant. de But. c. post cessionem. de proba. Fel. ibi. uer. et no. quòd excommunicatio. nu. 23. col. 429.

excommunicatio inflicta per primũ delegatum reuocatum, sed ante præsentationem secundi rescripti, an ualeat. Vide Feli. c. cæterùm. de rescrip. uersi. secundum corollarium. nu. 13. col. 421.

excõmunicatio lata cõtra contumacẽ, siue sit testis, siue alius, an teneat, quãdo fuit cõtumax: q̃a detentus impedimento: gl. fi. c. ij. de testi. cog. dicit, q̃ excõmunicatio tenet, quo ad ecclesiã, nõ quo ad Deũ. Fel. d. c. ij. uers. in gl fi. in fi. col. 860. allegat multas cõcordantias pro opi. illius gl. Adde, q̃ cõtra illã gl. tenet Spe. tit. de contu. §. pe. in fi. Host. Bal. d. c. ij. ubi etiã idẽ tenet do. Abb. ij. col. uers. gloss. fi. Dic tamen, q̃ prima opi. est cõmunis: de quo uide Fel. d. c. ij. uer. fateor. nu. 5. col. 861. Adde & limita istã cõmunẽ opi. q̃ si iudex sciuisset de impedimẽto præciso, & tamen excõmunicauit, talis sententia non ualet: do. Ab. d. c. ij. iij. col. uers. ego in hac quæstione. ubi Fel. uers. secundò limita. nu. 6. col. 861. parte ij. Item limita istã cõmunem opin. nisi ex uerbis sententiæ apparẽret, q̃ iudex uellet excommunicare solùm in casu contemptus, uel contumaciæ: quia tunc non incurrit excommunicationem contumax excommunicatus: do. Abb. d. c. ij. iij. col. uer. ego in hac quæstione. & ibi Felin. uers. tertiò limita. nu. 7. col. 862.

excommunicatio est potẽtior, quàm sit sententia diffinitiua: quia excommunicatio ualet, etiam non præmissa monitione. Felin. c. ij. de testi. cog. uers. in gl. fin. nu. 4. parte ij. col. 860.

excommunicatio nõ est ferenda, ubi speratur, quòd sit inutilis, uel in uilipendio: de quo uide ſ. §. excommunicatus iustè.

excõmunicatio minor potest tolli à quocunq; sacerdote. Host. in summa, de senten. excom. §. & qualiter. in prin. Adde Feli. latè c. ij. de except. uersi. & scias. nu. 8. col. 19.

excõmunicatio minor facit clericum inhabilem ad eligendum: & iste eligi non potest. Inno. c. si celebrat. de cle. excommu. mi. Fel. c. dilectæ. de except. uers. sed aduerte. nu. 3. col. 109.

excommunicatio lata contra prohibitionem c. Romana. §. in uniuersitatem. de sent. excom. in vj. an sit nulla, uel iniusta? glo. pe. d. §. in uniuersitatem. dixit, quòd sit iniusta. Tamẽ communiter tenetur,

quòd

quòd sit nulla. Ita Archi. & Domi. de sancto Gemi. c. sicut uir. vij. q. j. & Domi. d. §. in uniuersitatem. Adde Feli. d. c. dilectæ in Christo. uers. an autem excommunicatio. nu. 6. col. 111.

excõmunicatio iniusta est relaxanda sine cautione: do. Abb. c. ad nostram. de iureiur. j. col. uers. quæro, qualis. & ibi Felin. uers. in ea. gl. in fi. nu. 11. col. 1143. Et hoc modo intelligas do. Ab. c. ex parte. de uerbo. sig. ubi dicit, quòd excommunicatus pro interesse alterius, siue ad instantiã alterius, non debet absolui, nisi præstita cautione. Fallit hoc, quando excommunicatio esse iniusta: quia debet relaxari sine cautione.

excommunicatio ex falsa causa ualet: absolutio ex falsa causa non ualet: gl. c. ex parte. de offi. ord. Vide Imo. & Bald. c. quod super his. de fide instru. Do. Card. c. perpendimus. de senten. excom. in repe. col. xliij. uer. quæro circa hoc, tenet contra gloss. d. c. ex parte. ubi dicit, quòd excommunicatio lata ex falsa causa, quam si excommunicatus sciuisset, non esse ueram, non erat excommunicaturus, nõ tenet. Et nihil ibi dicit de absolutione. Sed postea idem do. Card. c. quod super his. dicit, quod inter absolutionem & excommunicationem nulla est differentia. Do. Abb. d. c. ex parte. dicit, quòd si excommunicator ignorauit causam esse falsam, non tenet excõmunicatio: sed si excommunicator intenderet omnino excommunicare, tunc excommunicatio tenet. Et idem dicit in absolutione: quia si absoluens intendebat omnino absoluere, etiam si causa expressa omnino esset falsa, uel iniusta, tenebit absolutio. Adde, quòd do. de Rota decisi. ccxcix. incip. Si pronuncietur. tenent, quòd sicut excommunicatio ex falsa causa & sine ordine iuris, ualet: et ita absolutio. Vide latissimè per Fel. d. c. quod super his. de fide instru. uers. in glo. pe. nu. 13. col. 937. & ibi per duas col. ubi adducit uarias opiniones in materia ista.

excommunicatio facta de aliquo, donec satisfecerit, requirit absolutionem. Ita Felin. c. j. de iudic. uer. excommunicatio facta. num. 4. colum. 9.

excõmunicatio lata à canone, etiamsi sit maior, potest episcopus absoluere, dum modò absolutio non sit reseruata Papæ: gloss. c. ij. de pœ. & remis. in vj. uerbo, refutatur. Si autem est minor, quilibet sacerdos potest absoluere: do. Ab. d. c. nuper. de sent. excom. & ibi Fel. in prin. nu. 1. col. 1191.

excommunicatio non impedit ingressum religionis, nec professionẽ: uide do. Car. conf. suo inci. L. montalis sancti Benedicti. Dic tamẽ, quòd male facit abbas, aut prior, recipiendo eum ante absolutionem: de quo uide Felin. c. cùm illorum. de sent. excom. uer. nota ibi, religionis. nu. 2. col. 1198.

excommunicatio non est imponenda, quando uerisimiliter cognoscitur, quòd excommunicandus non timebit excõmunicationem. Ita Felin. c. j. de offi. deleg. uers. quarta est do. Ant. nu. 16. col. 1031.

excommunicatio quot effectus habet. Felin. de senten. excom. in rub. nu. 4. col. 1161.

excommunicatio an probetur per denunciationem publicè factam: do. Abb. c. prudentiam. §. sexta. de offi. dele. uer. extra glo. quæro. dicit, quòd ubi agitur de modico præiudicio, quòd sola denunciatio publicè facta probat excommunicationem. Adde, quòd idem tenet Imo. c. pia. de excep. in vj. Domi. de sanc. Ge. ibi dicit, quòd si denunciatio expressè nominat speciem excõmunicationis, & nomen excommunicatoris, quòd talis denunciatio probat excõmunicationem. Et in contrarium facit tex. d. §. sexta. ubi tex. dicit, legitimè probauerit: sed denunciatio non est legitima probatio: nã ubi lex requirit legitimam probationem, nõ sufficit probatio per unũ testem cum iuramento. Ita gl. no. l. cum de indebito. ff. de proba. Adde gl. c. at si clerici. de iudic. uerbo, legitima. quæ dicit, q, legitima probatio est illa, quæ est omni exceptiõe maior. Adde scribentes l. fi. C. si minor se maio. dix. ubi dicunt, quòd non sufficit unus testis cum iuramento, ubi requiritur dilucida probatio. Adde tu, q, istis non obstantibus, ubi agitur de repellendo excõmunicatum à iudicio, sufficit probare excõmunicationem per denunciationem publicè factam. Ita tenet Arch. c. nemo cõdemnat. xj. q. iij. Vide per Fel. d. c. prudentiam. §. sexta. uers. utrùm probata denunciatione. nu. 16. col. 1119. & ibi posui multa in materia ista prò et contrà. Ideo ibi eum uide per duas col. quia et ibi tenet opi. Arch. Adde ad ista, utrùm probata exceptione excommunicationis, sit probata excõmunicatio, adeo q, talis sit euitandus. Inn. c. cùm dilectus. de ord. cog. dicit, q, si actor fuit repulsus propter exceptionẽ excõmunicationis ab agendo, si uult iterũ agere cõtra alium, uel cõtra eundẽ sup alia re, non põt repelli ex ui interlocutoriæ primi iudicij: & sic sentit, q, iterũ est probanda illa exceptio excommunicationis: & adducit in simili: pone, q, aliqs repellitur ab accusando propter aliquas causas, nõ tamen propter hoc debet puniri: qa non agitur cõtra eum directè. Et idẽ dicit de eo, qui petit absolutionẽ ab excõmunicatione: quia nõ nocet ei, quãdo hoc nõ directè petit: quia nõ uidetur fateri se excõmunicatũ, sed uidetur fecisse ab abundantẽ cautelã. Et idẽ sentit gl. d. c. cùm dilectus. uerbo, itẽ quid dices. de ordi. cog. Adde, q, Host. ibi tenet contra Inno. & dicit, q, Inn. fuit nimis subtilis, & processit more Legistarũ, qui nõ curãt de periculis animarũ. Quare dicit ipse, q, ubicunq; constat de excõmunicatione, excõmunicatus est euitãdus propter periculum cõmunionis: & sic sentit, q, ubi exceptio excõmunicationis est proposita in iudicio, & probata, q, is debet repelli ab omnibus, & ubicunq;. Et ratio est, dicit ipse, qa excõmunicatus in una ecclesia est excõmunicatus apud omnes, & ab omnibus euitãdus, iij. q. iij. c. nullus. Adde, q, Anto. de But. d. c. cùm dilectus. dicit, q, ad repellendũ actorẽ ab agendo, sufficit probare excõmunicationẽ semiplenè: sed si ageretur cõtra eũ ad priuationẽ beneficij, ut putà si opponeretur, q, stetit p annũ in excõmunicatione, tunc hæc probatio nõ prodesset, do. Ab. ibi, d. c. cùm dilectus. multa dicit xv. col. uer. expedita nunc. quẽ nõ refero: quia nõ multùm firmat pedes: sed bene dicit, q, sibi uidetur difficilis materia. Adde, q, opi. Host. d. c. cùm dilectus. mihi uidetur melior & securior. Ideo eam sequor his additis, uidelicet q, exceptio sit probata, et q, in ea cõtineatur nomẽ excõmunicatoris, & species excõmunicationis. Et ad corroborationẽ adduco tex. c. cùm desideres. §. secundæ. de sen. excom. ubi dicitur, q, ut sola fama sufficit ad repellendũ excõmunicatũ, ita debet sufficere ista probatio, licet ad alium effectũ fuerit facta. Et istam opi. Host. inuenio, q, Bar. tenuit, l. decẽ. ff. de uerb. obliga. Et ista no. quia seruiunt ad no. per Fel. d. c. prudentiam. §. sexta. de offi. dele. uer. prædicto, col. 1119.

excõmunicatio an probetur p unũ testẽ cũ iuramẽto partis. Spec. tit. de notorio crimine. §. fama. uer. qd si agenti. dicit, q, non. Idẽ tenet Arch. §. item sæpe. iiij. q. iij. Io. An. c. pia. de excep. in vj. & ibi do. Ant. de But. c. ueniens. ei j. de testi. pe. col. Adde, q, contrariũ tenuit Imol. d. c. ueniens. Vide per Felin. c. prudentiam. §. sexta. de offic. deleg. uers. utrùm autem sufficiat. num. 17. col. 1121. Et ibi uidetur tenere opi. Imo. per multas rationes.

excommunicatio probatur per famam: pone, quòd quis est certificatus per famam, q, est excommunicatus, an sufficiat ista certificatio, ad hoc, ut debeat credere se excõmunicatum esse. Feli. ponit c. cùm cõtingat. de rescrip. uers. q, autem fama. nu. 2. col. 714. Adde tamen, q, ista notitia, quæ habetur per solam famã, est iusta causa diminuẽdi pœnã cõtrà faciẽti. Ibi uide Fel. loco præalleg. col. 715.

excõmunicatio, quã fert delegatus cõtra ordinariũ, qa nõ uult mittere suã sententiã executioni, quando dicatur nulla? Vide Fel. c. cùm contingat. de rescri. uer. denum ad materiam post nu. 9. col. 721.

excommunicatio an probatur per famam? Vide, quæ posui in litera F. §. fama an probat excommunicationem.

excommunicationis appellatione intelligitur de maiori. Ita tex. c. pe. de sent. excom. Adde, q, uidetur dicendũ contrariũ: quia in pœnis mitior interpretatio est facienda. Hos. d. c. pe. dicit: quia ex quo excõmunicatio est medicinalis, in his, quæ concernunt animã, est capienda pars tutior. Istud idem tenet do. Abb. d. c. pe. & ibi uide Fel. in prin. col. 1234. Adde, q, contra istam solutionẽ Doctorũ mihi uidetur, quòd fit tex. in cõtrarium, c. pia. de excom. in vj. ubi dicitur, quòd si opponitur in iudicio, quòd aliquis sit excommunicatus, oportet, quòd exprimatur species excõmunicationis: quia si intelligeretur de maiori, hoc non est necessarium. Vide Fel. d. c. pe. uers. tertiò opponitur. nu. 2. col. 1235.

excommunicationis exceptio potest opponi post contestationem litis. Vide §. exceptio dilatoria non est proponenda. ubi dixi, quòd hoc habet locum, etiamsi esset lapsus terminus datus ad omnes dilatorias proponendas, & etiam si iudex constituisset in specie terminum ad excommunicationem proponendam: quia si esset elapsus terminus, tamen posset pars proponere dictam exceptionem excommunicationis.

excommu-

excommunicationis exceptio potest opponi post contestationem litis, non solùm contra partem, sed etiam contra iudicem & procuratorem, si sint excommunicati. Vide, quæ posui §. exceptio dilatoria non est proponenda.

excommunicationis exceptio potest opponi post contestationem litis, etiamsi pars iurauit nullam exceptionem opponere: et, etiamsi in specie iurasset exceptionem excommunicationis non opponere. Vide §. exceptio dilatoria non est proponenda.

excommunicationis exceptio potest opponi post contestationem litis, etiamsi maliciose fuisset omissa, & etiamsi esset lata sententia diffinitiua. Vide §. exceptio dilatoria non est proponenda.

excommunicationis exceptio potest opponi post litem contesta. per tertium, etiamsi esset tertius, cuius non interest. Vide §. exceptio dilatoria non est proponenda.

excommunicationis exceptio potest opponi post contes. lit. ubi etiam essent latæ tres sententiæ cõformes, uel pro actore, uel pro reo excommunicato. Vide §. exceptio dilatoria non est proponenda.

excommunicationis exceptio non solùm potest opponi post contest. lit. sed etiam post cõclusum in causa. Vide §. exceptio dilatoria nõ est proponenda.

excommunicationis sententia interpretatur in mitiorem partem: & hoc, quando potest aliquid operari. Vnde si dicitur, Mandamus ub pœna excommunicationis, intelligitur in dubio ferendæ, non latæ: Doc. & ibi etiam gl. c. sicut tuis. de simo. Imo. c. j. de loca. iij. col. Adde Felin. d. c. dilectæ. de excep. uer. secundò sunt dicta uerba Inno. nu. 2. col. 108.

excommunicationis sentẽtia an transeat in rem iudicatam. Vide, quæ posui in litera S. §. sententia communicationis an transeat in rem iudic.

excommunicationis minoris & maioris quæ differẽtia sit. Vide tex. c. pe. de sen. excom. Et multa in ista materia posuit Feli. c. ij. de exce. uer. Circa differentias. nu. 7. col. 19.

¶ Excõmunicatus à iure ipso facto, uel ab homine per sentẽtiam, an sit euitandus, & repellendus, tanquam excommunicatus statim: et sic, antè quàm sit denunciatus, uel expectanda est sententia declaratoria ipsius iudicis? Ponit Fel. c. Rodulphus. de rescrip. uer. aduerte tamen. nu. 39. col. 1012. Et no. quia sæpe est in practica.

excõmunicatus occultus si facit aliquid, ualet. Ita Feli. c. Rodulphus. de rescri. uer. & gusta. nu. 40. col. 1014.

excommunicatus si nõ potest expelli de ecclesia, debet missa cessare, si canon non sit incœptus. Fel. de excep. c. à nobis. nu. 4. col. 18. Et ibi, quando canon incipiat.

excommunicatus à iure: si per sententiam declaratoriam pronuncitur excommunicatum esse, si non præcessisset partis citatio, nulla est sententia. Fel. c. Rodulphus. de rescrip. uers. citatur etiam col. 1015. Fallit hoc, quando sententia excõmunicationis fit super excessu notorio: quia tunc non est opus citare excommunicatum. Ita Felt. loco præalleg.

excommunicatus, qui promisit satisfacere, & tamen non fecit, an sit tim reincidat in excommunicationem, aut sit iterum excommunicandus? Ponit Felin. c. ad reprimendam. de offi. ordi. uer. reducere non omitas. nu. 1. col. 1242. Pone, quòd reducatur, an in ista reductione requiratur causæ cognitio: uide Felin. loco præallegato, colum. 1243.

excommunicatus absolutus ad tempus, putà ut ferat testimonium, an tempore elapso reincidat in excommunicationem? Ponit Felin. c. ad reprimendam. de offi. ordi. uer. allegato, col. 1242.

excommunicatus ab homine ab alio homine non absoluitur. Ista est regula, quam ponit Fel. c. pastoralis. §. præterea. de offic. ordi. in prin. nu. 9. col. 1256.

excommunicatus à lege, & exemptus ab ordinario: solus Papa illum absoluere potest. Ita Fel. c. pastoralis. §. præterea. de offi. ordi. uer. limita hanc primam fallentiam. nu. 10. col. 1257.

excommunicatus, à quacunque excommunicatione potest absolui in articulo mortis: an autem requiratur sola cautio de satisfaciendo? De istis uide ad plenum per Feli. c. pastoralis. §. præterea. uer. fallit quartò. nu. 12. col. 1258.

excommunicatus an possit absolui in articulo mortis à laico, ex quo laico licitum est confiteri in necessitate? & utrùm talis excommunicatus, qui confitetur laico in necessitate, sit sepeliendus in loco sacro. Vide per Felin. c. pastoralis. §. præterea. de offi. ordi. uer. fallit sextò. nu. 13. col. 1259.

excommunicatus, qui tulit sententiam, tanquam iudex, an talis sentẽtia ualeat? Vide, quæ posui in litera S. §. sententia lata ab excommunicato.

excommunicatus in uno loco, est excommunicatus ubicunq;, et quocunq; uadat. Fel. c. j. de treug. & pace. in prin. col. 1377.

excommunicatus est percutiens uestem clerici. Ita Feli. c. j. de foro cõpe. uer. non obstat, quòd percutiens. nu. 3. col. 177.

excommunicatus an possit petere absolutionem per procuratorem. Inn. c. cùm desideres. de sen. excom. tenet, quòd non: & idem tenet Host. ibi. Adde, quòd Spe. ti. de cura. §. j. uer. Item opponitur. dicit, quòd curia Romana permittit, quòd quis absoluatur per procuratorem: quod teneo, quando subesset causa. Felin. d. c. cùm desideres. in prin. col. 1179. Limita, quando quis petit absolutionem in foro pœnitentiali: quia tunc non potest absolui per procuratorem. Domi. de sancto Gemi. c. eos. de sen. excommu. in vj. Bal. c. imperatorem. de iura. calùm. Felin. d. c. cùm desideres. uer. limita primò. nu. 2. col. 1179.

excommunicatus de facto constitutus procurator cum potestate substituendi, non potest ualidè alium substituere: de quo uide, quæ posui in litera P. §. procurator excommunicatus.

excommunicatus, qui producitur in testem, an sit absoluendus ad cautelam, ad hoc, ut possit testificari. Vide, quæ posui in litera T. §. testis excommunicatus.

excommunicatus: an iudex delegatus possit ipsum absoluere ad cautelam, ad hoc, ut ferat testimonium. Vide, quæ posui in litera T. §. testis excommunicatus iudex delegatus.

excommunicatus non potest esse testis: c. ueniens. ij. de testi. c. decernimus. de sen. excom. in vj. Fallit ista conclusio in aliquibus casibus: & primò, quando talis excommunicatus describeretur, & adhiberetur in testem in instrumento. Inn. c. pia. de except. in vj. circa fin. do. Car. repe. c. perpendimus. in fi. de sen. excom. Imol. Ant. de But. c. ex literis. de transact. Item excõmunicatus potest esse testis, quando fuisset adhibitus in testem cum reputabatur non excommunicatus. Bar. l. j. C. de testi. ij. col. uers. quæro, quid de infame. itẽ excommunicatus minori excommunicatione: quia talis potest esse testis: quia minor excommunicatio non repellit excommunicatum, nisi à perceptione sacramentorum, c. si celebrat. de cleri. excommunica. mi. Adde Feli. d. c. ueniens. uers. quartò nota. nu. 29. col. 778.

excommunicatus potest contrahere matrimonium. Vide, quæ posui in litera M. §. matrimonium est priuilegiatum.

excommunicatus tempore acceptationis beneficij, si est absolutus tẽpore collationis, tenet collatio: quia non acquiritur ius ex acceptatione, sed ex collatione, c. si tibi. bsenti. de præb. in vj. do. de Rota deci. l. in antiquis, & decisio. cxc. in nouis. Felin. c. cùm dilectus. de accus. ij. notabili, in prin. col. 866.

excommunicatus, qui fecit testamentum, quod est nullum, si absoluitur, an testamentũ recõualescat? Vide, quæ posui in litera T. §. testamentum excommunicati est nullum.

excommunicatus an possit facere testamentum ad pias causas. Imo. c. cùm uoluntate. de sen. excom. tenet, quòd sic. Vide Bar. & Bald. authen. credentes. C. de hære. ubi etiam Sali. Feli. d. c. cùm uoluntate. uers. extra gl. tangit hic. nu. 3. col. 1232.

excommunicatus an possit testari: d. Abb. c. ad probandum. de re iudi. iij. col. uer. idem dic expressè. ubi tenet, quòd sic: & dicit plus, quòd istud habet locum, etiam in excommunicato publicè. Idem etiam Io. An. c. decernimus. de sen. excommu. in vj. Idem tenet etiã Ant. de But. in dispu. sua inci. Bononiensis quidam. Frid. consi. suo lxxiiij. incip. uetus querela. do. Card. cle. j. de excep. iiij. col. uer. octauò quæro. Adde Feli. d. c. ad probandum. uer. de gestis per excommunicatum. nu. 1. col. 641.

excommunicatus si est exemptus à iurisdictione episcopi, an potest ab eo absolui: gloss. fi. uidetur sentire, quòd non, in cle. cùm ex eo. de senten. excommu. do. Abb. c. graue. j. col. de offi. ordi. & c. cùm tempore. de arbi. & c. ij. de sen. excõmu. uers. secundò ex his. Vide etiam Feli. c. monachi. eo. tit. uer. dicit hic. nu. 5. col. 1163.

excommunicatus tenetur euitare excõmunicatum. Ita Feli. c. nulli. de sen. excommuni. uer. utrùm excommunicatus. nu. 2. col. 1174.

excommu-

excommunicatus: an contra eum currat præscriptio in iuribus et rebus proprijs? Vide, quæ posui in litera P. §. præscriptio an currat contra excommunicatum?

excommunicatus an poßit facere actus spirituales: ponit do. Abb. c. si uerè. de sen. exc. & ibi Ant. de But. do. Abb. c. ueritatis. de dolo & contu. pe. & ult. col. Car. Io. An. c. decernimus. de sent. excom. in vj. & ibi Do. de san. Ge. Vide Felin. d. c. si uerè. uer. nunquid actus. num. 3. col. 1204. Adde tu pro declaratione istius dubij, quòd aut excommunicatus agit aliquid ratione publici officij, aut priuati. Primo casu, si gerit actus, in quo imprimitur character, si reputatur communi opi. non excommunicatus, tũc ualet, quod gerit. Imo c. c. ne pro defectu. de elec. Fel. d. c. si uerè. uer. primo casu. nu. 4. col. 3. alleg. Secus, si scitur publicè, quòd sit excommunicatus: quia gesta per eum non ualent, siue in tẽporalibus, siue in spiritualibus. Feli. d. c. si uerè. uersic. alleg. col. 1204. & seq. Secundo casu, quando excommunicatus gerit aliquid ratione priuati officij, non est differentia inter notorium & occultum excommunicatum: quia non ualet actus factus per excommunicatum, quomodocunq; sit excommunicatus, occultè, aut palàm. Imo. c. cùm dilectus. de consue. Io. An. c. j. de rescri. in vj. & ibi Domi. de sanc. Ge. ij. col. do. Abb. c. pastoralis. §. uerum. v. col. de appel. & d. c. si uerè. Fel. ibi. uers. & ista uera sunt in his. nu. 6. col. 1205.

excommunicatus, qui ignorabatur excommunicatus esse, adeò quod pars nihil opposuit, tamẽ iudex sciebat ipsum excommunicatum, & eum non repulit, sed imo pro eo tulit sententiam, an talis sententia ualeat? Vide per Fel. c. exceptionem. de excep. uersi. quid autem, si iudex. nu. 46. col. 144.

excommunicatus publicè quando quis dicatur? do. Abb. c. exceptionem. de exce. pe. col. uer. sed quæro. dicit, quòd non sufficit, quòd quis sit publicè excommunicatus in iudicio, ad hoc, quòd dicatur excommunicatus publicè: sed requiritur publicitas respectu aliorum: & sic non capit istud notorium pro notorio iuris: utputà, q̃ sententia lata sit solenniter pro tribunali, sed pro notorietate facti diuulgata per notitiam hominum. Allegat glo. cle. j. de sepul. uerbo, publicè. quare omnes ibi sequuntur: & primò do. Card. xvj. q. & Imo. vj. col. Fride. consi. suo lxxiiij. incip. Vetus querela. circa fi. do. Abb. consi. suo xcix. inci. Illud in præsentiarum. iij. col. j. uol. Cal. consi. suo iiij. tit. de sent. excom. Vide Fel. d. c. exceptionem. de excep. uersi. item dum Abb. nu. 48. col. præalle.

excõmunicatus spoliatus non restituitur: ita Fel. c. dilectus. el j. de rescrip. uersi. nota regulam. nu. 11. col. 736. Et in hoc quæstio spoliationis non est priuilegiata.

excommunicatus an poßit impetrare pro alio. Vide Feli. c. dilectus. de rescrip. uersi. ultimò, dum tangit. nu. 12. col. 737.

excommunicatus: an contra excommunicatum impetrantem poßit comparẽre tertius ad impediendũ impetrationem. Feli. c. nonnulli. de rescrip. §. sunt & alij. uer. expeditis ampliationibus. nu. 23. col. 842.

excommunicatus occultè an poßit impetrare rescriptum. Vide 5. §. excommunicatus, qui impetrat.

excommunicatus an repellatur à testimonio post absolutionem. Vide do. Abb. c. testimonium. de testi. viij. col. uers. ex quo etiam colligo. Et dic, quòd regulariter non repellitur. Fallit, secundum eum, ubi in sententia excommunicationis fuisset expressum crimen, qd' irrogat infamiam. Fallit etiam, ubi quis fuisset excommunicatus à iure. Et de omnibus istis uide Fel. d. c. testimonium. uer. quarta conclusio. nu. 24. col. 840. parte ij.

excõmunicatus an omnino sit repellendus à iudicio, etiamsi reus uelit, quòd agat: do. Abb. c. exceptionem. de excep. in fi. dicit, q̃ reus non potest facere, quòd actor excommunicatus nõ repellatur per iudicem à iudicio. Et idem tenet do. Car. ibi. Vide Imo c. d. c. exceptionem. qui tenuit, quòd si iudex uult repellere actorem excommunicatum, & reus uult, q̃ agat, q̃ iudex non poterit eum repellere. Adde tamen, q̃ cõmuniter tenetur opi. do. Abb. d. c. exceptionem. uidelicet quòd actor excõmunicatus est repellẽdus à iudicio, sed tamen cogitur agere per procuratorem, ne cõmodum reportet ex repulsione: de quo uide Feli. d. c. exceptionem. uersi. item in quantum Abb. nu. 49. col. 145.

excommunicatus in uno loco, erit excommunicatus ubiq;. Ita gl. l. ex eu. ff. de postul. gl. fi. c. si quis. vij. q. j. & gl. c. q. si quis. iiij. q. v. gl. magna c. pastoralis. §. uerùm. de appell. Adde tu, & limita, nisi quis priuaretur communione certorum hominum, ut c. si quis. lviij. dist. Adde Fel. c. testimonium. de testi. uer. Idem in excommunicatione. nu. 33. col. 844.

excommunicatus litigando an faciat processum nullum. Vide, quæ posui in litera I. §. iudex, qui est inhabilis.

excommunicatus occultus: an gesta per eum ualeant? Ponit do. Abb. c. ad probandũ. de re iudi. ij. col. uers. uenio nunc. & ibi uide Anton. de But. & Imol. Et cum istis transit ibi Felin. uer. nunc secundò. Adde etiam, quòd ad hoc, ut gesta per excommunicatum ualeant, requiritur, quòd non solùm sit occultus uni parti, sed ambabus partibus. Felin. d. c. ad probandum. uers. & no. quòd si testes. nu. 4. col. 643.

excommunicatus occultè si gerit aliquid ratione publici officij, gesta per eũ ualẽt, & hoc fauore reipublicæ: tex. est optimus c. ad probandum. de re iud. & ibi Felin. uersi. Cæterùm quantum ad gesta. nu. 3. col. 642. Et no. quod dixi, Excommunicatus occultè: quia si publicè esset excõmunicatus, non ualerent gesta per eum: & ideo, quando opponitur cõtra aliquem, quòd non ualent eius gesta, q̃ excommunicatus: opponens debet ponere in capitulo, quòd tunc temporis, quando gerebat talia officia, erat publicè excommunicatus, & sic habebatur et reputabatur: aliter non ualet exceptio. Ita Bar. l. j. C. de test. ij. col. uer. ultimò nota. Adde tu ex uerbis Bartol. & no. formam excipiendi contra personam testis, uel iudicis. Et idem tenet Bar. l. ad testium. ff. de testi. Sed contrariũ tenuit Bal. Pal. Pau. de Cas & Roma. d. l. j. C. de test. Adde Imo. Raph. et Pau. de Cas. d. l. ad testium.

excommunicatus occultus an poßit alium excommunicare: gl. summæ xxiiij. q. j. tenuit, quòd non: & Ant. de But. c. ad probandum. de re iudi. Host. c. fi. de ordi. ab episcopo, qui renun. episc. Anto. de But. & Imo. c. scisciitatus. de rescri. Pe. de Anc. c. pia. de exce. in vj. S. Tho. iiij. dist. xiij. q. ij. arti. ij. Adde, quòd contrarium tenuit do. Abb. c. ab excommunicato. de rescri. ij. col. uer. cadit tamen. Lap. alleg. lxxxix. incip. Duo prælati. viij. col. Adde Felin. d. c. ad probandũ. uer. limita primò regulã. n. 7. col. 644. et ibi latè de hoc.

excommunicatus agens iudicijs communibus, an admitti debeat. Fel. de excep. c. uenerabilem. nu. 1. col. 155.

excommunicatus occultus si facit actum in fauorem illius, qui scit eum excõmunicatum, tunc talis actus est nullus: & hoc habet locũ, etiamsi excõmunicatus gesserit actum ratione publici officij: do. Ab. c. si duobus. de app. pe. col. & c. post cessionẽ. de prob. pe. col. uer. idem, si erat. Adde Feli. c. ad probandum. de re iud. uer. limita secũdò. nu. 8. col. 644. Et no. quia est maxima limitatio ad l. Barbarius. ff. de offi. præto. ubi dicitur, quòd ratiõe publici officij tolerantur multa: & maximè, quòd seruus sit prætor. Idem dicendũ esset in excommunicato. Vide Feli. quæstio ista, ubi 5.

excommunicatus occultè an poßit alium excõmunicare? glo. in summa, xxiiij. q. j. tenet, quòd non. Idem tenet Host. & Io. An. c. pia. de excepti. in vj. Calde. dispu. sua inci. Excommunicatus. Vide Feli. c. si uerè. de sent. excom. uersi. utrùm excommunicatus. num. 7. col. 1205. Adde, quòd contrarium tenet Inn. d. c. si uerè. & ibi Ant. de But. do. Abb. c. cùm dilectus. ij. col. de consue. & c. ueritatis. de dolo & contu. pe. col. & c. ab excommunicato. ij. col. de rescri. Lap. alle. clxxxij. Adde Fel. d. c. si uerè. uersi. allegato. col. ead.

excommunicatus an poßit ingredi ecclesiam causa orandi, & ut audiat prædicationem: de quo uide gl. c. studeat. j. q. j. Contrariũ tenet do. Abb. c. responso. de senten. excom. & ibi uide Feli. in princip. nu. 1. col. 1219.

excommunicatus; etiam maiori excommunicatione, repellere potest excommunicatum excipiendo. Bar. l. seruo. ff. de accus. Fel. c. ij. de excep. uersi. quòd excommunicatus. nu. 10. col. 20.

excommunicatus an quis præsumatur potius, quàm non excommunicatus. Fel. de testi. c. cùm tu. nu. 17. col. 653.

excommunicatus tractus in iudicio, & qui se defendit, utrùm poßit petere à iudice, ut ferat sententiã pro se, casu, quo actor nõ probauit: do. Abb. c. cùm inter. de excep. ij. col. uersi. secundò quæro. dicit, q̃ reus excommunicatus non põt petere, quòd iudex ferat sententiam pro se. Adde Fel. d. c. cùm inter. uers. utrùm excommunicatus. nu. 19. col. 48. & ibi dicit, quòd tempore suo inter domi. de Rota fuit conclusum & decisum pro opi. do. Abb.

excommu=

excommunicatus, siue sit reus, siue sit actor, est audiendus, quãdo res est peritura tempore, uel quando prætendit se defendere grauamine non reparabili de facili: putà, quia habet debitorem fugitiũ: quia debet audiri circa capturam: do. Abb. c. cùm inter. de except. iiij. col. uers. secundò uerò. Adde Feli. d. c. cùm inter. uer. limita secundò. nu. 16. col. 47.

excommunicatus an poßit appellare extraiudicialiter: dom. Abb. c. cùm inter. de excep. v. col. uer. secundo casu. dicit, quòd si appellatio est mera extraiudicialis, quòd non potest appellare: aut non est mera extraiudicialis, & potest appellare; & dat exemplum de isto secundo casu, de excommunicato, qui appellat ab executore uolente alicui prouidere de beneficio: quia potest ab eo uexari & grauari: ideo poterit appellare: quia ista appellatio non est mera extraiudicialis. Phi. c. bonæ. de app. xj. q. tenuit, q̃ excommunicatus potest appellare ab omni grauamine illato ab executore, uel à iudice, etiam extraiudicialiter, nulla habita distinctione. Adde Fel. d. c. cùm inter. uer. ad aliud, q̃ potest appellare. nu. 18. col. 47. Adde etiam, q̃ excommunicatus potest appellare indistinctè, & eam prosequi: & hoc de appellatione iudiciali: do. Abc. c. cùm inter. v. col. uer. uenio ad secundum.

excommunicatus post absolutionem an sit restituendus ad appellandum? & ad omnia alia iura prædicta lapsu temporis? do. Ab. c. cũ inter. de excep. vj. col. uer. iuxta prædicta ponit longam examinationem, quam uideas: & finaliter concludit, q̃ excõmunicatus restituitur ad appellandum, & ad omnia alia iura: & idem tenet c. j. de præscrip. iiij. col. Et ista est communis opinio. Vide Fel. d. c. cùm inter. uer. utrùm excommunicatus. nu. 19. col. 48. Adde & limita istam communem opi. nisi excommunicatus fuisset negligens in petenda absolutione ab excommunicatione: quia tunc non restituetur. Ab. d. c. cũ inter. & ibi do. Car. & Imo. Bal. c. j. de præscri. Fel. d. c. cùm inter. d. uer. Item limita, nisi terminus fuerit præfixus à iure: quia eo lapso excommunicato non subuenitur, neq; restituitur: do. Car. c. exceptionem. de exce. iij. col. Fel. d. c. cùm inter. uersi. limita secundò. nu. 20. col. 49.

excommunicatus an poßit iurare de calumnia in iudicio, uel etiam ibi præstare alia iuramenta: do. Ab. c. cùm inter. de excep. viij. col. uer. uenio ad secundam. tenet, q̃ sic: quia aliàs reportaret commodum de malicia sua. Vide gl. in simili c. paruuli. xxij. q. v. Adde Fel. d. c. cùm inter. uer. utrùm beneficium. nu. 22. col. 50.

excommunicatus non tenetur respõdere suo excommunicatori, si iniustè fuit excommunicatus, nisi priùs sit restitutus communioni; à qua fuit iniustè priuatus: do. Abb. c. cũ inter. de excep. ix. col. uers. quæro, quid. Fel. ibi, uersi. in quantum. col. 50.

excommunicatus an poßit excipere, & compensare? do. Abb. c. cùm inter. de excep. ix. col. uer. uenio ad gl. tenet, q̃ excõmunicatus potest excipere de compensatione. Et idem tenet ibi Io. An. & Anto. de Bu. Contrariam partem tenet ibi Host. do. Car. Bal. & Imo. & Bar. l. amplius. in fi. ff. rem rat. hab. Cyn. Bal. Sal. l. quoniã. C. de adul. et Bal. l. cùm Papinianus. C. de sen. Vide Fel. d. c. cùm inter. uer. super dubio disputabili. nu. 24. col. 51. Adde, q̃ opi. do. Ab. & aliorum tenuit Bar. l. libertus. la ij. ff. de in ius uoc. ubi expreßè dicit, q̃ excommunicatus potest excipere, ff. de admi. tu. pe. col. uer. quarto modo legitur. & Domi. de sanc. Gem. in summa, iiij. q. j. Adde Fel. d. c. cùm inter. uer. cõtrariam partem. nu. 25. col. ead. Et ibi post additionem pro opi. do. Abb. & aliorum.

excommunicatus utrùm poßit implorare officiũ iudicis, ut imponatur silẽtium actori, ex quo contra eum probauit exceptionem: do. Abb. c. cùm inter. de except. ult. col. tenuit, q̃ non. Vide Fel. d. c. cũ inter. uer. dum Abbas. nu. 26. col. 52.

excommunicatus specialiter non uocatus à iudice, utrùm poßit excipere contra electũ: hæc est difficilis materia: & ratio est, quia excommunicatus regulariter nõ potest stare in iudicio, ut actor: sed b:ne, ut reus tractus ab aduersario. Tex. est c. cùm inter. de excep. & c. intelleximus. de iudi. Quid dicendũ in paßu isto difficili, ubi Doctores fuerunt uarij. Adde, quòd Host. c. dilecti. de exce. tenuit, quòd excommunicatus potest excipere contra electum, etiamsi nõ sit specialiter uocatus. Et istud dictum Host. tenuit Spe. tit. de actore. §. j. uer. item q̃. & uidetur sequi. Io. An. c. dilecti. & idem tenet do. Ab. d. c. dilecti. ij. col. uer. gl. j. ubi recitat opi. Doct. & finaliter concludit, quòd excommunicatus potest excipere contra electum. Adde, q̃ contrariã opi. tenuit Inn. d. c. cũ inter. ubi firmat, q̃ in nullo casu excommunicatus potest excipere contra electum, nisi specialiter sit reuocatus. Et idem tenet Arch. c. j. de excep. in vj. ubi dicit Arch. q̃ Inn. fuit pater canonum, & organum ueritatis. Et idẽ tenet Feli. d. c. dilecti. de except. uers. est difficilis quæstio. nu. 3. col. 85. Tamen considera: nihil affirmo: & eligas alteram opi. quæ tibi magis placebit.

excommunicatus an poßit stare in iudicio in iudicijs cõmunibus, putà finium regundorum. Ant. de But. c. fi. de excep. tenet, q̃ sic: tu uide ibi Fel. in prin. col. 155. & seq. per totum cap.

excommunicatus si impetrat rescriptũ, talis impetratio regulariter est nulla: tex. est c. j. de rescr. in vj. Adde, q̃ ista regula habet locum etiam quando excommunicatus impetrasset de consensu aduersarij sui: quia esset nulla. Io. And. in Spe. tit. de res. præsen. §. ratione. uer. item impetrauit. Fel. c. fi. de excep. uer. dum omnes hic. nu. 21. col. 156. Item etiam habet locum ista regula, quando procurator excommunicatus impetrasset rescriptum nomine domini sui non excommunicati: quia nõ ualeret, do. de Rota tit. de procu. deci: xx. in antiquis. Item ista regula habet locum, quando excommunicatus impetraßet rescriptum, ut reciperetur in certo monasterio, ut ibi profiteretur: quia non ualet. Cal. consi. suo. tit. de rescri. iiij. et de reg. consi. suo. xij. Tamen iste sic excommunicatus, qui fecit professionem, uigore rescripti obligatur religioni in genere ad minus, licet non ualeat facta in illo monasterio uigore rescripti: Domi. de san. Gem. d. c. j. de rescri. in vj. Fel. d. c. fi. de excep. uer. amplia tertiò. n. 3. col. 156. Adde, q̃ ista regula sic ampliata fallit in multis casibus, in quibus excommunicatus potest impetrare rescriptum: & primò, quando quis esset excõmunicatus generaliter cum multis: do. de Rota tit. de sen. exc. xx. dec. in antiquis. Fel. d. c. fi. uer. nã primò fallit. ubi 5. nu. 4. col. ead. Item fallit, quando quis fuit excõmunicatus, si impetraret rescriptum. Spe. tit. de rescr. præsen. §. ratione. Fe. d. c. fi. in uersi. fallit secundò. nu. 5. ibidem. Item fallit in excõmunicato sub conditione: quia poterit impetrare ante conditionẽ, licet postea uenerit conditio. Pe. de Anc. consi. suo. cliiij. inci. in narratis in facto. ult. col. Fel. d. c. ij. uer. fallit tertiò. nu. 6. ibidem. Item fallit in excommunicato, qui impetrat simul cum non excommunicato: quia ualet impetratio. Ioan. And. regula, utile. de regu. iur. in vj. & d. c. j. de rescri. in vj. Fel. d. c. fi. uersi. fallit quartò. num. 7. col. ead. Item fallit in excommunicato, qui impetrat committi causam auditoribus sacri palatij: quia ualet talis impetratio: do. de Rot. tit. de iudi. uer. in nouis. Fel. d. c. fi. uer. fallit quintò. nu. 8. col. ead. Item fallit in excommunicato occultè: quia potest impetrare rescriptũ pro dignitate sua, non pro ipso. Ant. de But. c. si uerè. de sen. excõ. iiij. col. Fel. d. c. fi. uer. fallit sextò. ibidem, nu. 9.

excommunicatus generaliter cum multis, an poßit impetrare rescriptum? Vide 5. §. excommunicatus, qui impetrat rescriptum.

excommunicatus: qui fuit excõmunicatus, si peteret, an poßit rescriptum impetrare? Vide 5. §. excommunicatus, qui impetrat.

excommunicatus sub conditione, an poterit impetrare rescriptũ ante aduentum cõditionis. Vide 5. §. excommunicatus, qui impetrat.

excommunicatus, qui simul impetrat cum excommunicato, an ualet impetratio? Vide 5. §. excommunicatus, qui impetrat.

excommunicatus an poßit impetrare, ut committatur causa auditoribus sacri palatij? Vide 5. §. excommunicatus, qui impetrat.

excommunicatus auditur semper agendo: & sic potest esse actor, ubicunq; agitur de periculo animæ suæ, uel alterius. Ita Imo. c. significauerunt. de excep. in fi. & ibi Host. Ant. de But. Et hoc nota pro limitatione omnium iurium dicentium, quòd excommunicatus nõ potest esse actor uoluntarius, ut est text. c. intelleximus. de iudi. c. cùm inter. de excep. Adde in materia ista Fel. latè d. c. significauerunt. uer. cætera permissa. nu. 14. col. 125.

excõmunicatus an poßit petere restitutionẽ in integ. aduersus sentẽtiam, quæ transiuit in rem iudicatam: do. Abb. c. significauerunt. de excep. ulti. col. uer. an excommunicatus. tenet, q̃ excommunicatus non poßit petere restitutionem in integrum, nisi imminet periculum animæ suæ, uel aliorum: do. de Rota idem tenent ti. de excep. vij. in nouis. Adde Fel. d. c. significauerunt. uer. & dum abbas tangit. nu. 11. col. præallegata.

excommunicatus an poßit dicere de nullitate sententiæ: & sic impetrare rescriptum super nullitate sententiæ? do. Abb. c. significauerunt

runt.de excep.pen.col.uer. quæro hic.tenet, q excommunicatus non potest dicere de nullitate,reprobata opi.Host.ibi. Adde, q idē tenet ibi Io.And. Ant.de Bu.& Imo.Tamen contra istos.Et pro opi.Host.tenuit Bald.c.intelleximus.de iudic. ij. col. & Bald.d.c. significauerunt.Bald.c.j.§.iudices.de pace iura firman. Adde tamen,quòd opi.do.Abb.& aliorum est communis, quòd excommunicatus non poterit dicere de nullitate,per text.c.j.de rescript. Vide Felin.d.c.significauerunt. uersi.dum Abbas post multa. nu. 8.& 9.col.123.

excommunicatus utrùm petere potest reuocari tenutam datam contra se ex primo decreto:do.Alex.l.de pupillo.§. si procurator. ad finem,ff.de oper.noui nuncia.tenuit,q sic.Idem tenuit Fel. c. intelleximus.de iudi.nu.4.col.69.Adde Fel.c. significauerūt. de exceuersi.nu.& col.præallegatis.

excommunicatus an possit petere laudum reduci ad arbitrium boni uiri? Ant.de But.d.c.significauerunt. tenuit,q sic.Contrarium tenet ibi do. Abb.ult.col. uer. ex his. Et idem tenet ibi Imo.& uide Fel.d.c.significauerunt. uer.item dum Abb.nu.10.col.124.

excommunicatus utrùm possit se opponere executioni sententiæ latæ inter alios, tanquam tertius, pro suo interesse. Petr.de Ancha. consil.suo cccxxix. incip. Ad dubia.tenet, quòd non. Idem tenet Felin.d.c.significauerunt.de excep.uersic.& dum Abb.tangit.nu. 11.col.124.

excommunicatus potest agere,si non opponatur,c.pia.de exce.in vj. Tamen non potest constituere procuratorem:do.Abb.c. post cessionem.de proba.xiij. col. uer. sed circa hoc. & ibi uide per duas col.Adde Fel.d.c.post cessionem.nu.23.col.429.

excommunicatus potest agere reo nolente. Ita Feli.c.intelleximus.de iudi.uer.secunda declaratio.Quid econtrà,an reus excommunicatus possit cogere actorem,ne prosequatur iudicium? Vide,quæ posui in litera R.§.reus excommunicatus.

excommunicatus,cui denegata est audientia, non potest appellare. Ita Felin. c. intelleximus.de iudic. uer. sexta declaratio. nume. 8. col.74.

excommunicatus potest agere coram ordinario, si non opponatur: secus coram delegato.Ita Feli.c.intelleximus. de iudi.uers. octaua declaratio.nu.9.ibidem.

excommunicatus excommunicatione minori potest agere:& sic non repellitur ab agendo.Fel.c.intelleximus.de iudi.uersi. decima declaratio.nu.11.col.75.

excommunicatus,qui fuit excommunicatus ad hunc finem, ne possit agere, an tali excommunicatione non obstante poterit stare in iudicio?Ponit Fel.c.intelleximus.de iudic.uer.undecima declaratio. nu.12.Ibidem.

excommunicatus an possit stare in iudicio ex ratione publici officij. Vide per Fel. c.intelleximus. de iudi. uers. duodecima declaratio. nu.13.ubi ī.col.ead.

excommunicatus potest, se stante in excommunicatione, cedere sua iura alteri:& cessionarius poterit agere, etiamsi excommunicatus permaneat in excommunicatione.Ita Fel.c.intelleximus. de iudi.uersi.tertia decima declaratio.nu.14.col.ut ī.

excommunicatus potest stare in iudicio pro defensione earum rerū, quæ sunt sibi permissæ:utputà,quando impeditur inuenire procuratorem,uel mittere Romam pro impetrando rescriptum.Ita Fel. c.intelleximus.de iudi.uers.ultima declaratio. Ibidem num.& col. præallegatis.

excommunicatus an semper sit citandus,ante quàm declaretur excōmunicatus.Ponit Fel.c.cùm non ab homine.de iudi.uersi.limita secundò.nu.10.col.93.

excommunicatus potest absolui,etiam q non petat absolutionem. Ita Fel.c.nouit.de iudi uersi.in glo.fin.nu.12.col.120.

excommunicatus specialiter uocatus in iudicio, admittitur non obstāte excommunicatione.Ita Fel.c.exhibita.de iudi.uers.in gl.uerbo, exceptio.nu.5.col.154.Adde,q etiam excommunicatus spōte cōparens in iudicio pro interesse proprio,quando incurreret præiudicium,debet admitti:do.Abb.d.c.exhibita.de iudi.iij.col.uers.opponitur & uidetur.

extommunicatus, qui perseuerat per annum in excommunicatione, an sit priuatus beneficio.Vide Fel.c.j.de iudi.uers.gl.in uerbo,donec.nu. 7.col.12.

excommunicatus non potest esse testis.Ita Fel.c.intelleximus.de iudi in prin.col.67.

excommunicatus an possit per se stare in iudicio, quando est citatus: putà,quia nō inuenit procuratorem.Vide per Fel.c.intelleximus. de iudi.uersi.secundò allego Bal.nu.2.col.68.

excommunicatus an possit petere reuocari tenutam? Vide Fel.c. intelleximus.de iudi.uer.utrùm autem excōmunicatus.nu. 4. col. 69.

excommunicatus,nec principaliter,nec in consequentiā potest petere reuocationem tenutæ: & sic excommunicatus non potest stare in iudicio,nec principaliter,nec accessorie,nisi super appellatione.Vide Fel.c.intelleximus.de iudi.uersi. sed quòd excommunicatus.nu.5.col.70.

excommunicatus non potest dicere sententiam nullam. Fel.c.intelleximus.de iudi.uersi.allegato,col.ut ī.

excommunicatus an possit cōqueri de nullitate capturæ,& sic incarcerationis.Vide per Fel.c.intelleximus.uersi.alleg.col.71.

excommunicatus iustè non petens absolutionem,quādo possit,uel debeat inuitus absolui.Ponit do.Abb.c.Apostolicæ.de exce.j.no.Vide gl.c.significasti.de eo,qui duxit in ma.quam pol.per adul.Io.de And. c. j.ult.col.de malefi.do.Abb.c. ab excommunicato.ult.col. de rescr.ubi Imo.S.Tho.iiij.dist.xviij.q.ult.art.ult. Adde Io.And. c. felicis. de pen.viij.col.ubi dicit,q excommunicatio,& illæ aliæ pœnæ,quæ imponuntur per illum tex.non debent imponi ciuitati, quæ potens est,propter scandalum.Et dicit Io.An.c.constitutionē. in fi.de sent.excom.in vj.q prælati debent diligēter aduertere, ne ferant sententiam excommunicationis,ubi præuideant, seu intelligant futuram inutilem,uel in uilipendio. Adde Fel.in materia ista d.c.Apostolicæ.uer.generaliter autem. nu. 1.col. 96 .ubi latissimè adducit multa.

excommunicatus ab uno episcopo,est ab alijs exitandus: & archiepiscopus illum non absolut per querelam additus,si non primo remittat.Fel.de offi.ordi.c.ad reprimendam.nu.1.col.1241.

excommunicatus sustinens excommunicationem per annum, est priuatus beneficio.Fel.c.j.de iud.nu.8.col.12.

excommunicatus potest absolui ad tempus,ad hunc finem,ut possit testificari.Ita Ant.de But.c.ueniens.el ij.de testi.ult.col.in fi. Adde,q idem tenet Fel.c.prudentiam.de offi.deleg.§.si uerò.uersi.secundò fallit.nu.20.col.1122.

excommunicatus ab homine per uiam statuti: illum potest absoluere alius:do.Abb.c.frequentibus.de insti.ultimo no. Et ratio est: quia non debet esse maioris potentiæ ista excommunicatio,quàm lata à l. Papæ: quia si Papa excommunicat unum per l. alius absoluere potest,c.nuper.de sen.excō.Ergo fortius in l.inferioris.Adde Feli. qui idem tenet c.prudentiam.de offi.deleg.§.si uerò.uer.fallit primò.nu.19.col.1122.

excommunicatus à delegato Papæ,non potest eum absoluere legatus de latere. Vide Spe.ti.de leg.§.nunc ostendēdum.uer.xxvj. Adde, q Ant.de But.idem tenet,c.prudentiam.de off.dele.in fi.& Domi. c.j.iij.col.de excef.præla.Vide per Feli.d.c.prudentiam.§.& uer. & col.præalleg.

excommunicatus ob manifestam offensam:nunquam absoluitur, nisi priùs satisfaciat,etiamsi diceret ipse excommunicatus, q fuit iniustè excommunicatus.Ita do.Ab.c.cùm contingat. de offi.dele.uer. no.primò.Et hoc modo limitabis tex.d.c.cùm contingat.qui dicit, q qui asserit se iniustè excommunicatum, debet absolui. Fallit in manifesta offensa.Adde,q Fel.ibi.idē tenet in prin.nu.1.col.1212. Adde,q hoc fallit in excommunicato, qui est in articulo mortis: quia tunc sufficit cautio de satisfaciendo:do. Abb.c.literis.de rap. in fi.& do.Abb.c.fi.iij.no.de sepul.Fel.d.c.cùm contingat.Fallit etiam,ubi satisfactio exigit lōgum tractum:ut putà,fuit excommunicatus:quia non fecit etiam capellam,ad quam fabricandam tenebatur:quia tunc sufficit cautio de fieri facere,quamprimùm poterit.Ita do.Abb.c.quæstioni.de appel.ult.col.& d.c fi.de sepul.Adde Fel.d.c.cùm contingat.uers. fallit secundò. nu. 2.col.ead. Fallit etiam,ubi satisfactio expostulat actum, quod nō est in posse ipsius excommunicati:quia data cautione de faciendo, quàm citiùs poterit,debet absolui.Inn. c. pro illorū.de præb.uersi.receperit.& ibi Ant.de But.Io.An.& do. Abb.c.ex publico.de conuer.coniug ij. col.uer.ex quibus capias.Fel.d.c.cùm contingat.uers. fallit tertiò. nu.3.col.1212.Item fallit,ubi offensa tāgit solum Deum:putà,quia blasphe-

blasphemauit:qa poterit absolui data cautiōe:do.Car.c.qua fronte.de app Ant.de But.c.j.iiij.col.quod met.cau.Fel.d.c.cùm contingat.uer.fallit quartò.ubi ī.num.4.col.1213.Fallit etiam istud, ubi materia non est apta recipere satisfactionem:quia potest fieri absolutio cum cautione de pœnitentiam agendo. Fel.d.c.cùm contingat.uer.fallit ultimò.nu.5.col.ead.

excommunicatus ob offensam dubiam, sufficit,q caueat de satisfaciēdo post absolutionem.Tex.c.ex parte in Christo.de uerb.sig.Fallit hoc,quando excommunicato esset lata ad instantiā partis:tunc enim non debet absolui,nisi dederit cautionem fideiussoriam, uel pignoratitiam:gl.c.qua frōte.de app.uer. cautione. & ibi do.Ab. in fi.Adde Fel. c.cùm contingat.de offi.deleg.uersi.ubi uerò offensa est.nu.5.col.1213.

excommunicatus & absolutus cum solennitate de parendo mandato iudicis,si non pareat,utrùm reincidat in excommunicationē ipso facto.Vide,quæ posui in litera A.§.absolut° ab excōmunicatione.

excommunicatus an possit stare in ecclesia, quando non oratur: gl.c. qui studet.j.q.j.tenuit,q sic:et est gl.uerbo,dimisit.Et idem tenuit But.c.responso.de sen.excomt.do.Abb.cle.grauis.de sent.excom. Imo.c.j.de ui.& ho.cle.Adde Fel.c.ij.de excep. uer.quamuis probibeatur.nu.3.col.18.

excommunicatus non potest stare in ecclesia tempore, quo diuina officia celebrantur:& si expellitur de ecclesia,potest sacerdos dimittere missam:& hoc,si non est cœptus canon.gl.cle.grauis.de sent. excom.uerbo, expleta.Domi.de san.Ge.c.is,cui.de sent.exc.in vj. Imo.c.nuper.de sen.exc.Et dicitur canon, Te igitur clementissime pater.Adde Fel.c.ij.de excep.uer.et scias, q excommunicatus.nu. 4.col.ead. Et dic,q pœna imposita celebrantibus coram manifesto excommunicato,est expressa.c.episcopo.de priui.in vj.

excommunicatus nō potest prosequi suam,uel suorum iniuriam: do. Ab.c.ij.de excep.iij.no.Vide gl.c.omnib.iiij.q.ul.Frid. de Se.cons. suo.cxvj.incip.Mirandum est:Pet.de Anch.c.j.iij.col.de rescri. in vj.Adde Fel.c.ij.de exce.uer.excōmunicatus nō potest.nu.6.ibidē.

excommunicatus,qui impetrauit absolutionem à Papa,sed illum malè informauerat,an sit absolutus:Vide,quæ posui in litera P.§.Papa si absoluit.

excommunicato an possit denegari audientia. Arch.c.si quis. xvj. q. vij.tenet,q sic.Et idē uidetur tenere Ant. de But. c. significauerūt. de excep.ubi dicit,q excommunicatus auditur, quando appellat, nisi sit ei interdicta audientia.Imo.d.c.significauerunt.tenuit contrarium. Adde Fel.ibi.uers.ultimò,in quantū dicit.nu.12.col.124.

excommunicati excommunicatione Papali,sunt illi,qui detinent terras,aut bona ecclesiæ.Ro.de quo uide,quæ posui in litera D.§.detinentes terras.

excommunicati non possunt esse testes, nisi absoluātur ad cautelam, etiamsi dicant excommunicationem nullam:do.Ab.c.ueniens.el ij. de testib.ulti.no. Adde Feli.ibi.uer.in tex.ibi,uolumus.num.4.col. 767.Et plus dicit ibi Feli.quòd ille tex. c.ueniēs. est multum sing. quia magis latè promisit circa excōmunicatum, quàm faciat text. c.de cernimus.de sente.excom.in vj.

¶ Excusio an sit fienda contra principalem debitorem, si est iuratū: an uerò fideiussores teneantur ad solutionē? Vide per Fel.c.ex rescripto.de iureiur.uer.item quia iurauerunt.nu.19.col.1158.

executio sententiæ ad quem pertinet,si fuit appellatum, an ad primū iudicem,an uerò ad secundum? do. Abb.c.pastoralis.§.præterea. de off.dele.tangit q.istam ij.col.uer.in gl.fi.Inn.concludit c.Romana.in fi.de app.in vj.dicendo,q si est ordinarius,& intentatur actio iudicati, q ipse poterit sententiam exequi.Fel.d.c.pastoralis. §.præterea.in prin.nu.14.col.1174.limitat ibi illud dictum Inno. ibi eū uide.Secunda conclusio:si sententia prima confirmatur per iudicem ad quem,declarando appellationem frustratoriam, primus iudex habet exequi,& non secundus:gl.est c.cùm ecclesia. de app.& tenet Fel.d.§.præterea.col.ead.Tertia conclusio:si de consensu partium fuit ab appellatione recessum,primus iudex exquiatur.Ita Iac.de But.Bal.l.tale pactum.§. qui prouocauit. ff. de pac. Bal.l.præcipimus.§.officijs.ff.de ap.et Fel.d.§.præterea.col. 1175. qui tamen limitat hoc ibi,nisi appellans corā secundo iudice,promisisset parēre sententiæ:quia secundus iudex poterit exequi. Ibi eum uide.Et istam limitationē posuit Bar.l.à diuo Pio.in prin.uer. quæro.ff.de re iud.& Imo.ibi. Ant.de But.d.§.præterea. Vide diffusiùs per Fel.d.c.pastoralis.Ibidem §.præterea.Quarta cōclusio: si est sententia condemnationis expensarum confirmata à secundo iudice,non potest per eum exequi, sed primus iudex exequetur. Bar.d.l.à diuo Pio.in prin.Car.Ant.de But.d.§.præterea. Tamen Fel.ibi d.§.præterea.dubitat de hoc,an sit uerum:quare tu uidebis eum,ibi ad plenum.Ibid.Adde tu alium casum no. ultra illos quatuor tactos per Fel.d.§.præterea. de quo casu ipse ibi nullam facit mentionem: quod multum admiror, uidelicet ad quē pertinet executio sententiæ,si fuit appellatum,& sententia prima remanet firma per cursum fatalium,an ad primum iudicem, an uerò ad secundum? & dic,q aut quærit de iudice ordinario,aut de delegato.Primo casu,si de ordinario,& in hoc non est dubium: quia ipse ordinarius poterit exequi.Ita Bar.l.tale pactum.§. qui prouocauit. ff. de pac.uer.aut sententia prima.& ibi cum eo transeunt omnes.Secundo casu de delegato.Et de isto magis dubitatur.Guli.de Cu. ibi d.§.qui prouocauit.considerauit tres casus.Tamen istam suam cōsiderationem reprobauit Ia.Bu.Bar.& Ful.ibi d.§. qui prouocauit.& Alb.& Bar.l.præcipimus.§.officijs.C.de app.Ego puto, q bona sit distinctio Guli.& bona sit ratio,quam ipse assignat, d.§. qui prouocauit. quia quādo appellatio deseritur per lapsum fatalium,certè ipse iudex delegatus datus in causa appellationis nihil reperit coram eo factum, propter quòd habeat se intromittere de aliqua executione:ideo tunc executio spectat ad primum iudicem delegatum:quia tunc bene fingitur, ac si non esset appellatum. Et istam opinionem tenet Ang.l.si contra minores.C. de app.ubi dicit,q iudex delegatus primus poterit mandare suam sententiā executioni,nec erit opus pronūciare super desertione appellationis. Et idem tenet in consilio suo cccxxvij. incip. Visis omnibus dictis. Adde Fel.c.ex parte S.de rescrip.uer.declara.nu.8.col.532.

¶ Executio excessiua si ab ea appellatur, in appellatione causa est ex primenda:de quo uide,quæ posui in litera A.§. appellans ab executione excess.

executio sententiæ non debet fieri intra decennium, quod datur ad appellandum:tamen si fit,& pars non appellat,ualet executio. gl.est c.uenerabilibus.de sen.excom.in vj.& ibi Domi.de san.Gem.Fel. c.quod ad.consultationē.de re iud.uer.limita tertiò.n.17.col.512.

executio sententiæ an potest fieri per iudicem à quo, parte nō citata, appellatione desertā?do.Ab.c.ex ratione.de app.ult.col.uer.in ul. q.dicit,q Inn.ibi tenuit,q iudex à quo,non tenetur ad executionē sententiæ citare partem:postea concludit,q Inn. & alij dicunt, q non debet iudex à quo, facere executionem parte non citata: & hoc,quando pars dicit appellationem desertam: & ratio est,quia iudex nō debet stare dicto partis,quæ dicit,appellationem esse desertam.Idem tenet do.Car.cle.sicut.de app.ij.q.Bal.l.si contra.C. de appel.Fel. d.c.ex ratione. uer sextò & ultimò.nu.9. col.706. Adde tamen,q in alijs rebus adiudicatis nō requiritur citatio partis tempore executionis.Bar.extrauag.ad reprimendum.Bar.l.ordo.C.de exec. rei.iud.Imo.l.ab executione.ff.de app.in prim.Feli. d.c.ex ratione.uer.nu.et.col.præallegat. Adde,q ubi esset appellatum à sententia,executio non debet fieri parte non citata. Feli.ubi ī.col.ead.

executio in rebus adiudicatis an potest fieri parte non citata. Vide ī. §.executio sententiæ an potest fieri.

executio sententiæ:an in ea datur libellus? Vide, quæ posui in litera L.§.libellus non debet offerri.

executio sententiæ,quæ est fienda contra hæredem defuncti sententiati,non debet fieri,nisi priùs hæres sit citatus.Ita Fel.c.quia G.de iudi.uers.dicit hic Inn.nu.4.col.99. Et no.quia regulariter in executione fienda non debet fieri citatio,ut per Bar.& alios, l.à diuo Pio.§.in uenditione.ff.de re iudi.Inn.c.ex ratione.de appel.

executio nunquam debet fieri die festo.Vide per Fel.c.fi.de iud. uers. contra abbatem.nu.13.col.171.

executio:istud uerbum positum in libello,intelligitur pro cognitiōe, uidelicet si petatur in libello exequi instrumentum,antè quàm incœpisset cognoscere, libellus potest sustētari:de quo uide latè per Fel.c.sanè.el j.de offi.dele.uer.secundò no.nu.2.col.1033.

executio testamenti facta sub nomine dignitatis,an transeat ad successorem? Vide per Fel.c.quoniam abbas.de offi. dele.uer.in contrarium.nu.2.col.1083.

¶ Executor Apostolicus reuocatus, qui tamen hoc ignorabat an gesta per

sta per eum post reuocationem teneant. Vide Inn.c. fi. de præsum. xxj.col.10. An. regula, eum, qui.de reg.iur.in vj. Adde Feli.c.ij.de consti.uersi.quintò limita.col.73.

executor merus est ille, qui est datus ad exequendum sententiam: priùs tamen discusso negotio executionis: & sic, quando nihil habet facere, nisi mittere sententiam executioni, secundum formã commissionis suæ: Ita do.Ab.c.de cætero.de re iud.v.col.uer.tertio membro. Et iste executor non potest admittere exceptionem aliquam, ut ibi per do.Ab.Bar.l.à diuo Pio.ff.de re iud. Fel.d.c.de cætero.uer.secunda conclusio.nu. 4.col.415. Adde, q̃ ista conclusio fallit, ubi pars opponeret de nullitate sententiæ: gl.sing.c.& si non cognitio.xxv.q.vj.Imo.cle.j.de re iudi.ix.col.uer.sed nunquid.& Lud.Ro.consil.suo lj.inci.attentis his. Item fallit ista conclusio, ubi pars coram executore mero opponeret, quòd petens executionem sententiæ est excommunicatus: gl.c.sicut.ij.q.j.& ibi Domi.de san cto Gemi. Item fallit in causa criminali: quia si executor merus audit sententiam iniustam, supersedere debet, & non mittere eam executioni: do. Abb.d.c.de cætero.v.col.uersf.adde tamen. Fel.ibi d. uersi.tertius casus.nu.5.col.415. Item fallit ista conclusio, quando coram executore mero pars opponeret aliquam exceptionem ad executionem sententiæ, quæ de nouo orta est: do. Abb.d.c.de cætero.uer.unde puto. Felin. ibi uersic.quartus casus. num.6.col.ut ī. Item fallit ista conclusio, quando opponitur coram executore mero, quod rescriptum est falsum: quia debet executor admittere talem exceptionem: do.de Ro.tit.de except.decisio.iij.in nouis: Fel. d.c.de cætero.uersic.quintus casus est.ubi ī.num. 8. col. 416. Et ibi do.Abb.vij.col.uersic.quæro, an is. Adde etiam ad ista, quòd do.Abb.d.c.de cætero.v.col.tenet, q̃ merus executor, etiam quòd non possit admittere aliquam exceptionem, tamen, si exceptio, quæ opponitur, est euidens, debet retardare in exequendo sententiam: & hoc intellige, nisi super executione ipsius sententiæ fuerit lata sententia, quæ transiuit in rem iudicatam: domi. Abb. ubi suprà.

executor merus Papæ, seu principis, an possit exequi sententiam cum uiolentia? do. Ab.c.de cætero.de re iud.vj.col.uer.sed circa.tenuit, q̃ non. Idem tenet do. Alex.l.à diuo Pio.ff.de re iud. Idem est in delegato Papæ: quia non potest nec defendere suam iurisdictionem cum armis, nec etiam mittere sententiã suam executioni ui armata. Vide Fel.d.c.de cætero.uer.executor merus.nu.8.col.416

executor merus nullam exceptionem admittit. Tex. est c.pastoralis.§. quia uerò.de offi. del.& ibi gl.& do.Abb. & Feli. d.§.quia uerò, uersf.executor merus.nu.17.col.1176. Fallit ista regula, nisi esset exceptio notoria: quia ista potest opponi, & debet admitti: glo.c. & si non cognitio.xxv.q.ij. Et istam limitationem posuit Imo.cle. j.de re iud.viij.col. Quod intellige, nisi esset sententia lata præsentibus partibus: quia etiam quantumcunq; esset notoria iniusticia, opponi non potest, nec debet admitti. Ita do. Ab.c.de cætero.de re iud.vj.col. Idem tenet Fel.d.§.quia uerò.uer.prædicto. Fallit etiam in exceptione excommunicationis: quia potest opponi coram mero executore, & debet admitti: gl.c.pia.de excep.in vj.uerbo, executionem. Fel.d.§.quia uerò.uersf.prædicto.col.1177. Fallit etiam in causa criminali. Inn.d.§.quia uerò.& ibi Fel.col.ead. Fallit, etiam, si corã executore mero proponeretur exceptio ex causa rationabili non uiter orta: quam etiam, si sciuisset primus iudex, admisisset. Ita do. Abb.d.c.de cætero.de re iud.vj. col. Et hanc fallentiã tenuit etiam Fel.d.§.quia uerò.antè dicto uersi.col.ead.

executor merus potest etiam cognoscere de exceptiõe falsi rescripti, si coram eo opponatur, q̃ rescriptum est falsum. Ita do. Abb. c. de cætero.de re iud.vij.col.uer.quæro, an is. Domi.de san.Gemi.c.sicut.ij.q.j.pe.col.10.An.c.super eo.de crimine falsi.j.col. Host. & Imo.c.cùm contingat.de rescrip.ult.col. Fel.d.c.de cætero.uersf. ad illud de exceptione.nu.11.col.417. Quod intellige, nisi ipse executor uideret, quòd pars exciperet per maliciam causa differẽdæ executionis. Fel.ubi ī.

executor merus, qui cœpit procedere, ut mixtus, potest desistere, & procedere, ut merus. Ita Fel.c.cùm ordinem.de rescri.uer.& dicit Pe.de Anc.consi.mihi.ccxx.post nu.3.col.455.

executor merus, si citauit, non tenetur expectare. Ita Fel. c.cùm ordinem.de rescri.ibi, & dicit Bal.l.neq; natales.nu.2.col.456. Adde tu, q̃ Bal.l.neq; natales.ad fin.C.de probã. idem tenuit. Adde do. de Ro. tit.de dolo & contuma. xv. Item, si executor.in nouis, q̃ citationi factæ ex superabundanti, putà ab executore mero, nulla ineptitudo potest opponi.

executor mixtus est ille, qui est datus cũ clausula, Vocatis uocãdis: & hoc, quia debet sumere partes iudicis, & citare, & procedere iudiciaiter. Ita do. Car.cons.suo lxiiij.inci. Dominus noster Papa. et cons.suo.xciiij.inci. Nobiles uiri. & ibi dicit, q̃ ista clausula Vocatis uocandis, est tanti roboris, q̃ facit executorem aliàs merũ, mixtum: & sic, q̃ teneatur assumere partes iudicis. Vide Fel.c.de cætero.de re iud. quid de clausula.nu.10.col.416.

executor mixtus est ille, qui est datus post sententiã ad exequẽdam ipsam sententiam non discusso priùs negocio executoris. Et ratio est: quia is, cui fit cõmissio, est iudex, cùm in actu executionis multa possunt allegari: & ideo, si iudex tulit sententiam, & eam non poterit exequi, ille executor erit mixtus, cui committitur executio in auxiliũ iurisdictionis. Ita do. Abb.c.de cætero.de re iud.iiij.col. uer.secundo membro. Et dic, q̃ coram eo poterunt opponi exceptiones. Et de his poterit cognoscere, non ut pronunciet, sed ut remittat negocium principale ad superiorem, c.si non cognitio.cum gl.xxv.q.vj.do.Ab.c.de cætero.de re iud.ij.col.uer.sed cõtra. Domi. de san.Gemi.c.sicut.ij.q.j.Fel. d.c.de cætero.in prim.col. 414. Adde, q̃ hoc fallit, quãdo exceptio, quæ opponitur contra sententiam, concernit merita causæ, uel iniusticiam sententiæ solùm, et nõ nullitatem: quia ex quo sententia transiuit in rem iudicatam, executor in hoc nihil habet facere, nisi sententiam mittere executioni. Ita do. Abb.d.c.de cætero.col.v.uer.addo tamen. Et idem tenet Bar.l.à diuo Pio.ff.de re iud. Est uerum, q̃ ista exceptio, quæ concernit merita causæ, si opponeretur in causa criminali: quia tunc executor non debet exequi: do. Abb.loco præallegato. Et idem tenet do. Abb.c.pastoralis.§.quia uerò.de offi.dele. Vide Feli.d.c.de cætero.in prim.nu.1.co.414. & inde. Adde etiã, q̃ si coram executore opponitur exceptio, quæ potest opponi post sententiam, ipse executor debet remittere causam ad superiorem. Fel. d.c.de cætero.uer.fallit primò.nu.2.col.ead.

executor mixtus cognoscit de concernentibus executionẽ sententiæ. Ita do. Abb.c.pastoralis.§.quia uerò.de offi.dele.j.col.uersi.de secundò, scilicet de executore. Adde gl.§.sunt, quorum.uer.ab executore.ij.q.j.& ibi Domi.de san.Gemi.gl.c.& si non cognitio.xxv. q.ij. Idem tenet Felin.d.c.pastoralis.§.quia uerò. uersi.glo.in uerbo, & si sciat.nu.16.col.1176. Fallit ista conclusio, quando talis executor, quantumcunq; mixtus, non debet admittere exceptionẽ, quo ad merita causæ: do. Abb.c.de cætero.de re iud. iiij.col. Fallit etiam, quia executor mixtus super exceptionibus non iudicat. De istis fallentijs cum aliquibus limitationibus in materia facientibus, uide per Fel.d.c.pastoralis.§.quia uerò.uersi.executor mixtus.nu. 17.col.ead. Adde tu in practica, quòd quando eris mixtus executor datus in exceptione sententiæ: quia debes admittere omnes exceptiones, quæ habent impedire ipsam executionem: tamen non debes iudicare, sed rescribere superiori: & ita feci aliàs in causa, quam habui de facto: & erat causa beneficialis, & ardua: & multum fui commendatus.

executor datus cum clausula, Amoto quolibet illicito detentore, an sit mixtus executor, an uerò merus? & utrùm possit assumere partes iudicis? do. Abb.c.de cætero. de re iudi.vij.col.uer.quæro circa. post multa dicit, si fuit facta commissio cum ista clausula, Amoto, & c.& nulla sententia sit secuta antea, tunc talis est mixtus executor, & sic erit iudex, & quia habet uidere, et cognoscere, si possessor sit illicitus: secus, si ante commissionem ei factam præcessit sententia super executione fienda contra illum possessorem: quia isto casu talis erit merus executor. Idem tenet Spec.tit.de senten.excõ. §.ij.uer.quid si. Adde Fel.d.c.de cætero.uersf.ad illud de clausula, Amoto.nu.9.col.416.

executor nudi ministerij nõ habet iurisdictionem: c.fi.§.fi.de of. dele. & per consequens non potest coercere: de quo uide do. Ab.c.ex literis.de of.dele.uer.glo.in uerbo, subdelegatus. Adde, q̃ hoc fallit, nisi iudex aliàs sit ordinarius. Ita Imo.d.c.ex literis. Et idem tenet Fel.ibi uer.Gl.uerbo, si subdelegatus.nu.4.col.1184. Fallit, etiãsi articulus committitur cum expreßione iurisdictionis. Ita 10. And. d.c.ex literis.& do.Ab.ibi: & Fel.idem ibi tenet in fi.col.ead. Fallit etiam hoc, quando superiór, qui commisit, est absens. Ita do. Ab. d.c.ex literis.& Fel.ibi. Fallit etiam, ubi articulus commissus non fuisset discussus, secundum do. Abb.d.c.ex literis. sed Fel.ibi reprobat do. Abb.in hoc: ibi eum uide.

executor an possit facere ea, quæ sunt prope mandatum: tamen quæ non continentur in mandato: gl.c.cùm inferior.de maio.& obe.dicit, q̃ nõ: quia nihil potest executor, nisi quod mãdatur. Adde Fel. c.cùm olim.el j.de off.dele.uer.limita, nisi commissarius.nu.11.col. 1201. qui tenet cõtra d.gl.& Imo.& Ant.de Bu.d.c.cùm inferior. quem uideas.

executor propinquus, uel amicus datus per testatorem, ut exequatur testamentum suum, etiamsi sit datus sub nomine dignitatis, tamen non transibit istud officium ad successorem: quia cõsideratur amicitia, quæ tantum operatur, quantum coniunctio sanguinis, ut est gl.l.testamento.ff.de manu.test.Et adde gl.l.ij.C.in quib.cau.colocen.li.x.ubi gl.dicit, q̃ appellatione suorum ueniunt amici. Vide per Fel.in dubitatione ista, multa, quæ posui c. quoniam Abb.de offi.dele.uer.Capio illud.nu.3.col.1084.

executor dicitur etiam delegatus. Ita gl.in uerbo, principalis. de offi. deleg.in vj.limita tamen illam gl.prout limitat do. Ab.c.si quis.de fõ.comp.iij.col. Vide per Fel.c.super quæstionum.de offi.dele.uer. capio gl.uerbo, executorem.nu.5.col.1158. Adde, an sit differentia, quo ad appellandum, inter executorem, & iudicem. Vide per Fel. loco præallegato, col.ead.

executor si non seruat ordinem in exequendo traditum in l.à diuo Pio.§.in uenditione.ff.de re iud.an executio sit nulla? do. Ab.c. qd' ad consultationem.de re iud.x.col.uer.præterea dicit, q̃ talis executio præposterata, ualet, nisi pars appellet. Idem tenet Bart. d.l.à diuo Pio.§.in uenditione.& 10. And.d.c.quoniam.§.fi.j.col.uersi. quid si hic, ut lit.non contest.& ibi Ant.de But. Bal.authen.sed hodie. C.de act.& oblig.ij.col. Adde, q̃ contrarium uidetur tenere Fel.d.c.q̃ ad consultationem.uer. remedia aduersus excessiuã. nu. 12. col. 509.& dicit, q̃ 10.de Imo.d.l.à diuo Pio.§. in uenditione. hoc. tenet. Tamen Imo.ibi non firmat pedes, sed bene post multa dicit, q̃ tanta est authoritas Bar.in d.§.in uenditione. 10. And.d.c. quoniã.§.fi.ut lit.nõ contest. q̃ in practica eorum opi. seruareur.

executor datus ad beneficia conferenda, si confert cum clausula ista, Confero tibi, si tibi debetur, non ualet collatio: quia debet esse pura. Domi.de sancto Gemi.c.dudum. in fi.de præb.in vj. Adde Felin.c.cùm contingat.de offic.deleg.uersi.iuxta prædicta no. num. 14.col.1216.

executor datus in causa beneficiali, si pronunciat se non esse executorem, non finitur iurisdictio, quin possit reuocare istam suam interlocutoriam, etiamsi appareat, q̃ iurisdictio expirauerit: tamen in isto casu non expirat. Pau.de Leaza.c.si super gratia.de offi. dele. in vj.& Domi.de sancto Gemi.ibi pen.col.uer.sed quid. ubi dicit, q̃ per ista limitatur text.c.significantibus.de offi.deleg.qui text.dicit, q̃ iudex, qui tulit sententiam interlocutoriam super iurisdictionem suam, putà sententiando, q̃ non sit iudex, amplius illam reuocare non potest: sed quæ est ratio: dic, quia ista iurisdictio est accessoria ad gratiam, si gratia, quæ est principalis, durat, non potuit eius pronunciatio auferre ius partis. Adde Fel.d.c.significantibus. de officio deleg. uersic. limita quartò. num.3. col.1220. Adde ad materiam istam, quæ posui in litera l.§. interlocutoria, per quam finitur.

executor ad beneficia nunquid possit assumere partes iudicis, an uerò procedere extraiudiciaiter? Adde, & fac conclusionem, q̃ executor ad beneficia, si uult, potest assumere partes iudicis, ut est citare, quorum interest, uel etiã inquirere, si est idoneus ille, pro quo scribitur. Ita do. Abb.c.fi.de præsump.iiij.col.uer. nunc uenio ad difficilem gl.& ibi Fel.uer.prima conclusio.nu.16.col.1092. Et dicit etiam, q̃ in tantum ista conclusio est uera, q̃ ipse executor potest omnia facere, sine quibus principale negocium non potest integrè expedire: & hoc, quando negocium est commissum cũ clausula, Si idoneus reperieris: isto casu non dicitur merus executor: et hoc habet locum, etiamsi ista clausula non sit expressa: quia subintelligitur: & teneas pro constanti, q̃ nũquam intelligitur commissa mera executio in beneficialibus: quia posset fieri alteri præiudicium. Ita do. Ab.d.c.fi. iiij.col.uer.uenio ad primum. ubi reprobat Inn aliter tenentem, c.ad dissoluendum.de desponsi.impu. Et cũ do. Abb.transit ibi Ant.de Bu.& Imo.& do.Car.d.c.de cætero, de re iud.j.q.& Fel.d.c.fi.uer.alle.col ead. Item ista conclusio procedit etiam, siue in rescripto sit apposita clausula sonans in monitionẽ, uidelicet si idoneus reperieris, siue apposita sit clausula sonans in conditionem, ut est, si est doctor: de quo uide Fel.d.c.fi.uer.& procedit ista conclusio.nu.18.col.1093. Adde, q̃ ista conclusio fallit in aliquibus casibus: & primo, quando executor ad beneficia esset datus per illum, qui non habet iurisdictionem, sed solùm collationem beneficij de iure speciali: quia nõ potest executor sumere partes iudicis: & ratio est: quia si non habet iurisdictionem, qui dedit executorem, multo minùs potuit committere, ut executor in quirat de idoneitate, pro quo scribit. Ita do. Abb.d.c.fi. de præsum. x. col.uer.ex quo infero. & ibi Fel.uer.fallit tamen primò.n.19.col. 1093. Item fallit ista conclusio, quando ille, qui deputauit executorem, dedisset ei in mandatis, ut confirat & inducat in possessionẽ: quia talis executor est merus, & nullam debet exceptionem admittere. Ita Hos & 10. An. c.accepimus.de æta.& quali.do.Ab.d. c.fi.v.col.uer.executor merus. Fel.ibi uer. fallit secundò. num.20. col.ead. Item fallit ista conclusio, quando est datus executor à superiore, ut prouideat ex certa scientia, & remoueat expressè omnes exceptiones, reseruando sibi cognitionem. Ita Host.d.c.de cætero. de re iud. de quo uide Fel.d.c.fi.de præsum.uer. fallit tertiò. ubi ī. nu.21.col.ead.

executor ad beneficia non tenetur assumere partes iudicis. si nõ uult. Ita Inn.c.fi.de præsum.uer.item sub.do.de Rot. decisi.ccclviij. inci. Si in forma communi. Vide etiam do. Car.cons.suo.lxxvj.incip. Reuerende pater, & domine. & uide Fel.d.c.fi.uer. secunda conclusio.nu.22.ubi ī.col.prædicta. Adde, q̃ istud fallit, nisi in literis esset clausula, Vocatis uocãdis: quia isto casu tenetur citare, et procedere iuris ordine seruato, do. Ab.d.c.fi.xj.col.uer. casus uerò.et ibi Ant.de Bu.& Imo. Car.cõs.suo.lxiij.inci. Do. noster Papa. Fel. d.c.fi.uer. fallit primò ista conclusio.nu.23.col. 1094. Item fallit istud, quando executor uult dare possessionem alicuius beneficij, quam alius tenet: quia isto casu executor debet citare illum, qui est in possessione, quantumcunq; simpliciter scribatur: & ratio est, quia non est de intentione Papæ, ut quis remoueatur à possessione sine cauæ cognitione. Inn.c.j.in ij.gl.de concess.præbẽ.in vj. Vide Fel.d.c.fi.uer. fallit secundò.nu.24.col.ead. Item fallit istud, quando esset datus executor cum clausula, quæ uenit purificanda ex facto tertij, ut putà si tibi constat, q̃ Titius teneat duo curata, conferas Sempronio impetranti: isto casu non potest executor conferre illo tertio non uocato, cùm de suo præiudicio agitur. Io. And. addi Spec.ti.de peti.& pos.§.q̃ si Papa mandat. Fel.d.c.fi. de præsump. uer. fallit tertiò.nu.25.col.1095. Item fallit istud, quando executor est datus ad compellendum ordinarium collatorem, ut conferat: quia debet eum citare, & monere, ut conferat, & necessitatur sumere partes iudicis. Fel.d.c.fi.uer. fallit quartò.ibi, nu. 26.col. 1095. Item fallit istud, quando coram executore ad beneficia cõparet tertius, qui prætendit aliquod præiudicium: quia debet audiri seruato iuris ordine: & sic iudiciaiter. Inn.& Host.c.pposuit. de concess.præb. Fel.d.c.fi.de præsum.uer. fallit quintò.nu.27. ubi ī.col.ead. Item fallit istud: quia executor ad beneficia debet semper præmittere aliqualem cognitionem, ante quàm ipse executor procedat ad prouisionem: de quo uide latè per Fel. d.c. fi.de præsum.uer. fallit sextò & ultimò.nu.28.col.ut ī. & seq.

executor datus ad beneficia cum clausula, sonans in monitionem, uel instructionem, etiamsi non sit uerificata conditio, an collatio ab eo facta ualeat. Inn.c.fi.de præsum tenet, q̃ sic: do. Card.cle.j. ij.q. de concess.præb. Arcb.c.dudum.xviij.q.ij. Si uerò est datus executor cum clausula, quæ sapit conditionem, ut putà si est doctor, tunc nisi priùs uerificetur conditio, collatio non tenet. Ita do. Ab.d.c.fi.uer. uenio nunc. Adde Fel.d.c.fi.uer.tertia conclusio.nu.29.ubi ī. col. 1096.& uer.tertiò aduerte.nu.33.col.1099. ubi ad plenum tãgit de materia ista.

executor datus ad beneficia per Papam, si facit collationem de beneficio scienter indigno, an talis collatio sit nulla? do. Ab.c.fi.de præsum.pe.col.uer.& no. dictum.format q.istam, & finaliter facit distinctionẽ, q̃ aut collatio sit incapaci, putà laico, uel fœmin.: tunc talis collatio est ipso iure nulla. Aut fit collatio capaci, licet aliàs indigno: & tunc talis collatio facta per executorẽ Papæ non est ipso iure nulla: sed uenit annullanda: secus est in executore ordinarij: quia

rij:quia est ipso iure nulla. Et hoc modo limitat ibi dictũ singulare Inn.q tenet,q, collatio facta sciẽter indigno per executorẽ,est ipso iure nulla.Istud dictum Inn.sequitur Fel.d.c.fi.uer.secundò aduerte.nu.30.col.1097.Adde,q, contra do.Abb. possunt adduci multa:& primò,sicut collatio facta per executorem ordinarij, est nulla ipso iure, eadem ratione est nulla, quando est facta per executorem Papæ,scienter indigno: & ratio est, quia non præsumitur Papa uti dispensatione cum incapace:quia est necesse, ut ipse Papa sciat inhabilitatem, ut no.gl.c.statutum. de referi.in vj. uerbo, literarum. de quo uide per Feli.d.c.de præsum. uer. probabiliter. nu.31.col.ut ī.Item potest adduci contra do.Ab. quia si Papa dat executorem ad beneficia,non uidetur,q, propter hoc uices suas cõmittat alteri:& maximè,ubi requiritur aliquid de plenitudine potestatis,ut est in casu isto:quia ubi Papa scienter indigno uult prouidere,hoc facit de plenitudine potestatis, quam non præsumitur committere alteri,nisi expressè appareat,de quo uide Felin.d.c.fi. uer.secunda ratio.nu.32.col.1098.

executor datus ad beneficia in casu,in quo assumit partes iudicis,debet procedere iudicialiter secũdum formam cle.sæpe.de uerb.sig. Fel.de præsum.c.dudum.nu.34.uer.quarta & ultima.col.1102.

executor quotuplex sit.Fel.ibidem.nu.35.col.ead.

executor an possit exequi, antequam literæ sint tibi præsentatæ, ut teneat executio.Fel.ibidem.nu.35.col.1103.

executor si processit uigore literarum surrepitiarum, processus est nullus.Fel.ibidem.nu.39.col.ead.

executor si processit nulliter,adeo q, gesta ab eo non tenent,an collatio redeat ad Papam,uel ad ordinarium.Fel.de præsum.c.dudum. nu.40.col.1103.

executor ad beneficia in examinatione,quam facit super idoneitate illius,cui uult prouidere,an teneatur citare aliquem,qui uelit opponere illũ nõ esse idoneũ.Inn.c.fi.in fi.de transl.prælato.tenet,q, nõ. Et idem tenet do.Car.cle.j.iij.no.de offi.dele.ubi dicit,hoc esse uerum,nisi dicatur in commissione,Citatis citandis.Vide Fel. c. fi. de præsum.uer.quæro primò,quotuplex.nu.35.col.1102.

executor ad beneficia,antè quàm sint ei præsentatæ literæ,utrùm possit exequi,adeò q, executio teneat? Vide Fel.c.fi.de præsum. uersi. quæro tertiò.nu.37.col.1103.

executor datus ad beneficia,si est absens,an possit ille, cui prouidendum est,ire ad ordinariũ,ut exequatur loco executoris? Vide Fel. c.fi.de præsum.uer.quæro quartò.nu.38.ibidem.

executor ad beneficia si processit nulliter,adeo q, gesta per ipsum nõ ualent,utrùm collatio redeat ad Papam,an ad ordinarium:do Ab. c.inter dilectos.de excef.præl.dicit, quòd si beneficium est reseruatum Papæ,etiam q, collatio sit nulla, tamen ordinarius non potest se impedire.Vide Fel.ad plenum c.fi. de præsum. uersi.quæro ultimò,nu.40.col.ut ī.

executor sententiæ, uel gratiæ, an debeat retardare executionem ipsius sententiæ,uel gratiæ,propter dictum unius,etiam leuis, qui dixit,q, sententia est reuocata,uel etiam gratia est reuocata: ponit Fel.c.cùm contingat.de rescrip.uer.quòd autem fama.num.2.col. 714.& inde.

executor qui habet expedire actum cum cõsilio alterius,si illud omittit,actus est nullus.Fel.c.ex parte.de consti.num.1.col.324. Adde, quæ posui in litera O.§.omissio.

executor testamenti,guardianus sancti Francisci non potest esse. Vide,quæ posui in litera G.§.guardianus sancti Francisci.

executor Papæ,si prouidet indigno,an ualeat prouisio. Vide Fel.c.si quando.de rescrip.uer.propter illud dictum.nu.4.col.441.

executor testamẽti,qui habet eligere pauperes Christi,inter quos sunt diuidentes bona testatoris: pone, q, talis executor non eligit pauperes infra annum,an illud ius eligendi perdatur anno, adeo q, episcopus succedat. Vide Fel.c.si quis contra.de fo.comp.uersi.q, episcopus.nu.2.col.181. Adde Bar.l.executore. C.de execu.rei iud. & Bal.l.captatorias.ul.col.C.de test.mili.

executor testamenti negligens, potest inuitus cogi ad executionem, ut illam finiat:quia hoc facit in pœnam eius.Ita Fe.c.intelleximus. de iud.uer.secundò allego Bal.nu.3.col.68.

executor testamentarius non potest subdelegare: quia uidetur electa industria personæ.Ita Bal.l.nulli.C.de epis.& cle.10.And.Spe.tit. de inst.edi.§.nunc uerò.Ang.l.cùm debitorem.ff.rẽ ra.hab.Bar.l. in uenditione.§.fi.ff.de bo.aut.iu.possi. Adde Feli.c.fi.§.is autem. de offi.deleg.uer.item executor testamentarius.num.5. col.1239. ubi dicit, quòd uerum est hoc in executore dato ab homine: secus à lege.

executor testamenti quicquid facit,uidetur factum ab ipso testatore: utputa testator mandauit,q, executor sui testamenti distribuat mille ad pias causas,prout executor elegerit: ipse elegit fabricam ecclesiæ,tunc dicitur ipsa fabrica electa esse ab ipso testatore, adeo q, episcopus non habebit quartam,iuxta tex.c.fi.de testa.Bar. l.unum.§.j.ff.de leg.ij.do.Abb.c.in causis.ij. col.de cle. uer. quidam testator.Adde Fel.c.cùm R.de offi.deleg.uer.nominatus de mandato.nu.3.col.1211.

executor ultimæ uoluntatis an possit uendere rem,pecunia non interueniente.Bar.l.à diuo Pio.§.sed si emptor.ff.de re iud.ij.col.uersi. quæro, quid de executoribus. dicit, q, si pecunia est distribuenda ad pias causas,q, non: aut ad non pias causas, & idem est. Ibi eum uide.Et idem tenet Fel.c.cùm olim.el j.de offi.dele.uer. subdit Bar. nu.6.col.1198.Limita tamen istud, nisi executor haberet liberum arbitrum:quia poterit uendere habita fide de precio: & sic tunc precio non interueniente.Bar.l.alio.ul.col.ff.de adi.leg.Adde Fel. d.c.olim.uer.alleg.col.ead.

executori testamentario an credatur ultra illud, quod est expressum in testamento.Io.An.in addi.Spec.tit.de instru.edi.§.nunc aliqua. uersi.sed nunquid.tenet,q, non.Adde Fel.c.cùm in iure.de offi.dele. uer.secundò ad intellectum.nu.1.col.1189.

executores literarũ Papæ ad beneficia,debent citare contradictores. Bar.l.fi.C.de edic.diui.Adia.tol.pe.col.Qui dicantur contradictores,uide,quæ posui in litera C.§.clausula in literis Papæ, Compescas contradictores.Adde Fel.c.causam,quæ.de rescri.uer.non obstante collatione.nu.19.col.615.

executores gratiarum an possunt trahere reos ultra dietam. Ponit Fel.c.nonnulli.de referi.uer.decimus casus.nu.34.col.808.

¶ *Executorialibus si est renũciatum, an pars possit postea facere declarari aduersarium suum excommunicatum? dicas, q, non: quia executoriales sunt extinctæ:de quo uide Feli.c.Apostolicæ.de excep.uer.insuper nota.in fi.col.107.*

¶ *Exemplatio instrumenti sumpta ab originali,cum authoritate ordinarij,facit plenã fidẽ.Tex.est.c.fi.de fid. instr. Adde,q, dubitatur,an delegatus ad causam possit præstare authoritatem huic exemplationi,etiam quando instrumentum faceret ad causam delegatam:do.Abb.d.c.fi.ij.col.dicit,q, nõ. Et idem tenet ibi Io.An.& alij.Adde ibi Fel.uer.fallit sextò.nu.11.col.1024.*

exemplatio instrumenti,seu testamenti, potest fieri coram iudice ecclesiastico inter clericos & laicos de rebus merè temporalibus,& etiã de rebus ecclesiasticis:& hoc,si sumus in terris ecclesiæ:si autem sumus in terris imperij, merè temporalia exemplabũtur corã iudice seculari,de reb. autẽ ecclesiasticis ad pias causas pertinẽtib. corã iudice ecclesiastico.Fallit in testamentis: quia illa, siue sint de rebus prophanis,siue ad pias causas, semper poterunt exemplari coram iudice ecclesiastico.Adde, q, contra istam distinctionem uidetur sentire do.Abb.c.fi.de fide instr.iij.col.uer.tertiò quæritur: sed tu uide ibi Inn.Host.Ant.de But.& Imo.Adde ibi Fel.uersi.fallit quartò.post nu.9.col.1023.& seq.

exemplatio instrumenti debet fieri cum authoritate iudicis,sed iudex debet huic exẽplationi facere partem citari de interesse, cuius agitur:aliter dictæ exemplationi nõ debet præstare authoritatẽ: imo non ualeret,si præstaret.Inn.c.fi.de fid.instr.Bar.auth.si quis in aliquo.ij.col.uer. quæro,utrùm.C.de fid.inst.do.Car.d.c.fi.& Feli. ibi uer.debet autem iudex.nu.6.col.1023.Adde,q, hoc fallit in aliquibus casibus:& primò,quando ipsemet notarius, qui fecit primum instrumentum,si aliud exemplat, tunc pars non est citanda: do.de Ro.deci.x.inci.Fuit dubitatum.Ant.de Bu.& Imo.d.c.fi.& Bar.d.authen.si quis in aliquo.ij.col.uer.puto etiam.& Fel.d.c.fi. uer.istud autem de citatione.nu.7.col.ut ī.Item fallit,quando exẽplatio fit in curia Romana pro inuocandis priuilegijs, uel indultis:quia isto casu non est citanda pars,Ant.de Bu.& Hos.c.uenerabilis.de confir.utili,uel inutili:do.Ab.c.ex parte.el j.depriui.j.col. Fel.d.c.fi.uer.fallit tertiò.nu.8.col.1023.Ibidem.Item fallit,quando exemplatio instrumenti fit de mandato Papæ, & authoritate ordinarij:quia non requiritur,q, pars citetur.Host.c. peruenit.de fideiuss.

fideiuss.& Imo.ibi Felin.d.c.fin.uer.fallit quartò.num.9. Ibi.Item fallit,quando exemplatio instrumenti fit,sed expectare partem est periculum:quia isto casu propter periculum pars non est citanda, & debet fieri exemplatio saluo iure absentium:do.Abb.d.c.fin.de fide instrum.uer.quando aliqua instrumenta. & ibi Inno.& alij. Felin.d.c.fin.uer.fallit quintò.num.10.col.1024. Item fallit,quando pars est præsens,& sciens,quòd fit exemplatio:quia non est citanda ampliùs.Ita Bar.in simili l.j.ff.de in ius uoc. Fel. d.c.fi.uersi. fallit sextò. nu.11.ubi ī.

¶ *Exemplum sumptum de aliqua scriptura:putà,de instrumento,aut de sententia:an faciat plenam fidem? & dic, quòd si sententia,aut instrumentum est perditum,neq; testes superfunt, qui interfuerũt actui,tunc non sufficit,quòd alij testes dicant se uidisse sententiam, aut instrumentum, ad effectum, ut plenè probent: sed oportet,q, probetur per aliquas præsumptiones,uel indicia,quòd instrumentum sit perditum,& quòd testes, qui deponũt de instrumento perdito,sint periti,ita quòd de facili non possint decipi. Ita do.Abb.c. Albericus.de testi.ij.col.uer.nunc extra glo.& Bar.auth.si quis in aliquo.C.de eden.ij.col.uer.quæro, quid.& do.Abb.c.cùm olim. de priuil.iij.col.uer.quando testes. Adde,quòd si alia scriptura, uel instrumentum quis uult exemplari, putà, quòd incipit deleri, uel timet, ne perdat originale, ut c.fin. de fide instrum.tunc debet seruari solennitas: quia debet interuenire authoritas iudicis:& pars,de cuius interesse agitur,est citanda. Et hoc intellige,quando alius notarius facit exemplum: sed si notarius, qui fuit rogatus de instrumento,facit exemplum, tunc sine solennitate exemplum facit fidem.Ita do.Abb.d.c.Albericus.ij.col. uer.in casu tertio.Bart. d.authen.si quis in aliquo.j.col.uer. dico ergo.& Bald. ibi vj.col. do.de Rot.decisi.x. & Anto.de Butr. & Imol.c.fin.de fide instru. ubi ponunt alios casus,in quibus exemplum facit fidem sine solennitate.Vide de materia ista Felin.d.c Albericus.uer.Item in quantum.num.2.col.794.ubi ponit etiam practicam,quomodo exemplum sit authenticandum per iudicem. Adde & extende regulam istam,uidelicet,quòd exemplum sumptum à notario primo rogato,facit plenam fidem,quòd hoc etiam habet locum,etiam quando tertius sumpsit exemplum ab originali,& notarius, qui fuit rogatus,sub scripsit se in isto exemplo, tunc exemplum facit plenam fidem,sicut originale. De hoc habes glo. §.in his uerò.auth.de inst. caute.& fid.in gloss.uer.sed per alium. & uide Angel. l.si quis ex argentarijs.ff. de eden.*

exemplum sumptum ab originali instrumento, facit fidem, quandò est sumptum cum authoritate iudicis. Text.c. fin.de fide instrum: Addẽ,quòd fallit hoc, quando partes consentirent, quòd notarius publicet absq; authoritate iudicis:quia faceret fidem. Bar.authen: si quis in aliquo.C. de eden.ij.col.uer. quandoq; exemplatio.Ioan: And.Anton.de Butr.& Imol.d.c.fin.do. Abb. c.Albericus.de testi. penult.col.uer.aduerte.Adde Felin.d.c.fin.uer.regula autem istius text.num.4.col.1022.Item fallit,quando exemplum esset sumptũ seu scriptum manu illius notarij, qui scripsit authenticum: quia probaret sine authoritate iudicis.Bart.d.auth.si quis in aliquo.ij. col.uer.puto etiam.& ibi Bal.& Sal. Adde Fel.d.c.fi. de fid.instr. uer.alleg.col.ead.

exemplis aliquando iudicandũ est: & tu uide gl. c.fin. xx.dist.& ibi Do.de san.Ge.Vide etiã do. Ab.c.afferte.de præsum.in prin.Et hoc modo limitabis l.nemo.C.de sen.Vide ī materia ista Pe.de Anc.cõs. suo cclxxxij. inc. In auxiliũ. Adde Fel.d.c.afferte.ī prin.col.1033.

¶ *Exemptus ab ordinario ipsius iurisdictionem prorogare non potest:& si de facto prorogat,ipsa prorogatio non ualet.Ioan. And. regula,scienti.de reg.iur.in vj. Intellige tamen de exempto,qui exemptioni suæ renunciare non potest, ut putà quia sunt subiecti Papæ:secus in alio exempto.Fel.c.P.et G.de off.del.uer.si exemptus. nu.13.col.1228.*

exemptus ab ordinario: & immediatè subditus Papæ non potest se submittere extraneo superiori sine licentia Papæ:tamen ordinario aliàs suo bene se submittere potest: quia hoc modo res redit ad ius commune. Fel.c. cùm accessissent.de consti.in princ.Adde quid de alio exempto,non tamen subdito Papæ,an possit consentire in suũ episcopum sine licentia prælati inferioris sui superioris? Vide in litera C.§.clericus,qui est subditus.

exemptus potest iurisdictionem episcopi sui, uidelicet loci, prorogare:do.Ab.c.significasti.de for.comp.Fallit hoc quando Papa in priuilegio sibi aliquid reseruasset. Ita Fel.c.cùm accessissent.de const. uer.hanc regulam limita.post num.24.col.186. Adde,quæ posui in litera S.§.sententia lata contra exemptum non nocet superiori. Adde tu, quòd etiamsi superior nihil sibi reseruasset, priuilegiatus non possit renunciare priuilegio exemptionis in præiudicium superioris. Et non obstat illud, quòd dicitur,quòd quis potest renunciare priuilegio suo,& iuri pro se introducto,ut c.ad Apostolicam.de regula.& l.si quis in conscribendo. C. de pac. quia fallit hoc in priuilegio exemptionis: ratio est: quia tangitur nedum fauor exempti,sed etiam fauor ipsius superioris in alijs priuilegijs, in quibus tangitur fauor priuilegiati solùm. Credo, q, bene procedat limitatio Fel.d.c.cùm accessissent.d.uer.hanc regulam limita.ubi ī.proxi.Sed in casu exemptionis teneo, quòd malè locutus sit:quia absq; eo,quòd superior aliquid sibi reseruasset, exemptus non possit renunciare priuilegio per rationes superius allegatas: & hoc est de mente do Abb.c.cùm tempore.de arbit.

exemptus an possit se subijcere ordinario, ut eum absoluat ab excommunicatione:do. Abb. disputatione sua incip. duo clerici.j.dubiò tenuit, quòd non. Vide Fel. c. cùm olim. de præscr. uer.dum Abb. num.3 col.354.& c.significasti.de for. comp.& ibi do.Ab.v.col.

exemptus:an ordinarius, qui non potest iudicare de delictis exemptorum,possit ad minùs cognoscere & declarare ipsum delinquentẽ esse:do.Car.cle.fi.de pœ.& remis. v.q. tenuit,quòd sic.Idem tenet Domi.de sanct.Gemi.c.si Papa.xl.distin.iiij.col.Adde Felin.c.non potest.de re iud.uer.& ideo pulchrè dixi. nu.3.col.402.

exemptus excommunicatus non potest absolui ab excommunicatione ab episcopo:uide ī. §.excommunicatus si est exemptus.

exemptus ab oneribus publicis: an portio sua accrescat cæteris de uniuersitate,an uerò debeat detrahi:do.Ab.c,accedentes. de præsc. iij.col.uer.nunc quæro.dicit, quòd certum est,quòd princeps potest aliquem eximere ab istis oneribus publicis, ut est text. d.c.accedentes.& c cùm instantia. de censib.sed dicit, quòd est notabilis quæstio,nunquid onus incumbens immineat in solidum reliquis:et post multa do.Abb. ibi reducit omnia ad quatuor casus, utputà si onus imminet pluribus,non in solidum,sed pro uirili portione:& tunc aut ex contractu,aut ex ultima uoluntate, aut ex dispositione iuris communis,aut ex consuetudine. Vnde uideas ibi, quid tenendum in omnibus istis casibus:& uide Felin.d.c.accedentes.uer. ulteriùs in quantum Abb.hic.num.7. col.255. ubi in materia ista loquitur multùm intricatè. Adde,ut habeas ueritatem istius quæst. quòd dubium est, si princeps, uel communitas eximit aliquem ab oneribus publicis, an non exempti teneantur in solidum ad onus incumbens.Paul.de Cast.tangit istum passum, l.si unus.ff.de pact. ubi dicit.quòd si princeps,uel communitas imponat aliquod onus communicati sibi subiectæ, putà de soluendo decem millia,& postea princeps,uel communitas facit aliquos exemptos, nunquid debeat in solutione defalcari illa pars, quæ spectabat ad illos exemptos? an uerò debeat alijs accrescere? Bar.l.ab hominib.ff.de leg.j. dicit,q, si communitates tenentur soluere salariũ potestati,& una uilla eximetur, cæteri tamen tenentur soluere salariũ ad integrũ. Sequitur Ang.ibi,& Imo.cum aliqua tamen distinctione:& Pe.de Anc.cle.præsenti.de censi. Adde,q, contrariũ uidetur esse cõmunis sentẽtia:quia priuilegiũ uni cõcessũ,nõ debet in aliorũ damnũ redundare,l.nec auus.C.de emancip.lib.l.cùm filius.ff.de test.mil.Et ita tenet Gul.de Cug.d.l.si unus.ff.de pac.Spe.& Io.An.ti.de censi. §.j.uer.quid si aliqua cõmunitas. Et dicit Pau.de Cas.q, uidit istam partẽ de facto seruari:quia est benignior:& q, beneficia & priuilegia sunt interpretanda contra ipsum concedẽtem, c.cùm dilecti. de don.c.olim.de uer.sig.Idem tenent Gul. Ray.Alb. & Ang.d.l.si unus.§.item pactus.ff.de pac.& ibidem Bal. & Lu.Ro.§.sed generaliter.Bal.l.etiam.ult.col.C.de exec.rei iu.Lu.Ro.l.iij.in prin.ff. de re iud.Io.An.Ant.de Bu.& alij.c.peruenit.de imm.ecc.do.Ale. cõs.suo cccxix.inc.In concurrenti casu.Ego pro cõcordia puto cõsiderandos esse tres casus:aut enim rex,uel princeps,qui debet recipere censum,est ille,qui facit exemptionem:& tunc teneo,quòd debet detrahi de cõsu principis,& alij grauari nõ debẽt,per l.j.C. ut nullus ex uica.li.xj.& qa priuilegiũ principis nõ debet in aliorũ præiudiciũ redũdare.ut dixi:& ita in istis terminis tenet Io.An. Ant.de Bu.& alij,d.c.peuenit.Aut uerò uniuersitas,uel cõmunitas.

quæ tenetur soluere talem censum superiori, est illa, quæ facit aliquem exemptum: & tunc portio illius exempti accrescit cæteris de uniuersitate. Ita tenet gl. ordinaria l. euacuatis. in gl. fi. §. j. C. de decur. li. x. quæ notat arg. cõtra rusticos, qui quando; cõcedunt immunitatẽ alicui fabro, uel simili artifici: quia ipsi tenẽtur pro eo soluere: quia factũ eorũ nõ debẽt nocere superiori. Et ita tenet do. Alex. cons. suo iij. inc. Visis instrumentis. & Lu. Ro. cons. suo cclij. in c. Pro decisione. Facit, q, ult Bal. c. secũdò requiris. de app. Aut agitur de censu, seu salario præstando tertio: putà, comitatenses tenẽtur soluere salarium potestati, et princeps facit unam uillã exẽptam, certè alij tenentur ad integrum salarium potestati. Ita propriè loquitur Bal. d. l. ab omnibus. ff. de leg. j. Et sic nulla diminutio fiet de salario potestatis: quia non est præsumendum, principem per talem exemptionem uoluisse præiudicare tertio: & sic potestati, d. l. nec auus. & c. super eo. de offic. deleg. Istam puto esse ueram conclusionem in isto passu quotidiano, & utili. Vide, quæ addidi ibi ad Fel.

exemptus, qui est sub Papa, potest se tueri ex non completa præscriptione respectu Papæ, quamuis, quantum ad ipsum, sit completa. Ita do. Abb. c. ad audientiam. de præscri. iij. col. uer. quæro, quare. Et idem tenet do. Ab. c. cùm uenissent. de iud. j. col. Adde Fel. d. c. ad audientiam. uer. in quantum Abb. post alios. num. 17. col. 278.

exempti non possunt disponere ad libitum de sua exemptione: et hoc propter ius Papæ: do. Ab. c. cùm olim. de præscr. iij. col. uer. sed cõtra. Et idem tenet Ioan. And. regula, scienti. de reg. iu. in vj. & do. Abb. c. cùm dilectus de relig. do. penul. col. ubi dicit, quòd si exemptus præstat obedientiam cum toto suo conuentu ordinario, tamẽ non præiudicat Papæ: imò plus dicit do. Abb. c. ad audientiam. de præscr. quòd si exempti perdidissent exemptionem, quo ad se, propter præscriptionem, tamen possent eam recuperare adducendo ius Papæ: quia non præscribitur contra Papam, nisi per cẽtum annos. Adde Felin. d. c. cùm olim. uer. dum Abb. post gloss. numer. 3. col. 354.

exempti, qui habent priuilegium personale, utputà quòd non sunt, nisi sub Papa, ut sunt isti capellani, & scriptores, & alij: an ratione delicti possint conueniri? Ponit Fel. c. fi. de fo. comp. uer. quomodo priuilegium. nu. 5. col. 254.

exempti, qui habent beneficium non exemptum, & in eo sunt negligentes, putà circa residentiam, an ab ordinario loci poterunt puniri. Fel ponit c. fi. de fo. comp. uer. item declara. nu. 6. col. 254.

exempti possunt capi ab ordinario in maioribus delictis, ubi timetur de fuga, & remitti ad superiorem. Ita Fel. c. fi. de fo. comp. uer. demum no. perpetuò. num. 7. col 255.

¶ Exilium an sit pœna capitalis. Vide gl. l. j. C. ne Christianum manc. tex. l. sed & si quis. ff. de accu.

¶ Exonerare uolens conscientiam suam de malo consilio, quid facere debeat. Fel. de homi. c. sicut dignum. nu. 14. col. 1126.

¶ Expectans beneficium an possit permutare illud ius expectandi cũ alio beneficio. Fel. c. ad audientiam. lo. ij. de rescr. uer. No. etiam ex eadem gl. nu. 10. col. 993.

expectans potest acceptare beneficium uacans de iure, licet non de facto. Fel. de rescr. c. ex tenore. nu. 8. col. 585.

¶ Expectatiuam si quis habet ad beneficium uacaturum, si aliud impetrat, an debet facere mentionem de ipsa? Vide, quæ posui in litera L. §. literas expectatiuas.

¶ Expensæ an possunt peti in causa criminali criminaliter mota? Vide, quæ posui in litera C. §. condemnatio expensarum. Quid de inquisito, utrùm inquisitus, qui fuit absolutus, possit petere expensas factas? Vide gl. j. c. dilecti. de do. & contu. & ibi do. Ab. x. col. uer. gl. ult. Cy. & Bal. l. seueritatem. C. de excus. tut.

expensæ factæ ratione contumaciæ: an in condemnatione earum requiratur noua citatio? ponit Fel. c. j. de iudic. uer. in condemnatione expensarum. num. 9. col. 13. Adde tamen, quòd est magna differentia inter istas expensas, & expensas, quæ debentur ex stipulatione: quia regula est, quòd quando expensæ debentur ex stipulatione, iusta causa non excusat: gloss. singul. §. oportet. in uerbo, solo. in fi. ubi Ang. auth. de iudic. quam Bal. c. breui. de iureiu. & Salic. l. properandum. §. sin autem. C. de iud. illam glo. reputant singularem. sed expensæ aliæ, quæ ueniunt ratiõe contumaciæ, iusta causa excusantur, si ueniant iure actionis, ut not. Bar. l. j. §. is uidetur. ff. si quis ius dic. non obtemp. circa fi. uer. quæro, an ad hoc. & glo. cum tex. c. querelam. de procur.

expensæ si non sunt petitæ per actorem coram primo iudice, non poterit amplius illas petere coram iudice appellationis: & hoc intellige, si ipse actor ult appellare ex eo solo, quòd iudex omisit condemnationem expensarum do. Abb. c. significauerunt. de except. iij. col. uer. aduerte. Et hoc nota contra Felin. d. c. significauerunt: nu. 4. col. 116. sed uide Felin. qui istud declarat. d. c. significauerũt. uers. hanc quartam limitationem. num. 5. col. 117. Adde & limita etiã prædicta, nisi reus appellaret: quia isto casu actor, qui omisit petere expensas coram primo iudice, poterit petere coram iudice appellationis: do. Abb. d. c. significauerunt. uer. fateor tamen. & ibi Fel. uer. & licet in diffinitiua. nu. 6. col. 122. Adde ad ista illa, quæ posui in litera V. §. victor, qui habuit sententiam.

expensæ primæ sententiæ an intelligantur confirmatæ, si iudex appellationis confirmauit primam sententiam? Vide, quæ posui in litera I. §. iudex appellationis si confirmat.

expensas factas in iudicio reus tenetur soluere. Fallit hoc, nisi actor distulit probare intentionem suam: quia ipse reus non tenetur soluere expensas, nisi post probationem, utputà post productionẽ instrumenti. Bart. l. si quis. ff. deposit. Abb. c. ij. de secun. nup. in fin. Bart. l. qui in alterius. ff. de re iud. Petr. de Anch. consi. suo cccxxij. incip. Super primo dubio. j. col. Fel. c. exceptionem. de excep. uer. subdit Bald. hic. num. 47. col. 144. Adde tu Bal. l. properandum. §. sin autem. C. de iudic. in fin. ubi ponit, quid si aliquis habens iustam causam litigandi super tota causa, tamen super una exceptione non, an teneatur ad omnes expensas? Allegat Ioan. And. c. ut præteritæ. de elect. Bartol. l. non ignorat. C. de fruct. & lit. expens.

¶ Expressa mentio si requiratur in aliqua re, oportet, quòd sigillatim & formaliter exprimat: glos. c. inquisitores. de hære. in vj. Vnde si Papa in rescripto confirmat priuilegium ecclesiæ: & tenor non sit insertus in rescripto, illa confirmatio non probat. Pro hoc est text. optimus c. penult. de confirma. util. uel inutil. qui propriè loquitur in istis terminis. In contrarium est gl. ff. c. Romanorum. xix. distinct. uer. desunt. quam sequitur domin. Alex. l. admonendi. ff. de iureiur. iiij. col. Felin. c. translato. de consti. uer. secundus casus sit. num. 5. col. 81.

¶ Exprimenda sunt in rescripto, quæ possunt mouere animum principis ad concedendum, uel non concedendum. Fel. de rescr. c. super literis. nu. 8. uers. exprimenda sunt col. 643.

¶ Exprimere debet appellans extraiudicialiter causas grauaminis: et hoc, quando appellatur à iudice, c. j. de app. in vj. Sed si appellatur extra iudiciũ à parte, tunc nõ debet pars exprimere causas, nisi talis appellatio necessitaret aduersarium ad prosecutionem ipsius appellationis absq; alia citatione. Ita do. Abb. c. cùm sit. de appell. vj. col. uer. concluderem sic. Vide Felin. c. cùm sit. uer. exprimenda est. nu. 11. col. 691.

¶ Extensio in statutis ad casum omissum, etiam odiosum, ex maioritate rationis fit. Felin. c. translato. de constitut. numer. 8. uersic. Et de ista materia. colum. 83. Adde etiam, quòd in statutis fit extensio ad casum omissum, etiamsi sumus in correctorijs: quia isto casu sumitur argumentum à contrario sensu, & quando aliàs dispositio noua nihil noui induceret. Et sic limita gloss. c. j. de ætate & qualitate. in vj. Ita Modern. l. senium. C. qui testament. facere possunt.

¶ Extraiudicilia non requirunt, nisi solùm unàm uocationem: & sic in omni actu extraiudiciali quis non est uocandus, nisi semel. Ioan. And. c. ego. N. de iureiur. & ibi do. Abb. ij. col. uer. no. secundò. gl. cle. j. de hær. uerb. requisierit. glo. c. episcopus. xviij. dist. & ibi Domi. de san. Ge. Bar. l. de pupillo. §. si quis ipsi. ff. de no. ope. nũ. Bart. l. qui crimen. C. de accu. viij. q. Adde Fel. d. c. ego. uer. in tex. ibi, contra omnes. nu. 7. col. 1129.

¶ Extrauagans disponens idem, quod ius commune censetur ius commune. Fel c. pastoralis. de fi. instr. in prin. nu. 1. col. 939.

extrauagans de pace Constan. an sit authentica? Vide Bald. ibi in ult. col. uer. hæc sunt nomina.

¶ Extrema unctio non datur damnatis ad mortem ex delicto. Domi. de san. Gemi. c. super eo. de hære. in vj. Fel. c. ad abolendam. de hær. uer. in gl. in uerb. audientis. nu. 3. col. 1098.

¶ Extrinsecæ solennitas an præsumatur interuenisse in actu absq; eo, quòd de illa aliter appareat: Vide, quæ posui in litera S. §. solennitas extrinsecæ.

F

Faber, Qui conduxit hospitium iuxta scholas, uel iuxta domũ doctoris, uel scholaris, & eum impedit malleando, nunquid faber tenetur cedere doctori, uel scholari? Vide per Fel. c. fi. de iudic. uer. adde fabrum impedientem. nu. 16. col. 173.

¶ Facultas faciendi quando præscribatur. Ponit Felin. c. cùm accessissent. de const. uer. limita secundò hanc regulam. num. 26. col. 187.

facultate testandi an possit quis se in uita priuare, donando se & omnia bona sua loco religioso: do. Abb. c. in præsentia. v. not. de prob; tenet, quòd sic: & allegat Bart. l. fi. C. de pac. Postea Abb. remittit se ad ea, quæ est dicturus c. fi. de success. ab intest. Fel. d. c. in præsentia. uer. in tex. ibi, unde uniuersa, quæ. num. 5. col. 436. dicit, quòd do. Abb. nihil dicit d. c. fin. Tu dic, quòd imò do. Abb. d. c. fin. j. not: tangit istam difficultatem: & quòd quis possit se priuare in uita facultate testandi. Felin. postea d. c. in præsentia. uers. præalleg. dicit, quòd donatio omnium bonorum præsentium ualet, & quòd iste passus non est dubius, per tex. l. iubemus nulli. C. de sacrosan. eccle. sed quòd donatio bonorum præsentium, & futuroru ualeat, q, iste est bene passus difficilis: & postea subdit, quòd in effectu non ualeat talis donatio: quod ita consuluit Ang. consil. suo clxxxj. incip. Visis instrumentis. & Petr. de Anch. consil. suo ccxxvj. incip. De primo, utrùm ista donatio. Adde tamen, quòd Felin. ibi d. c. in præsentia. loco præallegato, tenet contra Ang. & Petr. de Ancha. per rationes, quas ibi uide per eum. Adde tu ad ista pro clariori intelligentia primò, utrùm donatio inter uiuos facta ecclesiæ, tam de bonis præsentibus, quàm futuris, ualeat? & dic, quòd Bart. l. fin. C. de pact. ult. col. uer. prædicta. fortè tenuit, quòd sic. Idem tenet Sal. authent. si qua mulier. ult. col. C. de sacrosanct. eccle. de cuius ueritate uide do. Abb. d. c. fin. j. not. de success. ab intest. & d. c. in præsentia. in v. not. do. Alexan. l. stipulatio hoc modo. ff. uerb. obl. Adde Bar. in simili, & fortioribus terminis, l. tale pactum. ff. de pac. §. fin. ult. col. uidelicet quòd quando aliquis uiuens in contractibus, uel actibus, appellat aliquem hæredem, uidetur in eum suum supremum iudicium contulisse. Est uerum, quòd illam opin. Bart. ibi reprehendunt Ang. & Paul. de Cast. Tamen tu eam in iudicando & cõfulendo tene: q, digna & notabilis. Adde, quòd Ludo. Rom. auth. similiter. in repe. C. ad l. Falc. sentit in aliquibus cum Bart. Vide eũ ibi vj. col. ultimo specialiter. Et hoc modo fortifica opi. Fel. d. c. in præsentia. uer. sed certè quamuis. nu. 6. col. 437.

¶ Falsa causa uitiat legitimationem. Pe. de Anch. cons. suo ccxlvj. inc. ex tenore. Vide Fel. c. quod super. de fid. instru. uers. an autem falsa causa. nu. 31. col. 933.

falsa causa an uitiat unionem ecclesiarum. Vide Rot. dec. clxxxij. inc. Item no. in antiquis: & in deci. ccxcviij. inc. Vtrùm unio. Adde Fel. c. quod super. de fid. instr. Ibidem. nu. 4.

falsa causa an uitiet reseruationem Papæ? Vide, quæ posui in litera R. §. reseruatio Papæ.

falsa causa an uitiet prouisionem Papæ. Vide, quæ posui in litera P. §. prouisio Papæ.

falsa causa an uitiet gratiam Papæ. Vide, quæ posui in litera G. §. gratia Papæ.

falsa causa uitiat dispensationem. Bal. c. quod super. de fid. instr. Anto. de Bu. c. non est. de uoto. Vide Fel. d. c. quod super. de fid. instr. uer. idem de dispensatione. nu. 2. col. 932.

falsa causa expressa in sententia, regulariter non uitiat ipsam sententiam, nisi pars appellaret: gloss. fin. l. si is, ad quem. ff. de acquirendo hære. ubi Imo. Ponit etiam do. Ab. d. c. sicut. de re iudic. iiij. col. uer. item attende. Felin. ibi uers. falsa causa. numer. 19. col. 536. Adde, quòd ista regula fallit in multis casibus: & primò, quando sententia fertur sub conditione falsa. Ang. & Imo. l. qui Romæ. §. duo fratres. ff. de uerb. oblig. Felin. d. c. sicut. uer. fallit primò. numer. 20. col. 537. Item fallit ista regula, quando sententia est lata, & in ea est expressa causa falsa contra ius scriptum: quia non ualet: domi. Abb. d. c. sicut. loco præalleg. Bald. auth. non licet. C. de lib. præter. Felin. d. c. sicut. uer. fallit tertiò. num. 21. Ibidem, Item fallit ista regula, quando in sententia est expressa causa falsa & iniusta: quia æquipollet nullitati. Fel. d. c. sicut. uer. fallit quartò. Ibi. nu. 22. col. 538. Itẽ fallit ista regula, quando in sententia est expressa causa falsa: eò, q, fuerũt factæ falsæ allegationes in facto cõtra absentẽ: q, sententia est nulla, do. Alex. d. §. duo fratres. ubi etiã Ange. & Imo. Fel. d. c. sicut. uer. fallit qntò. nu. 23. col. ea. Itẽ fallit ista regula, quãdo in sententia esset expressa falsitas, quæ respicit ordinem: putà, quia dicitur, quòd lis fuit contestata, quæ non fuit contestata: qui, sententia est nulla. Fel. d. c. sicut. uer. fallit sextò. nume. 24. ibidem. Item fallit ista regula, quando in sententia est expressa falsa causa, per relationem ad acta, in quibus apparet de errore notoriè: quia sententia est nulla. Vide Fel. d. c. sicut. uer fallit septimò, ubi 5. nu. 25. col. ead.

falsa latinitas uitiat rescriptum, etiamsi constaret de mente Papæ. Ita Fel. c. ad audientiam. de rescr. in prin. nu. 1. col. 521.

falsa latinitas in statutis, an uitiat statutum. Vide Fel. d. c. ad audientiã. de rescript. uer. amplia quartò. num. 2. col. 521.

falsa latinitas in priuilegio uitiat priuilegium. Feli. c. ad audientiam. de rescr. Ibidem.

falsa latinitas uitiat rescriptum: & hoc, quando uitium est euidens: aliter non. Felin. c. ad audientiam. uer. Et ista sequitur. numer. 4. col. 523.

falsa latinitas si potest allegari per figuram, uel per subauditionem, rescriptum non erit nullum. Ita Fel. c. ad audientiam. de rescr. uers. limita quintò. & uer. seq. num. 5. & 6. col. 524.

falsa latinitas an uitiet rescriptum gratiosum, aut rescriptum ad lites. Ponit do. Ab. c. ex parte. de fid. instr. in prin. & ibi Fel. num. 2. col. 972. Et uide, quæ posui in litera S. §. syllaba si deficit. ubi habes limitationem ad tex. c. ad audientiam. el j. de rescr.

falsa latinitas non uitiat instrumentum, etiam eo casu, quo uitiaret rescriptũ: Ang. l. qui habebat. in prin. de manu test. Bal. l. cùm antè. C. de don. ante nup. Spe. ti. de resc. præsen. §. j. igitur. uer. item, q, litera. Bar. l. demonstratio. j. col. ff. de cond. & dem. Fel. c. ex parte. de fid. instr. uer. & ista habent. nu. 2. col. 973.

falsa latinitas non uitiat Scripturam sanctam. Ita Fel. c. ad audiẽtiam. el j. de rescr. uer. limita nonò. nu. 7. col. 525.

falsa latinitas non uitiat testamentum. Fel. d. c. ad audientiam. de rescr. uer. limita decimò. nu. 8 col. ead.

falsa demonstratio non uitiat rescriptum. Fel. c. significante. de resc. in prin. nu. 1. col. 970.

¶ Falsus procurator quot modis dicatur. Vide, quæ posui in litera P. §. procurator falsus. Et utrùm dominus possit ratificare gesta falsi procuratoris, ubi uide: et ĩ litera R. §. ratificatio domini regulariter.

¶ Falsans literas Papæ: imò qui addit unum punctum, est excommunicatus excommunicatione Papali. Ita Felin. c. ex parte. de rescri. uer. & qui apponit manus. nu. 8. col. 387. Adde Host. in summa, de crimi. fal. §. qualiter. iiij. col. uer. sed hodie.

falsans instrumenta, uel testes, an debet per hoc perdere causam? gl. c. cùm uenerabilis. de exce. uerb. licet. tenet, quòd sic si est talis falsitas, quæ habeat nocere causæ. Bar. l. in fraudem. §. quoties. ff. de iure fis. dicit, quòd committens falsum circa instrumẽta, uel testes, nõ ex hoc perdit causam: secus, si committitur falsum circa acta causæ: do. Abb. d. c. cùm uenerabilis. ix. col. uer. secundò principaliter. tenet opin. Bar. quòd falsans instrumenta, uel testes, non debet perdere causam: sed aliter punitur. Ita Bar. l. diuus. ff. de re iud. Addẽ Fel. d. c. cùm uenerabilis. uer. utrùm sicut falsans. col. 59.

falsans acta causæ an debeat perdere causam: do. Ab. c. cũ uenerabilis. de exce. ix. col. uer. secũdò principaliter. & uer. quid dicemus. tenet, q, falsans acta causæ nõ debet propter hoc perdere causam, sicut etiam non perdit causam, qui falsificat testes, uel instrumẽta, ut ĩ. §. falsans instrumenta. Idem tenet Bal. addi. Spe. rub. de exec. sen. iij. col. & d. c. cũ uenerabilis. Adde tu, q, in cõtrariũ est ueritas: quia imò falsans acta causæ perdit causam. Et sic no. differentiã inter falsantẽ acta causæ, et falsantẽ instrumẽta, uel testes: qa q falsificat instrumẽta, uel testes, non perdit causam: sed qui falsificat acta causæ, perdit causam. Et ista est cõmunis opi. quã tenuit gl. & Bar. d. l. in fraudem. §. quoties. ff. de iu. fis. Bal. l. qui testamẽto. ff. de exc. tu. Bar. l. j. §. ij. ff. de calum. Fel. d. c. cùm uenerabilis. d. uer. col. 59. Adde, & quod dictum est de corrumpente acta, extende etiam ad corrumpentem iudicem: quia perdit causam. Bar. d. l. j. §. ij.

¶ Falsarius

¶ *Falsarius an dicatur ille, qui aperit literas priuatas alij destinatas.* Vide, quæ posui in litera A. §. aperiens literas.

falsarius est ille, qui falsificat acta causæ. Vide, quæ posui in litera A. §. acta causæ si sunt.

¶ *Falsitas, quæ nulli nocet, puniri non debet: de quo uide, quæ posui in litera A. §. animum nocendi.*

falsitas expressa circa expressionem beneficij, utrùm habeat uitiare, si constat de corpore. Ponit Fel. c. significante. de rescr. uer. ulteriùs tangit hìc Abb. num. 8. col. 975.

falsitas instrumenti in una parte uitiat totum instrumentum: de quo uide, quæ posui in litera I. §. instrumentum falsum in una parte.

falsitas testium, aut instrumentorum, an possit tractari in causa appellationis: glo. ij. c. licet. de probat. tangit istam q. Tu dic, aut nunquam fuit mota: & certum est, quòd in causa appellationis mouerì pōt: aut in prima instantia fuit mota, & in hoc stat tota difficultas. Vnde dicas, quòd si mouetur causa falsitatis in causa appellationis, tunc nō licet eam probare directam: quia esset producere testes super capitulis directò contrarijs post didicita testificata contra causam, clem. ij. de testi. Ideo falsitas sic mota in secunda instantia, debet probari indirectè. Ita do. Abb. d. c. licet. viij. col. uer. uenio ad primum. & Felin. idem tenet d. c. licet. uer gloss. uerbo, opponi. num. 24. col. 492 Adde tu, quòd in causa appel. est licitum causam falsitatis etiam directè probare: & hoc, quando testes deposuerunt in prima instantia obscurè, adeo quòd pars instrui non potest ad probandum directè contrarium. Ioan. And. in Spe. tit. de testi. §. sæpe. Vide per Felin. d. c. licet. uer. fallit autem primò: num. 25. col. 493. Fallit, ubi etiam testes non fuerunt publicati: quia licitum est probare falsitatem in secunda instantia directè. Felin. d. c. licet. uer. fallit secundò: col. eadem, numer. 26. Item falsitas potest probari in causa app. post didicita testificata, ad hoc, quando est facta additio ad primum capitulum, ut putà in prima instantia fuit dictum, quòd testes falsum deposuerunt: postea in causa appellationis fuit additum, quòd corrupti etiam deposuerunt: propter istam additionem dicitur nouum capitulum, & super nouis capitulis, in causa appellationis possunt produci testes: de quo uide do. Ab. d. c. licet. viij. col. uer. nam tunc, ubi etiam Fel. uer. fallit tertiò. nu. 27. col. eadem.

falsitas testium, aut instrumentorum sola probata, an sit sufficiens ad retractationem sententiæ? do. Abb. ponit c. licet. de prob. viij. col. uers. uenio ad secundum. & ibi dicit, quòd sola falsitas sufficit, dũmodò probetur, quòd iudex secutus falsitatem tulit sentẽtiam. Adde Fel. d. c. licet. uer. secunda conclusio. num. 28. col. 494.

falsitas an possit opponi post conclusionem in causa? Vide, quæ posui in litera E. §. exceptio falsitatis.

¶ *Fama plus est, quàm clamor: quia fama plurimorum est, clamor paucorum: de quo uide* Fel. c. qualiter & quando. el ij. de accusat. num. 7. uers. nota, quintò. col. 906.

fama inducit iustam credulitatem, adeo quòd excusat accusatorem à præsumpta calumnia. Fel. c. cùm contingat. de rescript. in princ. uer. in quantum ex gloss. j. colligit. num. 2. col. 514. Adde tu, quòd fama publica excusat à dolo. Facit text. l. illud. de lib. cau. no. Bart. l. cùm quidam. §. quod dicitur. ff. de acquir. hæred. uer. item iusta causa credendi.

fama inducit iustam causam credendi etiam in antiquis, si fama eadẽ fuit antiquorum meorum. Felin. c. cùm contingat. de rescript. uer. quòd autem fama. num. 2. colum. 714. Adde tu, quòd fama in antiquis factis facit iuris præsumptionem. Ita Bald. c. uasallus. ad fin. si de feud. fuer. controuer. inter domin. & uasal. & l. proprietas. C. de probatio. & l. bonæ fidei. uersic. quartò inspicicitur. C. de reb. cred. Canonistæ c. cùm causam. de testi. domin. Abb. c. uenien. eod. tit. Hoc maximè habet locum in possessorijs, ut per scribentes d. c. cùm causam. Item uerum hoc in probatione territorij & iurisdictionis, ut per Bald. d. l. proprietatis. Item fama in causa ciuili probat plenè etiam in factis antiquis. Innocent. c. uenien. de uerbor. signif. Bar. auth. quas actiones. C. de sac. san. eccl. Et ibi dicit, quòd per famam probari possunt antiquissima dominia, & ius patronatus: quod no. perpetuò.

fama sola probat, ubi aliàs probatio est de sui natura difficilis probationis. Vide ī. §. fama sola p se. & §. fama nō facit plenā pbationē.

fama sola an probet filiationem? Vide ī. §. filiatio quibus modis.

fama sola per se non probat fines diœcesis. Ita dicit gloss. c. cùm causam. de probat. ij. glo. & ibi do. Abb. iij. col. uers. not. bene. Et idem tenet ibi Imo. Bald. & Anto. de But. Adde, quòd Imo. d. c. cùm causam. dicit, quòd quicquid sit in alijs materijs, communiter tenetur, quòd in antiquis fama probet? & Felin. ibi uer. gloss. in uerbo, famam. numer. 9. col. 550. transit cum ista opinione Imo: Dic tu, quòd quando à communiter accidentibus probatio solet esse difficilis, tunc fama facit plenam probationem, quæ aliàs uix facit semi plenam. ut no. c. præterea. de testib. Anton. de But. c. uenien. el j. eo. tit. Hinc est, quòd in antiquis, ubi est difficilis probatio, fama sola facit plenam probationem. Ita Innocent. c. uenien. de uerb. signif. Bald. l. cùm super. C. de rei uend. & authen. quas actiones. ult. col. C. de sacrosanct. eccles. & dicit Bald. notabiliter l. at qui natura. §. cùm me absentem. ff. de negot. gest. quòd fama cum antiquissima possessione, de qua in contrarium memoria hìc non existat, habetur pro plena probatione. Et idem tenet l. bonæ fidei. C. de reb. cre. ult. col. Adde, q̃ idem sentit Fel. c. uenien. el j. de testi. uer. prima cōclusio. nu. 7. col. 615.

fama non facit plenam fidem. Ista est regula firma. Casus est l. iij. §. eiusdem. ff. de testi. & §. item sæpe. & ibi gl. iiij. q. iij. Fallit ista regula in aliquibus casibus: & primò, ubi usus loquendi hominum aliter induceret: quia in isto casu fama, seu communis opin. faciunt, seu inducunt ueritatem: & sic sufficit probare famam, uidelicet quòd homines talis ciuitatis intelligunt aliqua uerba tali modo. Ita Bar. l. Labeo. ff. de suppel. leg. j. col. uer. quæro, utrùm. Idẽ tenet do. Ab. c. uenien. el j. de testi. iij. col. uer. Bar. dicit. Vide Felin. d. c. uenien. uer. prima conclusio. num. 7. col. ead. Fallit etiam ista regula, quia fama probat, ubi uersatur fauor publicus: putà, quia iudex est excommunicatus: tamen si non habetur pro excommunicato, sententia sua ualet. Idem in iudice, qui est infamis, si non habetur pro infamato. Bart. l. si arbiter. C. de sentent. & interlo. Felin. d. c. uenien. uers. idem ubi uersatur. col. præalleg. Fallit etiam ista regula, ubi quid clarè probari non potest: putà, quando cum difficultate probatio non potest haberi, tunc fama probat: de quo per Bartol. l. si quis. §. an uerò. ff. de eden. uer. quidam sunt casus. Vide per Felin. d. c. uenien. uer. fallit in castbus. col. 615. & adde ad ista illa, quæ posui ī. §. fama sola per se. Fallit etiam ista regula, ubi agitur de paruo præiudicio: quia fama probat: do. Abb. d. c. uenien. iij. col. uer. quædam sunt. & ibi Fel. uer. item ubi agitur. num. 9. col. 615. Fallit etiam ista regula: quia fama probat semiplenè in causa ciuili ardua. Ita tenet gloss. d. c. uenien. gloss. ij. circa fin. & gloss. d. l. iij. §. eiusdem. ff. de testi. & gloss. d. §. item sæpe. iiij. q. iij. Specul. tit. de probat. §. uidendum. uer. vj. Idem tenet Bald. Anton. de Butr. c. uenien. Vide Felin. d. c. uenien. uer. secunda conclusio. num. 10. col. ead. Adde, quòd contrariam opinionem tenet Dyn. l. ij. ff. de exc. tut. & Ioan. Andr. in Spec. tit. de notorio cri. §. fama. & do. Abb. c. super eo. de consangui. & affi. & c. ij. de clādest. desponsa. & d. c. uenien. iiij. col. uer. aut non probatur. Adde Fel. d. c. uenien. uer. sed contra istam conclusionem. num. 11. col. 616. ubi post multa dicit, quòd non uult affirmare, nec primam, nec secundam conclusionem, sed relinquitur arbitrio iudicis. Fallit etiam iste regula: quia fama probat in factis antiquis excedētibus memoriam hominum. Inn. c. quid per nouale. de uer. sig. Bal. l. cū super. C. de rei uēd. Spe. ti. de prob. §. j. uer. hoc etiam no. Bal. l. nō ignorat. vj. col. C. qui accus. non pos. Vide Fel. c. uenien. uer. quarta conclusio. nu. 16. col. 618. Contrariū tenuit do. Ab. d. c. uenien. ij. col. uer. secūdò, q̃ in factis antiquis. & c. inter dilectos. de fid. instru. iiij. col. uer. no. Vide Fel. d. c. uenien. uer. nihilominus. col. 619. ubi finaliter dicit, q̃ tenenda est prima opinio, tanquā cōmunis: & ibi latissimè per eum. Fallit etiam ista regula: quia fama probat, quando habet ortū ab honestis personis, & hoc etiam sine alijs adminiculis. Bar. l. de minore. §. tormenta. ff. de quæsti. ij. col. uer. tertiò quæro. Bal. l. ea quidem. pe. col. C. de acc. & Sal. d. l. ea quidem. ij. q. Vide do. Ab. d. c. uenien. de testi. iiij. col. uer. & his. ubi dicit, q̃ fama uulgi nō probat, nisi sit adminiculata ex plurib. casib. qui habent inducere populū ad sic credendum: dic tu, q̃ hoc est uerum, quādo fama habet ortū à uilibus, uel inhonestis personis. Vide Felin. d. c. uenien. uer. quinta conclusio. num. 17. col. 619. Adde tu, quòd fama, quæ habet ortū ab honestis personis, plenè probat sine alijs adminiculis: & sic notabis, quòd illud, qd̃ dicitur à personis fide dignis, est iusta causa credulitatis.

credulitatis. Ita Bart. l. de pupillo. §. si quis ipsi. ff. de no. ope. nunc. iij. col. uer. octauò quæro. do. Alex. l. iij. C. de serui. Et communis ōpin. utilissimorum est nullius effectus. Specu. tit. de reo. §. sequitur. in fin.

fama in criminalibus non facit semiplenam probationem: ideo cōiungitur cum uno teste ad faciendam plenam probationem: ita gloss. singul. c. uenien. el j. de testi. ij. gloss. Bar. l. de minore. §. tormenta. ff. de quæsti. & ibi Dy. & Cy. do. Abb. d. c. uenien. in fin. & ibi Anton. de But. & Bal. Spec. tit. de no. crimi. §. fama. uer. quid si agenti. Vide Felin. d. c. uenien. uer. tertia conclusio. numer. 12. col. 617. Adde & limita regulam istam, quòd si crimen esset probatum, plus quàm semiplenè, putà per unum testem de ueritate cum alio indicio, tunc fama bene compleret probationem, & iungeretur cū teste ad probandum in criminalibus. Ioan. And. in Spe. tit. de probat. §. fin. uer. xiij. Fel. d. c. uenien. uer. sed limita primò. num. 13. col. eadem. Item limita istam regulam, quòd fama probat in criminalibus, quando solùm intentatur accusatio ad capturam: & etiā, ubi agitur ad purgandum: do. Abb. d. c. uenien. in fin. & Fel. ibi. uers. limita se. undò. num. 14. col. ead. Item limità, quòd fama probat in criminalibus, quo ad torturam, sed oportet, quòd sit uehemens. Bal. c. j. §. homicidium. de pac. iur. fir. Ioan. And. c. si quis. de pur. uul. Bald. l. fi. de quæsti. Adde Fel. d. c. uenien. uer. limita tertiò. nu. 15. col. 618.

fama quando sit sufficiens ad torturā. Vide ī. §. fama in criminalib.

fama an probat excommunicationem: putà, agitur de probanda excommunicatione, ut quis repellatur à iudicio? & dic, quòd fama isto casu non probat excommunicationem. Specul. tit. de noto. cri. §. fama. uer. quid si agenti, Anton. de Butr. c. uenien. de testi. el j. Domi. de sanct. Gemi. c. pia. de except. in vj. domin. Abb. c. prudentiam. §. sexta. de offic. del. iij. col. uer. extra glo. Vide per Fel. d. c. uenien. uer. tertia conclusio. nu. 12. col. 617.

fama totius uiciniæ potest probari per duos testes, & sic non requiritur, quòd maior pars uiciniæ deponat. Ita Dom. c. tertio loco. de præsumpt. v. no. Vide ibi Fel. nu. 5. col. 1076.

famæ quis possit restituere? Vide, quæ posui in litera I. §. infamia facti.

¶ *Familia quando gaudeat priuilegio domini sui?* Vide per Fel. c. ij. de fo. compet. uer. quando generaliter. num. 2. col. 176.

familia episcoporum an gaudeat priuilegio fori? Ponit Fel. c. ij. de fo. comp. in prin. col. ead.

familia potestatis an debeat habere præmium ex captura bannitis? Vide, quæ posui in litera P. §. præmium an sit dandum.

familia potestatis an possit capere clericum repertum in fragrāti crimine? Vide, quæ posui in litera C. §. clericū repertum in fragranti.

familiæ clericorum an gaudeant priuilegio fori? Ponit Fel. c. ij. de fo. compe. in prin. nu. 1. col. 176.

¶ *Familiaris & domesticus in quo differant?* Posuit Bal. l. ij. C. de testi. Vide Fel. c. insinuante. de offi. del. uer. & quæ differentia sit. nu. 7. col. 1147.

familiaris an possit esse testis pro domino suo? Vide, quæ posui in litera T. §. testis domesticus.

familiaris an possit accusare dominum suum? do. Abb. c. nulli. de accusat. uer. sed contra. dicit, quòd non: tamen dicit, quòd hoc intelligitur de familiaribus nutritis domi iam diu à primæua ætate. Item hoc non habet locum in familiaribus episcoporum: quia etiam si sint nutriti domi, admittuntur ad accusandum episcopum. Adde Felin. d. c. nulli. uer. secundò limita. nu. 3. col. 764. ubi dicit, quòd si isti familiares, qui accusant episcopum, sunt laici, quòd tunc repellerentur. Item si tales familiares sunt cubiculares episcopi, etiā repellantur ab accusando. Adde, quòd ista non intelliguntur in crimibus exceptis, in quibus etiam filius potest accusare patrem. Felin. ubi suprà.

¶ *Familiaritas magna est causa sufficiens, ut iudex possit recusari:* do min. Abb. c. insinuante. de offi. del. ij. col. uer. plus Host. Idem tenet Fel. d. c. insinuante. uer. tertiò no nu. 4. c. l. 1146. Adde, quòd multæ sunt familiaritates, & aliquæ inducunt suspicionem, aliquæ nō. Bal. posuit l. j. C. de episco. & cleri. Vide per Felin. d. c. insinuante. d uer. & col.

familiaritas parit contemptum, l. obseruandum. ff. de offi. præsid. Adde quòd gloss. c. quando. lxxxvj. distin. dicit, quòd istud habet locū inter fatuos. & sequitur Fel. c. repellantur. de acc. in prin. num. 1. col. 769.

¶ *Fatalia si sunt elapsa, si petatur restitutio in integ. propter lapsum fatalium, an sit necessaria contest. litis.* Ponit Fel. c. ij. de offic. iud. uer. in quantum concludit. circa fi. ibi, dixit etiam Rotā. col. 1292.

fatalia appellationum possunt per partes suspendi, ita quòd non curant: & sic possunt facere partes, quòd causa non tractetur coram iudice, sed non possunt prorogare fatalia: putà, addendo tempus: Vide per Fel. c. uenerabilis. de iud. uer. tertia declaratio. num. 15. col. 161.

fatalia iuris, uel statuti, an possint prorogari per partes: do. Abb. c. ex ratione. de app. iij. col. uers. sed circa. tenuit, q̃ solùm possunt suspēdi, & nō prorogari. Idem tenuit Io. An. in Spe. ti. de app. §. nūc breuiter. uer. istud. Idem etiam tenet Lud. Ro. l. ij. ff. de re iud. Bald. l. centurio. ff. de uul. & pup. circa fi. Cy. auth. ei, qui. C. de temp. appel. Adde, quòd in contrarium communis est opi. Vide Bar. l. j. §. fi. ff. de tēp. app. Arc. c. anteriorum. ij. q. vj. Bal. extraua. de pace Constan. imo. l. Seius. ff. ad l. Falc. Phil. d. c. ex ratione. ix. col. & Fel. in prin. ibi, secundò dum firmat. num. 2. col. 704.

¶ FELINI *parentes ab antiquo fuerunt ex Lucana ciuitate: postea auus paternus uenit habitare Venetijs: & ibi habitauit per lōgum tempus: postea iuit Ferrariam: ita dicit Feli. c. Rodulphus. de rescri. uer. sed Imo. nu. 14. col. 988.*

¶ *Feriæ non impediunt causas ecclesiæ.* Vide per Fel. c. fi. de iudi. uer. no. semper, q̃ istæ feriæ. nu. 11. col. 170.

feriæ prosunt etiam non habentibus uineas. Vide per Fel. c. fi. de iudic. uer. prosunt istæ feriæ. nu. 12. col. 171.

ferijs inductis ob necessitatem hominum renunciari potest: secus in ferijs repentinis, uel in honorem Dei. Ita Fel. c. fi diligenti. de fo. compe. uer. quartum corollarium. nu. 20. col. 215. Adde tu, quòd si persona esset suspecta de fuga uel de alia causa: posset procedi contra eum die feriato in honorem Dei: imo capi & incarcerari. Ita gl. l. fi. C. de fer. quam Bar. ibi, & alij sequuntur. & Pau. de Cas. l. eadē. ff. de fer. Adde etiam plus, q̃ ubi iurisdictio iudicis esset peritura, potest iudex procedere, & sententiare die feriato in honorē Dei, secundum Spe. ti. de fer. & ibi Io. An. § sequitur. uer. pe. & Bar. l. more. ff. de ferijs.

¶ *Feudum pertinet ad solum episcopum, & in eo non succedit capitulum sede uacante: ideo non potest capitulum facere statutum circa feuda.* Ita Fel. c. cùm omnes. de constit. uer. aduertendum est tamen, num. 10. col. 100.

feudum an transeat in ecclesiam, quando uasallus feudatarius efficitur clericus, uel monachus: uide, quæ posui in litera V. §. uasallus ingrediens monasterium.

feudum an possit dari in dotem? Ponit Felin. c. quæ in ecclesiarum. de constit. uer. in ea. gl. ibi, nec feudum. num. 75. col. 161. Adde tu, nunquid res prohibita alienari per legem, ut in feudo, possit alienari ex causa dotis. Conclude, quòd pater uasallus non potest feudum dare in dotem pro filia sine consensu domini: text. c. j. §. donare. præcipuè ibi Aluaro. qua. li. olim feu. po. alie. Et per illū tex. dicit ibi Bald. q̃ auth. res quæ. C. cōmunia de leg. non habet locum in re feudali: tanē aduerte, q̃ tex. ille nō prohibet, quādo pater nō haberet alia bona ultra feudū, ex quib. possit dotare filiam. Idē, q̃ pater nō possit feudū dare in dotē filiæ tenuit gl. no. c. imperialē. in gl. ij. uer. alienare. & Ia. de Bel. Bal. Nic. de Neap. de probi. feu. alie. per. Fri. gl. c. quæ in ecclesiarū. de constit. Io. An. in addi. Spe. ti. de loc. §. nūc alijs. uer. xcix. Inn. c. ex parte. v. col. de feu. Ia. de Bel. Bal. Nico. de Neap. c. j. de inuest. quā Titius accepit à Sēpronio. Imò clarius Bal. d. c. imperialē. iiij. col. in fi. ubi quærit, an uasallus possit dare in dotem feudum pro filia, cùm fortè non haberet aliunde bona, ex quibus posset filiam dotare. Primò dicit uideri, quòd sic, fauore dotis, per d. auth. res, quæ. Contrarium determinauit per text. d. §. donare. Et ad d. auth. res, quæ. respondetur, q̃ non loquitur, quādo prohibitio alienationis procedit natura rei, ut est in feudo. Limita hāc communem opinionem, nisi ipsa mulier sit feudataria: tunc enim posset etiam sine licentia domini dare pro seipsa feudum in dotem, dum modò non det æstimatum, ne aliquod pactum de lucrando apponat. Ita singulariter tenet Bal. d. auth. res, quæ. & probatur c. j. de inuest. quā recepit Titius à Sempronio. & c. j. de eo, qui sibi & hær. & And. de Iser. Bal. Alua. d. c. j. §. donare. & c. j. an maritus suc. uxo. in benef. Secūdò limita, nisi pater cōcederet, feudū in

dotem

dotem uſq; ad uitam ipſius, c. nuper. ubi Imol. & alij, de donat. inter uirum & uxor. gloſſ. c. ex parte. j. gloſſ. ubi Doct. de feud. Spe. tit. de feudis. §. ij. uer. xix. Cyn. l. uoluntatis. C. de fideicommiſ. Ludouic. Roman. conſil. ſuo cccclviij. inci. Circa propoſita. ult. col. Ad de do. Abb. c. ex parte. de feud. ultra iſta, quòd hoc queritur, uidelicet an res, quæ per legem ſunt prohibitæ alienari, poſſint dari in dotem: de quo dic, ut hic: ſed quid dicemus de re prohibita alienari per contractum, an poſſit dari in dotem? gloſſ. l. nulla. C. de iure dot. dicit, quòd non poterit dari in dotem. Bald. eam ſequitur ibi in fin. Adde Ang. l. fin. C. de do. promiſ. Paul. de Caſtr. conſil. clxij. incip. Viſa facti narratione. Moder. d. auth. res, quæ. C. communia de leg.

feudum an diuidi poſſit? Ponit Fel. c. quæ in eccleſiarum. de conſt. uer. octaua declaratio. num. 89. col. 168. Adde tu, quòd feudum diuidi poteſt inter fratres nolentes ſtare in communione. Bal. c. j. iiij. col. de prohib. feud. alien. per Frider. Et hoc uerum eſt, niſi feudum ſit principatus, uel ducatus: & hoc, niſi conſuetudo ſit in contrariũ. Ita Bald. c. imperialem. §. præterea. de prohi. feu. alie. per Frider. Adde Bal. l. & ideo. ff. de cond. fur. uer. ultimò teneamus

feudum: an in iudicio poſſeſſorio feudi agatur coram domino feudi? Vide Fel. c. cæterùm. de iudic. uer. in iudicio poſſeſſorio. num. 14. col. 59.

feudum ſi negatur, quod tamen erat, negans perdit feudum. Ita Felin. c. cæterùm. De iudic. uer. negans rem eſſe feudalem. numer. 18. col. 61.

feudum iudicatur ſecundum ius commune: & hoc, iure feudorum deficiente. Ita Felin. c. cæterùm. de iudic. uer. uide etiam ad hæc. num. 21. col. 63.

feudum an diuidi poſſit: & ſic iuriſdictio feudalis, an poſſit diuidi? Vide, quæ poſui in litera I. §. iuriſdictio quam habet defunctus. in fin.

feudum utrùm tranſeat in monaſterium, ſi uaſallus efficiatur monachus? Tex. eſt, q. non, c. j. de ali. feu. & tex. c. qui clericus. ſi de feu. fue. contr. inter do. et agna. Bal. c. j. de mil. uaſa. qui belli. arma depoſ. Bal. l. j. C. de legi. & l. ſi finita. §. ſi de uectigalib. ij. col. ff. de dã. inf. Pet. de Anc. conſ. xlij. Io. An. c. in præſentia. de prob. do. Ab. d. c. in præſentia. uer. nũc dubitatur. Fel. uerſ. quintò quæro. nu. 44. col. 460. Adde, q. concluſio iſta fallit, niſi eſſet feudum francum: quia tunc tranſiret in monaſterium. Bal l. ſi plures. C. de cond. in eſcr. Felin. idem tenet d. c. in præſentia. uerſ. fallit hoc primò. nume. 45. col. 461. Item fallit, ubi uaſallus teneretur ad ſeruitia, quæ poſſunt præſtari per monaſteriũ: ut putà ſi eſſet annua præſtatio. Io. And. Pe. de Anc. Ant. de But. d. c. in præſentia. domi. Abb. ibi xxv j. col. uer. ſecundo caſu. Bald. authent. niſi rogati. C. ad Treb. ubi etiã Salic. Ioan. Andr. in Spec. tit. de ſtat. mona. §. j. uer. xlv. Item tenet Felin. d. c. in præſentia. uer. fallit ſecundò. num. 46. col. ut ſ̃. Item fallit, ubi fœmina eſſet inueſtita de feudo, quæ, ſi ingrediturr monaſterium, retinebit feudum, donec uixerit. Ita Felin. d. c. in præſentia. uerſ. fallit tertiò. num. 47. col. 462. Item fallit prædicta concluſio, ubi eſſet feudum paternum tranſitorium ad omnem hæredem: quia monaſterium erit capax. Bal. c. quæ in eccleſiarum: de conſti. Doct. d. c. in præſentia. & ibi etiam Felin. uer. fallit quartò. nume. 48. col. ead. ubi dicit, quòd iſtud procedit, niſi in inueſtitura fuiſſet dictum de filio, uel hærede: quia tunc intelligeretur de uero filio, uel hærede, & non ficto: quia monaſterium non habetur loco filij, uel hæredis, niſi ubi eſt expreſſum à iure.

feudum an poteſt præſcribi reſpectu utilis dominij, quod eſt penes uaſallum: do. Abb. c. ad audientiam. de præſcr. iiij. col. uer. ex hac glo. poſt multa tenet, quòd ſic: quia poſſum effici tunc uaſallus, & hoc non ſolùm te ſciente, ſed etiam ignorante: tamen dicit ibi, quòd ſi dominus hoc ignorat, poterit petere reſtitutionem in integr. Idem tenet Ludo uic. Roman. conſil. ſuo clxv j. incip. Viſa diligenter. vj. col. Vide Ang. l. j. C. de anna. excep. & l. quamuis. & l. uſucapionem. ff. de uſuc. Bal. authent. quas actiones. C. de ſacr. eccle. vj. col. uer. extrà oppono. Adde Fel. d. c. ad audientiam. de præſcr. uer. dũ autem Abb. num. 18. col. 278.

feudum epiſcopi poteſt alienari per uaſallum in capitulo ipſius epiſcopi: de hoc uide in litera V. §. uaſallus epiſcopi.

feudorum materia ſi non eſt deciſa in feudis, eſt decidenda per ius cõmune, c. j. §. Obertus. de feu. cog. Adde, quòd ſi occurrat, quòd diſcordant à legibus, potius eſt ſtandum canonibus, etiam ſi ageretur de feudo laicorum: & hoc ratione iuramenti. Fel. c. eccleſia ſanctæ Mariæ. de conſt. uer. ſexta declaratio. nu. 54. col. 263.

¶ FIAT: iſtud uerbum importat tempus præſens: & ſic eſt præſentis temporis. Fel. c. Rodulphus. de reſcr. uer. fiat, eſt præſentis. nu. 26. col. 1000. Et hoc no. pro ſignatura Papæ, qui dicit, Fiat, in ſupplicationibus.

¶ *Ficta confeßio an tranſeat contra hæredes?* Vide, quæ poſui in litera C. §. confeßio in cauſa ciuili. tit. & quæ dicatur ficta confeßio. Ibi etiam uide.

¶ *Fictus quid eſt.* Bal. ti. de pa. Conſtan. uerb. perſoluere, q. fictus aliquando appellatur cenſus, l. cenſualis. C. de donatio. Vide Felin. in c. ad audientiam. de præſcr. uer. & dum remittit Abb. num. 20. col. 280.

¶ *Fides plena eſt illa, quæ fit per teſtes, uel ſcripturam.* Ita dicit gloßno. c. cupientes. §. quòd ſi per xx. de elect. in vj. uerbo, fides. & gl. clement. conſtitutionem. uerbo, fides. eod. tit. Et idem tenet Ange. & Imo. l. licet imperator. ff. de leg. j. & eſt text. ho. c. ueniens. de regul. Fallit hoc, ubi lex, quæ quærit fidem, eſſet contenta ſolo iuramento, ut c. ſtatutum. §. cùm uerò. de reſcript. in vj. Fallit etiam, ubi res, de qua agitur, eſſet parui præiudicij: quia non requiritur plena fides. Ita Cardin. & Petr. de Ancha. d. clem. conſtitutionem. ult. col. Adde Felin. rubr. de probat. uer. tertia concluſio. numer. 4. col. 367. Et hoc not. pro ſtatutis requirentibus plenam fidem, aut quando Papa mandat prouideri de aliquo beneficio alicui, ſi plenam fidẽ fecerit, quòd ſit natus ex legitimo matrimonio: quia tũc requiritur plena fides, ut hic.

fides eſt ſeruãda etiam rumpenti fidem: & no. iſtud ad regulam, quæ dicit, quòd frangenti fidem, fides frangatur eidem: quia imo frangenti fidem debet fides ſeruari: & hoc, quando promißiones non ſunt reſpectiuæ ad inuicem: ut putà, quia non tendunt ad idem factum, ſed ad diuerſum: quia promiſi dare x. & poſtea tu promiſiſti librum, non eſt illa cauſa, ſed ex te, licet ego nõ adimpleam promißionem meam, tamen eris periurus, ſi non adimples promißionem tuam. Ita dimin. Abb. c. iij. de iureiurand. ij. colum. uer. uenio ad ſecundam partem. Vide ibi Felin. numer. 5. uer. modo ſunt. col. 1125.

fides data ſi eſt fracta à beneficiato, an ſit priuandus beneficio, ſicut ſi eſſet periurus? Vide, quæ poſui in litera V. duobus. §. §. uidelicet, §. uiolator fidei.

fidei uiolator an ſit priuandus beneficio? Vide, quæ poſui in litera V. §. uiolator fidei.

¶ *Fideiubens pro aliquo, promittendo, quòd bene exercebit officiũ ſuum, non tenetur de falſitate, quam committit extra officium ſuũ.* Fel. c. cùm ordinem. de reſcr. circa fi. uer. fi. uer. ibi, & dicit Bal. l. j. nu. 5. col. 457. ubi multa ſimilia accumulauit.

¶ *Fideiuſſor promittens ſoluere liberè ſine aliqua exceptione, non intelligitur de iuſta: putà, de excußione.* Felin. c. cauſam, quæ. de reſcript. uer. non obſtante. ibi, ſimiliter dicit Lud. conſil. ccij. nu. 22. col. 616.

fideiuſſor ad pias cauſas nudo pacto obligatur. Ita Fel. c. j. de pac. uer. octaua declaratio. nu. 14. col. 1404.

fideiuſſor an obligatur ex pacto nudo de iure canonico? Vide Fel. c. j. de pact. uer. nu. & col. ſ̃. dictis.

fideiuſſor ad tempus, non tenetur ad tempus prorogatum. Vide per Felin. c. de cauſis. de offic. delegat. uer. limita tertiò. numer. 3. col. 1042.

fideiuſſor non obligatur ex pacto nudo, etiam de iure canonico. Fel. de pac. c. j. nu. 14. col. 1404.

fideiuſſor pro reo in criminali cauſa fideiubere non poteſt: & hoc, quando reus eſt nocens. Ita dixit gloſſ. ſingul. c. cùm homo. xxiij. q. v. Et illam gloſſ. ſequitur Bal. c. ex reſcripto. iij. col. de iureiur. Salic. l. ad commentarienſem. C. de cuſto. reor. Pet. de Anc. & Imo. rub. de fideiuſſ.

fideiuſſor an poßit eſſe teſtis in cauſa debitoris principalis, pro quo fideiußit. Ioan. And. in Spec. tit. de teſte. §. j. uer. quid ſi fideiuſſor. Ang. l. ab executore. §. j. ff. de appel. Bart. l. quis ita. ff. de reb. dub. & l. ſi cui legetur. §. fi. ff. de leg. j. Adde Fel. c. inſuper. de teſti. uerſ. ſextò quæritur, quid de debitore. num. 15. col. 597. ubi dicit, quòd fideiuſſor non poteſt teſtificari: quia intereſt ipſius, ut debitor ſit libera-

liberatus. Quod intellige, quando ipſe principalis debitor non eſt ſoluendo, & fideiuſſor non renunciauit beneficio auth. præſente. C. de fideiuſ. ſecus, ſi ad minus unus ex iſtis non concurrat: quia poterit eſſe teſtis in cauſa debitoris principalis.

fideiuſſor, qui non oppoſuit exceptionem diſcußionis contra creditorem, de qua in auth. præſente. C. de fideiuſ. ante conteſtationem litis, an poterit opponere illam poſt conteſtationem litis. Vide, quæ poſui in litera E. §. exceptio diſcußionis.

fideiuſſor an præſcribat contra actionem in ipſum competentem, etiamſi ſit præſcriptio interrupta contra principalem? Vide, quæ poſui in litera P. §. præſcriptio interrupta contra principalem.

fideiuſſor de iudicio iſti liberatur, ſi reus perdit ciuitatem: fallit hoc, quando fideiuſſor procurauit reum banniri: pro quo fideiußit. Ita Bal. l. ſi uerò. ff. qui ſatisd. cog. j. col. uer. ultimò ſcias. Adde Feli. c. fin. de teſti. uer. cogend. & hinc eſt, quòd ſi quis. num. 4. col. 853. & ibi poſui additionem.

fideiuſſor poteſt cogi ad ſoluendum, quando impoßibile eſt, q. principalis ſoluat, ita etiamſi eſt ualde difficile. Bart. l. penult. ff. ſi cert. petat. j. col. uer. opp. & uidetur. Adde Felin. c. accepimus. de fide inſtru. uer. ad idem, quod not. Bart. num. 5. col. 914. & ibi poſui additionem.

¶ *Filius natus ex uxore in domo, præſumitur filius mariti.* Ita dimi. Abb. c. per tuas. de prob. j. not. ubi dicit, quòd iſtud ita demum uerum eſt, ſi tempore conceptionis maritus erat præſens: ſecus, ſi abſens. Adde Fel. d. c. per tuas. in prin. num. 1. col. 504.

filius natus ex concubina retenta in domo, præſumitur filius concubinarij: intellige ſanè, ſi concubinarius erat præſens: ſecus, ſi abſens. Domi. Abb. c. per tuas. de probat j. not. gloſſ. not. c. Michael. de fil. preſbyt. Adde Felin. d. c. per tuas. in princ. numer. & colum. præallegat.

filius regis, qui natus eſt ante adeptum regnum, an dicatur primogenitus regis. Felin. ponit per uiam dubij, c. inter cæteras. de reſcr. in prin. num. 2. col. 430. ubi dicit fuiſſe deciſum, quòd natus ante adeptum regnum, dicitur primogenitus regis: tamen remittit ſe ad gl. & Doct. ut ibi. Adde tu, quòd contra hoc tenuerunt gloſſ. & Doctor. l. imperialis. §. his illud. C. de nupt. uidelicet quòd imo non ſuccedit in regno tanquam primogenitus. Et idem tenuit Bal. d. l. cùm ſatis. C. de agri. & cenſ. & colleg. lib. xj. Adde, quòd Bal. d. l. imperialis. §. his illud. tenuit, quòd filius regis natus ante coronationem patris, non ſuccedit in regno, ſed ſuccedit, qui natus eſt poſt coronationem. Idem tenuit Bald. l. in ſuis. ff. de lib. & poſth.

filius ex delicto patris punitur: c. uergentis. de hære. Adde, ſi habet beneficium, an perdat beneficium? gloſſ. tenet, quòd non, c. ſatis peruerſum. lxj. diſtin. do. Abb. c. cùm laici. de iure patron. Imo. l. ſi inſulam. ff. ſol. matr. & habes multos caſus numeratos, in quibus filius patitur pro patre, per gloſſ. l. duo fratres. ff. de iure patr. uerbo, fuiſſe. Vide Felin. d. c. uergentis. uer. not. caſum, in quo. num. 30. col. 1101.

filius primogeniti regis mortui ante patrem, an ſuccedat in regno auui, patruis excluſis? Vide, quæ poſui in litera P. §. primogenitus ſuccedit in regno patris.

Filius regis, uel principis, qui uenit priuandus regno, eò quia non adimplet uoluntatem patris, an debeat ad minus habere legitimam? Vide, quæ poſui in litera L. §. legitima non detrahitur.

filius ſacerdotis, qui eſt natus ante ſacerdotium, poteſt uocari filius ſacerdotis. Fel. c. inter cæteras. de reſcr. in prin. nu. 2. col. 430. Adde tex. c. ad extirpandas. de fil. preſby.

filius ex adulterio & inceſtu natus, ſi fuit legitimatus, tanquam ſpurius, & non fuerunt expreſſæ qualitates ſpurietatis, non ualet legitimatio. Ita Felin. c. poſtulaſti. de reſcrip. uer. ſeruit etiam ad hæc propoſita. nume. 2. col. 742. Adde, quæ ſunt qualitates ſpurietatis? & quis propriè dicatur ſpurius? & dic, quòd inter quas perſonas prohibetur matrimonium ſecundum ius canonicum, ex illis naſcitur ſpurius: text. eſt c. cùm pridem. §. perſonæ. de renunc. Inter quas perſonas prohibetur concubinatus, licet non prohibeatur matrimonium, ſi quis naſcitur ex illis, ſpurius eſt: exemplum de clerico in minoribus conſtituto, qui poteſt habere uxorem, non tamen concubinam. Item in fratre conuerſo tertij ordinis ſancti Frãciſci, qui poteſt contrahere matrimonium, & non poteſt tenere concubinam, ut eleganter diſputando firmauit Rich. Malum. quẽ refert, & ſequitur Bart. l. in concubinatu. ff. de concub. & Bald. l. qui ſemper. ff. ſi quis in ius uoc. non ier. Item adde, quòd natus ex publica meretrice, uel publica fœmina, quæ palàm ſe proſtituit, ſpurius eſt, ut d. l. qui ſemper. & ibi Doctor. Bart. & Bald. l. fin. ff. de his, quib. ut indig. & Bal. l. ſi qua illuſtris. C. ad Orficia.

filius quantuncumq; natus extra locum originis paternæ, ultra ciuitatem, quam habet ex perſona patris, efficitur ciuis loci originis propriæ. Felin. c. Rodulphus. de reſcript. uer. ſed Imo. num. 14. colum. 988. In materia iſta uide, quæ poſui in litera N. §. natus in aliqua ciuitate.

filius non poteſt renunciare paternis alimentis, quæ debentur iure naturali. Ita Fel. c. ſi diligenti. de ſo. comp. uer. quartum corollarium. num. 5. col. 213.

filius naturalis an excludat ſubſtitutum? Ponit do. Abb. c. in præſentia. de probat. v. col. uer. & primò, quantum ad q. & poſt multa dicit, quòd aut illa uerba, Si deceſſerit ſine liberis, referuntur ad perſonam, quæ non poteſt habere, niſi naturales tantùm, ut ad furioſum non habentem uxorem, & tunc naturalis excludit ſubſtitutũ: aut uerba referuntur ad alium, qui non poteſt habere filios legitimos ſine peccato, ut ad clericum in ſacris, & intelligitur de eccleſia. Adde, quòd Felin. indiſtinctè d. c. in præſentia. uer. gloſſ. j. ibi, etiam ſi naturales. num. 21. col. 443. part. ij. tenet, quòd ſubſtitutus per hæc uerba, Si talis deceſſerit ſine liberis, talem ſubſtituo, excluditur, ſi ex hærede inſtituto exiſtant naturales tantùm. Et per hoc tenet d. gloſſ. d. c. in præſentia. & gloſ. c. Ray. de teſta. & Ioan. And. in Spec. tit. de teſta. §. j. uer. quid ſi duobus. Et poſtea dicit, q. fallit iſta concluſio, ubi eſſet ſubſtituta eccleſia in defectum filiorũ: quia naturalis filius non excludit eam. Ita Bald. d. c. in præſentia. Fallit, etiamſi teſtator, uel rogatus eſſet in dignitate. Ita Felin. d. c. in præſentia. uer. prædicto. col. ead. Et idem tenet ibi do. Abb. v. col. uer. aut illa conferuntur. Fallit etiam, ubi eſſet inſtituta mulier: quia ſi haberet filios naturales tantùm, non excluderent ſubſtitutum: quia hoc magis eſt horridum fœminis, quàm maſculis, habere illegitimos. Ita Felin. d. c. in præſentia. prædicto uer. col. ut ſ̃. Idẽ tenet do. Abb. vj. col. uer. ſed non uidetur conſonum. Fallit etiam, ubi teſtator diceret, ſi deceſſerit ſine hærede: quia appellatione hæredis non comprehenditur, niſi hæres uniuerſalis. Fel. d. c. in præſentia. prædicto uerſ. col. 444. Adde tu, quòd Bart. l. generaliter. §. cùm autem. C. de inſti. & ſubſti. dicit, quòd filij naturales non legitimi ſubſtitutum non excludunt: & ſic ſentit contra gloſſ. allegatas, & contra Fel. Quid dicendum in hoc paſſu difficili? Vide plenè per Doctor. & maximè per Imol. l. ex facto. §. ſi quis rogatus: ff. ad Trebel. Et magis communiter tenetur opin. Azo. relata per gloſſ. d. l. generaliter. Sed huic q. accedunt alia dubia: pone, quòd aliquis ſit inſtitutus per hæc uerba, ſi deceſſerit ſine legitimis filijs & naturalibus, talis ſit ſubſtitutus, contingit eum decedere cum filio legitimato, an excludatur ſubſtitutus. Ioan. Cald. in conſilijs, tit. qui filij ſint legit. conſil. j. tenuit, quòd non. Et idem tenet Bal. l. Lucius. la ij. & ibi aliquid per Imol. ff. de hære. inſtit. Et idem Bald. l. ſi ita quis. §. is cuius. & ibi Imol. & Paul. de Caſtr. ff. de leg. ij. Idem Bal. l. ſi quis poſthumus. in prin. ff. de lib. & poſth. & ſequitur Salic. d. l. generaliter. §. cùm autem. ij. col. uer. ego puto contrarium. & Ioan. de Imol. d. l. ex facto. in princ. Petr. de Anchar. conſil. ſuo ecccvj. inc. In Chriſti nomine. circa primum dubium. Bau. de Caſt. l. cùm acutiſſimi. C. de fideicom. Adde, quòd contrarium tenuit Iade Aret. quem ſequitur Ioan. And. in addi. Spec. tit. de ſucceſ. ab inteſt. §. fi. in fin. Alber. de Roſ. l. generaliter. §. cùm autem. Barb. cõſil. ſuo inici. Viſo inſtrumento locationis. Bal. l. Gallus. §. eius. ff. de lib. & poſth. Ang. in diſputatione, Nobilis quidam. Anto. de But. c. per uenerabilem. qui filij ſint legit. Petr. de Anch. in repe. c. canonum ſtatuta. de conſtit. circa medium, & conſil. ſuo ccxv. incip. In Chriſti nomine uidetur prima facie? & conſil. cclxxxix. Paul. de Caſtr. conſil. ſuo. ccxviij. incip. In Chriſti nomine ſuper puncto. & conſil. cccxiij. incip. In Chriſti nomine uidendum eſt. Et dicit Imo. l. ex facto. ff. de uulg. & pu. Et iſta eſt communis opin. Adde tamen, quòd Doctor. præalleg. locis limitant prædicta, niſi teſtator dixerit, Sine filijs legitimè natis: quia tunc non comprehenderentur legitimati: quia non dicitur legitimè natus: & hoc maximè tenet Angel. & Anton. de Butr. locis præallegat. Et addunt etiam, quòd iſta communis opin. non habet locum, ubi

pater esset nobilis: quia legitimus non excludit substitutum.

filius an possit conficere instrumentum pro patre, uidelicet in contractu patris? Ponit Spec.tit.de instr.edi.§.instrumentum.uer.itē, quid si filius.& Bar.l.si pater.ff.de fāl.& l.qui testamento. §.ij.de testa.ij.col. uer.item facit.& Felin.c.super eo. de testi.uer.ultimò, in quantum Abb.num.8.col.686. ubi tenet,quòd sic. Adde tu,& dic, quòd uerum est, quòd filius potest conficere instrumentum pro patre, si est emancipatus. Ita Bart. & Dyn. in locis præalleg. Adde an filius possit scribere instrumentum pro matre? & uidetur,quòd non: quia pro ea testificari non potest, l. parentes.C.de testibus.

filius spurius per ingressum religionis efficitur legitimus. Ita Fel.c.cū deputati.de iud.uer.no.quatuor effectus. nu.4.col.144.

filius ingratus desinit esse ingratus per ingressum religionis. Ita Fel.c. cùm deputati.de iudi.uer.& col.præalleg.

filius accusatus à patre de crimine læsæ maiestatis, debet absolui. Vide quæ posui in litera P.§.pater si accusat.

filius si cœpit studere de uoluntate patris tacita, uel expressa, cogitur pater, etiam nolens, subuenire ei in necessarijs ad studium: gloss.l. Macdoniani.C.ad Maced.quam sequitur ibi Bald. Tamen si ingenium filij esset adeo hebes, quòd aliter suaderet, tunc non cogeretur: uide Felin.c.j.de magist.in prin.nu.j.col.1043.

filius, qui habet patrem hæreticum & pauperem, an possit ei negare alimenta? imo præponere extraneum non hæreticum in eleemosyna fienda patri hæretico? uide gloss.c.j.xxx.dist.& c.quiescamus. xlij.distin.& c.non satis.lxxxvj.distinct. Spec.tit.qui filij sint legit.§.j.uer.quid si pater. Cardin.c.cùm haberet.de eo, qui duxit in matrim. Est uerum, quòd communis opinio est, quòd non debet præferre: tamen Bart.l.diuus.ff.ad l.Cornel.de parrici.in fi. uidetur sentire, quòd filius possit negare patri alimenta propter causas ingratitudinis: sed propter hæresim quis potest exhæredari: gl.c.Quintauallis.de iureiur. unde in foro contentioso puto communē opi. non procedere. Vide Fel.c. cùm sit.de Iudæ. uer.& per istum tex.nu.2.col.1081.

filius Iudæus conuersus ad fidem: per talem conuersionem omnis ingratitudo commissa erga patrem, aboletur. Item talis filius Iudæus potest petere legitimam in bonis patris uiuentis: de quo uide, quæ posui in litera I.§.Iudæus filius conuersus.

filius an possit occidere patrem bannitum impunè? Vide, quæ posui in litera S.§.statutum an ualeat, quòd homicida.

filij paruuli Iudæorum an possint auferri uiolenter ab eis, & baptizari. Ioan. And.c.sicut.de Iudæ.tenuit, quòd sic: & idem tenet Arch. c.qui syncera.xlv. distinct.& ibi Dom.de sancto Gem. Vide Felin. d.c.sicut.in princ.num.j.col.1065. Adde, quòd contrarium tenet gloss.c.Iudæorum.xxviij.q.j.& do.Card.& do.Abb.d.c.sicut.& Cal.tit.de Iudæ.consil,iij.incip. An filij Iudæorum. S.Tho.secunda secundæ,q.x.art.ul.do. Car.cle.j.in fin.de Iudæ. Adde Felin.d.c.sicut.& Cal.in prin.nu. & col.ut ī.

filij an dicantur illegitimi, ex quo sententia est lata contra matrimonium? Vide, quæ posui in litera S.§.sententia lata contra matrimonium.

filij an possint capere bona patris ingredientis religionem, statim facta professione? & uidetur dicendum: quòd sic: quia ingressus religionem habetur pro mortuo, c.placuit.el ij.xvj.q.j.l.Deo nobis. C.de episc.& cler.Cyn.Bart.auth.si qua mulier.iij. col.gloss.tamē tenet contrarium, quòd imò expectāda est mors naturalis: & hoc, quando pater ingreditur religionem, quæ potest retinere bona, saltem in communi: si uerò ingreditur religionem, quæ est incapax bonorum ingredientium, tunc pater habetur pro mortuo, & filius poterit statim capere bona patris professione facta. Istam opinionem tenuit etiam do.Alex. c.in præsentia. de probat. xxj.col. uer.quæro. Adde Fel.d. c.in præsentia.uer. octauò quæro.nu.55. col.468.ubi etiam tenet opin.Cy.& do.Abb.

filij si nascantur, excludunt monasterium substitutum: putà, quòd pater instituit filium, & substituit monasterium, nascuntur filij ipsi filio instituto, tum monasterium excluditur propter filios, quorum causa fauorabilior est, c.quicunq;.xvij.q.iij. Ita Bald.l.cùm acutissimi.C.de fideic.Sed Pet.de Anch.c.in præsentia.de probat.quærit de q.ista: sed nihil decidit. Adde Fel.d.c.in præsentia. de probat.in prin.col.433.& inde.part.ij.ubi uidetur sequi opin. Bal.propter text.d.c.quicunq;. Adde glo.l.si quis.C.de episc.& cler.Tu dic tamen, quòd authoritas Augustini c. quicunq;. xvij. q.iiij.procedit, quo ad legitimam, in qua magis fauetur filio, quàm ecclesiæ. Ita, probat tex.auth.si qua mulier. uerbo, legitima nulli.ubi Bald.& Sali. ad hoc not.C.de sacros.eccl.Sed recepta legitima magis fauetur ecclesiæ,& piæ causæ, quàm filijs. Istud probatur d.auth.uer.fin.ubi Bal.& Mod.ad hoc not. Istud etiam clarè probatur: nam testamentum ad pias causas nutu conditum, tenet,& uadet, ut glo. approbata c.cùm tibi.de testa. quam not. & sequitur Bal.l.j.ij.col.C.de sacrosan.eccle.& Ang.& Mod.l.iubemus.C.de sacrosan. eccl. Et tamen testamentum nutu conditum apertè inter liberos, non uadet: prout tenet Ang.& Moder.d.l.iubemus.& l.in fraudem.§.j.ff.de test.mili. Vide pulchram decisionem Pet.de Anch.consil.suo cccciij.inc. Prima facie pro opinione ista. Adde, quòd Fel.sentit istud d. c.in præsentia.de prob.uer.quartò quæro.nu.43.col.459.

filiorum appellatione an ueniant naturales? do. Abb. c.in præsentia. de prob.vj.col.uers.ex his infero. dicit, quòd si eadem est ratio in naturali, quæ est in legitimo, quòd naturalis includitur, etiamsi tractatur de pœna, siue de commodo, siue dispositio sit in ultima uoluntate: siue in legibus, siue in statutis, siue in contractibus. Adde Fel.d.c.in præsentia.uer.in ead.gloss.ibi, eisdem uerbis. num.22. col.444.part.ij. ubi extendit multum istam opin. Abb. Et primò dicit quòd statutum uolens patrem teneri ex delicto filij pro legitima sua, includit etiam filium naturalem. Et idem tenet Lud.Ro. l.filio.la ij.ff.sol.mat.xvij.q.Io.And.in Spec. rubr.qui filij sint leg. Adde, quòd idem erit in sententia iudicis: quia comprehendit filiū naturalem: glo.uerb.uoluimus.c.statutum.de hære.in vj.ubi omnes Scribentes,& Sal.l.quisquis.C.ad l.Iul.maiestat.Item statutum, qd' uult, quòd filius compromittat, si litigat cum patre, comprehendit etiam naturalem. Pet.de Anc.consil.suo clxxxiij. incip. Apud me. Ro.l.parentis.ff.de in ius uocan. Felin.d.c.in præsentia.d.uer.col. 445. Item in actione iniuriæ facta patri: quia ita competit naturali filio, sicut legitimo. Bart.l.cùm sumus. C.de agri.& censi.lib. x. Et ideo potest accusare de morte patris. Ita Bal.c.de cætero.in fi. de testi. Bart.l.j.ff.de accusat.j.col. Fel.d.c.in præsentia.de probat. d.uer.& col. Adde tu ad ista: pone, quòd statutum dictat, quòd pœna remittatur, si offendens habuit pacem à filijs offensi, utrum spurius possit facere pacem? Concluditur per Doctor. quòd naturalis possit, spurius non, & ratio est, quia ius uendicandi mortem desuncti spectat ad hæredes, l.j. & ij. C.de his, quib.ut indign. Sed tales spurij non possunt esse hæredes: quia filij non sunt nominandi, ut auth.ex complexu.C.de incest.nup. Bart.l.j.ff. de accus.j.col.uer. ego dico. Vide Cyn. & Bald. d. l.quisquis. C ad l. Iul. maiestat.q. prædicta.

filiorum appellatione in priuilegijs non ueniunt adoptiui. Fallit hoc, quando istud uerbum, Filij, non posset uerificari, nisi in adoptiuis. Ita Fel.c.j.de rescr.uer.& dixit Bal.nu.7.col.365.

filiorum appellatione in ll. continetur & filia: l.si quis ita.ff.de testa. Tamen secus est in statutis: quia appellatione filiorum non ueniūt filiæ. Vide per Fel.rub.de fi.instr.uer.similiter dicitur.num. 4.& 5.col. 878. Adde an appellatione filiorum in ll.ueniant bastardi. Posui de hoc additionem ad Fel.d.rub.de fi.instr.uer.allegato, col. ead.& seq.

filios rixosos si quis dicat, quis debet probare illis negantibus. Vide, quæ posui in litera V.§.uidua, quæ dicit.

¶ Filius familiàs sine consensu patris potest impetrare rescriptum ad lites. Fel.c.causam.de iud.in prin.col.81.

¶ Filia nupta an dicatur de domo patris. Bar. l. quoties. C.de priuile. schola.lib.xij.uidetur tenere, quòd non, ubi dicit, quòd priuilegiū concessum patri pro se & filijs masculis & fœminis, non extenditur ad filias fœminas nuptas: ubi etiam Ang.& Ro.l.j.ff. ad Sylla. Tamen uide Fel.c.super eo.el ij.de testa. uer. an autem filia nupta. nu.2.col.681.qui tenet contra Bar.& alios.

filia nupta, seu maritata, quæ ex forma statuti non potest uenire ad successionem, non intelligitur de filia desponsata per uerba de præsenti: pone, quòd sit statutum in aliqua ciuitate, quòd disponat, q̃ filia maritata non succedat cum alijs uenientibus ab intestato, an tale statutū comprehendat filiam, quæ est desponsata per uerba de præsenti. Bal.l.non sine.C.de bo.quæ libe.tenet, quòd non. Idem tenet do.Abb.c.tertio loco.de præsumpt.in fi.Pe.de Anc.c.j.de cōst. uer.

uer.qu.ero de quæstione, quæ mihi occurrit de facto. Adde Fel.d.c. tertio loco.nu.2.col.1074.

filia maritata exclusa à successione patris ex forma statuti, an intelligatur etiam de desponsata per uerba de futuro: domi. Abb.rub.de spon.in fin.tenet, quòd non: quia in odiosis appellatione maritatæ non uenit sponsa. Idem tenet Pe.de Anc.c.j.de consti. viij.col. Vide per Fel.d. rub.de spon.nu.1.col.708.

filia non potest renunciare doti: quia succedit loco alimentorum. Ita Fel.c.si diligenti.de fo.comp.uer.quintum corollarium.numer.6. col.214.

filia facta monacha potest petere dotem suam à patre. Bal. l.si. C.de dotis prom.ij.col.Pe.de Anc.cons.suo ciij.inc.in paucis uerbis. Vide Felin.c. non satis. de simon. uer.item adde, quòd filia.numer.2 col. 963.

filia impudica an possit exhæredari? Vide per Fel.c.pastoralis.de iud. uer.filia etiam.nu.8.col.127.

filiam adulteram an pater hodie possit occidere. Imo.l.quid ergo.§.si hæres.ff.de leg.j.dicit, quòd de iure canonico correcta est omnis licentia interficiendi adulteram, uel adulterum: & etiam in foro seculari, & in terris ecclesiæ. Ita Arc.c.inter hoc. xxxiij.q.ij.Et dic, q̃ idem est in terris imperij: de quo uide Fel.c.si uerò.de sen.exc.in prin.nu.1.col.1164.& uide in materia, quæ posui in litera P.§.pater non potest committere.

¶ Filiatio quibus modis probatur: gloss.j.c.per tuas.de prob. Tangit do.Ab.ibi j.no.quòd filius natus ex uxore in domo uiri, eo præsente, sine dubio dicitur filius mariti. Et istud habet locum, etiam in filio concubinæ domi retentæ: pone, quòd filius sit natus in domo, sed pater tractat, & nominat eum filium, dic, quòd hoc sufficit. Ita do.Abb.d.c.per tuas.ij.col.uer.uenio nunc ad gl. Vide Fel.ibi, uer. gl.j.in fi.nu.10.col.507.par.ij.qui idem tenet, & allegat do.Car. Sed pulchrum est uidere, an sola nominatio incidenter facta constituat quem in possessionem filiationis, etiam in nato extra domū: do. Ab.d.c.per tuas.ij.col.uer. item scias.dicit, quòd talis nominatio incidenter facta constituit quem in pos. filiationis, donec contrarium probetur: & hoc, quando sit in actu, qui magis conuenit filio, quàm extraneo. Idem tenet Bar.l.ij.§.idem.ff.de lib.agno. Tamen do.Abb.ibi limitat istud suum primum dictum, & dicit, quòd ista uerba enunciatiua, ad hoc, ut probent filiationem, oportet, q̃ sint probata in iudicio directè: si uero est extraiudicialis, talis denominatio debet esse directa, & præsente nominato. Et sic not.ex istis, quòd uerba enunciatiua facta de filio ob aliam causam, quàm ad fi.probandi filiationem, non probant. Quod etiam tenet Anto. de But.c.transmissæ.qui filij sint legit.& ibi do.Ab.in fi.Fel. idem tenet d.c.per tuas.uer.alle. col.ead. Adde tamen, quòd uerba enunciatiua dicta filio præsente, probant filiationē. Ita do.Abb.ut ī.& Imo.l.quidam.ff.de prob. & Felin.d.c.per tuas.uer.prædicto.& col. sequ. Tamen ibi uide Fel. qui dicit, quòd communis opin.est in contrarium. Adde ad ista, quòd tractatus de aliquo, tanquàm filio, probat filiationem, etiam si non nominaretur: do. Ab.d.c.per tuas.de prob.uer.& no.& c.transmissæ, qui filij sint legi.circa fi. & ibi Ant.de Bu.Bar.l.ij.§.idem.ff.de lib.agn. Felin.d.c.per tuas. uer.secunda conclusio.num.13.col. 509. dicit, quòd ista conclusio est adeò uera, quòd si parentes uellent negare filiationem, eis non crederetur: quia magis staretur tractatui: et sic ipse tractatus huic negationi præferretur: gl.no.d.c.transmissæ. qui filij sint legit.uer bo iudicij: & ibi do.Ab.& Ant.de Bu. Adde Fel.d.c.per tuas.uer. amplia.nu.14.ibidem: ubi latissimè de hoc. Item sola fama sine probatione tractatus non probat filiationem: do.Abb.d.c.transmissæ. Fel.d.c.per tuas.uer.amplia secundò.Ibidem. Adde tamen, quòd sola confessio parentum facta principaliter super filiatione, probat filiationem, nec talis confessio potest retractari per ipsos parentes, etiam cum iuramento. Ita do.Ab.d.c.per tuas.iiij. col. uer. ego habeo. Vide Fel.ibi uers.quarta conclusio.nu.16.col.510. Et istud etiam habet locum, si ante confessionem præcesit negatio filiationis: quia adhuc stabitur confessioni. Fel.ubi ī. Adde etiam, quòd si pater facit aliquem actum, q̃ soli filio conuenit, probat filiationē. Bar.d.l.ij.§.idem.ff.de lib.agnos.Ant.de But.d.c. per tuas. Petr.de Anc.cle.si summus.de sen.exc.Vide per Fel. latissimè d.c.per tuas. uer.ultima conclusio.nu.17.ibidem.

¶ Filiatius an possit esse testis in causa patris spiritualis: Doct. c.cùm nuncius. de testi.dicunt, quòd lex repellens filium à testimonio in causa patris, non intelligitur de spirituali, sed carnali: dic tu, quòd in contrarium facit gl. c. Pitatium.uerbo, multò magis.xxx.q.iij. quæ dicit, quòd magis diligendus est pater spiritualis, quàm carnalis. Et Gul.de Cug.l.adoptiuum.ff.de in ius uoc. dicit, q̃ talis pater non potest uocari in ius sine uenia. Et quòd filiatius non possit testificari. tenent Gul. de Cug. Bal.l.generaliter.ff. de in ius uoc. Adde tamen, q̃ istis non obstantibus communis opin. est in contrariū, ut per scribentes d.c.cùm nuncius, quòd etiam expressè tenet Bal. l.parentes.circa fi.C.de testi. Idem tenet Flo. l.testis ff.de testi. Vide Fel.d.c.cùm nuncius.uer.& in quantum Doct.nu.2.col.634.par. ij. qui tenet q̃ filiatius possit esse testis in causa patris spiritualis. Ego tamen pro clariori intelligentia istius q.addā aliqua, per quæ uidetur, quòd filiatius non poterit esse testis in causa patris spiritualis, neq; pater spiritualis in causa filiatij sui: & sic contra communem opi. Et primò inuenio quòd Gul. de Cug. Bal. Ang Pau. de Cast. Roma.& do.Alex. d.l.generaliter.ff.de in ius uoc. tenent, q̃ qui aliquem ex sacro fonte baptismatis leuauit, non potest uocari in ius sine uenia. Ex quo ibi Bal. infert, quòd pater spiritualis non potest esse testis: & sic compater in causa filiatij sui: neq; etiam filiatius in causa patris spiritualis: quod est menti tenendum, secundum eum: & hoc solet sæpe dubitari in practica. Adde, quòd idem tenet Sal.l.testis.ff.de testi. Idem tenet Ful.l.iij. §.prætor.ff.de in ius uoc. Facit tex.c.ita diligenter.xxx.q.iij.& gl.c.qui dormierit.xxvij.q.ij. Facit, quod uult Bal.l.j.antep. chart. C.unde ui. quòd mulier non repellitur ab accusando pro iniuria illata personis sibi cōiunctis ita pro iniuria illata compatri. Breuiter tene contrarium, uidelicet quòd compater non repellitur à testimonio in causa filiatij: neq; econtrà filiatius in causa patris spiritualis: eò quia edictum de testibus est prohibitorium certarum personarum. Vnde omnis personā, quæ expressè non est prohibita, potest testificari, l.j. ff. de testi. Et dic, quòd iura præallegata loquuntur, quo ad impediendum matrimonium. Et ita tenet Bart. consil. suo incip. In q. uertente. Ro.& do. Alex. d.l.generaliter.& idem domin. Alexan. consil. suo cccciij. incip. In causa & lit. & cons. suo dcviij. incip. Viso thematē.

¶ Fines episcopatuum & parochiarum non possunt præscribi, c. licet.& c.inter.xvj.q.iij. Tamen fines rerum temporalium ecclesiæ bene possunt præscribi: do. Ab.c.quia indicante. de præscr. in fi. Vide Fel.c.iij.de prob.uers.& in tex.ibi, occupasse. nu.3.col.401. Et adde Fel.d.c.quia indicante. uer attende circa gloss. nu.5.col.239. Adde etiam, quòd ea, quæ sunt intra limites diœcesium, uel parochiarum, possunt præscribi. Ita Fel.d.c.quia indicante. circa prin. §.ibi, ea uerò, quæ sunt. num. 5.col.240.

fines diœcesium, ut est plebanatus, & episcopatus, an probentur per libros antiquos? Vide, quæ posui in litera L.§.libri antiqui. An autem probentur per instrumenta antiqua, etiam confecta inter tertias personas, uide, quæ posui in litera I.§.instrumenta antiquissima confecta.

¶ Fiscus an sit in curia episcopali? Ponit Fel.c.irrefragabili.§.cæterū. de off.ord.uer.quarta conclusio. nu.11.col.1273.

fiscus nō tenetur edere acta priuata ipsius fisci existentia penes fiscū, Bar.l.fraudem.§.neq;.ff.de iure fisci. Fallit in actis publicis.ut per Bar.ibi. Adde Fel.c.j.de prob.uer.quartò declara.nu.23.col.385.

¶ FOEMINA inuestita de feudo, si efficiatur monacha, an perdat feudum? Fel.dicit, quòd non: sed quòd retinebit feudum, donec uixerit. Ita dicit c.in præsentia. de prob. uers. fallit tertiò prædicta. nu. 47.col.462.

fœmina an possit habere ius conferendi beneficium ex priuilegio: uel consuetudine, aut præscriptione? Vide, quæ posui in litera L. §.laicus an habeat ius conferendi. Adde, an in fœminam cadat ius patronatus? & sic hæredes, masculi & fœminæ pariter succedant in hoc iure patronatus? Vide do.Abb.c.dilecto.de testi.in prin. Adde Scribentes cle.ij.de iure patronatus.

fœminæ, si non possunt succedere ex forma statuti, existentibus masculis, an illud statutum habeat locum in bonis feudalibus? Vide Fel. c.quæ in ecclesiarum. de const. uers. postremò unum non omitto. nu.95.col.171.

¶ Forensis, qui non habitat, potest dici ciuis, si soluit onera, quæ imponuntur pro rebus, quas habet in loco. Ita Fel.c.quoniam.de off.

¶ *Hospitale si destruatur, an debeat habere legatum? Vide, quæ posui in litera L. §. legatum factum pro alimentandis.*

hospitale non est beneficium. Fel. c. ad audientiam. el ij. de rescri. uersi. tertiò arguit. in prin. col. 885.

hospitale gaudet priuilegio quadragenariæ præscriptiõis: quia sicut nõ potest præscribi cõtra ecclesiã, nisi spatio xl. annorũ: c. de quarta. de præscr. ita etiã cõtra hospitale nõ præscribitur, nisi spatio xl. an. do. Ab. d. c. de quarta. ult. no. & c. accedentibus. de priui. ij. no. Bal. l. genero. in fin. ff. de his, qui no. infa. Fel. d. c. de quarta. nu. 2. uer. no. bene, quod dicit Abb. col. 187.

hospitale gaudet immunitate, quia fugiens ad illud est tutus, sicut qui fugit ad ecclesias. Archi. c. diffinit. xvij. q. iiij. Bald. c. si quis ad declinandam. C. de episcop. & cle.. xxj. col. uer. do. Cardi. Felin. c. de quarta. de præscrip. uersi. septimò, de relictis hospitalibus. nu. 6. col. 189.

hospitale non conficiens inuentariũ non tenetur ultra uires hæreditarias, sicut etiam nec ecclesia. Ang. auth. de alie. & emp. Felin. c. de quarta. de præscri. uersi. decimò: hospitale. nu. 7. col. eadem.

hospitale si non est ædificatum ad missam celebrandam, nec ibi est rector perpetuus, nec habet dotẽ, nõ dicitur locus religiosus: & tũc non gaudet immunitate, licet sit ibi altare cum authoritate episcopi: do. Car. c. fi. de censi. Fel. d. c. de quarta. de præscri. uersi. & reperio Lau. de Rodul. num. 11. col. 190. Adde, q. hoc fallit, quando tale hospitale habet campanam publicè: quia præsumitur fundatum cum authoritate episcopi. Archid. c. nemo. de consec. dist. j. do. Abb. c. patentibus. in princip. de priuil. Anton. de But. consil. suo. xix. incip. quia hic agitur. xiij. col. uer. ad nonum. do. Abb. c. fi. de censi. do. Card. consil. suo xj. incip. Quædam societas. Imo. c. officij. de testa. xvj. col. uers. iuxta prædicta. Fride de Senis consi. suo ij. inci. Quæstio talis est. Item dic, quòd si hospitale habet ecclesiam annexam per

xam per tantum tempus, de initio cuius non sit memoria in contrarium, tunc hospitale præsumitur religiosum, & authoritate episcopi fundatum: do. de Rota tit. de testa. iiij. incip. Datur articulus. in antiquioribus. Adde Fel. d. c. de quarta. de præscri. uersi. tertia declaratio. nu. 12. col 191.

hospitale quando dicatur religiosum, & publicum, & sic subiectum episcopo? Vide ī. §. hospitale si non est ædificatum. Et adde Inn. c. inter dilectos. de dona. & ibi Imol. circa fin. & uide Fel. c. de quarta. de præscri. uer. tertia declaratio. ibi, pondera etiam. nu. 13. col. 191. Adde tu, q. quando hospitale habet nomen sancti appropriatum sibi in illo loco, & non ecclesiæ parochiæ, dicitur religiosum & publicum. Item, si habet campanam publicè. Et istis signis stando est in facto antiquo. Et aliàs habui casum de facto in castro Liniacij in agro Veronensi, & iudicaui, q. esset hospitale religiosum propter ista signa. Et uide Fel. ubi ī.

hospitale an ueniat appellatione ecclesiarum etiam in materia odiosa, seu pœnali. Vide, quæ posui in litera E. §. ecclesiarum appellatione. Adde, quæ posui in litera G. §. gratia concessa. ubi posui, si gratia concessa super quibuscunq; beneficijs, reuocatur per Papam, an sit reuocata gratia, etiam quo ad hospitale.

hospitale an ueniat appellatione monasteriorum, uel prioratuum? Vide Fri. de Se. consi. suo cclxxxj. inci. Talis casus est. Adde Feli. c. de quarta. de præscri. uer. item no q. c. ij. nu. 15. col. 192.

hospitale: an quis posit illud propria authoritate construere, & destruere? & an sit capax hæreditatum? & an debeat soluere quartam decimarum episcopo, sicut faciunt ecclesiæ? Vide Pe. de Perus. in tracta. Canonicæ episcopi. Barb. c. officij de testa. Adde Felin. c. de quarta. de præscript. uersic. reliqua de hospitalibus. nume. 17. col. 193.

hospitale an teneatur soluere decimas Papales, ut sit quotidie: Papa concedit dominio Veneto decimas super fructibus ecclesiarum, an intelligatur etiam, si sint concessæ decimæ super fructibus hospitalium: gl. clem. ij. de decimis. tenuit, quòd non. Adde Felin. c. de quarta. de præscript. uersi. & impositio decimæ Papalis. num. 18. col. 193.

hospitalis acquisitio si interuentu pecuniæ sit, simonia committitur, sicut in acquisitione ecclesiæ. Cald. tit. de religi. do. consi. j. Felin. c. de quarta. de præscript. uer. quartò: acquisitione hospitalis. nu. 4. col. 189.

hospitalis fundator acquirit ius patronatus, sicut in fundatione ecclesiæ: & de hoc uide latius, quæ posui in litera I. §. ius patronatus acquiritur in fundatione hospitalis.

hospitalia priuata, quæ episcopo non subsunt, non gaudent priuilegio ecclesiarum. Bal. authē. hoc ius. C. de sac. sanc. ec. ij. col. do Car. & Imò. c. nonnulli. de re ecc. non alie. Imo. c. officij. de testa. do. Alex. consi. suo ccxx. inci. Hilarius conduxerat. Feli. c. de quarta. de præscrip. uer. non dicas: posset. nu. 9. col. 190. Adde tamen, q. respectu bonorum hospitalium, ipsa bona æquiparantur bonis ecclesiarum. Pau. de Cast. consi. suo. ccxcv. in fi. & in simili dicit Bart. authen. quas actiones. C. de sac. san. ecc. q. bona pauperum sunt priuilegiata, ut bona ecclesiarum. Ideo sic conclusionem, q. respectu alienationis bona hospitalium priuatorum non æquiparantur bonis ecclesiarum: secus in alijs, ut dixi ī. §. hospitale gaudet. & ut dixi in litera B. §. bona hospitalium. Vide Fel. di. c. de quarta. de rescri. uer. allegato. ibi, quinimò uidetur, q. respectu. nu. 10. Ibidem.

hospitalium bona an possint uendi sine solennitate? Vide, quæ posui in litera B. §. bona hospitalium.

¶ *Hospitalarij, qui seruiunt hospitali, an sint de foro ecclesiæ. Ponit Fel. c. ij. de fo. comp. uer. quid de hospitalarijs. nu. 8. col. 178.*

¶ *Hospitalitas: an episcopus possit compellere clericos, aut religiosos, post excommunicationem ad hospitalitatem? Ponit Felin. c. dilectus. de offic. ordin. uer. circa decimum, de hospitalitate. nu. 6. col. 1282.*

¶ *Hostiam non consecratam si quis petit ad communionem, an sit puniendus, ut hæreticus. Cal. consi. suo x. tit. de hære. tenuit, quòd nō. Vide Felin. c. ad abolendam. de hære. uer. idem Dominicus. num. 7. col. 1096.*

¶ HYPOTHECA *anterior, quàm sit emptio, si allegatur, & ex adverso negatur, quis debeat probare? Vide, quæ posui in litera C. §. creditor, qui dicit.*

Doneus

Præsumitur quis, quo ad mores, non quo ad facultates: de quo uide, quæ posui in litera D. §. diues si quis dicit.

Idoneus præsumitur qs circa intrinseca, utputà q. si castus sobrius, &c. licet quis nō præsumitur idoneus circa extrinseca, utputà, q. sit doct°, q. scit cantare, legere, uel similia, quæ pertinent ad clericum: imo si opponitur contra aliquem, q. non scit legere, debet supponi examini, ut est tex. cum gl. c. si fortè. de ele. in vj. Et si nemo se opponit, tūc is, ad quē spectat prouidere, debet de omnibus inquirere. Ita dò. Ab. c. fi. de præsum. iiij. col. uersi. quare ego. Adde Fel. ibi, uer. est auē multiplex idoneitas. nu. 2. col. 1087.

idoneus facultatibus non tenetur cauere: imò ad nullam tenetur satisdationem, etiamsi à lege, uel statuto requireretur cauere fideiussore: de quo uide, quæ posui in litera S. §. statutum, quod requirit aliquem. & in litera L. §. lex, quæ requirit aliquem.

¶ IEIVNIVM *potest frāgi, ppter necessitatē. Fel. c. cùm accessisset. de consti. uer. idē obligato ad ieiuniū. nu. 22. col. 184. Adde tu, q. obligatus ad ieiunium & cōstitutus in maxima necessitate famis, uel in aliquo casu, q. ieiunare non possit, licitè per seipsum homo potest frangere ieiunium, sine alia dispensatione. Casus est. c. pe. de obser. ieiu. Et hoc ita demum uerum est, quando quis ita de facili, uel commodè superiorem adire non potest.*

ieiunium si non est obseruatum, an obligat transgressorem ad peccatum mortale. Do. Ab. tangit istud c. quoniam contra. de præb. uer. ultimò hic no. & meliùs rub. de obser. ieiu. uer. ultimò hic quæro. & ubiq; dicit, q. si constitutio ligat ieiunātem per uerba præcepti ua, q. tunc transgressor obligatur ad peccatum mortale: secus est, si uerba constitutionis sunt communia. Vide, do. Card. c. ad nostrā. uer. ij. de hære. et cle. j. xxxviij. q. de priui. Adde Fel. latissimè c. quoniam contra. de proba. uer. ultimò no. ad fi. nu. 11. col. 517.

¶ *Iesuati an sint in peccato mortali, ex quo sunt in religione non approbata. Vide Fel. c. ecclesia sanctæ Mariæ. de consti. in prin. nu. 1. uersi. no. primò: ibi, quod dictum. col. 240.*

Iesuati an sint de foro ecclesiæ. Vide Fel. c. ij. de fo. comp. uer. de Iesuatis. nu. 10. col. 179.

¶ IGNORANTIA *iuris regulariter neminem excusat: gl. & Doc. c. ij. de const. Fel. c. quoniā. de simo uer. prima: Ignorātia iuris. nu. 7. col. 1025. Adde, q. ista regula fallit, nisi agatur de dāno euitādo: quia hoc casu succurritur erranti per ignorantiā iuris. Bar. l. 1. ff. de bo. pos. Fel. d. c. quoniā. uer. fallit primò, nisi agatur. nu. 8. Ibi. Itē fallit ista regula in rustico, milite, & muliere. Fel. d. c. quoniā. uers. secundò fallit in milite. nu. 9. col. 1026. Item fallit ista regula quando quis potuit consulere peritiores, siue sit persona priuilegiata, siue non, etiamsi tractatur de damno euitando, non excusabitur. Bar. l. j. ff. de bo. pos. Fel. d. c. quoniā. uer. tertiò fallit, nisi quis. nu. 10. col. ead. Item fallit ista regula in his, quæ sunt inducta ad rigorem iuris obseruandum. Bal. l. iuris ignorantia. C. qui admit. Fel. d. c. quoniam. uer. quartò fallit. num. 11. Ibi. Item fallit ista in regula, quando aliquis facit actum clam: quia non excusatur ab ignorantia iuris: quia perdit priuilegium. Lu. Ro. in sing. suo. 725. Fel. d. c. quoniam. uer. secunda conclusio. nu. 12. col. ut ī.*

ignorantia an excusat à pœna statuti? Vide, quæ posui in litera S. §. subditus delinquens contra statutum.

ignorātia iuris quādo est sine omni culpa, tunc excusat delinquētem: imò euitat omnē pœnā legis. Ita do. Ab. c. ij. de const. ij. col. uer. sed declara. Aut ignorantia non excludit omnē culpā: putà, quia delinquens est in lata culpa, quæ æquiparātur dolo, l. magna negligentia. ff. de reg. iur. Et tūc delinquēs nō excusatur: quia lata culpa est ignorare, quod omnes sciunt. Ita do. Ab. loco prælegato. Fel. d. c. ij. uer. circa primam. nu. 4. col. 69. Adde, q. ista regula non habet locū, ubi lex requirit dolum expressè, uel tacitè: quia si delinquens est in latæ culpa, non punitur, nisi per modum culpæ, nō ut dolus: do. Abb. c. ij. ij. col. uer. & hoc casu. Adde Fel. d. c. ij. uer fallit primò. nu. 4. Ibidem. Item fallit ista regula in casibus, in quibus lata culpa non æquiparatur dolo. Fel. d. c. ij. uer. fallit secundò. num. 4. col. prælleg.

ignorātia iuris procedēs ex culpa leui, uel leuissima, an excusat à pœna criminali? Ponit do. Ab. c. ij. de consti. ij. col. uer. quādoq; ignorās, ubi dicit, q. si qs est in leui culpa, uel leuissima, et potest puniri ciuiliter, q. est puniendus: si autem crimen est tale, q. damnum non potest refarciri, & tunc talis delinquens debet puniri criminaliter, ne delictum remaneat impunitum. Adde Felin. d. c. ij. de consti. uer. secunda conclusio. nu. 5. col. 69.

ignorantia an possit probari per iuramentum, maximè quando præsumptio est in cōtrarium, ut putà quia est factū notorium in loco: do. Ab. c. quosdā. de præsum. uer. gl. j. ubi dicit, q. si non agitur de magno præiudicio, q. tunc ignorantia potest probari per iuramētū. Idem tenet do. Car. consi. suo xxxiij. inci. Lite in Romana curia. & est gl. regula, præsumitur. de reg. iur. in vj. tex. c. cùm in tua. qui mat. acc. pos. gl. c. statutum. de resc. in vj. uerbo, proprium. Fel. d. c. quosdam. uer. in glo. j. in fi. ibi, quando audiatur. nu. 5. col. 1052. Adde tu, q. uerum est, q. ignorātia probari potest per iuramentū: & hoc, quando ignorantia esset uerisimilis, quia causatur ex probabilibus argumentis. Arc. c. ut animarum. de consti. in vj. Cal. cōs. suo xl. ti. de sen. excō. Et ideo, si quid est notorium in loco, ubi quis erat tempore publicationis, tunc ignorantia non probabitur per iuramentum: de quo uide Fel. d. c. quosdam. uer. tertiò est aduertēdum. nu. 6. col. 1053. Adde ad ista illa, quæ posui ī. §. ignorantiam iuris allegans.

ignorantia nō potest probari per iuramentū: imo non auditur allegans ignorantiā: et hoc, quādo aliquis ex officio tenetur inuestigare: quia præsumitur scientia. Ita do. Ab. c. quosdā. de præsum. in fi. & ibi Fel. uer. quintò est aduertendum. nu. 7. col. 1054.

ignorantia excusat delictum. Ita Bal. c. ij. de exce. Bart. l. j. ff. de recep. uide Lu. Ro. l. si uerò. §. de uiro. in l. j. fallentia. ff. col. mat. ubi ponit multa circa excusationem ignorantiæ. Vide Fel. d. c. ij. in prin. col. 17. Adde, q. ignorātia affectata dicitur pars sciētiæ: gl. cle. j. de cō san. & affi. uerbo, scienter. Adde etiam, q. si dicitur aliquid factum per ignorantiam, & replicatur per eum, q. sciebat, tunc debet poni in replicatione, q. scienter fecit. Bar. l. omnes. C. de agri. & censi. lib. xj. Vide Fel. d. c. ij. de excep. uersi. & ubi allegatur aliquid esse factum. nu. 2. col. ut ī. ubi latè de hoc.

ignorantia iuris allegans utrùm sit admittendus ad probandum ignorantiam? Ponit do. Abb. q. istum. c. ij. de consti. col. pe. uer. uenio ad quartum. & dic, q. certum est, q. allegans admittitur ad probandū. Tex. c. fi. qui ma. accu. pos. de quo uide Fe. d. c. ij. uer. circa quartum. nu. 10. col. 75. Adde, quod dubium est, quomodo probabitur? do. Abb. d. c. ij. loco prælegato post multa dicit, q. hoc est arbitrarium: sed tu dic, q. regulariter probatur ignorantia per iuramentum. Ita Fel. loco præal. col. ead. Adde tamen, q. ista regula fallit in aliquibus casibus: & primò, quādo ista ignorantia posset, probari alio modo, quàm per iuramētū. Fel. d. c. ij. uer. fallit primò. nu. 12. col. 75. Itē fallit, quādo præsumitur scientia: quia talis præsumptio legis non tollitur per iuramentum. Fel. d. c. ij. in uer. fallit secū dò. nu. 13. col. ead. Item fallit, quando agitur de præiudicio tertij: qa ignorantia non probatur per iuramentum. Fel. d. c. ij. uer. fallit tertiò. nu. 14. col. ead. Item fallit, quando statutum prohiberet allegare ignorantiam: quia tunc allegans ignorantiam, non admittitur. Fe l. d. c. ij. uer. fallit quartò. ibi nu. 15. col. 76. Item fallit, quando nō solùm agitur de probanda ignorantia, sed iusticia ignorātiæ: quia iuramentum nō sufficit. Fel. d. c. ij. uer. quintò fallit. nu. 16. col. ead. Item fallit, quādo allegatur ignorātia eius, quod publicè scitur ab omnib. & non est uerisimile, q. ignoratur: qa tūc nō, pbatur p iuramentū. Fel. d. c. ij. uer. sextò fallit. ibidē, nu. 17. col. ead. Itē fallit, quādo qs, pbasset ignorantiā per iuramentū: & aduersariº uellet pbare contrariū per testes & legitimas, pbationes: qa tūc iuramentum non sufficeret. Fel. d. c. ij. uer. fallit septimò. nu. 20. col. 77.

¶ ILLEGITIMVS *dispensatº super curato, intelligitur de primo. Ita Fel. c. fi. de treug. et pac. uer. dispēsatio ad duo. nu. 4. col. 1391.*

illegitimus natus ex nobilibus parentibus, nō potest dici nobilis. Bal. l. cùm legitimæ. ff. de sta. ho. Imo. l. ex pacto. ff. ad Treb. Adde Fel. c. super eo. el ij. de testi. uer. & adde, quòd illegitimus natus. num. 5. col. 683.

¶ *Illegitima persona nō potest stare in iudicio: ideo de personis priùs quærendum est: do. Abb. c. j. de accus. in prin. Imo iudex nō solùm debet inquirere, sed etiam eam repellere. Host. c. quod sicut. de ele. Fel. d. c. j. in prin. nu. 2. col. 755.*

¶ *Illicita non ueniunt in obligatione, seu promissione generali. Fel. c. cum iuramento. de homi. in prin. nu. 1. col. 1118. & idem est in promissione facta per locum. Ibi Fel. col. ead.*

¶ *Illiteratus potest esse iudex ordinarius, & delegatus. Fel. d. c. scisciratus. de rescri. uer. illiteratus potest esse iudex. nu. 9. col. 542. Adde, an debet facere legi sententiam, per alium? Vide ibi Fel. d. c. scisciratus. & d. uer. & col. ut ī.*

illiteratus iudex debet sequi consilium sapientis, quādo statutum simpliciter dicit, q. iudex debet requirere consilium sapientis: nam in isto casu est arctatus sequi consilium, ex quo est illiteratus. Vide Fel. c. scisciratus. de rescrip. uer. illiteratus. nu. 10. col. 543.

illiteratus an possit esse iudex in causa matrimoniali. Ponit Felin. d. c. scisciratus. de rescri. uer. præallegato. col. 542.

¶ *Illustris persona: an ei credatur sine literis credentiæ: do. Ab. tenet, q. sic, c. quod super his. de fide instru. iij. col. uer. posset tamen dici. Adde gl. c. cùm olim. el j. de priuil. in gl. magna: & uide Felin. d. c. quod super his. uer. prima conclusio. nu. 8. col. 934.*

¶ IMMVNITAS *concessa per principem, uel ciuitatem alicui, an facit cessare solutionem collectarum impositarum tempore belli. Vide, quæ posui in litera P. §. priuilegium generaliter concessum.*

¶ *Impedimentum collegæ debet esse notum collegis, ad hoc, ut ualeat eorum processus, nec sufficeret, q. in ueritate subesset impedimentum. Fel. de rescri. c. scisciratus. nu. 12. uers. oportet notū. col. 544.*

¶ *Impeditus agere nō excusatur, solùm allegās impedimentū, quamuis illud probet: sed oportet, q. probet se adhibuisse omnē diligentiā, ad hoc, ut posset agere: & sic, ut actū expediret. Ita do. Abb. c. ex trāsmissa. de præscri. ij. col. uer. secundus casus. Et ibi idē tenet Inn. c. cupiētes. §. quod si per cau. xx. de ele. ī vj. uerbo, proposita. Bar. l. ij. §. et quod diximus. ff. si quis cau. & ibi Ang. Bar. l. præses. C. de app. Adde Fel. d. c. ex transmissa. in prin. nu. 1. col. 242. ubi ponit multa facientia ad istud propositum: & dic, q. ista est cōmunis opi. quam tenēt Canonistæ. d. c. ex trāsmissa. et Legistæ. d. l. ij. §. quod diximus. Adde et limita istā communē opi. q. si esset notoriū, q. omnis diligētia fuisset frustratoria, q. tūc sufficit probare impedimentū absq; eo, q. probet se adhibuisse diligentiam. Pau. de Cast. consi. suo cclxxxvj. & consi. suo ccxc. & idem tenet Fel. d. c. ex trāsmissa. uer. quæ omnia, & similia. nu. 2. col. 243. Adde ad ista, quæ posui in litera D. §. delegatus, qui dicit se impeditum.*

impeditus agere debet & protestari corā honestis personis, qualiter per eū nō stat: sed quia iudex nō facit copiā sui: & hoc est utile, imò necessariū: do. Ab. c. scisciratus. de rescri. do. Alex. cōs. suo. cxc. inci. Inspectis & ponderatis. circa fi. Vide gl. c. cupientes. de ele. in vj. uerbo, proposita. & ibi Imo. & Domi. de sanct. Gemi. do. Alex. consi. suo xix. inci. Viso processu. ubi plus dicit, q. si appellans in prima uice non inuenit iudicem, & protestatus est coram honestis personis, & recessit, si postea iudex redijt, debet appellans redire & appellare corā iudice: aliter non ualet sua protestatio: quia nō dicitur fecisse diligentiā. Bal. Sal. l. fi. §. illud. C. de tem. ap. Vide Fel. c. ex trāsmissa, de præscrip. uer. dū subdit Ab. nu. 5. col. 244. ubi dicit, q. tēpore suo do. de Ro. dixerūt contrariū. Tamen mihi plus placet opi. dò. Alex. cōs. suo. Adde & limita prædicta, q. si in impedimentū est notoriū, & appellās nihil posset facere, etiā cū omni diligētia, ut putà quia in loco est semper guerra, & nunquā reddebatur ius, tūc nō est opus, ptestatione corā honestis personis. Pau. de Cast. consi. suo cclxxxvj. inci. Visis his. ix. col. uer. nec obstat. & idem sentit do. Alex. l. ij. §. quod diximus. ff. si quis cau. Vide Fel. d. c. ex transmissa. uers. limita tamē. nu. 6. col. 245. Item limita, q. impeditus non tenetur protestari, si est impeditus ex facto suo: putà, in propriā personā: ut quia infirmus, uel incarceratus. Phili. c. ex ratione. vij. col. de ap. dicit, si faceres etiā protestationem in isto casu, q. bonū esset, & securius. Adde Fel. d. c. ex trāsmissa. de præscri. uer. limita tertiò, dum modò impedimentum. nu. 7. col. ut ī.

impeditus, qui non comparuit in termino, si fuit excommunicatus, an teneat excommunicatio? Vide, quæ posui in litera E. §. excommunicatio lata contra contumacem.

impeditus debet protestari de impedimento, ad hoc, ut sit saluum ius suum. Ita Fel. c. uenerabilis. de iudi. uer. communiter generaliter tenetur in omni impedito. num. 7. col. 157. Fallit in aliquibus casibus, ut per eum ibi, & uide, quæ posui in litera T. §. tempus utile.

impeditus debet protestari, ubi tempus est continuum, & nō utile. Ita Fel. c. uenerabilis. de iudi. uer. & col. præallegatis.

impeditus, qui nō fecit illud, ad quod tenebatur, excusando, se impeditum esse,

tum esse, utrùm debet stari dicto eius, uel possit cogi ad faciendum fidem de impedimento? Vide, quæ posui in litera D. §. delegatus, qui dicit se impeditum.

impeditus impedimento ineuitabili, qui citatus non comparuit, si lata est sententia interlocutoria contra eum, aut diffinitiua, an sit ipso iure nulla, aut annullanda? Vide, quæ posui ī. §. interlocutoria lata contra absentem. & in litera S. §. sententia diffinitiua.

impedito an currat tempus: & si currit, quando sit restituendus? do. Ab. c. ij. in fi. de eo, qui in pos. do. de Rot. in antiquis, tit. de rescrip. xxix. & de præb. xx. Ant. de But. & Imo. c. significante. de pig. do. Abb. cons. suo. ij. uol. v. Lud. Ro. cons. suo ccxxj. Bart. l. j. §. occisorum. ff. ad Syl. Fel. remissiuè. c. cùm inter. de excep. uer. generaliter autem, quando impeditus. nu. 21. col. 50.

¶ Imperator non dicitur imperator, nisi post coronationem. Fel. c. eā te. de rescri. uer. similiter dicit gl. nu. 2. col. 473.

imperator an possit congregare concilium data negligentia Papæ, uel Cardi. Ponit Felin. c. j. de maio. & obe. uer. & dicta Innocentij hic. nu. 3. col. 1306.

imperator ante coronationem an possit dici imperator? Vide gl. cle. j. de iureiu. uerbo, futurus. quæ dicit, q̃ debet dici rex. An autē habeat administrationē, uel an possit concedere priuilegia, uide Sali. l. bene à Zenone. j. col. C. de quadri. præscri. Bal. in addi. Spe. ti. de rescri. præsen. §. fi. uer. item q̃ obtentum. Adde Fel. c. eam te. de rescri. uer. similiter dicit gl. nu. 2. col. 473.

imperator non ligatur legibus: an autem ligetur respectu canonum? & tunc distinguendum est, an canon cōcernat spiritualia, uel nō. Vide per Fel. c. j. de consti. uer. quarta declaratio. nu. 30. col. 50.

imperator est solutus legibus, non tamē est solutꝰ dictamine rationis. Vide per Fel. c. j. de consti. uer. quinta declaratio. nu. 31. ibidem.

imperator potest congregare concilium in casu necessitatis, data negligētia ecclesiæ: & sic Papæ: do. Car. in repe. c licet. de ele. & Petrus de Monte in sua monarchia, xj. col. & sequitur Feli. c. querelam. de iureiur. uer. & in casu necessitatis. nu. 12. col. 1164.

imperator quomodo iuret Papæ in installatione sua: Vide text. cle. j. de iureiur. uer. ego Henricus.

imperator amittit ea, quæ sibi competunt in signum supremæ potestatis per præscriptionem: de quo uide, quæ posui in litera P. §. præscripti o currit contra supremam potestatem imperatoris.

imperator si concedit ecclesiæ omnem iurisdictionem, includit etiam merum imperium. Feli. c. quod sedem. de offi. ord. nu. 4. col 1247.

imperatorem inferior consulere debet, ubi dubitatur de intellectu iuris ciuilis: & sic interpretatio dubiorum legis ciuilis, pertinet ad imperatorem: de quo uide, quæ posui in litera P. §. Papam super dubio.

¶ Imperitia assessoris an excuset iudicem? Vide, quæ posui in litera A. §. possessor an iudex.

¶ Imperium ubi habuit originem? Ponit Ioan. An. in Spec. tit. de iur. om. iu. in princip. Oldr. consi. suo. xcvj. Vide glo. c. j. de pace iura. fir. & glo. l. digna uox. C. de legi. & do. Cardi. c. uenerabilem. de elec. v j. q. Adde Fel. c. cùm non liceat. de præscri. uer. undecimò & ultimò. nu. 13. col. 270.

¶ Impetrans, uel utens rescripto surreptitio, punitur pœna c. super literis. de rescri. non autē incidit in pœnam c. ad falsariorum. de fal. Ita Fel. rub. de rescri. in fi. uer. quintò et ultimò no. nu. 11. col. 359.

impetrans beneficium tenetur facere intentionem de illo, quòd obtinet uiolenter. Feli. c. in nostra. de rescript. uer. spoliatus beneficio. nu. 7. col. 913.

impetrans beneficium an debeat facere mentionem de fructibus alicuius altaris, quos possidet pro mercede spiritualium laborū suorum? Ponit Fel. c. in nostra. de rescript. uer. primum corollarium. nu. 10. col. 917.

impetrans beneficium debet facere mentionem, qualiter fuit intrusus: & qualiter perceperat fructus. Ita Fel. c. in nostra. de rescri. uersi. secundum corollarium. nu. 10. col. 917.

impetrans beneficium non debet exprimere qualitates, quæ insunt beneficio de iure communi: sed aliàs tantùm, quæ sunt de facto ratione consuetudinis. Ita Fel. c. in nostra. de rescri. uer. quartum corollarium. nu. 14. col. 919.

impetrās si in impetratione tacet ea, quæ præsumuntur notoriè sciri per Papam, non nocet. Fel. c. in nostra. de rescri. uersi. quintum corollarium. nu. 15. col. 920.

impetrās aliud beneficiū, debet facere mētionē de omni beneficio, qd habet in titulū, siue sit manuale, siue sit tēporale, uel perpetuū: secꝰ, si est beneficiū tēporale, qd nō datur ī titulū, sicut est uicaria. Ita Fe. c. i nostra. de rescr. uer. decimūnonū corollariū. n. 18. col. 926.

impetrans non tenetur facere mentionem, q̃ habuit beneficium, q̃ ei renunciauit. Fel. c. in nostra. de rescri. uer. uigesimum corollariū. nu. 19. ibidem.

impetrans debet facere mentionem, q̃ beneficiū, quod uacat per mortem talis, putà Titij, ille Titius erat familiaris unius Cardinalis: & hoc in tantum uerum est, q̃ etiamsi ille desierat esse familiaris tempore mortis, etiam est fienda mentio: aliàs impetratio est nulla. Ita Fel. c. in nostra. de rescri. uer. uigesimum primum corollarium. nu. 20. ibidem.

impetrans hospitale debet exprimere, q̃ si: hospitale: aliàs non ualebit gratia. Fel. c. in nostra. de rescri. uer. uigesimum secundum. nu. 21. col. 927.

impetrans beneficium, quod unitum est ad collationem alicuius, debet hoc exprimere: alias impetratio est nulla. Fel. c. in nostra. de rescrip. uer. uigesimum tertium corollarium. nu. 22. col. 928.

impetrans beneficium unitum, an debeat facere mentionem de unione facta, etiam q̃ non sit fortita effectum. Vide, quæ posui in litera V. §. unio beneficij. & §. unio facta.

impetrans an debeat facere mentionem de iure ad rem consecuto ex acceptatione sola expectantis. Fel. c. in nostra. de rescri. uersi. uigesimo octauum. nu. 25. col. 930.

impetrans præbendam debet facere mentionem de natura præbendæ, si sit sacerdotalis, uel electiua. Fel. c. in nostra. de rescri. uer. trigesimum primum. nu. 26. col. ut ī.

impetrans beneficium, debet facere mentionem beneficij annexi? Et quid de beneficio pariter unito. Fel. c. in nostra. de rescri. uersi. trigesimum tertium. nu. 30. col. 935.

impetrans beneficium debet facere mentionem de beneficio, cui renunciauit, etiamsi renunciatio non tenuit. Fel. c. in nostra. de rescript uersi. trigesimum quartum nu. 31. c. l. ut ī.

impetrans beneficium debet facere mentionem de possessione colorata, quam habet alius in beneficio impetrato. Fel. c. in nostra. de rescri. uersi. trigesimum sextum corollarium. nu. 32. col. 936.

impetrans debet facere mētionem de possessione alterius, dum modò sit annualis: aliter non. Fel. c. in nostra. de rescri. uer. tertiò not. nu 33. col. 937.

impetrans non tenetur facere mentionem de modo uacationis beneficij: quia omnis modus uacandi comprehenditur per istud uerbum Vacat. Fel. c. in nostra. de rescr. uer. trigesimum septimum corollarium. nu. 37. col. 941.

impetrans debet facere mētionem de iure patronatus laicorum, etiāsi spectaret ad laicum & clericum simul. Fel. c. in nostra. de rescrip. uer. trigesimum octauum corollarium. nu. 39. col. 943.

impetrans beneficia uacatura, non uenitū beneficia cathedralis ecclesiæ, nisi exprimatur ecclesia cathedralis. Fe. d. c. in nostra. de rescr. uer. trigesimum nonum corollarium. nu. 40. col. 944. Fallit istud in aliquibus casibus positis ibi per Fel. quos uide.

impetrans beneficium regulare, si est clericus secularis, debet facere mentionem de eius natura. Fel. c. in nostra. de rescri. uersi. quadragesimum & ultimum. nu. 41. col. 945.

impetrans primam uacaturam in ciuitate, non continetur ecclesia naturalis: & sic not. quòd literæ ad uacaturam in ciuitate, non cōprehendunt uacaturam in diœcesi, nisi exprimatur. Felin. c. Rodulphus. de rescrip. uersi. & istud ampliatur. nu. 2. col. 977. Sed quid econtrà: pone, quis habet expectatiuam in diœcesi, an poterit acceptare primam uacaturam in ciuitate? Dic, q̃ non. Vide Imo. c. fi. de præb. ī. gl. j. ibi.

impetrans beneficium, si negatur, q̃ non expresserit uerum ualorem, quis probabit? Vide, quæ posui in litera V. §. ualor uerus.

impetrans rescriptum non tenetur probare omnia contenta in rescripto. Ita do. Abb. c. fi. de præsum. j. col. uersi. not. & tene menti. Vide ibi Fel. in prin. nu. 1. uer. in textu. ibi, nulla necessitas. col. 1087.

impetrans canonicatum cum derogatione numeri, licet ecclesia non sit numerata, non impetrat nulliter. Felin. c. constitutus. de rescrip. uersi. dum autem dicunt. nu. 2. col. 622. Adde, quid si impetrat sibi prouideri de canonicatu et præbenda, cùm uacauerit, licet non sit numerus præbendarum, quòd talis impetrans non impetrauit nulliter. Ita Fel. uersi. adde etiam. nu. 2. col. 623.

impetrans beneficium simplex, si narrauit Papæ, quòd erat curatū, uel quòd egebat residentia, propter hoc gratia non dicitur surreptitia: imo obtinebit beneficium. Ita Felin. c. super literis. de rescrip. uersi. prima conclusio. num. 2. col. 638. Adde, quòd hoc uerum est, quando per uiam demonstrationis est, non taxationis. Ita Fel. uersi. limita quartò. nu. 3. col. 839. & hoc per tex. qui uidetur contrariari. c. suscepturn. de rescrip. in vj. j. col.

impetrans pro aliquo beneficium, qui est absens, in eius absentia aliqua surreptio non imputatur absenti, licet supplicans tacuerit in supplicatione aliqua beneficia absentis. Rota tit. de rescrip. lxviij. deci. incip. Dominus Vrbanus Papa. in antiquis. Felin. c. super literis. de rescrip. uer. demum circa prædicta. num. 7. colum. 642. & seq.

impetratio facta de beneficio, quod quis priùs malè tenuit, putà sine titulo, si tacuerit, quòd malè tenuit, talis impetratio non ualet. Felin. c. postulasti. de rescrip. uer. Circa quartum & ultimum. num. 14. col. 761.

¶ Impetrator secundi rescripti potest renunciare suo rescripto: potest etiam consentire, quòd secundus iudex procedat cum primo. Felin. cap. cæterum. de rescrip. uersi. ut dicta regula. num. 12. col. 420.

¶ Improbans rescriptum an possit se fundare super narratis, dicendo, impetrantem confessum narrata. Vide per Fel. c. examinata. de iudi. uer. & notandum est, q̃ hic dicit. nu. 3. col. 132. Et quid de libello, ibi etiam uide per Fel.

¶ Impugnans rescriptum, dicendo, illud surreptitium, an debet probare hoc, an uerò impetrans, q̃ non sit surreptitium? Vide Felin. c constitutus. de rescri. in prin. nu. 1. col. 621.

¶ Incapax beneficij an sit capax pensionis. Ponit Fel. c. ad audientiā. de resc. uer. amplia tertiò. nu. 2. col. 521.

¶ Incarceratus pro una causa, an possit recommendari pro alia? Vide per Felin. c. significauerunt. de iudi. uersi. limita etiam. num. 15. colum. 172. Adde tu, utrùm incarceratus pro una causa, uel ad tempus, possit recommendari pro alia causa? Vide Barto. l. sed eximendi. ff. ne quis eum, qui. Adde Bald. authen. ei, qui. C. de bonis autho. iud. poss. iiij. col. & l. legata generaliter. ff. de leg. j. imò captus in domò propria pro debito fisci, & incarceratus pro debito priuato, poterit recommendari. Ita Barto. l. cùm ex eo. ff. ad legem Iul. pec. Adde, an captus in die feriata pro una causa, possit recommendari pro alia causa? Vide per Felin. ubi suprà, colu. ead. & seq. No. cautelam ad hoc, ut quis possit facere capi debitorem suum, qui nunquam exit de domo.

¶ Incendiarij quando ipso iure sunt excommunicati, & qua pœna puniantur? Vide gloss. c. cùm deuotissimam. xij. q. ij. uerbo, incendium. glo. xvij. q. iiij. c. omnes. Host. tit. de rapto. sub rub. de incendiarijs. uerbo, qua pœna. Inno. c. sicut dignum. de homi. Bar. l. j. ff. de off. præfe. uigi. Bald. ibi, & Sal. l. data opera. C. qui accus. non pos. Fel. c. tua nos. de sent. excom. in prin. col. 1180.

¶ Incendiū: utrùm quis teneatur de incēdio, etiā ex culpa leuissima? Ponit Felin. c. tua nos. de sen. excom. col. 1181. Adde tu, q̃ Barto. l. si quis. §. an uerò. & alij ibi, uolunt, quòd in incendio præsumatur culpa: nam incendium præsumitur fieri culpa inhabitantium, l. si uendita. ff. de peric. & commo. rei uend. l. iij. §. j. ff. de off. præfe. uigil. Et hoc sequitur in practica: quòd probato incendio est fundata intentio contra inhabitantes, nisi ipse probet, quòd absque culpa sua, uel suorum, incendium sit secutum. Idem tenet Sal. l. si creditor. C. de pigno. actio. Imo. l. si domos. ff. de leg. j. Canonistæ c. ij. de deposi. Ange. consilio suo cxcvij. incip. Incendium. Istud notabiliter limita: quia incendium in dubio non præsumitur interuenisse, nisi leuissima culpa, nisi aliter probetur. Ideo non semper quis tenetur de leuissima culpa: nam doctrina Barto. d. §. an uerò. procedit in casibus, in quibus quis tenetur de leuissima culpa, ut in commodatario: glossa est de hoc singul. §. præterea. Inst. quib. mo. re contra. obl. in uerbo, debet. quæ etiam dicit idem in furto. Et etiam pro sing. no. Sal. l. quæ fortuitis. C. de pig. act. & l. iudicio. C. locati. & l. si uendita. ff. de peric. & commo. rei uendi. Latè dom. Alex. d. §. an uerò. & l. domos. ff. de leg. j. & consi. l. incip. Visis. Ang. de Are. d. §. præterea. ubi dicit, quòd habuit casum de facto Ferrariæ. Illam gloss. pro singulari tenet Ioan. de Ana. consi. uo lxxj. incip. Visis. ubi multa bona dicit in præsenti materia: & inter cætera quærit, quando quis teneatur de incendio. Adde etiam, quòd egregiè consuluit Pet. de Anch. consilio suo ccxxciiij. inc. conductor domus. ubi dicit, quòd si conductor domus in domo conducta, tempore noctis dimisit solùm duos puteos: unum annorum xij. & alium annorum xx. quòd non dicitur in aliqua, saltem lata, uel leui culpa, ita ut teneatur de incendio, quamuis dicti pueri minùs diligenter ignem custodierunt: quia consueuere patris familiàs diligentes habere familiam tam maiorum, quàm minorum in domo, uelut in tuto refugio, l. plerique. ff. de in ius uoc. Ergo cōmunis usus culpam excludit. ff. de pig. act.

¶ Incola & accola qualiter differant. Felin. c. quoniam. de off. ord. num. 5. col. 1276.

¶ Incompetentia iudicis semper opponi potest, etiamsi dicatur non posse dici de nullitate. Ita Fel. in rub. de foro compe. uersi. tertium fundamentum. nu. 2. col. 174. p. ij.

¶ Incontinenti, si quis debet probare intentionem suam, uel suum interesse, ut dicit text. c. ueniens. el ij. de testi. quando dicatur incontinenti probasse? uidelicet infrà quantum tempus debet hoc facere? dom. Abb. d. c. ueniens. v. colu. uer. ulteriùs quæritur. dicit, quòd, quando quis dicatur probare incontinenti, quòd relinquitur istud arbitrio iudicis, & quòd non expectabitur uolens probare suum interesse, quòd producat testes, ut ultra montes: & sic tenet, quòd tempus erit arbitrarium secundum qualitatem et quātitatem causæ. Et idem tenet ibi Imo. Bald. l. si ex falsis. iiij. colum. C. de transact. Bar. l. is, à quo. ff. ut in pos. lega. Bar. l. iiij. §. condemnatum. ff. de re iud. uer. ulteriùs procedo. Adde Fel. d. c. ueniens. lo ij. uersi. sexta conclusio. nu. 15. col. 772.

¶ Inconuenienti uno dato, multa inde sequuntur. Felin. de Simo. c. in tantum. nu. 1. col. 1018.

¶ Indebitum solutum per sententiam, quæ transiuit in rem iudicatam, an repeti potest? Vide, quæ posui in litera D. §. debitori condemnato per sententiam.

¶ Indefinita non æquipollet uniuersali in testibus: & ratio est, quia dicta eorum debent de necessitate concludere: dom. Abb. c. auditis. de præscript. iiij. colum. uersi. si uerò. ubi dicit, si probo, quòd in ecclesia mea exercui iura episcopalia, non per hoc est probatum, quòd omnia iura exercui: quia dictum testis potest uerificari in aliquibus iuribus: putà in duobus. Et uide dom. Alexan. consi. suo vij. inci. Super hac dubitatione. & consi. cx. incip. Visis acutissimis. & uide etiam Imol. capitu. quantò. de his, quæ fiunt à præla. iiij. col. & uide Bar. l. curiales. C. de prædi. curia. lib. x. Alber. l. rescriptum. ff. de pac. in prin. Adde Fel. d. c. auditis. uer. gusta etiam quotidianum uerbum. nu. 24. col. 306. ubi multa ponit pro dilucidatione istius. q.

¶ Indicium quid sit. Fel. de accus. capitu. qualiter & quando. lo ij. nu. 8. col. 906.

¶ Indicia quando sint sufficientia, ut quis propter indicia possit condemnari. Ponit do. Ab. c. tertio loco. de proba. iiij. col. uersi. ultimò no. Io. And. in addi. Specu. tit. de prob. §. fi. uer. xiij. text. bonus. c. literas. de præsump. & c. j. de homi. in vj. Bald. & Sali. l. si qui. C. de adul. Bald. Ang. & Sal. l. sciant cuncti. C. de proba. Felin. c. tertio loco. de proba. uersi. in glo. fi. nu. 8. col. 418.

indicia probantur per probationem uerisimilem: uide, quæ posui in litera P. §. probatio in genere.

¶ Indignatio sedis Apostolicæ: quid important ista uerba? dic, amissionem beneficij ecclesiastici & temporalis: de quo uide Felin. c. quod olim. de Iudæis. nu. 1. col. 1073.

¶ Indignus an sit promouēdus ex præcepto Papæ. Fel. c. accepimus. de fide instr. uer. & addit hic do. Abb. nu. 3. col. 913.

¶ Indictio an semper debet poni in instrumento? Ponit dom. Abb. c. inter dilectos. de fide instr. vj. col. uer. glo. in uerbo, indictionis. & dicit Ioan. And. in data vj. lib. q̃ de consuetudine potest omitti talis indictio: imò si in computatione est erratum, non uitiatur instrumentum. Bal. l. j. C. ad Velleia. in fi. Adde Fel. d. c. inter dilectos. in gl. uerb. indictionis. nu. 11. col. 927.

¶ Indulgentia concessa simpliciter, intelligitur secundum regulas iuris communis. Ita Felin. c. quam sit. de Iudæis. uersi. tertiò no.

nu.3.col.1070. Et hoc no. quia sæpe pontifices concedunt indulgentias, & dubitatur de uirtibus earum.

indulgentia plenaria concessa per ecclesiam, quantum prosit Christianis? Vide dom. Abb. c. ad liberandum. de Iudæis. j. col. uersic. Item sed. Vide Cal. in repetit. c. nostro. de pœni. & remis. Pet. de Anc. in repeti. regulæ, peccatũ. de reg. iu. in vj. iij. oppo. Adde Felin. d. c. ad liberandum. uer. item circa indulgentiam plenariam. nu. 7. col. 1079.

¶ Infamia facti & iuris quomodo tollatur, & per quas personas? Vide latissimè Felin. c. testimonium. de testi. uer. tollitur autem. nu. 15. col. 837.

infamia facti in quo differt ab infamia iuris? tu dic, quòd infamia facti est, quando quis est notatus apud bonos & graues: de quo uide Felin. c. testimonium. de testi. uersi. quomodo autem inducatur. nu. 14. col. 1079.

infamia facti an repellat testem à testimonio? uide, quæ posui in litera T. §. testis infamatus.

infamia an priuet quem ipso facto ti. sui beneficij? do. Abb. c. querelam. de iureiur. ij. col. uer. sed ego. dicit, quòd semper dubitauit de hoc: tandem concludit, quòd non priuat ipso iure beneficio acquisito per prius, tamen priuat bene quem alijs dignitatibus & honoribus, utputà in milite: quia infamia priuat quem militia ipso iure. Adde Felin. d. c. querelam. uer. similiter de eo. nu. 2. & seq. col. 1160.

infamia euitatur, quando accusatus in actione famosa, ante condemnationem soluit pœnam. Fel. c. testimonium. de testi. uer. & aduerte: quia nu. 29. col. 842. & ibi posui additionem.

infamia an irrogatur ex sola confessione. Vide, quæ posui in litera C. §. confessio sola.

infamia iuris indubitanter repellit testem à testificando, non solùm in criminali, sed etiam in ciuili. Ita do. Abb. c. testimoniũ. de testib. v. colu. uer. ego in hac materia. Tamen ubi ueritas aliter haberi non potest, infamis infamia iuris admittatur in testem. Adde Fel. d. c. testimonium. uer. secunda conclusio. & ibi posui additionem. nu. 10. col. 834.

infamia canonica an repellat testem à testificando? Vide dom. Abb. c. testimonium. de testib. vj. colum. uer. secunda infamia. Et dic, quòd ista infamia canonica causatur ex quolibet peccato mortali: & ista infamia sufficit data perseuerantia. Adde Felin. dicto c. testimonium. uersic. & alia infamia. nu. 11 col. 834.

infamia facti sine dubio repellit testem in causa criminali. Text. est c. testimonium. de testib. Bart. & alij l. j. C. de summa tri. & fide Cado. Abb. d. c. testimonium. vj. col. uer. tertia infamia. Adde Fel. d. c. testimonium. uer. est alia infamia. nu. 12. col. 835.

infamia facti an repellat testem in causa ciuili? Bar. l. j. C. de sum. tri. tenet, quòd nõ: sed bene facit, quòd minùs credatur. Idem tenet do. Abb. c. testimonium. de testi. vj. col. uer. tertia infamia. Est uerum, quòd do. Car. d. c. testimonium. tenet, quòd infamia facti indistinctè repellat in ciuili. Tu uide Fel d. c. testimonium. uersi. prædicto. col. ut ẽ. & ibi posui additionem.

infamia facti quomodo possit aboleri. Ponit do. Abb. c. cùm te. de re iudi. iij. colu. uer. & primò scias. sed gloss. o. ex tuarum. de purg. cano. dicit, q, solus Deus potest illam tollere. Vide Bal. l. Cassius. ff. de senato. Adde Fel. latè de hoc d. c. cùm te. uer. Circa restitutionem famæ. nu. 10. col. 633.

¶ Infamis est ille, qui est accusatus de crimine infamante, etiamsi ciuiliter agatur: uide, quæ posui in litera C. §. condemnatus ciuiliter de crimine.

infamis an repellatur ab accusatione? & dic, q, de infamia iuris non est dubium, quòd repellit ab accusando: dom. Abb. c. j. de accu. ij. col. uer. circa secundam. Bar. l. qui accusare. ff. de acc. j. col. uersi. item dicitur. Adde, quid de infame infamia facti, an repellatur ab accusando. Bar. loco præallegato, tenuit, quòd non repellatur ab accusando: quia hoc non reperitur iure cautum? dom. Abb. d. c. j. j. colum. ego dico, quòd infamis infamia facti non repellitur ab accusando de iure ciuili, sed bene repellitur de iure canonico. Vide Fel. d. c. j. uersi. utrum infamis. nu. 3. col. 756. Vbi tenet opi. do. Ab. uno addito, q, de iure canonico attenditur qualitas delicti.

infamis, cui facta est collatio beneficij, an talis collatio sit nulla? Vide, quæ posui in litera C. §. collatio beneficij facta per iura.

infamis non admittitur in testem contra famam: glo. c. testimonium. de testi. uerbo, in hoc casu. Contrariam gloss. habes l. iij. §. Iulia. ff. de testi. Vide Felin. d. c. testimonium. uer. in ea. gloss. ibi, dico. num. 37. col. 845.

infamis condemnatus de infamia, si appellat, & pendente appellatione testificatur, ualet eius dictum, neque uitiatur, si sententia condemnationis confirmetur per desertionem appellationis. Bar. l. furti. ff. de infamia. j. col. uer. sed hoc. Adde Fel. c. testimonium. de testi. uer. & istis adde. nu. 17. col. 837.

infamis, de cuius infamia ignoratur, potest esse testis in testamento. Felin. cap. testimonium. de testib. uer. & uide ibi gloss. ij. num. 16. colum. 837.

infami infamia facti non defertur iuramentum: & ideo, si statutum ciuitatis requirit, q, credatur damnum passo, intelligitur, nisi sit infamis: ita Fel. c. ulti. de testi. in prin. nu. 2. col. 851. & inde.

¶ Infantes, quorum origo est ignota, an ordinari possunt. Vide per Felin. c. cùm deputati. de iudi. uersi. Vltimò per istum text. num. 10. col. 147.

¶ inferior potest mutare pœnitentiam iniunctam à Papa ex causa magna, in aliam pœnam: gloss. c. tempora. xxv. q. vij. & gloss. c. latorem. xxxiij q. ij. Adde Felin. c. j. de consti. uer. fallit septimò. nu. 49. col. 57.

inferior à principe an possit restituere famæ: do. Abb. c. cùm te. de re iud. vij. col. uer. ad septimum. dicit, quòd communiter in inferioribus non competeret hoc ius restituendi. Idem tenet Felin. ibi, in uersi. circa alias. num. 13. col. 637. Adde, q, ista communis opinio fallit, ubi infamia esset irrogata per statutum ciuitatis: quia ipsa ciuitas per contrarium statutum posset tollere infamiam: & per consequens famæ restituere: do. Abb. c. cùm te. vij. col. uer. secus in ĩfamia. Bar. l. acta. §. de ampliãda. ff. de re iud. et l. fi. in fi. C. de sen. pas. Fel. nu. 14. uersi. fallit primò. col. ut suprà. Item fallit in casu c. cùm P. tabellio. de fid. instru. ubi Bal. ult. col. Vide Fel. d. c. cùm te. uer. fallit secundò. nu. 14. col. præallega. Item fallit, ubi esset potestas, quæ non recognosceret superiorem: quia posset restituere famæ: do. Ab. d. c. cùm te. vij. col. uer. secunda, in non recognoscentibus. Et idem tenet ibi Ant. de But. & Imo. Adde ibi Fel. uersi. fallit tertiò. nu. 15. col. ead.

inferior à principe non potest etiam cum causa tollere rem unius, & dare alteri, nec auferre alicui rem suam. Fel. c. quæ in ecclesiarum. de consti. uer. quarta declaratio. nu. 32. col. 139.

inferior potest uenire contra dispensationem superioris: quod aliàs non posset, & hoc, ut res reuocetur ad ius commune, à quo per uiam specialem exierat. Fel. c. cùm accessissent. de const. uersi. hanc declarationem. nu. 8. col. 177.

inferiores non possunt uenire contra superiorem, qui uult reformare mores eorum. Vide, quæ posui in litera C. §. correctio morum non potest tolli.

¶ Infidelitas præcedens an noceat conuerso, ut non possit ordinari. Fel. c. eam te. de rescrip. uer. infidelitas præcedens. nu. 12. col. 481.

¶ Infirmitas est sufficiens causa delegandi talia, id est, merũ & mixtum imperium, de iure ciuili, sicut absentia. Ita Fel. c. quod sedem. de offi. ord. in prin. post nu. 1. uersi. item infirmitas. col. 1245. Adde tu, q, illa est communis opinio, quam tenent Doctores. l. j. ff. de officio eius, cui man. est iurisdi. Idem tenet Bald. l. imperium. ff. de iu. om. iudic. Sali. l. placet. C. de pœ. iudi. Canonistæ d. c. quod sedem, quia causa absentiæ & infirmitatis æquiparantur. l. si longius. ff. de iudi. l. si aut ualetudine. ff. de procu. l. licet. ff. de arbi. Bart. l. si. j. col. in fi. ff. de in integ. resti. & l. quidam. §. nihil. ff. de eden. Hinc uidemus, quòd sicut sententia lata contra absentem, est nulla: ita lata contra infirmum, l. quæsitum. ff. de re iud. Facit, quod uult Bald. l. fin. ad fi. C. de excusatur. quòd ratione infirmitatis potest quis per substitutum seruire, ubi aliàs non posit. Idem tenet Bald. c. si decesserit. si de feu. fiue. contro. inter do. & agna. Ad idem facit: quia in causis exceptuatis à regula licitũ est arguere ex identitate rationis: c. cùm dilecta. §. nos igitur. & ibi no. Imo. & dom. Abb. de confirma. uti. uel inuti. Et idem do. Abb. c. ad audientiam. j. no. de cle. non resi. Facit bonus tex. c. post translationem. uersi. quanquam. quem multùm ibi not. Bald. de renun. Et ita teneas, quicquid dicat Ful. & Ro. d. l. j. ff. de offic. eius. & Ioan. And. tit. de iur. om. iu. uersic. ad primas. Nam eorum dicta magis limitant communem opi. quam impugnant. Fac ergo conclusionem, quòd ordinarius potest causas meri & mixti imperij delegare ex causa infirmitatis, sicut ex causa absentiæ. Extende non solùm hoc propter infirmitatem suam, sed etiam suorum, utputà uxoris, uel filiorum, c. communis. & ibi gl. uer. suorum. xxiij. dist. Limita, nisi esset infirmitas modico tempore duratura, l. si longiùs. ff. de iudi. in prin. secundum Ful. d. l. j. ff. de offi. eius. & est text. no. l. pe. §. fi. ff. de uac. mu. Et ita in simili tenet Bar. l. j. ff. de offi. consul. Bar. & Doc. l. quidam. §. interest. ff. de re iud. Secundò limita, nisi esset lenis infirmitas, l. quæsitum. ff. de re iudi. Tertiò limita, quando causa esset adeo grauis, q, non posset expediri sine delegato, c. si pro debilitate. de offi. deleg. secundum Lud. d. l. j. ff. de offi. eius. Quartò limita, nisi fuisset recusatus, ut suspectus: quia si postea superueniret infirmitas, non posset subdelegare, c. si iudex. de offic. deleg. in vj. intelligendo tamen, ut per Gul. Albe. Ange. l. prætor. ff. de iur. om. iu.

¶ Infirmus renuncians beneficio suo, an præsumatur, q, talis renunciatio sit fraudulenta, uel simoniaca? Vide, quæ posui in litera P. §. permutans beneficium tenue.

infirmus petens hostiam non consecratam, an sit hæreticus. Felin. de hær. c. ad abolendam. nu. 2. col. 1096. & inde.

infirmus, qui renunciat, uel permutat beneficium suum, ad hoc, ut talis renunciatio, uel permutatio ualeat, oportet, quòd iste infirmus uiuat post renunciationem, uel permutationem per xx. dies: aliàs dicitur beneficium uacare per mortem, non per renunciationem: de hoc est regula cancellariæ. nu. 18. Adde Fel. c. quia uerisimile. de præsum. uersic. ponit etiam Petr. de Anch. d. consi. num. 2. colum. 1061.

infirmus debet habere distributiones quotidianas, si in sanitate frequentabat chorum. Ita scribentes c. ad audientiam. de cle. non residen. Adde Felin. c. apostolicæ. de excep. uer. suspensus autem. nu. 12. col. 101. p. iij.

¶ Ingrediens religionem propter crimen, & non sponte: quia tunc non tollitur macula. Ita Felin. c. cùm deputati. de iudic. uersi. item declara. nu. 2. col. 144.

ingrediens monasterium an possit priuari bonis paternis per statutum, uidelicet quòd non succedat parentibus: uide, quæ posui in litera S. §. statutum, quòd ingrediens monasterium.

ingrediens monasterium si facit testamentum, & nihil relinquat illi, testamentum rumpitur, sicut natiuitate posthumi, si autem relinquit aliquid iure institutionis, nõ rumpitur testamentum. Ita Imol. c. in præsentia. de proba. Adde, quòd contrariam opi. tenuit idem Imo. d. c. in præsentia. ubi dicit, quòd ingrediens monasterium potest testari, quomodo sibi placuerit: de quo uide dom. Abb. d. c. in præsentia. xviij. col. uer. quæro igitur. & ibi Anto. de But. Adde Fel. d. c. in præsentia. uer. & ex istis omnibus. nu. 54. par. ij. Adde Bar. authen. si qua mulier. iij. col. C. de sacrosanc. ecclesi. uer. aut fit testamentum.

ingrediens monasterium monialium exemptum, an possit puniri per episcopum loci. Cald. in disp. sua incip. Sed quæritur, an subditus, quam posuit tit. de so. compe. dicit, quòd statutum puniens uisitantes moniales sine licentia, nõ ligat uisitantes moniales exemptas. Adde, quòd contrarium tenuit Domi. de san. Gemi. c. j. ult. col. de sta. reg. in vj. 10. de Ana. c. j. de rap. iij. col. Vide Fel. c. fi. de so. compe. in uer. item per istam. nu. 16. col. 259.

ingrediens religionem, ut eligatur, committit simoniam. Felin. c. cùm essent. de simo. nu. 2. col. 969.

instrumentum si est mihi subtractum per aduersarium meum, non teneor per testes probare tenorem instrumenti subtracti:quia satis est probatum de tenore, ex quo apparet,quòd instrumentum sit nociturum subtrahenti. Ita Bar.l.ij.§.diuus.ff.de iure fis.circa fi.Cy.Bal. & alij.l.fi.de possessione.C.de proba. Vide Fel.c.sicut. de re iud.uer.quarta declaratio.nu.7.col.529.

instrumentum laceratum si est per aduersarium, tunc stabitur iuramento partis circa contenta in instrumento lacerato.Bal.Sal.l.ij. C.de fide instru. Adde Fel.c. sicut.de re iud.uersi.ex qua ratione. post nu.7. col.529.

instrumentũ productum in iudicio cum protestatione,uidelicet produco instrumentum in parte & partibus pro me facientibus, an ualeat talis protestatio? Vide Do.de Rota deci.cclxxxij.inc.Licet quis producat.Ant.de Bu.c.cũ uenerabilis. de exce.& c.cũ olim. de censi.Bal.c.præsentium.de testi.ij.col. Pau.de Cas.l.j.C.ut quæ desunt aduo.& ibi Bald.Adde,q. cõmuniter tenetur,q. producens instrumentum alienum,aut proprium,quod habet capitula separata, q. isto casu protestatio iuuat protestantẽ, seu producentem instrumentum: si autem capitula non sunt separata,sed connexa: aut est unum capitulum tantùm. Primò casu,si reprobat unũ capitulum,aut habet præsumptionem iuris contra se,aut pro se:aut ius non præsumit nec se, pro nec contra se.Et primo casu non admittitur talis reprobatio: secundo & tertio casu,aut ille,qui reprobat particulã instrumẽti,uult hoc probare,& admittitur:aut non uult hoc probare,& non admittitur. Et no.quòd istud,quod dixi hîc,habet locum, quando approbatio, uel reprobatio mea nihil disponit,nisi circa declarationem illius rei, quam confiteor ueram esse pro parte: & pro parte non:sed quando mea approbatio,uel reprobatio aliqd disponeret,ista nõ est nostra materia. Vide l.etiã.§.j.ff.de mino.& Bar.l.Aurelius.§.idẽ quæsiuit.ff.de lib.leg.& Io.An.regula,mutare consilium.de reg.iu.in vj.Adde Felin.c.imputari.de fide instru. uersic. utrùm ualeat protestatio. nu. 13. col. 980.

instrumentum quando dicatur simulatum, & factum in fraudem usurarum? Vide Bar.l.post contractum.ij.col.ff.de dona.& consi.suo inc.Petrus Nicolæ.& Pau.de Cast.l.iurisgentiũ.§.pactorum. ff.de pac. Vide Fel.c.si cautio.de fide instr.uer.ultimò in hac materia. nu. 67.col.1003.

instrumentũ quando exẽplatur ex protocollo notarij mortui, an requiratur,quòd citentur hi,quos res tangit.Do.de Ro. deci.x.inc. Fuit dubitatum. tenuerunt, quòd sic.Et idem tenet Host.c.cùm P. tabellio.de fide instr.Ange.l.quidam.ff.de eden.Spec.tit.de instr. edi.§.ostenso.uer.qualiter.Bal.Ant.de Bu.& Imo.d.cùm P.tabellio. Adde, quòd contrarium tenuit do.Abb.d.c. cùm P.tabellio.j. col.uersi.sed Host.& ibi do.Car.consi.suo lxxiiij.inc.Titius:nunc sunt.ubi dicit,quòd ista citatio est necessaria, quando unũ instrumentum corrosum renouatur: quia tunc sunt citandi hi,quos res tangit: sed isto casu exemplatur instrumentum ex protocollo,sicut faceret tabellio,si uiueret. Vide Fel.d.c.cum P. tabellio.uersi. Contrarium, & meliùs,tenent.nu.4.col.1015.

instrumentũ exemplatum ex originali cum authoritate iudicis,plenam fidem facit:sed an iudex delegatus possit dare istam authoritatem huic exemplationi, uide,quæ posui in litera E.§.exemplatio instrumenti.& §.exemplum sumptum.

instrumentum quando exemplatur, pars, de interesse cuius agitur, est uocanda: aliter non ualet talis exemplatio: de quo uide,quæ posui in litera E.§.exemplatio instrumenti.

instrumentum dotis,aut donationis propter nuptias,an probet matrimonium? uide, quæ posui in litera M.§.matrimonium non probatur.

instrumentũ quando est productum in iudicio,an intelligatur,q. sint confessata omnia,quæ cõtinentur in ipso instrumento? Vide,quæ posui in litera P.§.producens instrumentum in iudicio.

instrumentum factũ inter partes, in quo promissa est cautio,de qua cautione intelligatur? Vide Bal. authen. generaliter.C.de epis. & cle.j.col.& l.j.ff.qui satis.cog. Adde Fel.c.ad nostram.de iureiur. uersi.idem,si lex requireret.nu.8.col.1142.

instrumentum falsum productum in iudicio,etiamsi est reprobatum, tamen confessio orta tacitè ex eo remanet firma: de quo uide,quæ posui in litera E.§.confessio tacitè orta.

instrumentum debet legi partibus,ad hoc, ut probet:do.Abb.c.j.de fid.instr.iij.col.uersic.undecimò requiritur.Et istud habet locum, ubicunque scriptura est de solennitate, & in dubio non præsumitur lecta.Adde Felin.d.c.j.uer. item requiritur ex solennitate. nu.17.col.885.

instrumentum occultè fabricatum, habet suspicionem simulationis. Fel.c.cùm ex iniuncto.de hære.j.no.nu.1.col.1103.

instrumentum proprium, quod arguebatur de falso, si fuit projectũ in ignem,an ille euadat pœnam falsi? Vide Pet.de Anch.consi.suo clxix.incip.Circa primum. Adde Fel.c.accepimus.de fi.instr.uer. & de proijciente in ignem proprium. nu.14. col. 916.

instrumentum laceratum coram iudice:ita pro eo iudicatur,ac si plenè fuisset probatum.Fel.c.accepimus.de fide instru.uer.& subdit hîc do.Abb.nu.15.col.916.

instrumentũ carẽs indictione,uel nomine Papæ,uel imperatoris,uel loco,an probet? Ponit Bar.l.admonẽdi.viij.col.uer. quid si instrumentum.ff.de iureiur. Adde Fel.c.j.de fide instru.uer.et istis adde, quòd instrumentum.nu.7.col.883.

instrumentum factum de nocte est suspectum, nisi fieret ex causa urgenti.Felin.c.j.de fide instru.uer.& adde,quòd de nocte non sunt fienda.nu.9.col.ead.

instrumentum carens die,sustentatur,si dies reperitur in protocollo. Fel.c.j.de fide instr.uer.& adde, quòd si dies reperitur.ibi,nu.11. col. ead. & seq.

instrumentum non uitiatur ex falsa latinitate: de quo passu uide, quæ posui in litera F.§.falsa latinitas nõ uitiat instrumentum.

instrumentum uitiatur ex contrarietate contentorum in ipso.de quo uide,quæ posui in litera C.§.contrarietas uitiat.

instrumentum falsum in una parte: talis falsitas uitiat totum instrumentum:Ita Inn.c.fraternitatis.de hære.Idem tenet Bar.l.quintus. ff.de auro & arg. leg. Inn.c.cùm in iure.de offi.dele.Ant. de But. c.cùm Ioannes.de fide instr.xvij.colum.Do.de Rota.decisi.ccxlj. incip.Item nota.in antiquis: gloss.c.si ad scripturas.ix.dist.Felin. d.c.fraternitatis.uersic.secunda conclusio. nu.16.col.1092. Adde, quòd fallit ista conclusio, quando falsitas esset præsumpta in uno capitulo:quia nõ uitiantur reliqua. Bal.l.iubemus.C.de testa. Felin.d.c.fraternitatis. uersic. fallit autem ista conclusio.num.17. ibidẽ.Ita fallit ista conclusio,quando instr.esset uitiatũ in accessorio: quia non uitiatur principale.Bal.l.ij.C.de fal.Felin.d.c.fraternitatis.de hære.uer.secundò fallit.nu.18. col.ead.Item fallit ista conclusio,quando falsitas in instrumento est cõmissa in parte non substantiali instrumenti: putà, in demonstratione alicuius rei,de cuius corpore aliter constat.Bald.c.audientia.de rescr. Inn.& do. Abb.d.c.fraternitatis. Fel.ibi.uer.tertiò fallit.num.19.col.præal. Item fallit ista conclusio, quando falsitas esset commissa sine uitio notarij, sed ob relationem partis: quia solùm uitiantur capitula, quæ continent illud falsum.Fel.d.c.fraternitatis.uer.quartò fallit. nu.20.col.ut suprà.

instrumenti amissio debet probari per probationes legitimas.Bart.l. si quis ex argentarijs.ff.de eden.circa fi. Adde, quòd istud fallit, ubi agitur de modico præiudicio.Bald.l.fi.C.de eden. Et isto casu sufficit iuramentum partis de amissione instrumenti.Bar.l.huiusmodi.§.si ita.ff.de leg.j.Adde Felin.c.sicut.de re iud.uer.sexta declaratio.nu.9. col.530.

instrumenta an sint de actis? dic, quòd non: sed bene productio eorum.Inn.c.cùm in iure.de off.dele. Bal.l.etiam.in fi.C.de appella. Adde Fel.c.quoniam contra.de proba.uer. quid autem de instrumentis.nu.9. col.530.

instrumenta originalia non sunt deferenda in iudicio, quando quis est citatus ex longinquis partibus: & hoc propter pericula. Sufficit

ficit ergo deferre, seu portare exempla facta solenniter. Ita dom. Abb.c.accepimus.iij.no.de fide instru.& ibi Felin.in prin.num.1. colum. 913.

instrumenta antiquissima confecta inter tertias personas, an probent fines plebanatus, uel episcopatus. Bar.l.cùm aliquis.C.de iu.deli.j. col.uer.gl.inducit.tenet,q̃ non. Adde tu, q̃ cõmunis opi.est in cõtrarium. Bal.d.l.cùm aliquis.C.de iure deli.gl.c.cũ olim.de censi. & ibi Ant.de But.& dom.Abb.ij.col.uer.glo.ij. Adde tu Sal.d.l. cùm aliquis.qui notabiliter dicit, q̃ si essent instrumenta antiqua confinium, etiamsi facta non sint inter easdem personas, q̃ probant. Et ĩ simili dicit Cy.& Bar.de fama, q̃ in antiquis probat plenè: quos uide l.si quidẽ.C sol.mat. Vide per Fel.de materia c.cum causam.de proba.uer.est uerum, ut bene intelligas.nu.4.col,553. Adde, q̃ in factis nõ antiquis ista nõ habent locũ. Fel.d.c.cũ causam.uer.q̃ autem in factis non antiquis. Adde etiam, quòd ista non probant, ubi agitur de grandi præiudicio. Fel.nu.6.col.555.

instrumenta antiquissima quæ dicantur. Bald.l.cùm aliquis.C.de iur. deli.dicit, q̃ illa dicuntur antiquissima, quæ excedunt memoriam hominum iuuenum. Fel.c.cùm causam.de proba.uersi.est uerum, ut bene intelligas.ubi ĩ.uer.proxi.col.ea.transit cum ista opi.Bal. Adde tu,& dic, q̃ tempus centum annorum cõmuniter tenetur, q̃ dicatur longum tempus:& ista est finalis opi. Innoc.c.ueniens.de uerb.signi.& no.Spe.ti.proba.§.j.uer.ualet etiam.idẽ tenet Bar. l.si quidẽ.C. sol.mat. in fi. 10.de imo.l.ij.§.idẽ.ff.de aqua plu.arc. Et per ista est reprobata opi. Ant.de But.c. ueniens. de testi. el j. qui aliter sentit,& malè.

instrumenta de nouo reperta licitè producuntur post conclusionem in causa, et etiam post renunciationem factam de producendo testes Bar.l.admonendi.j.col.ff.de iureiu.Bald.l.j.C. de condi.inde. Adde Felin.c.intimauit.de testib. uersi. secundò aduerte. nume.3. col. 667.

instrumenta de nouo reperta, an faciant, ut sententia, quæ transiuit in rem iudicatam, possit reuocari. Vide Barto.l.j.C.si aduer.fis. lib.x. Tamen si ille, qui reperit instrumenta, probet se adhibuisse omnem diligentiam pendente lite: quia hoc probato reuocabitur sententia. Ange.l.imperatores.ff.de re iudi.Bal.l.si ex falsis.C. de transact. Vide per Fel.c. insinuante.de off.deleg.uersi. quartò allego Bar.nu.10.col.1148.

instrumenta non possunt produci post conclusionem in causa: Text. c.cùm dilectus.de fide instru. Adde & dic, quòd ille tex.habet locum etiã in arbitro & arbitratore. Ita Rom.l.j iij.col. ff.de arb. Vide Felin.d.c.cùm dilectus. uersic. & amplia primò istum text. nu.11.col. 944.

instrumenta non possunt produci post conclusionem in causa regulariter: tex.c.cùm dilectus de fide instr. Adde, q̃ ille tex.non procedit indistinctè: imo in aliquibus casibus post conclusionem in causa licet producere instrumenta, ut per do.Abb.d.c.cùm dilectus. j.col.uersi & primò. Vide ĩ.§.instrumentorum productiones & in simili uide §.iudex, utrùm post conclusionẽ. Et dic conclusiuè, quòd quando iudex uiderit expedire se procedere ex officio suo, poterit post conclusionẽ in causa admittere productiones instrumentorum: quod tenuerunt do.de Ro.decis.v.inci. si post conclusionem.dom.Abb.c.cùm clamor.de testi.Bal.l.j.in fi.C.sen.rescin. non pos.Lud. Ro. consi.suo clxxv.inci. istæ sunt responsiones. Et ex istis potes apertè uidere, quòd conclusio in causa non ligat iudicem. Adde Felin,d.c.cum dilectus.uer.modò istum text.limitat. nu.13.col.945.

instrumenta non possunt produci post cõclusionẽ in causa. Tex.est c. cùm dilectus de fid.instr. Adde, q̃ fallit hoc in causa criminali: do. Abb.d.c. cùm dilectus.j.col.uer.& primò.Bar.l.diui fratres.ff.de pœnis.& Bar.l.unius.§.cognituram.ff.de quæst. Ioan.And.cap. cùm dilectus.de causa pos.& propri.Bal.l.j.iiij.colum.uer.quartò quærit. C.de condi.indeb. Abb.& Ange. l. pactum inter hæredem.ff.de pactis.tenet contrarium,& malè. Vide per Felin.d.c. cùm dilectus.de fide instru.uersi.secundò limitat do.Abb.num.15. colum. 945.

instrumenta non possunt produci post conclusionem in causa. Text. c.cùm dilectus.de fid.instr.Adde, q̃ ille tex.non procedit in instrumentis de nouo repertis: quia etiam si est conclusum in causa, poterunt produci. Ita do.Abb.d.c.cùm dilectus.ij.col.uer.quartò, in casibus omnibus.& Bart.l.admonendi.ff. de iureiu.ij.col.uer. & ex hac. Bal.l.j.iij.col.C.de condi.inde. Adde, q̃ cõtrarium tenuit Paul.de Cast.d.l.admonendi. Sed cum opi.Barto.d.l.admonendi. transit Bal.ibi Sali.& Fulg.& do.Car.consi.suo lxxiiij.& Mo d.r.d.l.admonendi. Vide Fel.d.c. cùm dilectus.uer.tertiò limitat. nu.16.ibidem.

instrumenta non possunt perduci post conclusionem in causa. Text. c.cùm dilectus.de fide instr. Adde, quòd ille tex.non habet locum, quando instrumenta sunt producta in iudicio post conclusionem in causa, & recepta à iudice præsentibus partibus, & non contradicentibus: quia uidetur tacitè reuocata conclusio: & ualet talis productio post conclusionem: dq. Abb.c.quoniam contra.de proba.x col.uersi.no. ene. Vide ĩ.§.instrumentorum productiones. Et adde Fel.d.c.cùm dilectus.uersi.quartò limitat do.Abb.nu.17. colum. 946.

instrumenta non possunt produci post conclusionem in causa. Text. c.cùm dilectus.de fid.inst. Adde, quòd fallit in instrumentis ecclesiæ, uel pupilli, de nouo repertis: quia post conclusionem in causa possunt produci. Roma.l.admonendi. ff. de iureiu.Fel.d.c.cùm dilectus.uer.quintò limitat.nu.18. ibidem.

instrumenta non possunt produci post conclusionem in causa. Text. c.cùm dilectus.de fide instru. Adde, quòd ille text.non procedit in causis summarijs, per gloss.cle.sæpe.de uerb.sig.uerbo, interrogauit. quæ uult, quod iudex in talibus causis possit interrogare post conclusionem in causa, etiam ad instantiam partis. Et ita tenẽt do.de Ro.in antiquis, decisio.x.incip.item, quòd postquam. Adde Felin dicto cap. cùm dilectus. uersic.septimò limitat.nume. 19. ibidem.

instrumenta non possunt produci post conclusionem in causa. Text. c.cùm dilectus.de fid.instr. Adde, quòd iste tex.non habet locum, ubi iudex repulit partem, & non permisit probare ante conclusionem in causa: uel, si pars est arctata à statuto concludere intra tantũ tẽpus, tamen poterit producere instrumenta post conclusionem in causa. Ant.de But.c.tam literis.de testi. Vide per Felin.d.c. cùm dilectus.uer.undecimò limitat.nu.21.col.947.

instrumenta non possunt produci post conclusionem in causa. Text. c.cùm dilectus.de fide instr. Adde, quòd fallit hoc, quando per beneficium restitutionis in integrum subueniretur ecclesiæ, uel minori. Spec.tit.de instru.edi.§.nunc uidendum.in prin. Adde, quòd idem potest dici de maiore, cui competere posset beneficium restitutionis ex clausula, Si qua mihi iusta causa: de quo uide per Felinum capit. cùm dilectus. uersic.duodecimò limitat.nume.23. colum. 948.

instrumenta non possunt produci post conclusionem in causa Text. est. c.cũ dilectus.de fide instr. Adde, quòd iste tex.nõ habet locum in causa appellationis: quia conclusio facta in causa principali, nõ obstat in causa appellationis, per regul.l.per banc.C. de temp. app. Adde, q̃ fallit hoc, nisi in conclusione facta in causa principali, fuisset renunciatum probationib. etiam in causa appellationis: & sic esset facta mentio de appellatione in renunciatione probationum. Ita do. Car.d.c.cùm dilectus. & ibi Fel.uer. tertiodecimò limitant.num.23.colu.præallgata. Et ibi uide additionem, quam posui.

instrumenta adminiculantur ad maleficia. Ita Fel.c.cùm in ecclesijs. de ma.& obe.uer. fallit septimò. nu.8.col.1339.

instrumenta de nouo reperta, non faciunt, quòd reuocatur sententia, quæ transiuit in rem iudicatam. Ista est regula firmissima, tradita per text. l.imperatores. ff. de re iud.& cap.suborta.eod.tit. Et ista regula habet locum etiam in causa criminali: do. Abb.d.c. suborta, ult.col.uer.& ultra alios. Et idem tenet Fel.ibi uersi. propter instrumenta.nu.11.col.616. Est bene uerum, quòd beneficio principis restituitur, ut per dom.Abb.loco præalle.& Fel.ubi ĩ. col.617.Item ista regula habet locũ in testamento de nouo reperto: quia non retractabitur sententia. Fel.d.c.suborta.uer.amplia secũdò.nu.12.col. ꝓximè allegata. Itẽ habet locũ ista regula in sententia arbitri: q̃ nõ retractabitur, ꝓpter instrumẽta de nouo reperta. Fel.d.c.suborta.uer.amplia tertiò.nu.13.col.ead. Itẽ ista regula habet locũ in ecclesia: q̃ etiãsi reperta sunt instrumẽta, nõ retractatur sententia, quæ transiuit in rẽ iudicatã: do. Abb.d.c.suborta. ult.no.& ibi Fel.uer.amplia quartò.nu.14.col.eadẽ. Adde q̃ ista regula

regula fallit in multis casibus: & primò, quando ille, qui habuit instrumentum, probat se fuisse impeditum uti illo. Vide Felin.d.c. suborta.uer.fallit primò dicta regula.nu.15.col.præallegata. Item fallit ista regula, quando sententia est lata contra rempublicam: quia si instrumenta de nouo reperiuntur, tunc fauore reipublicæ bene retractabitur. Fel.d.c.suborta.uer.fallit secundò.nu.16.col. 618. Item fallit ista regula, quando sententia est lata contra pupillum, furiosum, & prodigũ: quia retractabitur sententia, si instrumenta sunt reperta de nouo. Bar.d.l.imperatores. Fel.d.c.suborta.uer.fallit tertiò.nu.17.col.ead. Item, fallit ista regula in d.l.admonendi.ff. de iureiu.quia retractabitur sententia propter instrumenta de nouo reperta. Fel.d.c.suborta.uersi. fallit quintò.nu.18. colum. 618. Item fallit ista regula in sententia interlocutoria: quia retractabitur semper propter instrumenta de nouo reperta. Fel. d.c.suborta.uer.fallit septimò.nu.9.col. 619.

instrumenta possunt produci, ubi est data dilatio ad producendos testes, etiamsi aliud non sit dictum: do.de Rota.tit.de teste.xvj.decis.in nouis. Adde Fel.c.j.de appel.uer.& data dilatione ad testes. nu.5.col. 674.

instrumenta contraria, producta in iudicio à diuersis partibus, non nocent: de quo uide, quæ posui in litera S.§. scripturæ contrariæ.

instrumenta incerta ratione temporis, putà, quia non apparet, quòd instrumentum factum sit antea nullum, ex ipsis instrumentis fidem facit: de quo uide, quæ posui in litera P. §. procuratores si duo sunt dati.

instrumentorum appellatione continentur testes: do. Ab.c.peruenit. el j.de test.cog.ij.not. Vide Fel.ibid.in princ.nu.j.col.865. Adde ad ista: pone, q̃ iudex dedit terminum parti ad producendum instrumenta, an possint produci testes? ibidem uide per Fel.nu.uers. et col.præalleg. qui tenet, q̃ non. Sed tu intellige, istud sano modo, dum modò testes sint publicati: quia si daretur terminus parti ad producendum instrumenta, non possunt produci testes: sed si testes non sunt publicati, tunc testes possunt produci, quando terminus daretur parti ad producendum instrumenta. Ita Bar.l. admonendi. ff. de iureiur.in fin. Adde Felin.d.c.peruenit. in princ. col. ut suprà.

instrumentorum productiones post conclusionem in causa, an ualeant. gl.c. quoniam contra. de proba.uerbo, productiones.tenet, q̃ non: do. Abb.ibi d.c. quoniam contra.x.col.uer.no.bene glo.tenet contrarium, q̃ imò iudex post conclusionẽ in causa potest admittere productionem instrumentorum: & hoc, quia uidetur tacitè reuocare conclusionem. Fac ergo cõclusionem, q̃ ualet productio instrumentorum, facta post conclusionem in causa, si est facta ex iusta causa, etiam parte contradicente, dum modò citata. Bal.l.j.in fi.C.sen. rescin. non pos. Fel.d.c.quoniam contra.nu.18.uer.glo.in uer. productiones.col.524. & Fel.c.cũ dilectus.de fide instr.uer. octauò limitat Bal.nu.20.col.947.par.ij. Nec obstat, si dicatur, q̃ iudex nõ posit reuocare suã interlocutoriã, quæ est executioni mandata, iuxta doctrinã Bar.l.j.in fi.uer.antequam sit.ff.de præto.stip.de quo uide Fel.d.c.quoniam contra.uer. prima cõclusio: ualet admissio, nu. 19.col. 524. Adde,& pone, q̃ productio instrumentorum post conclusionem fit facta sine causa, iudice permittente, parte præsente,& non contradicente, an ualeat? do. Ab. d.c.quoniam contra.tenet, q̃ sic, in loco præalle. Et idem tenet Fel. d.c.quoniam contra.uer.secunda conclusio. Admissio productionis.nu.20. Ibidem. Secus est, si pars cõtradixit. Ibi per Fel. plenè, col.præallegata. Adde do Abb.c. series. de testi.uer.tertiò no.ubi plus dicit, quòd etiam post publicationem attestationum instrumentum potest produci.

instrumentis nõ factis à notorio, creditur ex consuetudine, etiam inter ecclesiasticas personas de quo uide in litera C.§. consuetudo potest facere.

¶ *Integritas, uel sanctimonia personæ tollit omnem suspicionem, quando ex coniecturis dubitatur de mendacio in iudicio corrupto.* Fel.de testi.c.in literis.nu.5.col.689.

¶ *Intemperies aeris excusat citatum, si non comparet, tanquam locus non sit securus.* Bar.l.recusare.§.si quis alio: in fi.ff.ad Treb. gl.c.communis filius.xxiij.dist.Io.An.But.& do.Abb.c.cùm dilecti.de dol.& cõtu.ubi do.Ab.vj.col.uer.& facit ad q. Adde Fel.c. accedens.el ij.ut lit.non contest.uer.sexta cõclusio.nu.11.col.338.

¶ *Intentio instrumenti elicita uirtualiter, an sit de tenore instrumenti?* Vide, quæ posui in litera R.§.resultantia uirtualiter.

¶ *Interdictum non potest poni in loco, pro debito pecuniario, sine speciali mandato Papæ: de hoc est extrauag.* Bonifa. VIII.incip. proinde attendentes. Io. An.& Doc.c.præsenti.de sen.excom.in vj. Limita, ut non habeat locum in interdicto generali, quo non potest interdici tota terra: secus in speciali: quia bene poterit: propter debitum unius interdici parochia. Adde Felin.c.sanè.el ij.de off.deleg.uer.secundò nota, q̃ pro debito.nu.3.col.1069.

interdictum: ciuitas nõ potest subijci interdicto pro pecuniario debito, & ipso iure est nullum interdictum: do. Abb.c.ex rescripto. de iureiu.ij.col.ult.no.& est extrauag. Bonifacij VIII. Vide Arbi.c.sicut.xvj.q.vij. Cal. in tractatu De ecclesiastico interdicto, ij.membro, q.xvj. Domi.de san.Gem.c.si sententia.de senten.excom.in vj. Fel.d.c.ex rescripto.uersi.in fine tex.no.totam.num.2. colum. 1152.

interdictum particulare certæ ecclesiæ, an in eo habeat locum absolutio ad cautelam? Ista est magna quæstio tacta à Scribentibus, c. præsenti.de sen.excom.in vj.& ibi Domi.de san.Ge. post multa tenuit, q̃ absolutio ad cautelam potest fieri in interdicto particulari. Idem tenent do.de Rot.eo.tit.de sen.excom.decisio.ix. Vide, quæ posui in litera A.§.absolutio ad cautelam.

¶ *Interdictus potest agere.* Ita Fel.c. intelleximus.de iudi.uer.nona declaratio.nu.10.col.75.

¶ *Interesse damni emergentis & lucri cessantis, potest peti, ad ò q̃, debitor potest conuenirì non solùm, q̃ soluat debitum, sed etiam ut satisfaciat de interesse, in eo q̃ non soluit in loco promisso & termino: et hoc ad damnũ emergens, & ad lucrum cessans.* Ita do. Abb.c.P.& G.de offic.deleg.j.no.Barto.l.j.C.de sen.quæ pro eo, quod interest.& est gl.c.conquestus.de usur.& ibi Io.de Ana.iiij. col.Inn.c.sacro.uer.interesse.de sen.excom. Vide etiam Fel.d.c.P. & G.de offi dele.in prin.nu.1.col.1224.

interesse, quod tertius, comparens in iudicio, prætendit, qualiter probetur. Vide, quæ posui in litera T.§.tertius comparens pro suo interesse. ad fi.

*interesse lucri cessantis, potest peti etiam de iure canonico. ut putà in obligatione est, dare pecuniam, si debitor erit morosus in soluendo in promisso loco & termino, in hoc habebitur ratio, non solùm ad damnum emergens, sed etiam ad lucrum cessans, ut si uerisimiliter fuisset lucraturus creditor ex illa pecunia, si fuisset sibi soluta in promisso loco & termino. Et de hoc est tex.l.iij.ff.de eo, quod cert.loc. De hoc uide do. Abb.c.P.& G.de offi.dele.in prin. et c.cùm uenerabilis.de exce.iiij.col.uer.aduerte, an usuræ.& do. Abb.consi.suo lv.inci. Visis compromisso & laudo. Pet.de Anch. consi.suo cxliiij.inci. quæstio quæ uertitur. Sal.authen.ad hæc.C. de usu.iij.col.Pau.de Cast.cõsi.suo.lxxj.iij.uol. Fel.d.c.cũ uenerabilis.uer.dum dicit Abb. quòd etiam de iure Canonico. nu.7. col. 56. Adde, & intellige, q̃ interesse lucri cessantis potest peti post moram debitoris, non antè. Fel.d.c.cùm uenerabilis.uer. intellige primò.num.8.col.eadem. Item intellige, q̃ interesse lucri cessantis potest peti, dum modò non fuerit facta promissio annuæ solutionis, adiectæ debito quantitatis, propter futurum interesse: quia esset contractus usurarius. Pet.de Anch.consi.ĩ.dicto: Bal.l.rogasti. §.si tibi.ff.si certum pet. Alex.consi.suo cccccxj.inci. Viso themate. Adde Fel.d.c.cum uenerabilis. uer. intellige quartò.nu.9.col. ead. Adde, q̃ in quantum dixi, q̃ interesse lucri cessantis potest peti, dum modò à principio non fit facta permissio annuæ solutionis: dic, q̃ contrarium sentit Host.& Io. An.c. salubriter.de usur. do. Abb.c.si eo.tit. Vide additionem, quam posui ad Fel.d.c.cùm uenerabilis.de excep.uer.præalleg.

¶ *Interlineatura instrumenti quando ualeat, adeo q̃ instrumentum non reputetur uitiosum.* Vide, quæ posui in litera N.§.notarius si facit aliquem errorem.

¶ *Interlocutoria quo cognoscatur à sententia diffinitiua?* Vide, quæ posui in litera S.§.sententia diffinitiua quomodo cognoscatur.

interlocutoria habens uim diffinitiuæ est illa, quæ per omnia facit, et potest, quod etiã diffinitiua: tamẽ fertur sine solennitatib. requisitis in diffinitiua. Io. An.c.peruenit.el ij.de appel. Vide Felin. rub. de re iud.uer.Circa interlocutori.im.num.3.col.372. Adde, an in ista interlocutoria habeat locum cle.appellanti.de appella. Bald. tenuit,

tenuit,quòd non,l.minoribus. C.de his, qui.ut indig. Idem tenet do.Card. d.cle.appellanti.ix.q. & consilio suo lxxiiij.incip. Titius.Vide latè per Felin.d.rub.uersi.dubium est,quo ad effectum. nu.4.col.eadem.

interlocutoria est illa, quando pronunciat iudex appellationem desertam,sed tamen habet uim diffinitiuæ sententiæ. Feder.c. sua.de appel.iiij.no. do. de Rota.tit.de appel.xxij.decis. in antiquis. Felin.rubri. de re iud.uersic. & si dicitur, pronunciamus. num.11. col. 378.

interlocutoria est illa,quando iudex reuocat attentata, lite pendente,uel post appel. Fel.rub.de re iud.uer. & si dicatur, Reuocamus. nu.12.col.379.

interlocutoria est illa, quando iudex pronunciat super expensis,& potest reuocari. Inn.c.sacro. de senten.excommu. Quod intellige sano modo, dum modò talis sententia sit lata de per se,secus,si stimul cum diffinitiua: quia non posset reuocare illam iudex. Sal.l. potest. C.de sen. Pet.de Anch.consi.suo clxxviij. Videtur prima. Adde Fel.rub.de re iudi.uersi. & si dicitur, Pronunciamus taliter super.nu.13. ibidem.

interlocutoria est illa,per quam quis absoluitur ab obseruatione iudicij, sed tamen habet uim diffinitiuæ: do.de Rota.tit.de dolo & contu.decisio.iij.in antiquis. Pau.de Cast.l. de unoquoq. ff. de re iudi. Pet.de Anch.cle.fi.de appel.v.col.do. Abb.c.ad dissoluendũ. de despon.impu.j.no.Vide Fel.rub.de re iud.uer.sententia absoluens.nu.16.col.382.

interlocutoria est illa, per quam quis restituitur in integ. Felin.rub. de re iud.uersic.sententia concernens restitutionem.num.17. col. eadem.

interlocutoria est illa, per quam iudex pronunciat reum torquendum. Bar.l.ij.ff.de app.reci.Fel.rub.de re iudi.uer.sententia pronuncians.nu.19.col.383.

interlocutoria est illa,per quam assignatur terminus ad probandum consuetudinem. rubri. de re iudi. uer. assignatio termini ad probandum.nu.20.Ibidem.

interlocutoria præiudicialis negotio principali, si non est discussa, facit,ut iudex non possit procedere in causa. Vide suprà §. iudex non potest procedere.Adde,quando dicatur interlocutoria præiudicialis. Vide dom.Abb.c.tuam.de ord.cogni.ij. col. uersi.sed aduerte.

interlocutoria non tollitur per diffinitiuam, utputà quis appellauit ab interlocutoria, & postea appellauit à diffinitiua, an ista appellatio à diffinitiua, absorbeat appellationem ab interlocutoria? Bal.l.generaliter.circa fi.C.de rebus cre.tenuit, quòd non. Vide Fel.c. quod ad consultationem. de re iudi.uer.tertiadecima conclusio.nu.33. col. 521.

interlocutoria, per quam illatum est grauamen, si transluit in rem iudicatam, an pars appellans à diffinitiua, possit etiam petere reuocationem ipsius sententiæ interlocutoriæ, quæ transiuit in rem iudicatam. Vide, quæ posui in litera G.§. grauamen illatum.

interlocutoria quando est ferenda, an requiritur citatio peremptoria,id est, triplex? an uerò una sufficiat. Bar.l. consentaneum. C. quomodo & quando iu.ij.colu.uer.aduerte tamen. dicit, quòd si est talis interlocutoria,quæ habet inferre præiudicium,quòd non potest succurri per diffinitiuam, neque per appellationem, quòd tunc requiritur trina citatio:aliàs non.Idem tenet Bal.in Spec.tit. de sen.xxviij. col. Vide per Fel.c.in nomine Domini. de test. uer. puto hanc q. pendere. nu.22.col.572.

interlocutoria non leuis præiudicij, exigit citationem partis. Barto. & Imol.l.de unoquoque.ff.de re iud. Barto. & Bald.l. nec quicquam.§.ubi decretum.ff.de off. proconf. dom.Abb.c. auditiis. de procur. Felin.c. in nomine Domini. de testi.uer.quintò quæritur. nu.32.col. 576.

interlocutoria bis confirmata,effecta est irreuocabilis,& non auditur appellans à diffinitiua super ea: glo.cle.fi.de ap.uer. super ea. & Felin.c.si cautio.de fide instru.uer.& hinc est,quòd interlocutoria. nu.43.col.994.

interlocutoria. An iudex possit reuocare suam interlocutoriam? not.quia est materia multùm utilis. Facias regulam, & dic, quòd iudex potest reuocare quamlibet interlocutoriam,siue concernat processum,siue emergentem,siue incidentem quæstionem, per generalitatem legis, quod iussit.ff. de re iud.& c. cùm cessante. de appella. Et istud expressè uoluit Inno.c. quod ad consultationem. de re iud. & habet locum etiam in interlocutoria, quæ continet in se dare,uel non dare.Cy.l.pe.C.sen.rescin.non pos.Bald.l.si debitori.ff.de iudi.ubi dicit, quòd si iudex facit præceptum de soluendo in confessum, etiam quòd lis sit contestata, & lata sit sententia interlocutoria, tamen poterit reuocare istud præceptum, seu interlocutoriam.Vide Felin.c.qualiter & quando.el j.de acc. uersi.in gloss.j.in fi.post nu.5.col.811. Vbi firmat regulam istam. Adde,q. ista regula fallit in multis casibus:et primò in iterlocutoria,quæ habet uim diffinitiuæ: quia illa reuocari non potest.Bar. d.l.quod iussit. Fel.c. qualiter & quando.uer.fallit primò ista regula.num.7.col.812.Et quæ sit illa interlocutoria,quæ habet uim diffinitiuæ,ponit dom. Abb.c.peruenit. el ij. de appel. iij. colum. Bald.l.j. c.quando prouo. non est neces.Ant. de But. rubri.de re iud. Vide Felin. præallegato loco,& col. Item fallit prædicta regula in interlocutoria, per quam finita est iurisdictio iudicis: putà,quando pronunciauit se incompetentem,uel non esse procedendum, uel si iudex absoluit reum ab obseruatione iudicij. Text.est c.significantibus.de off.deleg.dom.Abb.d.c. cùm cessante.ij. col. Bald.l.pen.C.de pact. Imo. & Roma.d.l.quod iussit.Fel.d.c.qualiter & quando.uer.fallit secundò prædicta regula.nu.9.col.813. Dic tamen, q. aliqui tenuerunt, q. istud habet locum solùm in iudice delegato: secus in ordinario. Ita Bal.d.l.pe.C.de pac.circa fi. & l.fi,ut proponis. C. quomodo & quando iudex. in j. opposi. Vide Fel.d.c.qualiter & quando.uersi.sed istam fallentiam.nu.9. col.814.ubi uidetur tenere contra Bal. Dic etiam,q. ista fallentia non procedit, ubi pars appellat ab interlocutoria illa,quam facit iudex super incompetentia: quia non est finita iurisdictio,sed remanet in suspenso propter appellationem: do. de Rota in nouis, decisio.lxxj.inci.Item si auditor. & decisio.lxxiij.incip.F. itè si à pronuncia.do.Abb.d.c.peruenit.el j.de appel.& d.c.cùm cessante.eo.tit.Felin.d.c.qualiter & quando.uer.secundò limita. nu.10. colum. 814. Dic etiam, q. ista fallentia habet locum,quando iudex pronunciat se iudicem incompetentem super principali: secus,si super aliquo articulo. Pau.de Cast.l.post.C. de sen. Fel.d.c. qualiter.uersi.tertiò limita hanc fallentiam.nu.11.ubi suprà. Item fallit prædicta regula,si pars bis appellasset:quia si fuit confirmata, non poterit per iudicem reuocari: glo.sing.cle.fi.de app.uerbo,super ea.Bar.l.à diuo Pio.ff.de re iud.do.Abb.d.c.cùm cessante.Felin.d.c.qualiter.uersi.fallit tertiò prædicta regula.nu.12.col. eadem.Quod intellige,nisi appellatio esset deserta,uel tertius,qui comparet pro suo interesse,uellet appellare:quia liceret iudici reuocare interlocutoriam bis confirmatam. Fel.d.c.qualiter.uersi. sed hanc fallentiam. num.13.col.815. Item fallit prædicta regula, quando iudex detulisset appellationi ab interlocutoria: quia tunc non posset eam reuocare, etiam de consensu partium, c. cùm appellationibus. de app.in vj.do.Abb.c.interposita.§.ille.de appel. & Io.And.d.c.cùm appellationibus.Felin.d.qualiter.uersi.limita tamen,nisi ille tertius:num.13.col.eadem. Item fallit prædicta regula in interlocutoria, quæ esset executioni mandata:quia talem non potest iudex reuocare sine consensu partis.Bart. & alij l.j.§. fi.ff.de præto.stip.ubi etiam glo. & Bar.d.l. quod iussit.do.Card. cle.fi.de app.iij.oppos.Felin.d.c.qualiter.uer.fallit quintò.nu.15. col.816. Dic tamen, quòd si iudex uellet reuocare talem sententiam ex causa, tunc posset. Et idem, quando interlocutoria esset nulla:quia licet fuerit executa,poterit de facto reuocari sine citatione partis.Bal.l.post.C.de sen.Fel.d.c.qualiter.uersi.tertiò limita,dum modò.post.nu.15.col.817.ubi ponit multa circa hanc difficultatem.Item fallit prædicta regula in interlocutoria, quæ fuit per iudicem confirmata: quia talis reuocari non potest. Fel. d.c. qualiter & quando.uer.fallit sextò.nu.16.col.818. Itè fallit in interlocutoria,per quam iudex declarat uerba ambigua suæ sententiæ:quia nõ poterit postea iudex reuocare talẽ sententiã. Ang.d.l. quod iussit.Bal.l.ij.C.de sen.ex breui recit.Vide Fel.d.c. qualiter. uer.fallit septimò.nu.17.col.821.Vbi ponit contrarias opiniones. Item fallit in interlocutoria, per quam faciũ est aliquid in iudicio de uoluntate partiũ. Quoniam sine consensu partium non poterit iudex reuocare interlocutoriam. Bald.l.dicere. §. fin.ff. de arbi.

Bal. in

Bal.in addi.Spec.tit.de sen.ij.col.Vide Felin.d.c.qualiter.uer.fallit nonò.nu.19.col.823. Item fallit prædicta regula in interlocutoria,à qua fuit appellatum, & fuit confirmata,quia si non præiudicat negotio principali, nec cum eo est connexa, in causa appellationis à diffinitiua non potest amplius de ea cognosci. Fel.d. c. qualiter.uer.fallit decimò.nu.20.col.præalleg.Dic, quòd contrarium tenuit Ioan. And.d.c.cùm cessante. & Innoc.c.sacro.de senten.excom.Vide Felin.ubi suprà.col.eadem. Item fallit prædicta regula in interlocutoria expensarum. Vide Feli.d.c qualiter. uer.fallit undecimò.ibidem.nu.21.col.823. Item fallit prædicta regula in interlocutoria, quam facit iudex pronunciando accusationem: putà, contra Titium, abolendam esse, quoniam reuocari non poterit.Bal.l.j.C.qui accu.non pos.xvj.col.Fel.di.c. qualiter. de accu.f.C.qualiter & quando.nu.9.col.813.

Interlocutoriam iudex non potest reuocare, quæ trahit secum executionem,ut putà,quando declarauit non procedendum super libello tanquam inepto:& idem est,ubi facta est executio. Ita Feli. c.at si clerici.§.de adulterijs.de iudi.uer.fallit primò.col. 42.

¶ *Interpretatio statuti,uel sententia,an possit fieri? & quotuplex sit?* Ponit Bar.l.ab executore.iij.col.uer.quæro.ff.de appel.Bald.l.ij. C.de sen.ex breui.reci.ubi dicit,quòd interpretans non debet aliquid detrahere, uel addere. & Bal.l.ut proponis. C.de execu.rei iu.dicit,quòd interpretatio debet esse laudabilis. Adde do.Abb.c. j.de postu.præla.v.col. Vide latissimè per Feli.c.super quæstionũ. de offic.deleg.in princ.col.1156.

interpretatio rescripti fit secundum ius commune. Feli.de rescrip.c. causam,quæ.nu.5.col.605.

¶ *Interrogans an uideatur confiteri? gl.ij.c.fin.xxxj.q.j.tenet,quòd sic.* Arch.c.quod dit.xxij.q ij. Ant. de But.c.fin.de confes. Tamen communis opi.est in contrarium. Bar.l.ij.§.quod obseruari.C.de iura.cal.do.Abb.d.c.fi.vj.col.uer.ego hoc dictum.Idem tenet Fel. c.quoniam contra.de proba.uersic.nota quartò ex eo.nu.6.parte ij.colum.516.Adde ad ista illa, quæ posui in litera P.§.positiones differunt.

interrogans,utrùm uideatur fateri id, de quo interrogat aduersarius ita se habere? ponit Fel.c.examinata. de iudi.uer.utrùm interrogans.nu.4.col.132. Adde tu,quòd Bart.l.ij.§.quod obseruari.iij. col.uer.iuxta prædicta.C.de iur.cal.& l.j.ff.de interro.act.j.col. uer.quæro,in quo differant.tenet, quòd interrogans non uidetur fateri.Adde Bal.l.sicut.C.de rep.hæ.

¶ *Interrogatorum copia non est danda parti,ut euitetur occasio malignandi: de quo uide do. Abb.c.per tuas.de testi. iij.col.uersic.sed quæro.Vide gl.c.in primis.uerbo, præsente.ij.q.j.& adde Feli.d. c.per tuas.uer.item in quantum dicit Inno.nu.4.col.814.*

¶ *Interrogatus ut respondeat per uerbum Credo,non debet habere terminum ad deliberandum.Ita dicit glo.c.quosdam. de præsum. uerbo,credo.quam reputat singularem Roma. in suo sing. incip. Parti respondere debenti. Bal.ibi dicit, quòd istud est uerum in facto notorio,uel proprio,de recenti:sed si esset interrogatus de facto alieno,uel etiam de proprio antiquo:quia tunc deberet habere terminum ad respõdendum.Adde Feli.d.c.quosdam.uer.in gl. ij.in fi.nu.4.parte ij.col.1052.*

¶ *Intimatio est fienda, ubi requiritur notitia alicuius, non solùm ut sciat,sed ut aliquid faciat,uel non faciat:putà,in causa appellationis,nunquid appellans debeat intimare appellationem appellato. Vide Felin.c.cùm contingat.de rescrip.uer.limita primò istam cõclusionem.nu.7.col.719.*

¶ *Intrans possessionem beneficij, non leuatis bullis, perdit omne ius, etiam quòd habeat signaturam:regula cancellariæ xxxviij.Felin. c. ueniens. de accusa. uer. septimò dicitur esse intrusus.numer.3. colum. 791.*

intrantes religionem quando faciunt professionem, si protestantur se uelle retinere bona propria,etiam quòd talis protestatio sit acepta per eos in manibus, quorum fit professio: dico,quòd nulla est talis protestatio, imò professio ualet, & protestatio uitiatur. Ita Fel.c.cùm M.Ferrariensis.de consti.uer.limita tertiò,nisi protestatio.nu.75.col.232. Adde,quòd idem tenet Imo.ibi, & Ioã.de Ana. c.fin.de condi.appel. Adde Ludo.Ro.l.j.§.si stipulanti.ff.de uerb.oblig.vj.col.

¶ *Intrusus:confirmatio facta à superiore de intruso nõ ualet,si ignorauerit*

rauerit de intrusione in beneficio. Fel.c.postulasti.de rescrip. uer. per dictam gl.nu.15.col.762.

intrusus quot modis dicatur? Vide per Fel.c.in nostra.de rescri.uer. quot modis nu.11.col.918.

intrusus quando sit citandus, ante quàm auferatur ei possessio? Vide Felin.c.in nostra.de rescrip.uer.quintò not.quòd possidens colorate.nu.34.colum.938. & uide ea, quæ posui in litera P.§.possidens coloratus.

intrusus quomodo dicatur? Vide Domi.de san. Gem.c.propter. xix. dist.ult.col. Et dicitur etiam intrusus ille, qui est positus in beneficio auctoritate superioris non habentis potestatẽ conferendi: & ideo, si permutantes beneficia, & illa sunt reseruata, & inferior facit collationem inter permutantes, collatio est nulla, & illi sunt intrusi.Felin.c.in nostra.de rescrip.uer. Item dicitur intrusus.nu. 12.col.918. Et ibi uide Felin. quia enumerat multos modos, per quos quis dicitur intrusus.

intrusus quot modis dicatur? Adde, & dic, quòd ille, qui nullum colorem in titulo beneficij habet, dicitur intrusus: item, qui habet beneficium sine authoritate superioris. Item, qui est depositus à beneficio, & remanet in eo. Item dicitur intrusus ille, qui est electus, & ministrat ante confirmationem.c.ij. de restit.in integ. & ibi do.Abb.j.col.Item est intrusus ille, qui commisit crimen depositione dignum :glo.ij.c.cùm super.de causa poss. & prop. Item est intrusus ille, qui habet beneficium ablatum alteri iniustè, c.tanta. de ex cef.præla. Item est intrusus ille, qui primò intrauit beneficium authoritate principis secularis, etiamsi postea impetrat illud à Papa: quia, nisi hoc narrauerit Papæ, literæ cõfectæ super beneficio non ualent: Io.An.c.dudum.de electio.el ij.do. Abb.d.c. ad aures.de rescri. & c.cùm iam.de præbẽ. & c.præterea.de iure patro.ultimo no.do.Car.& ibi Pe.de Anc.cle.per literas.de præben.Adde Fel.c.ueniens.de accus.uer.q, intrusus.nu.2.col.790.

¶ Inuentarium debet fieri ab hærede, ante quàm adeat hæreditatẽ: aliter tenetur ultra uires hæreditarias, l.sancimus.C.de iure delib. §.& si præfatam.ubi Bar. & alij. Adde tu, quòd hoc fallit in multis casibus, in quibus, etiamsi hodie hæres adit hæreditatem, & nõ conficit inuentarium, tamen non tenetur ultra uires hæreditarias: de quibus uide Alex.de Imo.d.l.sancimus. §. & si præfatam. in princ. Adde, quæ posui in litera H.§.hæres non tenetur.

¶ Inuestitura an præsumatur, quòd sit facta in præsentem: do.Abb.c. tenor.de re iud.ult.col.uer.an presentis. tenet, quòd sic.Bart.l.ij. C.de statu.& imag et dicit, quòd in dubio non præsumitur, quòd inuestitura sit facta in præsentia partis & iudicis. Adde Felin.d.c. tenor.uer.ad illud de inuestitura.nu.3.col.459.

inuestituræ duæ si sunt factæ eodem die, & non apparet, quæ prima & quæ secũda, prævalet illa, quæ plenior est. Ita Feli.c.pastoralis. de rescrip.uersi.& scias, quòd quando apparent.nu.8.col.553.

¶ Inuitus & reclamans in quo differant? Vide per Fel.c.j.de offi.deleg.in princ.nu.1.col.1022.

¶ Inuocatio diuini nominis in instrumento an sit de necessitate solennitatis, ad hoc, ut si aliter sit factum, sit nullum? Vide Fel.c.si scripturam.de fide instru.uer.sed quòd non sit de essentia inuocatio. nu.2.col.881.

¶ IPSO iure: quid important ista uerba? dic, q, sententia est nulla absq; alia infirmatoria hominis. Fel.c.Rodulphus.de rescri. uers. uer. a latæ sententiæ.nu.24.col.998.

¶ IRACVNDIA quando excusat ab iniuria illata? uide suprà §. iniuriam inferre.

¶ Irregularis an licitè teneat beneficium suum, & an faciat fructus suos, usquequo deponatur? uide, quæ posui in litera C.§.clericus dignus priuatione.

irregularis an præsumatur clericus, qui uulnerauit aliquem, qui mortuus est: an autẽ tempus excuset ab irregularitate, uide Fel.c.presbyterum.de homi.in princ. col.1229. & quæ posui in litera C. §. clericus, qui uulnerauit.

¶ *Irregularitas oritur ex homicidio secuto ex causa propinqua, etiamsi clericus det operam rei licitæ? uide, quæ posui in litera C. §.clericus efficitur irregularis, quando præstat causam.*

irregularitas in dubio in foro contentioso nõ præsumitur: ideo clericus dubius, cùm nõ sit irregularis, nõ debet abstinere à celebratione.Fel.c.ad audientiam. de homi.in prin.nu.1.col.1133.

irregularitas, quæ prouenit ex homicidio uoluntario, an sit de iure diuino? do.Abb.c.ad audientiam.de homi.tenet, quòd sic, ij.not. contrarium tenet Inno.ibi, & c.nisi cùm pridem.de renũ. ubi dicit, omnem irregularitatem, etiam ex homicidio uoluntario, indulctam à lege canonica: & idem tenet do.Abb.c.ego N.de iureiur. sibi contrarius. Et quamuis do.Abb.allegat illud, Non ædificabis mihi templum, tamen in contrarium habes multa iura: & primò Moyses fuit homicida, ut in tex.xxiij.q.iij.c.non inferenda.& tamẽ ædificauit templum, c.j.de consec.dist.j. & etiam fuit summus sacerdos.c.per uenerabilem.qui filij sint leg. Et propter hoc glos. xxj.dist.in summa, dixit, quòd in ueteri Lege homicida non repellebatur à sacerdotio. Et uidemus etiam in nouo Testamento, quòd Paulus, qui præbuit opem lapidantibus Stephanum, & Petrus, qui mutilauit Iudæum, fuerunt tamen primi fundatores ecclesiæ. Et ideo opi.Inno. est uera, quam tenet Arch.c. si quis.& c.excommunicatos.xj.q.iij.& c.j.xxj.dist.& c.omnes.j.col.xvij.q.iiij.& do.Car.c.petitio.de homi.& ibi Io.de Ana. & uidemus etiam, q, à Papa & per officiales suos ecclesiasticos quotidie committuntur homicidia iusta, quæ non committerẽtur, si de iure diuino hoc sacerdotibus non liceret. Adde & fac conclusionem, quòd ius positiuum hoc nouum induxit, quòd etiam pro iusto homicidio induceretur irregularitas. Vide Imo.d.c.nisi cùm pridem. de renun. Et dic, quòd Papa cum omni irregulari, etiam homicida uoluntario, dispensare potest. Ita eleganter tenet Hosti.c sicut dignum.de homi. & ibi do. Abb. iij. col.uer.eandem gloss. An autem Papa dispensat cum homicida? Vide, quæ posui in litera P. §. papa an dispensat cum homicida? & in litera D. §. an dispensatio homicidij. Adde Felin.in ista materia irregularitatis, an sit de iure diuino, uel non, ut d.c.ad audientiam, uersic. Sed aduerte. nu.2. col.præalleg.

irregularitas cõtrahitur ex lethali percussione, etiamsi alius postea talẽ uulneratũ extinguit: habui casum de facto in clerico Bergomensi. Idem est, si non apparet, quòd uulnus sit lethale, & ab alijs talis uulneratus occidatur. Item irregularitas contrahitur, quando quis nõ percussit lethaliter, sed habuit animum occidendi: quia si alius eum occidit, irregularis est: uide, quæ posui in litera C.§. clericus irregularis censetur.

irregularitas tribus modis tollitur: primò per baptismum, do.Abb. c.gaudemus. de diuor. undecunq; ueniant, præter quàm ex defectu sacramenti. Vnde bigamus ante baptismũ non potest promoueri baptismo subsecuto. Tex.c. si quis.xxxiiij.dist.Quamuis do. Abb.fuerit dubius de irregularitate, quæ contracta est sine peccato, ut d.c.gaudemus.ubi eum uideas. Adde Scot.iiij. dist.xxxiij.q. qui tenet, quòd omnis irregularitas, ubicunq; contracta ex homicidio, tollitur per baptismum. Idem tenuit glos.c.si quis uiduam.l. dist.Secundò tollitur per ingressum religionis: gl.c.ij.de apost.ad quam te remitto cum ibi no. Tertiò tollitur per dispensationem Papæ: nam in omni irregularitate potest dispensare: quia omnis irregularitas est de iure positiuo, ij.q.vij.§. itẽ Daniel. Ponit Feli. c.quæ in ecclesiarũ.de cõsti. uer. secũda conclusio. ibi, idem in irregularitate.col.132 Vide, quæ posui j.§.irregularitas ex homicidio. ubi habes, an Papa possit dispẽsare in omni irregularitate.

irregularitas ex homicidio uoluntario, an sit de iure diuino: ponit Felin.c.fin.de maio.& obe.uer.extra materiã.nu.6.col.1366.Vide do. Abb.c.clerici.el ij.de ui.& hone. cle.ij.col.uer.sed circa hoc. ubi uidetur tenere, quòd cum clerico homicida uoluntario Papa dispensat: quia irregularitas est de iure positiuo.Et istud idem tenet do.Abb.clarius, c.sicut dignum. de homi.iij.col.uer. in eadem glos.Adde Fel.d.c fi.de maio.& obed.col.1367.ubi concludit, q, Papa possit dispensare cum clerico homicida, & etiam dispensat aliquãdo contra ius diuinum.Adde ad ista, quæ posui suprà §.irregularitas tribus modis.

irregularitas tollitur per ingressum religionis secuta professione: & hoc, quãtum ad irregularitatem ortam sine culpa: tamen talis nõ poterit promoueri, licet possit ordinari sine dispẽsatione. Ita Feli. c.cùm deputati.de iudic.in princ.nu 2.col.144.

irregularitas quãdo contrahitur ex consilio dato per clericum: Vide, quæ posui in litera C. tribus §. §. incipiendo à §. clericus in currit

currit irregularitatem.cum ij.§ §.seq.

irregularitas non reddit electionem ipso iure nullam, sed annullandam.Ant.de Bu.c.auditis.de elect.ult.col.Feli.c.dilectæ.de except. uer.sed teneo.nu.4.col.109.

irregularitas causatur aliquando ex ipso scandalo, etiam sine culpa: gl.c.ex literis.el j.de homi.uerbo, scandalum.Fel.c.ij.de præscrip. uer.tertiò solum scandalum.nu.2.col.180.

¶ ITEM, *ista dictio est continuatiua.* Bar.posuit l.j.de pub.& l.in repetendis.ff.de leg.iij.j.col. Felin.c.pastoralis.§.item de offi.deleg.in princ.nu.13.col.1173. Adde tu Bal.l.fi.C.de indic.uid. tollen.& notatur per Doct.l.item ueniunt.in princ.ff.de peti.hære. Bar.l.ij.ff.de his, qui sunt sui, uel alie.iur.Bar.cõsi.suo, incl. Quidam Thadæus. Paul. de Cast.consil.suo lxxij.incip. Viso puncto suprà scripto.

¶ IVBEMVS: *istud uerbum Iubemus, importat necessitatem.* Vide, quæ posui in litera P.§.præcipio.

¶ *Iudæus, qui est in ciuitate, uel castro, ibi stans, & dans ad usuram, non dicitur ciuis, sed incola.* Ita Fel.c.quoniam.ff.de offi.ordi.uer. unde Iudæus.nu.4.col.1276.

Iudæus ligatur iuramento: & ideo tex.c.quamuis.de pac.in vj.habet locum in Iudæa. Ita Felin.c.cùm sit.de foro compe.uer.septimò limita.nu.10.col.200.

Iudæus baptizatus sine responsali, an sit baptizatus? Pe.de Anch.cõsil.suo cxcj.incip.secundum ea.dicit, quòd Iudæus baptizatus sine responsali, non imminente necessitate, non est baptizatus. Adde Felin.c.fin. de Iudæ.uersic. ultimò uide Pet. de Anch.nume.6. colum.1084.

Iudæus, uel infidelis, an possit denunciari? uide per Felin.c.nouit.de iudic.in prin.nu.1.col.106.Adde tu, quòd teneo, quòd etiam infidelis, & sic Iudæus, potest puniri, si deliquerit, utputà circa spiritualia, si deliquit, quòd puniatur per iudicem ecclesiasticum: si autem in temporalibus, per iudicem laicum. Ita scribentes c.gaudemus.de diuor.Adde, quid de crimine mixto, an possit in foro ecclesiastico, & foro seculari puniri? Vide per do.Ant.de Bu.c.tuæ.de procu.& per Bar.l.senatus.ff.de accusa.& l. quid ergo.§. pœna grauior.ff.de insu.Adde Salic.l.qui de crimine.C.de accus.

Iudæus non potest esse testis contra Christianum: ij.q.vij.c.si hæreticus.Non obstat tex.c.Iudæi.de testi.quia de facto, ut per Scribẽtes ibi: & dic, quòd istud habet locum etiam in Iudæo nouiter cõuerso.Fel.d.c.Iudæi. in princ.col.679.parte ij. Fallit hoc, quando Iudæus produceretur in testem contra Iudæum reuersum ad Iudaismum.Glo.c.contra Christianos.de hæreti.in vj. & Fel.d.c.Iudæi. uer.hoc autem, quòd Iudæus.nu.2.col.ead. Itẽ Iudæus potest esse testis in testamento, & alijs contractibus inter uiuos. Bar.& alij l.quoniam.C.de hære.Bal.l. cunctos populos.C.de sum.tri.& fide Catho.Feli.d.c.Iudæi.uersic.fallit tertiò. nu.2.col.eadem. Item Iudæus potest esse testis in probando interruptionẽ præscriptionis.Ro.l.pactum, quod dotali.C.de colla.Feli.d.c.Iudæi.uer.fallit quartò.nu.4.col.680. Item Iudæus potest esse testis contra Christianum: & hoc, quando Christianus renunciaret huic fauori.De ueritate istius dicti uide Felin.d.c.Iudæi.uersic. fallit quintò.nu.5. colum. 680. Item Iudæus potest esse testis in criminalibus exceptis: uide per Felin. d. c. Iudæi. uersic. fallit sextò. nume. 6. colum. præalleg.

Iudæus an possit esse hæres Christianiẽ? glo.magna c.Iudæi.el ij.de Iudæis.tenuit, quòd non: & eã tenet Angel.l.j.C.de Iudæis.Contrarium tenuit Bar.l.j.C.de sac.sanct.eccles.circa princ. ubi Bald.& Salic.iiij.col.Vide Fel.c.Iudæi.el ij.de Iudæ.uersic.non obstat.nu. 3.col. 1059.

Iudæus an possit Christiano apponere aliquod crimen, si producatur contra eum in testem.Fel.de testi.c.Iudæi.nu.7.col.680.

Iudæus an ligetur statutis municipalibus ciuitatis, ubi habitat? Bald. tenet, quòd sic, l.spadonem.§.iam.ff.de excu.tu. Et idem tenet c.j. de noua for.fideli.& Domi.de sanct.Gemi.c.ius quæsitum.j.dist. Adde Felin.c.Iudæi.el ij.de Iudæis.uersic.subdit tamen hic. nu.4. colum.1060.

iudex an possit immutare pœnam.Inno.c.qualiter & quando.de accus.el ij.dicit, quòd si iudex in sententia imponit certam pœnam, non potest postea eã alterare, sed bene tempore sententiæ potest eam ex causa moderari:si uerò iudex nullam pœnam exprimit in sententia, sed simpliciter declarat, crimen esse commissum, tunc uenit imponenda pœna iuris:& iudex non potest moderari:& si nulla pœna esset expressa in iure pro illo delicto, tunc imponenda est pœna arbitraria, quæ solet imponi. Vide Bal.l.j.C. de sum. tri.& fide Catho.viij.col.uer.opponitur ultimò. Vide Felin. d.c. qualiter.§.ad corrigẽdos.uer.circa quartũ, utrùm iudex. nu.29. col. 923. Adde, q̃ quantũ dixi, q̃ iudex potest tempore sententiæ moderari pœnam,istud est de mente Inno.ut ſ.& aliorum.Ita etiã tenuerunt d.c.qualiter & quando.Sed dic,quòd istud fallit in multis casibus:& primò in iudice delegato: quia non potest moderari pœnam. Arch.§.notandum.ij.q.j.ubi etiam Domi.de sanc. Gc. Ant. de But.c.quoniam.§.fin.ij.col. ut lit. non contest. Felin. d.c. qualiter.§.ad corrigendos. uer.sed aduerte, in quantum. nu. 31. col.924.Item fallit,ubi lex imponeret certam pœnam,& nullam aliam.Bal.l.non dubium.C.de legi.xj.col. Felin.d.c.qualiter.d.§. uersic.fallit secundò nu.32.col.924.Item fallit,quando esset talis iudex,qui non posset super crimine dispensare: gl.c.licet.de pœnis.Felin.d.c.qualiter.§.prædicto.uer. fallit tertiò.nu.33.col.ead. Item fallit, ubi lata est sententia: quia amplius iudex non potest se impedire.Inno.d.c.qualiter.ubi Feli.§.alleg.uer.fallit quartò.nu. 34.col.ead.Dic tamẽ,q̃ in causa hæresis bene possit mutari,etiãsi lata esset sententia, c. ut commissi.§.ult.de hære. in vj. Dic etiam, quòd in foro pœnitentiæ pœna potest mutari: glos.c.super his.de uoto. uerbo, impotens. Felin. ubi ſ.uersic. nu. & col. præalleg. Item fallit, quando minuens pœnam ordinariam minuat in eodẽ genere delicti.Abb.c.ij.de deli.puc.Felin.d.c.qualiter.d.§.uer.fallit quintò. nu. 35.col.924.Item fallit,nisi pœna,quam mutat iudex, esset applicanda parti. Domi.de san.Ge.d.§.notandum.Feli. d.c.qualiter.d.§.uer.fallit sextò,nu.36.col.924.

iudex ex qua causa potest mutare pœnam delicti,uel alterare?& certẽ de hoc dubitari potest. Adde,& dic,quòd iudex potest mutare pœnam,& sic alterare ex magnitudine delicti.Ita Inno.c.j.de cõsti.Bald.c.j.quib.mo.feud.amit.& authen.sed nouo iure.C.de ser. fug.Io.de Ana.c.ij.de adult. Ang.& Salic.l.Gracchus.C.de adult. Felin.c. qualiter & quando. de accus. el ij.§. ad corrigendos.uer. sed pulchrè,nu.37.col.ut ſ.Item iudex potest mutare pœnam ex consuetudine: do.Abb.c.ea.quæ.de stat.mo.iiij.not. Felin: sequitur d.c.qualiter.uer.secunda causa.nu.38.col.925.Item iudex potest mutare pœnam, quando proceditur ex præsumptionibus. Bald.l.sciant cuncti.circa fi.C.de prob. Felin.d.c.qualiter. uersic. tertia causa.nu.39. col. 925. Item iudex potest mutare pœnam delicti, quando proceditur ex sola fama. Bar.l.j.de except.Felin. d.c.qualiter.uer.quarta causa.nu.40.col.eadem. Item iudex potest mutare pœnam delicti, quando condemnatus est. Vide per Felin.c.qualiter.uersic.quinta causa.nu.41.ibi,col.alleg. Item iudex potest minuere pœnam delicti, quando quis commisisset homicidium ad sui defensionem. Ioan. And. c.significauit.de pœni. & remis.Felin.d.c.qualiter. uersic. sexta causa. nu.42.col.925. Item iudex potest mutare pœnam delicti ratione euitandi scandali glos.c.ij.de temp. ord.in vj. Domi.de san.Gemi.c.conuersationes.xliiij.dist.do.Abb.d.c.qualiter.ubi Felin.uersic.septima causa.nu.43.ubi ſ.col.præalleg.

iudex, qui sine causa minuit pœnam iuris, in delictis, efficitur infamis.Ita Hosti.c.de causis.de offic.deleg.Lud.Ro.in sing.suis,sing. lxxix.Felin.c.qualiter & quando.de accus.el ij.d.§.uersic.& pro complemento.col.925.

iudex, qui alterauit pœnam iuris communis in delictis, & non apparet causa, tamen in dubio præsumitur,quòd hoc ex causa fecerit. Spec. tit. de accus.§.j.uer. quid si iudex.Felin.d.c.qualiter & quando.el ij.de accus.uer.no.secundò.nu.45.col.926.

iudex an faciat litem suam: glos.c.excommunicamus. de hære.dicit, quòd sic,quando iudex est negligens. Idem tenet glo.c.hoc etiam. ij.quæst.vj.Innoc.c.sæpe.de appel. Vide Felin.d.c. excommunicamus.uer. item glos.in uerbo, neglexerit. nu.5.col.1110. Adde, quòd contrarium tenet Bart.l.si.ff.de uar.& extraordi.cog.Bar. & Angel.l.mancipia.C.de ser. fugi. Tu dic,quòd quando non est determinata pœna iudicis delinquentis, debet attendi, an per imperitiam læserit partem: & tunc tenetur ex quasi delicto:Insti.de oblig.quæ ex deli.in princ.Fallit,quando errasset in articulo uale de dubio glos.ibi:Bald.d.l.mancipia. Aut dolosè negat facere iustitiam:& tunc tenetur ad uerum interesse,sed non facit totam litem suam.Spec.tit.de disput.& alleg.§.fin.uer.sed quid.Vide Fel. late d.c.excommunicamus.uersic. concludo,quòd ubi.nu.6.col. præalleg. Adde, an quæstio ista habeat locum in iudice delegato, seu compromissario:glos.dicit, quòd sic,l.si quis in conscribendo. C.de pac. Et idem tenet Bar.l.si.ff.de uar.& extraordi.cog.Adde,quid in arbitratore? Bar.d.l.fin.dicit,quòd arbitrator tenetur de dolo & lata culpa. Adde,an iudex faciat litem suam,si non sequatur consilium sapientis? Ang.l.filius.ff.de iudi. tenet,quòd sic: & hoc, quando à statuto coarctatur sequi consilium. Item iudex, qui negligit, punitur criminaliter: imò potest puniri,seu priuari toto salario. Ang.l.si uacantia.C.de bonis uac.lib.x.viij.col. Item iudex, qui amittit instrumentum non solenne, facit litem suam. Inno.c.uenerabilis.de excep.Bal.l.fi.C.si cer.pet.Item iudex accipiens non idoneum fideiussorem,tenetur ad interesse:authen.generaliter.& ibi Bal.C.de episc.& cleri.

iudex debet iudicare secundum acta & probata,omissa conscientia: & ista est regula. Vide do. Abb.c.pastoralis.§.quia uerò.de offic. deleg.uersic.in glos.in uerbo, tenetur. Vide Bald. in præludijs ij. libri Decretalium: S.Tho.secunda secundæ, quæst.lxxvij.artic.ij. Felin. d. c. pastoralis. §. quia uerò. uersic.glos.in uerbo. tenetur. nu.23.col.1178.Limita tamen,nisi conscientia iudicis esset informata à notario: quia illam sequi debet. Ita Domi.de sanct.Gemi. c. iudicet.iij.quæst.vij.In hoc uide Fel.d.c.pastoralis.§.quia uerò. antedicto uersic.col.1179.Limita etiam, nisi iudex,qui habet iudicare, esset supra leges: quia iste posset præponere conscientiam suam probationibus & actis. Ita Bart.& Bal.l.j.C.ut quæ desunt aduoc. Et adde, quòd idem est in quocunq; domino,cuius dictum habetur pro lege in suo territorio. Ita Innoc.c.cùm inter, de electio. Adde Felin. d.c.pastoralis.§.quia uerò.uersic.& col.præalleg. Limita etiam in criminali:quia debet sequi conscientiam suã. Innoc.d.§.quia uerò: & etiam do. Abb.ibi in uer. glos. in uerbo, tenetur. Angel.l.à diuo Pio.ff.de re iudic.Pet. de Anch.c.j.de senten.& re iudic.in vj. Vide per Felin.d.c.pastoralis.§. quia uerò. uersic. & col.allegatis. Limita etiam, nisi esset iudex, qui posset pronunciare in scriptis,& sine scriptis:quia iste potest sequi conscientiam suam. Barto.authen.nisi breuiores.C.de senten.ex breuic.recitan.Bald.l.iubemus.§.sanè. C.de sacrosanct. ecclesi. Felin. idem tenet d.§. quia uerò.uersic.quintò limita.col.eadem. Adde in materia ista Pet. de Anch. in repe. c. j. de senten.& re iudic.in vj.char.vj.& in regula,possessor.de reg.iu.in vj.Arch.c.qui resistit. xj. quæst. iij. Bald. Salic. l.j.C.ut quæ des.aduoc. Bald.l. sed & si restituatur.§.fin.ff.de iudic.Ioan.And.c.ex tuarum.de sortilej.Inno.c.uenerabili.de censi. Ant.de But.c.ueram.de cons.cle. & mu.ult.char. Arc.c.cùm quis.de sen.exc.in vj.Vide Fel.d.c.pastoralis.§.quia uerò.de offi.deleg.uer. & col.prædictis.& ibi possuit multa in materia ista.

iudex potest esse criminosus:glos.c.cùm R.de offic.deleg.uersic. cùm sint.& ibi Fel.in fi.col.1211.

iudex cuius iurisdictio prorogata fuit, si tulit sententiam, non potest illam exequi.Tex.& glos.& ibi Bal.l.episcopale.C.de episc.audi: Io.An.addi.Spec.ti.de compens.§.j.& ibi dicit, quod ordinarius hoc debet facere ad nutum illius. Ludo.l.j.§.& post operis. ff. de no.oper.nunc.Adde Felin.late c.P.& G.de offic.deleg.uer.iudex uerò,cuius iurisdictio.nu.8.col.1227.

iudex, qui tulit iniquam sententiam, tenetur ad interesse: do. Ab. rub. de appel. ult. col. uer. ad septimum, de quo uide latè per Fel. d. rub. uer. circa septimam. nu. 5. col. 670.

iudex potest ex causa magna transgredi legem & canones: utputà, in pupillo, qui hominem interfecit, iudex potest mutare pœnam mortis in aliam pœnam: de quo uide Felin. qui multa cumulauit in isto passu, c. j. de constit. uer. fallit septimò regula. nume. 48. colum. 57.

iudex, qui potest procedere uia regia, omisso iuris ordine, non debet hoc facere, nisi priùs notificet parti: de quo uide, quæ posui in litera C. §. clausula posita in rescripto seu compromisso, etiamsi uigore illius.

iudex an possit diuidere rem, de qua litigatur? dic, quòd si hincinde sunt opiniones probabiles, & materia est diuisibilis, laudaretur iudex, qui diuideret. Pe. de Anc. consi. suo ccvj. incip. inter contraria. Vide Fel. c. j de consti. uer. secundò no. nu. 52. col. 65.

iudex, qui in iudicando & cōsulendo imitatur opinionem magistri sui, excusatur in syndicatu. Fel. c. j. de consti. uer. quintò no. nu. 56. colum. 66.

iudex non potest recusari, ut suspectus, post conclusionem in causa. Fel. c. cùm dilectus. de fi. instru. uersic. & non dicitur iudex suspectus. nu. 6. col. 943.

iudex potest inuita parte recipere probationes, ubi uertitur periculum animæ: utputà quia agitur de beneficio curato: quia isto casu iudex ex officio suo potest recipere testes, & post conclusionem in causa. Do. de Ro. decis. v. in nouis. Adde Felin. c. cùm dilectus. de fi. instru. uer. modò istum tex. nu. 13. col. 945.

iudex potest usq; ad sententiam, & sic post conclusionem in causa, partes interrogare ad clarificanda dubia circa merita causæ: & hoc, si procedit ad utilitatem priuatam. Ita do. Abb. c. cùm Ioannes. de fi. instru. iij. col. uer. no. & tene menti. Quod tamen intellige, dum modò interroget circa dubia eorũ, quæ sunt acta ante cōclusionem: do. Abb. ubi s. & not. quòd hoc fuit dictum Inno. d. c. cùm Ioannes. Et istud tenet Spec. tit. de positioni. §. iiij. uer. sed si ante Bald. l. per hanc. j. col. C. de temp. appel. Pet. de Anch. c. j. de confes. Et dic, quòd ista intelliguntur in iudicijs ordinarij: quia in summarijs iudex interrogat partes quandocunq;, etiam ad instãtiam partis: glos. cle. sæpe. de uerb. signifi. uerbo, interrogabit. Ita do. Abb. d. c. cùm Ioannes. loco præallegato: & ibi uide Felin. uer. no. accuratè, secundum omnes. nu. 11. parte ij. col. 957. Adde tamen, quòd etiã in iudicijs plenarijs iudex poterit interrogare partes post conclusionem in causa, etiam ad fundandam nouam intentionem: & sic ultra acta, quæ sunt facta ante conclusionem. Et per ista tollitur dictum Inno. Istud tenuit do. Abb. d. c. cùm Ioannes. iij. col. uer. potest tamẽ dici. Et idem tenuit ibi Io. And. Ant. de Bu. & Imo. c. j. de iudic. ubi etiam Ant. de But. iij. col. Et ratio est, quia nõ concludit iudici, sed partibus tantùm. Adde tamen quòd authoritas Inno. est magna. Ideo eius opinio in practica est sustentabilior, quamuis opi. aliorum sit æquior. Vide per Fel. latè d. c. cùm Ioannes. uers. sed etiã in plenarijs. nu. 12. col. 985. Et adde ad ista §. instrumẽta possunt produci post conclusionẽ in causa regulariter.

iudex, quantumcunq; nullus, si per arbitros electus, de consensu partium pronunciandum est, quòd sit iudex, poterit cognoscere: & ualebit iudicium. Ita Fel. c. pastoralis. de rescrip. uersi. dicas etiam. nu. 10. col. 556. Adde tamen, quòd ibi Fel. non firmat pedes.

iudex potest ad commodum partis se fundare ex officio super his, quæ constant sibi ex actis, etiamsi pars non opposuerit uel non petierit: & sic in fauorem partis pronũciare ultra, quàm petitũ est: & hoc, quando ex actis constant sibi. Tex. est de hoc c. ex tenore. de rescript. & ibi Felin. uersic. ultimò ponderat hic. nu. 20. colum. 592.

iudex ad cõmodum partis potest se fundare ex officio suo super his, quæ constant sibi ex actis, licet pars non opposuerit, neq; petierit. Felin. ponit c. ex tenore. de rescript. uer. & col. alleg. Adde tu, quòd communis opi. est in contrarium, quæ dicit, quòd si pars nõ petit, iudex ex officio suo nõ debet supplere. Et primò tenuit Bar. l. admonendi. ff. de iureiur. ult. col. uer. quæro, utrùm. per l. iiij. §. hoc autem. ff. de dam. infec. qui sequitur Ang. ibi in princ. d. l. admonendi. Ant. de But. c. fi. de iureiu. ult. col. quamuis do. Abb. ibi d. c. tenuit contra Bar. Et ad motiua do. Abb. Salic. respondet l. in bonæ fidei. C. de reb. cre. ult. col. Adde tamẽ, quòd contrarium tenuit do. Alex. de Imol. & secutus fuit opi. do. Abb. de quo multum miror: licet de Bart. & alijs nullam faciat mentionẽ, consi. suo liij. incip. In causa uertente inter Michaelem. ult. col. ubi dicit, quòd iudex potest ex officio suo deferre iuramentum, etiam parte non petente. Vide ibi latiùs. Ego autem teneo opi. Bar. & eam probo pulchro fundamento, & ualde utili ad infinita. Nam omnes leges & omnia statuta, quæ uerbis præcisis cogunt iudices aliquid facere, respicientes priuatum commodum, debent intelligi, si petatur à parte: aliàs iudex ex officio suo non potest facere: glo. est, & Ca no. c. fin. de rescrip. & ibi do. Abb. qui expreßè tenet contra aliam opi. suam, quam tenuit d. c. fin. de iureiu. Et per illam glos. dicunt. Ant. de But. do. Abb. & alij, ibi, quòd statutum disponens, quòd capitaneus, qui est ignarus iuris, teneatur ferre sententiam cum consilio sapientis: tale statutum intelligitur, parte petente: uel, si statutum dicit, quòd potestas teneatur compellere agnatos ad compromittendum, intelligitur, si pars petierit. Eodem modo si statutum dicit, quòd iudex teneatur terminare causas in certum tempus, intelligitur parte petente: aliàs non. Sequitur do. Alex. consi. lxxxij. inci. In causa uertente. & cõsi. suo cclxiiij. in cip. Viso processu utriusq; partis. Paul. de Cast. l. properandum. ij. col. C. de iudic. Et ad idem facit tex. l. peto. §. fi. uer. quòd si cautio non fuit desiderata. ff. de leg. ij. quem tex. multum no. Pau. de Cast. ibi, ad fi. & dicit, quòd aliquando allegauit ad q. statuti Patauini disponentis, quòd appellans, uel petens restitutionem, debet cauere cum fideiussore de restituendis expensis aliter processus non ualet, quòd tale statutum debet intelligi, si talis cautio fuit petita à parte, tunc non præstita, processus postea factus esset nullus: aliàs secus: quod dicit tenendum menti: quia pluries habui de facto. Sequitur do. Alex. consil. dlxxix. incip. Visis narratis. circa princ. Ad idem facit tex. l. debitoribus. in princ. uer. petentibus. ff. de re iud. per quẽ tex. no. Ang. Are. ibi, quòd quadrimestre tempus, quod l. iubet cõdemnatis indulgeri, ita demum indulgendum est, si ab eo petatur. Ad idem quartò facit, quod egregiè consuluit Ang. consil. suo cxl. incip. Quidam Matthæus. quòd statutum disponens, quòd priores teneantur causam appellationis committere sub certa pœna, intelligitur, si fuerit postulatum à parte. Ad idem facit tex. l. j. §. fi. ff. de iure delib. ubi licet tempus statutum hæredi, sit arbitratriũ ad deliberandum, tamen requiritur, quòd à parte petatur: & est bona gl. c. cupientes. uer. contempserit. de ele. in vj. Facit bene tex. l. si quis filius. §. stipulatur. ff. de colla. bo. & tex. l. ij. §. quod ait. ff. quo. leg. & tex. l. j. §. nõ exigit. ff. ut leg. no. ca. Hinc uidemus, quòd licet l. Iulianus. §. offerri. ff. de act. emp. dicatur, quòd offerre debet emptor pretium, ille tex. intelligitur, si petatur à uenditore: aliàs secus. Sic intelligit Bal. l. ij. C. de his, quæ pœnæ no. & l. unica, iij. col. C. ne li. ter. prouo.

iudex, qui habet pronunciare de iure, poterit etiam iudicare secundũ statuta. Ita do. Abb. c. licet. de prob. ij. no. & rub. de consue. Paul. de Cast. l. præscriptione. C. si contra ius, uel util. pub. Bal. l. constitutionis. de bo. quæ lib. Vide Feli. d. c. licet. uer. no. secundò. ibi, de iure. nu. 2. col. 473. parte ij. qui idem tenet. Adde tu, quòd Feli. ibi tangit q. quotidianam & utilem: tamen minus succinctè & breuiter loquitur: quare pro clariori intelligentia ad utilitatem legentiũ annectam aliqua utilia: pone, fuit compromissum in quosdam arbitros, hoc addito, ut pronuncient secundum iura: nũquid poterunt procedere secundũ consuetudinem, uel statuta loci? Primò dicendum est, q. non: quia appellatione iuris intelligitur de digniori: & sic de iure cõmuni, ut est tex. Insti. de iure na. gen. & ciui. §. quoties. Itẽ uerba in dubio debent intelligi in proprio significatu, l. j. §. in perpetuum. ff. si ager uect. uel emphy. pet. Secũdò ad idem facit, quod signanter dicit Bald. l. quæcunq;. iij. col. C. de ser. fugi. ubi quærit, stãte statuto in ciuitate, quòd existentib. masculis filijs, fœminæ non succedant patri ab intestato, sed dotentur: pone, pater habet filios masculos, & filias fœminas: in testamẽto dixit, instituo filios in eo, quod eos tangit de iure: an intelligatur de iure statutario, an de iure cõmmuni: determinauit, q. debeat intelligi de iure cõmuni, tãquã de digniori. Item quia statutũ loquitur ab intestato: ergo non habet locũ isto casu, quo pater testatus est: & sic filiæ succedunt æqualiter cũ fratribus. Tertiò facit, qd' dicit Io. An. post Gui. de Suza. in addi. Spe. ti. de arbi. §. excipitur. uer. item

item quod est. quòd si feci compromissum in aliquem, ut pronunciet secundum iura, intelligitur secundum iura communia. Vnde arbiter non poterit pronunciare secundum statuta iuri communi contraria. Idem tenet Ang. q. per eum disputata, quæ incipit, duo ad inuicem litigantes. xvij. col. do. Car. c. fi. de cõsue. Albe. de Ros. j. parte statu. q. cxxxiiij. incip. si compromissum factum est. Tamẽ istis non obstantibus tene contrarium, quòd imò appellatione iuris intelligitur potiùs statutarij, cùm illud derogat iuri communi. Pro ista opi. facit text. not. c. j. in fin. cum glos. ubi etiam do. Ab. ut li. pen. ubi dicit, quòd si princeps in rescripto se refert ad ius simpliciter, intelligitur de iure speciali & statutario. Ad idem facit, quod dicit in proœ. Clemen. uerbo, iuris. Per quæ not. ibi do. Abb. quòd appellatione iuris non solùm uenit ius commune, sed etiam municipale: & per hoc infert, quando causa mandatur decidi secundum ius, intelligitur non solùm de iure communi, sed municipali & cõsuetudinario. Ad idẽ facit, quod notat Bal. rub. de reg. iu. in vj. quòd compromittere in aliquem, ut iudicet de iure, uidetur cogitasse de omni specie iuris. Ad idem facit, quod in terminis latè decidit Bal. l. illa institutio. ult. col. ff. de hæ. insti. ubi quærit: pone, quòd factum compromissum in aliquem, prout tota die fit de iure, & de facto in procedendo, sed in pronunciandò de iure communi tantùm, an iste arbiter debeat pronunciare de iure cõmuni, an secundum statuta illius loci? cõcludit, per statuta, ex quo statuta sunt cõfirmata à iure cõmuni in illo loco, & derogant ipsi iuri. Et ibi uide pleniùs per eum. Et sequitur Ant. de But. c. Quintauallis. de iureiur. ad fin. Latè do. Abb. rub. de consuet. & d. c. ut lit. pend. & c. cùm uenissent. j. col. de eo, qui mit. in pos. & c. Cumana. ante pen. col. & c. cùm nobis. deleg. Paul. de Cast. l. ius pluribus. & l. in præscriptiõe. C. si cõtra ius, uel uti. pub. Ro. l. post dotẽ. xvij. col. ff. sol. ma. & consil. suo xxv. incip. Clarißime uir. quãuis aliter distinguat idem Ro. repe. rub. ff. de arbi. vj. col. Ita etiam tenet do. Alex. d. l. post dotem. remißiuè, xxiij. col. Ad idem facit, quod dicit Bal. l. maximum uitium. C. de lib. preter. vj. col. uer. ulterius quæritur. Cuius decisio contradicit his, quæ tenuit d. l. quæcunq;. Et illud in specie reprobat Pet. de Anch. commento c. canonum statuta. de constit

iudex qui potest sine scriptura procedere, eò quia partes se contentarunt, uidetur, quòd ipse partes contentæ fuerunt stare simplici relationi ipsius iudicis. Ita do. Abb. c. quoniam contra. de proba. iij. no. Felin. ibi. nu. 2. uer. subdit etiam. part. ij. col. 513. dicit, quòd ista opi do. Abb. communiter non tenetur. Adde, quid in arbitros? Vide, quæ posui in litera A. §. arbiter, qui ex potestate.

iudex an post contestationem litis teneatur docere de iurisdictione sua? Vide, quæ posui litera P. §. procurator post litem contestatam: quia quæ dicuntur in procuratore, habent etiam locum in iudice: do. Abb. c. quoniam contra. de proba. xxv. colum. uersic. uenio nunc.

iudex ex officio suo potest præfigere terminum parti non petenti: & sic etiam dare dilationem. Vide, quæ posui in litera T. §. terminum iudex.

iudex ex officio suo potest repellere testem inhabilem, etiam parte nõ opponẽte. Tamẽ uide, quæ posui in litera T. §. testes inhabiles.

iudex, qui habet similem causam, recusatur, ut suspectus: do. Abb. c. personas. de testi. & ibi Felin. in princ. nume. 1. parte. ij. colum. 678.

iudex potest procedere ad sententiam diffinitiuam ex præsumptione uiolenta, etiam quòd non sit talis præsumptio allegata, neque probata per partes. Ita do. Abb. c. afferte. de præsum. ij. col. uer. ex prædictis. Idem tenet Fel. ibi uer. no. tertiò, iudicem posse procedere. nu. 3. par. ij. col. 1035. Adde & intellige istud, dũ modò ista præsumptio oriatur aliunde, quàm ex facto ipsius, de fauore cuius agitur, uidelicet pro quo lata est sententia diffinitiua. Ita do. Abb. loco præallegato. Facit doctrina Bar. l. cùm quid. ff. si cer. pe. ult. col. uersic. si enim in libello. Vide Felin. d. c. afferte. uers. primus est, quando præsumptio. nu. 4. col. præalleg. Item intellige istud, dum modò præsumptio surgat ex actis, etiam quòd fit ex facto partis: tamen ex quo præsumptio apparet ex processu, potest iudex fundare intentionem suam ex ipsa præsumptione, etiam nõ allegata per partem. Ita Ant. de But. c. uestra. de coha. cle. & mul. pen. col. uers. per hoc dicebam. Neq; obstat glos. cle. appellanti. de appel. uers. aliàs. ubi dicitur, quòd notorium debet allegari: quia respondeo: fallit in notorio, quod constat ex actis: acta enim inducunt notoriũ, c. cùm illud. de uerb. sig. Imo. d. cle. appellanti. ij. col. Vide latè de hoc Fel. d. c. afferte. uer. secũdus casus. nu. 5. col. 1036.

iudex ubi sentit commodum, nõ potest cognoscere de causa illa, neq; uidere, an sua sit iurisdictio: & hoc habet locum etiam in causa hæresis. Vide Fel. c. literas. de præsump. uersi. in principio. nu. 1. colum. 1079.

iudex potest esse arbiter & arbitrator de iure canonicò: secus de iure ciuili. Vide, quæ posui in litera C. §. cõpromitti potest in iudicẽ.

iudex utrùm post conclusionem in causa poßit interrogare testes ad finem fundandi intentionem partis. Felin. ponit c. j. de iudi. uer. utrùm iudex. nu. 3. col. 8. Adde tu, & dic clariùs, quòd post didicita testificata iudex potest ex officio suo testem iterum interrogare: & hoc, quando obscurè deposuit. Ita tenuit gl. c. per tuas. de testi. in glos. j. uer. & iudex. Adde aliam glos. c. cùm Ioannes. de fide instru. uerbo, post quam. do. Car. cle. sæpe. de uerb. signifi. xxij. col. & Practicam Papiensem fol. 39. uer. deinde quid si testis. Adde Spec. ti. de teste. §. satis. in fi. Vide s. §. instrumentorum productiones. Adde, quòd iudex potest in causa beneficij curati inuita parte recipere testes: de quo uide j. §. iudex potest inuita.

iudex an ex officio suo poßit repellere procuratorem non habentem mandatum, etiamsi pars hoc non petat? Vide per Felin. c. causam. de iudic. in princ. nu. 1. col. 80. Et ibi post multa tenet, quòd sic, in tribus casibus, ut ibi per eum: & hoc, quia obstat communis opi. quæ tenet, quòd iudex non potest procedere ad commodum priuatum, si illud non petatur. Ego addo quartum casum, uidelicet quòd si agitur non solùm de commodo priuato, sed etiã publico, uel de honore iudicis, quòd iudex ex officio suo potest procedere ad commodum priuatum, etiamsi nõ petatur à parte. Et hoc modo limitabis communem opin. quæ tenet, quòd iudex non debet impertiri officium suum, si illud non petatur à parte. Et istam opinio. tenuit do. Abb. c. j. de accus. iij. col. Et ista adde ad illa, quæ posui s. §. iudex ad commodum partis.

iudex quandò teneatur parti læsæ, quæ coram eo litigauit, ex sua negligentia, uel imperitia. Ponit Felin. c. pastoralis. de iudic. uer. in quantum Abb. ric. nu. 7. col. 128.

iudex laicus quando supplet negligentiam iudicis ecclesiastici. Ponit Fel. c. qualiter. de iudic. in prin. nu. 1. col. 148.

iudex potest ferre sententiam in hunc modum, Absoluo, uel Condemno, prout quisq; est condemnandus, uel absoluendus ex actis: & hoc ita demum iudex potest facere, quando labitur instantiæ tempus, adeò q. iudex non potest se informare de meritis causæ propter breuitatem temporis. Vide Fel. c. uenerabilis. de iudi. uer. signa cautelam. nu. 12. col. 163. Et adde do. Ab. d. c. uenerabilis. ult. col. uer. item no. & aliud singulare dictum.

iudex an poßit ferre sententiam diffinitiuam de nocte? dic, quod non. Tex. est c. consuluit. de offic. deleg. gl. l. more. ff. de iuris. om. iu. Fallit hoc, ubi res, uel iurisdictio esset peritura die sequenti: quia posset ferre de nocte. Ita Bart. l. non minorẽ. C. de transact. & ibi Bal. Adde Bar. l. more Romano. ff. de fer. Felin. d. c. consuluit. uer. gl. in uerbo, tenebras. nu. 18. col. 1142. Secundò fallit, quando iudex esset occupatus multitudine causarum: quia tunc posset ferre sententiam de nocte. Ita Bal. j. consti. ff. §. sed. iij. col. & authen. hodie. iij. col. de appel. Vide per Fel. d. c. cõsuluit. prædicto uer. col. ead. Tertiò fallit, quando partes consentirent: quia tunc iudex posset ferre sententiam de nocte, & ualeret: & hoc habet locum tam tacitè, quàm expreßè, utputà partes sunt præsentes, & nihil dicũt, quando iudex tulit sententiam de nocte. Ita Io. An. & Ant. de But. d. c. consuluit. Salic. & Moder. d. l. non minorem. C. de transact. Vide Fel. d. c. consuluit. uer. tertiò fallit. col. 1143. Quartò fallit, quando esset consuetudo, quòd sententia posset ferri de nocte. Io. And. ubi s. & Salic. ubi s. Vide Felin. d. c. consuluit. qui idem tenet, iiij. fallen. nu. & col. prædictis.

iudex an poßit ferre sententiam interlocutoriam de nocte? Inno. c. cõsuluit. de offic. deleg. tenuit, q. non: & ibidem tenet Felin. d. c. consuluit. uer. dicit Inno. quòd iste tex. nu. 19. col. 1143.

iudex an potest recusari, si uicarius eius est suspectus? Vide, quæ posui in litera V. §. uicarius. si suspectus est. & etiam ibi posui, quid econtrà.

iudex

iudex datus in causa unius ecclesiæ potest recusari, si rector ipsius ecclesiæ est amicus eius. Fel.c.insinuante.de offic.deleg.uer.secundò no.nu.3.col.1145. Adde tu, quòd hoc etiam tenet do.Abb.d.c.insinuante.de offi.deleg.uer.sed dubium est.

iudex potest admittere ex officio suo partib.inuitis exceptionē dilatoriam superuenientē, post quàm est conclusum in causa.Spec.ti. de renun.& alleg.§.j.j.col.Bald.l.j.pe.col.C.sen.rescin. non pos. Vide per Fel.c.insinuante.de offic.deleg.uer.tertius casus. nu.14. colum.1149.

iudex an poßit esse testis in causa, in qua iudicauit: pone, quòd pars uult producere iudicem, qui retulit sententiam in testem coram iudice appellationis: & an poßit?do.Abb.c.cùm à nobis.de testi.ij. col.uer.quo ad nudum uerbum.ubi dicit, quòd aut iudex uult testificari super negotio principali, aut super actis: & dicit, quòd in primo casu sunt opiniones: uidetur inclinare, quòd non poßit esse testis in secundo casu, uidelicet super actis.Dicit do.Abb. Aut quæritur, numquid poßit esse testis super actis?& in hoc uidendũ est, aut sint facta corã se, aut per se: & in primo casu tenet, quòd sic.Eum uide ibi iiij.col.uer.sed cõcorda. In secundo casu de actis gestis per se, tenet, quòd non. Tamen limitat hoc. Eum ibi uide, uersic.sed aduerte. Adde tu, & dic, quòd in casu isto dubio & uario post multa Inno.Hosti.Ant.de But.& alij ibi d.c.cùm à nobis. faciunt conclusionem, quòd iudici producto à parte in teste corã alio iudice secundæ instantiæ nõ creditur in pertinentibus ad causam, in qua sententiauit. Imò ponunt scribentes istud ibi pro regula.Idem tenet Cy.Bart.l.ne in arbitris.C.de arbit. & d.Abb.c.j. ut eccles.benefi.v.no.Bal.l.iubemus.la ij.§.sanè.C.de sac.san.eccl. in.fi.Et ista conclusio habet locum, etiam ubi ageretur ad iustificationem sententiæ.Ant.de But.d.c.cùm à nobis.Et sequitur Feli. ibi uer.& procedit conclusio.nu.5.col.707. parte ij.Item procedit ista conclusio, quando iudex uellet testificari in eadem causa, in qua est iudex lite pendente: quia non potest:do.Abb.d.c.cùm à nobis.de testi.ij.col.uersi.in primo casu.& Fel.ibi uer. Itẽ procedit.nu.6.col.eadem.Adde, quòd fallit ista conclusio, quando quis fuit iudex, sed non sententiauit: putà, quia recusatus fuit, uel quia perijt instãtia: quia potest esse testis in illa causa, sicut possunt & alij:do.Abb.d.c.cùm à nobis.de testi.ij.col.v.in alia uerò.Vide Felin.d.c.cùm à nobis.uersi.fallit tamen prima.nu.7. Item col.præalleg. Item fallit ista conclusio, quando iudex secundæ instantiæ examinaret iudicem primæ instantiæ, non ut probaret, sed ut ipsum iudicẽ. secundæ instantiæ instrueret.Arch.& Domi c.de consilijs.xxxvij.distinct.Inno.c.cùm dilecti.de accus. uer. in responsione. Est uerum, quòd Ant.de But.tenet contrarium: d.c.cùm à nobis.Feli.uer.fallit secundò.nu.8 col.ut suprà. Item fallit ista cõclusio, quando ambæ partes consentirẽt, quòd iudex, qui sententiauit, ferret testimonium in secunda instantia: quia ualeret eius dictum. Ant.de But.& Imo c.non sine.de arbi.Fel.d.c.cùm à nobis. uer.fallit quartò.nu.9.col. ut suprà. Item fallit ista conclusio, ubi iudex, qui sententiauit, procederet ad declarandum sententiam suam obscuram: quia posset testificari:do. Abb.d.cùm à nobis.iij. col.uersi.quando uerò.& Bal.ibi,& d.l.ne in arbitris.de quo uide Fel.d.c.cùm à nobis.ubi multa dicit pro intelligentia istius dubij, uersic.fallit quintò.nu.10.col.708.Itẽ fallit ista conclusio, ubi iudex, qui sententiauit, uult testificari in secunda instantia contra se:do.Abb.d.c.cùm à nobis.iij.col. uer.aut de gestis.& ibi Ant.de But.& Imol.& Felin.latè uer. fallit septimò.nu.11 col. præalleg. Item fallit ista conclusio, quando iudex uult testificari in secunda instantia super eo, super quo non est sibi laus, dedecus, uel uituperium: de quo passu uide do.Abb.d.c.cùm à nobis.iij.col.uersi. sed concordà.& Felin.ibi uer.fallit octauò.nu.12.col.709.Item fallit ista conclusio, quando iudex uult testificari in secunda instantia super eo, super quo alij testes non possunt haberi, uel res ista non est nota alijs. Felin.pulchrè d.c.cùm à nobis.uer. fallit nonò. nu.13.col.prædicta. Alia multa sunt in materia illa, quæ poteris uidere per Feli.d.c.cùm à nobis.Et est pulchrũ consilium do.Car. in materia ista consil.suo cxliiij.incip. In Christi: factum est tale: magister Bartholomæus.ij.col.

iudici suspecto an Papa poßit committere causam recusatione remota? Vide, quæ posui in litera P.§.Papa utrum poßit committere causam.

iudici procedenti iniustè, utrum licitum sit resistere? & uidetur, quòd non. Ponit Fel.c.si quando.de offic.deleg.uer.sed faciamus. nu.2. col.1054. Adde, quòd hoc fallit primò, nisi esset appellatum. Secundò fallit, quando iudex procedit extraiudicialiter, grauando: quia licet non sit appellatum, dum modò grauamẽ sit irreparabile, indistinctè resisti potest. Tertiò fallit, ubi grauamen est irreparabile: quia tunc indistinctè potest iudici resisti. Quartò fallit, ubi sententia est iniusta notoriè: tunc licitum est resistere iudici. Vide per Fel.de his omnibus, d.c.si quando.col.præalleg & seq.

iudici procedenti iniustè an licitum sit resistere? text.c.si quando.de offic.deleg.dicit, quòd non: do.Abb.ibi j.col.uer.not.secundò. dicit, quòd si iudex procedit post appellationem, quòd licitum est ei uiolenter resistere: & postea dicit, quòd Innoc.c. dilecto.de sen. excom.in vj.dixit, quòd si iudex iniuriatur alicui iuris ordine nõ seruato, potest ei uiolenter resisti. Adde tu, & fac regulam, quòd iudici non est licitum resistere: ut d.c.si quando. & c. qui resistit. xj.q.iij.De quo uide Felin.d.c.si quando. in princ.nu.2.col.eadẽ. Adde, quòd ista regula fallit, ubi esset appellatum. Innocen.d.c.si quando.& Bal.l.addictos.C. de episc.aud. Vide Felin.d.c.si quando.col.ead.ubi dicit, quòd Bar.l.prohibitum.C.de iure fisc.tenuit contrarium: sed respondet, quòd hoc est uerum, quando præiudicium est irreparabile: secus, si est reparabile. Item fallit ista regula, quando iudex procedit extraiudicialiter grauando: quia licet non sit appellatum, potest ei resisti uiolenter: & hoc, quando damnũ est irreparabile: de quo uide do.Abb.d.c.si quando.j.col.uersi. sed concordando. Item fallit ista regula, quando iudex procedit iudicialiter, sed iniustè, & grauamen est irreparabile: tunc indistinctè potest iudici resisti, etiamsi non est appellatum: de quo uide Cy l.ab executione.C quo.appel.non recip.& do.Abb. d.c.si quando.j.col.d.uersi. sed concordando.& ibi Felin.uer.tertiò fallit.nu.2.col.1056.Itẽ fallit ubi grauamen, & sic sententia iudicis, est notoriè iniusta: tũc licitũ est resistere iudici uiolenter: do.Abb. d.c.si quãdo.ij.col.uer.& tũc. de quo est gl.c.nõ debet. xj.q.iij.& ibi Arc.Adde Fel.d.c.si quãdo.uer.quartò fallit.eo.nu. col.1057.

iudices ordinarij si habent dubium inter se de iurisdictione eorum, an in eos habeat locum tex. c. pastoralis.de rescrip. Vide Felin.d. c.pastoralis.uer.limitatur iste tex.nu.4.col.550.

iudices ordinarij plures in una causa deputati si sint, an unus sine alio poßit ferre sentẽtiam interlocutoriam? glos.uidetur sentire, q̃ sic, l si uni.ff.de re iudic. & ibi Bar.qui dicit secus in delegatis. Et idem tenet Bal.l.cùm magistratibus.C.quando prouo.non est necess.Pau.de Cast.& Imo.d.l.si uni. Limita hoc habere locum in interlocutoria mera: secus in interlocutoria habente uim diffinitiua: quia tunc unus solus ordinarius non posset ferre sine alio, ut per Doct.locis præallegatis. Adde Felin. c.causam matrimonij.de offic.deleg.in prin.nu.1.col.1092.

iudices ordinarij plures, habentes iurisdictionem in solidum, an unus poßit procedere sine alio: aut omnes debent simul conuenire? do. Abb.c.prudentiam.de offic.deleg.iij.col.uer.primò prosequar. dicit, quòd unus ex pluribus ordinarijs procedere potest: quia habet in solidum iurisdictionem. Idem tenet Bal.l.j.ff. de offic. consul. Et idem uidetur sentire Fel.d. c.prudentiam.in prin.col.1114. Adde, q̃ hoc fallit, quando esset eis commissum aliquid omnibus. Ita Bal d.l.j.iiij.q.& idẽ sentit Fel.loco præal.col.ead. Secũdò fallit, ubi statutum, uel consuetudo, dicit, quòd omnes concorditer iudicent: quia tunc unus sine alio procedere non potest. Ita Bal.l.j. & idẽ tenet Fel.d.c.prudentiã.col.ead. Adde & uide Fel.d.c. prudentiã.& d.uer.col.ea. ubi ponit multas alias fallẽtias, utputà, an facientes collegiũ poßint separatim procedere? dic, ut ibi per Fel.

iudices maleficiorum, qui promittunt impunitatem reo, si confitebitur delictum, an teneantur seruare promißionem? Vide, quæ posui in litera S.§.saluus conductus an potest rumpi.

¶ *Iudicium plurium personarum quod quis requirit per uiam consilij, nõ tenetur ipsum sequi.Bar.l.j.§.si plures.ff.de exercito.Vnde poterit minorem partẽ præferre maiori, nec actus uitiabitur. Io.An.& But.c.nec episcopi.de tem.ord.Fel.c.cùm omnes. de consti.uer.undecimò fallit.nu.18.col.110.*

iudicium dicitur inchoatum, tanquam coram competenti, si in libello allegatæ sunt qualitates tribuentes iurisdictionem, etiamsi non sunt ueræ, dum modò hoc non constet.Feli.c.si clericus laicum. de foro

foro compe.uersi.prima conclusio.nu.2.col.185.

iudicium agitatum contra præsentem non citatum, ualet. Feli. c.j.de iudi.uersi.ualet iudicium præsente non citato.nu.18.col.16.

iudicium summarium dicitur illud, quod fit contra contumacem. De quo uide, quæ posui in litera A.§. acta facta contra contumacem.

iudicium summarium si parat præiudicium reparabile in alio iudicio, ibi non requiritur plena probatio. Ita Bar.l.j.§. quòd si sit aliqua.ff.de præto.stip.j.col.uer.tu dic. Et idem tenet Bar.extrauag. ad reprimendum.uer.summariæ.& Bar.l.nam & postea. §.si minor.ff.de iureiu.in fi.Bar.& Bal.l.iudices.C.de iudi. Felin. c.ueniens.el ij.de testi.uer.adde plenius.num.14.parte ij.col.771.Limita conclusionem istam non procedere in legitimatione personæ, cum qua litigatur: quia debet talis persona plenè legitimari, etiamsi eausa requirat summariam cognitionem. Ita Bar. l.ij. C.de edi.diui Adri.tol.in fi.& ibi Sal.& Bald.l.ij.§.ibidem.ff. ad exhib. Adde Felin.c.ueniens.de testi.d.uer.col.772.& uide, quæ posui in litera T.§.tertius comparens pro suo interesse, ad finem, ut impediat.

iudicium ut inchoetur, tanquam coram competenti, sufficit allegasse in libello qualitatem tribuentem iurisdictionẽ, etiamsi non sit uera, dum modò hoc non constet.Feli.de fo.compet.c.si clericus.nume.2.col.185.

iudiciorum quot sunt species.Felin.in rub.de iudic.nume.3. parte ij. colum.5.

¶ *Iuramentum an sit seruandum, & implendum in forma specifica, an per æquipollentiam? uide per do. Abb. c. ad nostram. de iureiu.ij.col.uer.oppo.secundò.& ibi Fel.latè uer.in glo.pe.uer.ibi, propterea.nu.10.col.11443.& seq.parte ij.*

iuramentum in damnum salutis corporalis non est seruandum, si seruari non potest sine interitu salutis æternæ: quod intellige, si dire ctè uergit in damnum: secus, si occasionaliter: quia tunc est seruãdum: glos.ij.c.si uerò.de iureiu. & ibi do.Abb.ij.col.uer.opp.tertiò. Vide ibi Felin.uer.in glos.ij.ibi, corporalis.num.3.col.1148. par.ij.ubi limitat illam glos.ij. in eo, quod dicit, secus si occasionaliter: & facit pro fratribus Carthusiensis ordinis.

iuramentum, quod obligat ad peccatum ueniale, non est seruandum. Ita do.Abb.c.si uerò.de iureiu.uer.& aduerte.& ibi Ant. de But. Imo.Arch.& Ioan.And.c.quamuis.de pac.in vj.Bal.c.j.§.sacramenta.de pa.iu.fir.Adde Felin.c.si uerò.uer.in ea. glos.ibi, deteriorem.nu. 4.col.1148.

Iuramentum, quod uergit in peiorem exitum, non est seruandum. quod potest contingere sex modis, ut per do.Abb.c.si uerò.de iureiu.ij.col.uer.tertio casu. Et primo, quando iuratur aliqd, quod est mortale: secundo, quãdo iuratur, quod est ueniale: tertio, quãdo iuratur aliquid, quod in se est indifferens, sed ex circumstantijs efficitur ueniale, uel mortale, ut si quis iurat, quòd non erit negociator, miles, uel quòd non recipiet feudum, uel quòd nõ recipiet mutuum, si ueniret casus, quòd talis iurans non posset aliter uiuere, nisi ueniat contra iuramentum, tunc non tenetur illud seruare. Ita do.Abb.loco præallegato. Quarto, quando iuratur, & iuramentum excludit opus bonum ex necessitate faciendum: & quando quis iurauit, ut nil ex charitate dabit. Quinto, quando iuramẽtum excludit opus de genere bonorum, ut si quis iurat, quòd nunquam erit episcopus, quamuis aliqui teneant, quòd istud iuramentum ualeat. Vide do.Abb.d.c.si uerò.iij.col.uer. in contrarium tamen. Sexto, quando iuratur, quòd non loquatur Titio, uel quòd non intrabit domum eius: quia non tenetur iurans obseruare tale iuramentum, quando uult contrarium facere pia intentione: utputà, subuenire ei, uel dare illi bonum consilium: de quo uide domi.Abb.d.c.si uerò.iij.col.uer.sextò dicitur in materia ista. Vide Bald.l.si ad ostendendam.C.de reb.cre. Vide Felin. dicto si uerò.uersicul.idem dic de iuramento.nume.5.colum. 1149.

iuramentũ. In iuramento authoritas Papæ est excepta. Ita Felin.c. constitutus.de rescrip.uer.authoritas Papæ est excepta.num.9. col.626. Adde tu, quòd iuramentum nõ obligat subditum iurantem in præiudicium iuris, seu authoritatis cuiuslibet superioris. Tex.c.uenientes.de iureiu. Vnde dic, quòd superior potest dare licentiam inferiori ueniendi contra iuramentũ proprium. Quod an sit uerum indistinctè, uide Pau. de Cas.& Ro.l.fi.ff.qui satisd.cog.Gul.de Cu.ibidem. Frid. de Sen. consil.suo cxcj. quod incl. Quæstio talis est. imol. c.cùm contingat. de iureiu.ult. col. Adde domi. Abb.d.c. uenientes. de iureiu.j. col. qui facit limitationem ad omnia, quæ fuerunt superiùs dicta, utputà si inferior, uel filius est in studio de licentia superioris, uel patris, & non potest quærere sibi uictum, & sic creditorem, nisi iuret, quòd ante quàm exeat ciuitatem, quòd soluet pecuniam sibi mutuatam, superior non potuit reuocare inferiorem, nec pater filium, sine periculo: quia uidetur contraxisse de licentia superioris, siue patris, cùm ibi sit in studio de eorum licentia. Ita pulchrè domi.Abb.d.c.uenientes. de iureiu.j.colum.Et sic limitabitur tex.d.c.uenientes.& omnia, quæ dicta sunt per Felinum d.c. constitutus, loco superiùs allegato.

iuramentum non tollitur per Papam, nisi Papa sit certificatus de illo.Felin.c.constitutus.de rescrip.uer. limita quadrupliciter. num. 13. col.629. Adde, quòd non solùm de iuramento est fienda mentio in supplicatione, sed etiam, quòd iurauit absolutionem, uel relaxationem non petere: & si eam petierit, quòd ea uti noluerit: & sic nota, quòd de omnibus istis est fienda mentio. Ita Felin.d.c. constitutus.uersic. ampliùs dicas in hac prima.num.14.col.630. Et hoc, quando ista fuerunt posita in renunciatione relaxationis iuramenti.

iuramentum an poßit relaxari per Papam? uide, quæ posui in litera P.§.Papa ex causa.

iuramentum: an Papa poßit absoluere à iuramento in præiudicium tertijs? Pau.de Cas.consil.suo inci. Præsupposito.Felin.c. constitutus.uer.generaliter autem.num.18.col.631.& c.quæ in ecclesiarum.de const.nu.25.col.135.ubi dicit, quòd Papa absoluit simpliciter, & nihil dicit de tertio.

iuramentum an uideatur remissum, quando creditor dat maiorem dilationem illi, qui iurauit sibi soluere: putà intra mensem, & dedit ei dilationem usque ad duos menses: an per hoc dicatur remissum iuramentum? domi. Cardin. tenuit, quòd sit remissum iuramentum. Eum uide cle.j.§. nos itaque. v.quæst. de iureiu. de quo uide latè per Felin. c.j. de iureiu. uersicul. utrùm autem creditor. nume. 4. parte ij. col. 1106. Adde, quòd in contrarium est ueritas, & ista est communis opi. uidelicet quòd imò etiam in secundo termino prorogato durat uinculum iuramenti, & non dicitur remissum. Ita Barto. eleganter. l.j. §. & post operis. ff. de ope. nouniun. Bald. c. uenerabilem. de elec. & facit gloss. c. fi. de precario. j.col.fi. quæ dicit, quòd tempus prorogatum non mutat conditionem. Felin. d.c.j. de iureiu. nu.5. uer. secundò facit, quod. ubi per unam col. prosequitur materiam istam. col. 1107.

iuramentum præstitum parti: ab ipso Papa non absoluit in præiudicium partis. Felin. c. constitutus. de rescri. uer. generaliter autem.

iuramentum præstitum de obediendo alicui, restringitur, nisi præceptum repugnaret ordini iurantis. Felin. de simo. c. ne Dei. num. 8. col. 1034.

iuramentum præstitum episcopo transit in successorem. Fel. de simo. c. ne Dei. nu. 9. col. eadem.

iuramentum imperatoris quod præstatur papæ, ponit Feli. c. dilecti. de maio. & obe. in prin. nu. 1. col. 1345.

iuramentum regis quod præstatur Papæ, ponit Felin. c. dilecti. de ma. & ob. in prin. col. ead.

iuramentum reuertentis ab hæresi, ponit Felin. c. dilecti. de maio. & obe. in prin. col. ead.

iuramentum notarij, ponit Felin. c. dilecti. de ma. & obe. in princip. col. 1346.

iuramentum tutoris, ponit Felin. c. dilecti. de ma. & obe. in princip. Ibidem col. eadem.

iuramẽtum introductorium obligationis præstitum sine causa, an inducat obligationem? Vide, quæ posui in litera P.§. pactum nudũ sine causa.

iuramentum an potest annullari per statutum, aut legem. Vide, quæ posui in litera S.§. statutum, aut lex an poßit annullari.

iuramentum proprium: non potest quis authoritate propria uenire contra tale iuramentum: c. prædicãdum. xxij. q. j. Et hoc habet locum etiam in iuramento præstito per metum, qui poßit cadere in constantem uirum. Archi. c. qui sacramento. xxij. q. iiij. Item istud

habet locum, etiam si per dolum præstitum esset iuramẽtum. Item istud procedit in temerario iuramento. Vide Felin. c. ij. de sponsa. uer. quinta & ultima conclusio. nu. 35. col. 750. Adde & limita ista, quòd si immineret necessitas, & non posset recurri ad superiorẽ pro absolutione habenda: quia tunc etiam contra iuramentum licitum, quòd plus est, licet uenire propria authoritate. Ita Innoc. c. uenerabilem. de elec. ubi alij, & do. Abb. c. quanto. de iureiu. vj. col. Bal. l. non dubium. C. de legi. Feli. d. c. ij. uer. modò hãc conclusionem. nu. 36. col. 751. Item limita, ubi esset magna utilitas specialis: quia licet uenire contra proprium iuramentum authoritate propria. Innoc. ubi s. Felin. d. c. ij. uersic. secundò limita. nu. 37. col. 752.

iuramentum fidelitatis potest præstari pro spiritualibus: domi. Abb. c. ex diligenti. de simo. uer. in gloss. j. ibi uide Felin. nu. 1. col. 975. Et dic, quòd homagium non potest præstari pro spiritualibus: de quo uide, quæ posui in litera H. §. homagium non potest.

iuramentum, quod quis tenetur soluere in termino, an, si ante aduentum termini creditor simpliciter prorogat tempus, adhuc remanet iuramentum? dic, quòd sic. Ita Bar. l. j. §. & post operis. ff. de no. oper. nun. Bal. l. acceptam. vij. q. C. de usu. Et dic idem in excõmunicatione: quia prorogato termino adhuc durat excommunicatio. Host. & alij c. præterea. de app. Fel. c. ad aures. de simo. uer. quid autem, si ante aduentum. nu. 2. col. 985.

iuramentum non extenditur ad ius de nouo superueniens: & uide cõsilium do. Cardin. quod est nu. 51. ubi dicit, quòd dispositio c. ij. de pac. in vj. non habet locum in filia succedente ex testamento. Vide Felin. c. ex insinuatione. de simo. uersicu. in gloss. fi. ibi, cùm inter. nu. 5. col. 989.

iuramentum metu extortum & præstitum per laicum, an sit obligatorium? Ponit do. Abb. c. ij. de iureiu. j. col. uer. primum, nunquid, & dic, quod regulariter tenetur, quòd iuramentum sit obligatorium: quia metus non excludit cõsensum. Arch. c. authoritatẽ. xv. q. vj. Felin. d. c. ij. uersi. pro intellectu gl. nu. 1. col. 1121. parte. ij. Fallit ista regula, ubi esset talis metus, qui posset cadere in constantem uirum: quia tunc iuramentum non esset obligatorium: de quo uide Felin. d. c. ij. uers. adde aliud singulare. num. 3. & col. prædicta. Et istud iuramentum intelligitur super rebus prophanis.

iuramentum præstitum per prælatum super rebus ecclesiæ, an sit obligatorium? Ponit do. Abb. c. ij. de iureiu. ij. col. uer. uenio ad secundum. ubi concludit, quòd nullum iuramentum potest ligare prælatum in damnum ipsius ecclesiæ. Idem tenet Felin. d. c. ij. uer. ad secundum de iuramento. nu. 4. col. 1121. Limita istud, dum modò res ecclesiæ per aliũ recuperari non potest. Ita Innocen. Bald. Anton. de Bu. do. Car. & Imo. d. c. ij. Verum est, quòd domi. Abb. ibi ult. col. uer. ego dico. tenet contrarium. Tu uide Felin. d. c. ij. uersi. hanc conclusionem. col. 1122. Item limita, quòd si ageretur de præiudicio solius prælati: quia tunc iuramentum non obligat. Felin. c. ij. uersi. & limita, nisi ageretur. nu. 5. col. præalleg.

iuramentum, quod potest seruari sine turbatione maioris boni, an quis possit uenire contra ipsum iuramentum propria authoritate? Vide do. Abb. c. iij. de iureiu. j. col. uersi. sed quando. & ibi Felin. uer. aliquando non potest seruari. num. 2. parte ij. col. 1123.

iuramentum præstitum de seruandis statutis, intelligitur de ualidis. Fel. de rescri. c. ex tenore. nu. 7. col. 583.

iuramentum non defertur actori in causa criminali ciuiliter mota, quamuis habeat probationem plus quàm semiplenam. Feli. de testi. c. ueniens. nu. 4. col. 614.

iuramentum præstitum super statuto de usuris, an ualet? Feli. de iureiu. c. debitores. nu. 8. col. 1137.

iuramentum aliquando defertur in supplementum probationis: putà, quòd actor habet unum bonum testem pro se: tunc defertur iuramentum actori in supplementum semiplenæ probationis. Ita dicit Felin. c. in omni negocio. de testi. uer. secundo modo. nu. 5. parte ij. col. 582. Adde tu, quòd est utile scire, quando deferatur iuramentum in supplementum semiplenæ probationis: & primò dubitatur est, quid in iuramentò necessario: pone, quòd accusator semiplenè probauit per unum testem, nũquid iudex debet sibi deferre iuramentum necessarium in supplementum probationis? & ita condemnare reum accusatum? & in hoc communis conclusio, gloss. Bar. & Doc. l. iij. ff. de test. est, quòd non. Item gloss. l. ma

ritus. ff. de quæstio. & Bar. l. admonendi. ff. de iureiu. xiiij. colum. gloss. c. cùm sint. in gloss. fi. de reg. iur. in vj. domi. Abb. c. fi. de iureiu. viij. col. uer. si uerò quæritur. Quamuis solus Bald. aliter tenuerit, & malè, l. qui accusare. circa iiij. no. C. de eden. Istam communem conclusionem ego confirmo tribus mediis: nam primò cõsidero, quòd tex. l. sciãt cuncti. C. de prob. canonizata ij. q. viij. requirit in criminalibus causis, quòd probationes sint apertissimæ, & quòd sint luce clariores. Sed ego habeo, quòd in omnibus causis, etiamsi essent ciuiles, in quibus requiritur apertissima probatio, in illis non potest deferri iuramentum necessarium in supplementum probationis. Ita gloss. notabilis l. fi. in princi. ff. quod mecau. eodem modo, ubicunq; requiritur probatio luce meridiana clarior, ut ibi, secundum Bald. l. fi. j. no. C. si minor se maio. dix. Item ubicunque requiritur plena probatio, uel liquida, secundum Bal. l. fi. C. de secun. nup. Facit gloss. c. cupientes. uerbo, plenam. de elec. in vj. Item, ubi cum requiritur manifesta probatio, secundum Bal. l. j. in fi. C. de fi. instru. Secundò confirmo: quia in causis magnis & arduis non habet locum istud iuramentum necessarium in supplementum probationis, secundum gloss. l. admonendi. ff. de iureiu. & Bal. l. in bonæ fidei. C. de rebus cre. domi. Abb. ix. col. uer. quid enim. c. fi. de iureiu. Sed causæ criminales sunt huiusmodi, l. in seruorum. ff. de pœn. Tertiò facit, quod uult Sal. d. l. sciant cuncti. quòd licet testis non teneatur aßignare rationem sui dicti, si non est interrogatus: gloss. l. solam. C. de testi. & c. causam, quæ inter. de testi. tamen fallit in causis criminalibus, in quibus non ualet dictum testis, nisi aßignet rationem dicti, etiam non interrogatus. Sequitur do. Alexan. consi. suo xv. incip. Viso processu in forma per potestatem Parmæ. viij. col. Istam communem opi. limitat Lud. Rom. l. ait prætor. ff. de testi. ut procedat in causis criminalibus, in quibus uenit imponenda pœna corporalis: secus, si esset causa criminalis, pro qua imponeretur pœna pecuniaria. Ad hoc dicit ibi, quòd solus põderauit illum tex. uer. pœnali. Sed ante eum ponderauit Anton. de Bu. d. c. fi. Sed Ioan. de Imo. d. l. ait prætor. & do. Alexan. etiam in eo loco reprobant generalitatem d. l. sciant cuncti. & ille tex. d. l. ait prætor. uer. pœnali. nihil facit: quia loquitur, quando ciuiliter agebatur, ut patet in uer. actione. nam si criminaliter accusatur, actio non competeret, Insti. de pub. iud. in prin. Item tex. d. c. fina. de iureiu. loquitur in iuramento uoluntario, uel iudiciali, non autem in necessario. Et idem tenet Car. c. cognoscentes. vj. oppos. de consti. Sed tu adde, quòd limitationẽ Ludo. Rom. expressè sequitur domi. Alexan. sibi contrarius, cons. suo lxvj. incip. Viso processu uertente inter Elisæum. ubi fortius, quòd ista est magis communis opi. & quòd ab ea in iudicando nõ est recedendum: & refert idem tenere Host. & Ant. de But. d. c. fi. & Bal. d. l. ait prætor. Sed dic, quòd Bal. ibi non firmat pedes. Tu adde, quòd idem tenet Ang. d. l. admonendi. circa fi. Sed magis placet alia sententia negatiua propter generalitatem d. l. sciant cuncti. ex fundamentis præallegatis. Et sic amplia conclusionem, ut procedat in causis criminalibus, non solùm, in quibus imponitur pœna corporalis: sed etiam, si solùm imponitur pœna pecuniaria. Sed limitat prædictam conclusionem Ludo. Rom. d. l. admonendi. in gloss. uerbo, exacto. ad fin. nisi accusator ultra semiplenam probationem aliquid plus haberet, & esset persona honesta: nam arbitrio iudicis posset deferri iuramentum necessarium in supplementum probationis, & reum condemnare, per tex. d. c. fi. de iureiu. ubi in causa famosa Papæ ibi sic decidit: & dicit Ludo. Rom. se admirari, quòd Legistæ aut Canonistæ non aduerterunt ad illum tex. d. c. fi. Sed ante eum idem expressè tenuit Sal. d. l. admonendi. j. col. per d. c. fi. de iureiu. & sequitur do. Alex. d. l. ait prætor. vij. col. circa fi. Ego, si essem iudex, admitterem iuramentum in supplementum probationis in causa criminali, ubi imponitur pœna pecuniaria: sed ubi ueniret imponenda pœna corporalis, nunquam admitterem tale iuramentum in supplementum probationis. Ex ista limitatiõe no. pulchram limitationem ad regulam, quam statim dedi, quòd in causis arduis & magnis nõ defertur iuramentum in supplementum probationis: limita signanter ex prædictis, & est quotidianum, nisi plus aliquid haberet ultra semiplenam probationem: putà, aliquam præsumptionem, uel indicium bonum. Ita do. Alex. d. l. ait prætor. d. l. admonendi. xvj. col. & consil. suo cclxiiij. incip. Viso processu utriusque causæ.

ij. col. & uide gloss. in simili, c. uidua. de regula. in glos. fin. Et pro opi. ista facit gloss. l. si duo patroni. ff. de iureiur. uerbo, authoritatis. quæ ualt, quòd quando probationes utriusq; partis sunt pares, præualent illæ, pro quibus plus quàm semiplenè est probatũ, uel est aliquod iudicium bonum. Et illam gloss. ad hoc summè cõmendat ibi Bar. & alij.

iuramentum in supplementum probationis non defertur actori, etiam in causa criminali ciuiliter mota: & etiamsi habet actor plus, quàm semiplenam probationem. Ita Inno. c. ueniens. de testi. Adde Felin. d. c. ueniens. uersi. ultimò no. nu. 4. col. 614. Et adde ista ad notata s. §. iuramentum aliquando defertur in supplementum probationis.

iuramentum de non mutando testamento, an ualeat? Vide per Sali. l. sanciimus. C. de testa. ult. col. uer. quæro septimò. Ioan. And. regula, quod semel. de reg. iur. in vj. Imo. c. cùm contingat. de iureiur. Adde Felin. c. in præsentia. de prob. uer. hinc est. num. 6. colum. 337. parte ij.

iuramentum præstitum ab aliquo, qui iurauit non ferre testimonium contra aliquem, est nullum, & non eget absolutione: domi. Card. consi. suo xxxviij. inc. Quidam habens unum filium. Et adde Fel. c. intimauit. de testi. uer. gloss. fi. in fi. nu. 4. parte ij. col. 668. ubi latè prosequitur materiam istam.

iuramentum potest remitti testibus per partes, & non requiritur authoritas iudicis. Item requiritur consensus utriusq; partis, & non solùm aduersarij. Item an tabellio possit de consensu utriusq; partis recipere iuramenta testium sine licentia iudicis. De omnibus istis uide, quæ posui in litera T. §. testis non iuratus potest deponere.

iuramentum testis an possit remitti per statutum? Vide, quæ posui in litera T. §. testis non iuratus: dictum suum ualet: & hoc, quando statutum disponit.

iuramentum testis an possit remitti per partes in causa matrimonij? Vide, quæ posui in litera T. §. testis non iuratus in causa matrimonij.

iuramentum in supplementum probationis non potest deferri post conclusionem in causa. Bal. l. in bonæ fidei. C. de iureiur. Felin. c. cùm dilectus. de fide instru. uersic. & post conclusionem in causa. nu. 5. parte ij. col. 943.

iuramentum calumniæ non potest deferri post conclusionem in causa: Felin. c. cùm dilectus. de fide instru. uersi. allegato, col. eadem.

iuramentum extraiudiciale promissorium parit actionem. Ita domi. Abb. c. j. de iureiu. ij. no. Et hoc intelligas de iure canonico: secus de iure ciuili, ut sentit domi. Abb. loco præalleg. & Barto. l. si quis pro eo. ff. de fideiuss. j. colum. uer. sed quæro. Adde Felin. d. c. j. in prin. nu. 1. col. 1106.

iuramentum meticulosum an obligat iurantem? gloss. c. authoritatem. xj. q. vj. Ioan. And. c. uerim. de iureiu. Innoc. c. ueniens. eo. tit. Vide Fel. c. fi uerò. de iureiu. uer. gloss. in uerbo, iuramentum. nu. 8. parte ij. col. 1150.

iuramentum præstitum per minorem, uel mulierem, in contractibus, an excludit eos ab auxilio restitutionis in integ. etiamsi minor nõ sit certioratus de ætate, uel mulier de beneficio Velleiani sibi cõpetentis? Vide, quæ posui in litera M. §. mulier, quæ iurauit.

iuramentum temerarium an sit sufficiens ad priuationem beneficij. Ponit domi. Abb. c. tua nos. de iureiu. ij. colum. uer. & ex his habes. Vide Felin. d. c. tua nos. uer. in gloss. ij. in princip. nu. 9. colum. 1169. parte ij.

iuramentum, quod quis iurauit de non loquendo patri, matri, uel alij consanguineo, aut proximo, an sit nullum, an uerò egeat absolutione? do. Abb. c. cùm quidam. de iureiu. ult. col. uer. uenio ad secundam partem. dicit, quòd tale iuramẽtum non ualet: sed quòd est fienda absolutio ad cautelam. Innoc. ibi tenet cõtrarium, quòd imo est opus uera absolutione. Adde Feli. latè de hoc d. c. cùm quidam. uer. in gl. pe. ibi, ad cautelam. nu. 12. parte ij. col. 1176.

iuramentum aliàs licitum si emanat calore iracundiæ, an obliget? domi. Abb. c. sicut. de iureiu. j. col. uer. & facit hoc. dicit, quòd ibi Ioan. And. tenuit, quòd non obligat: postea dicit, quòd Ant. de But. ibi dicebat, quòd opi. Io. An. est uera, quando esset tantus calor iracundiæ, quòd deliberatè non iurasset. Adde Felin. d. sicut. uer. in tex. ibi, iracundiæ. col. 1177. Adde, quòd domi. Abb. d. c. sicut. non tenet opi. Anton. de But. sed imò dicit expressè ibi, quòd iuramentum præstitum calore iracundiæ non obligat. Vide Feli. d. c. sicut. uer. est uerum, quòd do. Abb. nu. 4. col. 1178.

iuramentum illicitum si est præstitũ fauore hominis, compellitur homo, ut illud relaxet. Fel. c. fi. de test. cog. uersi. in tex. ibi, absoluant. nu. 4. parte ij. col. 876.

iuramentum præstitum de non reuelando aliquid, non extenditur ad testem: & sic non ligat illum, qui iurauit, quòd non possit testificari, si producitur in testem. Fel. d. c. fi. de test. cog. uersic. allega. colum. ead.

iuramentum an tollat actum factum contra ipsum iuramentum: uide, quæ posui in litera A. §. actus factus contra iuramentum.

iuramentum proprium quod requiritur ex l. uel statuto: putà, ex forma, non sufficit iurare per procuratorem: do. Ab. c. licet ex quadam. de testi. ij. col. uersi. ex hoc infero. Adde Fel. ibi uersi. in tex. ibi, proprio iuramento. nu. 1. col. 803. parte ij.

iuramentũ quando sit mixti fori, uidelicet quòd iudex secularis possit de eo cognoscere. Ponit Felin. c. cùm sit. de fo. compe. uer. optimè facit. col. 198.

iuramentum præstitum in causa feudali, facit, ut ipsum feudum sit de foro ecclesiastico. Fel. c. cùm sit. de foro compe. uersi. amplia secundò. nu. 7. col. 199.

iuramentum defuncti non facit hæredem esse de foro ecclesiæ. Ita Felin. c. cùm sit. de foro. compe. uer. limita sextò. nu. 9. col. 199. Adde, quòd tantùm potest agi contra hæredem, ut exoneret animam defuncti iurantis. Ita Fel. loco præalleg. col. eadem. Quod no. pro ampliatione tex. c. fi. de sepul.

iuramentum appositum in actu aliquo, tantum importat, quantum, si apponeretur clausula, Si non ualet ut ago, ualeat ut ualere potest. Tex. est l. cùm pater. §. filius matrem. ff. de leg. ij. & ibi Barto. Adde Bart. l. si quis pro eo. ff. de fi. instr. iij. col. uer. septimò prohibetur. Et adde, quòd hoc habet locum etiam in testamento, ut ibi per Bar. Adde do. Abb. c. fi. de eccles. ædifi. j. col. & per eundem c. ex literis. el ij. de sponsa. Vide per Felin. c. cùm super. de offic. deleg. uersi. no. etiam, quòd ubi. nu. 9. col. 1131.

iuramentum primò interpositum in casu licito, derogat secundo. Felin. c. cùm M. de consti. uer. & pro hac fallentia. num. 79. col. 235. Adde tu scribentes l. duobus. §. item Pomponius. ff. de iureiu. qui dicunt standum esse ultimo iuramento: quod uerum est, dicunt ipsi, in iuramento litis decisiuo? sed in iuramento confirmatorio contractus standum esse primo. Allegant gloss. c. licet. de iureiu. in vj. Profectò credo, quòd isti doctores malè dicant, si ita simpliciter intelligatur: quia credo, quòd semper primum iuramentum sit seruandum, si est licitum: & præiudicat secundo, quando ab una eademq; persona sit præstitum. Vnde non puto distinguendum, an sit iuramentum litis decisiuum, an confirmatorium contractus: quia quàm primùm ab una persona est iuratum, non potest uenire contrà sine causa: ideo seruandum. Et hoc bene probat illa no. gloss. d. c. licet. de iureiu. in vj. Sed si essent diuersæ personæ, quæ iurent: putà, reus defert actori, qui iurat sibi deberi: postea actor defert reo, qui iurat sibi deberi: in isto casu credo doctrinam istorum Doctorum procedere, quos uide l. duobus. §. item Pomponius. Et hoc pro declaratione illius gloss. d. c. licet.

iuramenti taciturnitas inducit tacitam surreptionem. Ita Fel. c. constitutus. de rescri. uer. statuta iurata. col. 623.

iuramenti obseruantia semper potest peti in foro ecclesiastico, etiam lite pendente super tractatu in curia secularium: & de hoc uide, quæ posui in litera L. §. lite pendente in curia seculari.

iuramenti relaxatio non potest fieri, nisi pars sit citata, cui est iuratum. Ita Ioan. And. in Spec. super rub. de iureiu. Pe. de Anc. consi. suo diij. incip. Prædictis subtiliter. Felin. c. ij. de spons. in uer. secundò limita. nu. 25. col. 744.

iuramenti materia pertinet ad iudicem secularem in aliquibus casibus: de quibus s. uersi. iudex secularis regulariter.

iuramenti materia est fori ecclesiastici, non secularis. Ita Felin. c. cùm sit. de fo. compe. uer. materia iuramenti. Adde, quòd pulchrum est uidere, an citra Papam alij prælati possint de hoc iudicare? Adde, quòd inuenio Doctores c. uenerabilem. de ele. qui ponderant illũ tex. ibi, ad nostrum iudicium pertinere, ubicunque dubitatur, an iuramentum sit licitum? & sic uidetur, quòd non solùm princeps

secularis sit exclusus ab ista cognitione, sed etiam alij prælati sunt exclusi de hoc iudicare. Adde pro ueriori intelligētia, quòd inuenio, quòd Spec.ti. de legato. §. nunc ostendendum. uer. xxiiij. dicit, quòd etiam episcopus potest interpretari iuramentum. Et ad tex. c. uenerabilem. de elec. respondet dupliciter: primò, quòd ille tex. procedit in negotio arduo, & inter magnas personas: secundò, q̃ procedit ille tex. quando papa uult dare licentiam contrauenienti iuramento sine permutatione in melius: quod tene menti, pro limitatione illius tex. d. c. uenerabilem. Et pro illa opi. Spe. uide Imo. & do. Abb. c. debitores. de iureiur.

iuramenti relaxatio potest fieri per Papam, tam per uiam commutationis, q̃ dispensationis, uel totalis relaxationis: de quo uide, quæ posui in litera P. §. Papa pōt dispēsare super quolibet iuramēto.

iuramenti relaxatio an potest fieri per episcopum? Vide, quæ posui in litera E. §. episcopus.

iuramenti relaxatio si est dubia, an concedenda, uel non concedēda, tunc solus Papa potest concedere dictam relaxationem. Ita Inno. c. uenerabilem. de elec. Vide Felin. c. ij. de sponsa. uer. non limitatur. nu. 24. col. 744.

iuramento authoritas papæ intelligitur excepta: hoc uerū est in his, quæ spectant ad Papam: secus est, si iuramentum est præstitum super re ipsius iurantis: quia tunc non intelligitur excepta: & sic absolutio in materia non spectante ad Papam, non ualet sine causa. Felin. c. constitutus. de rescrip. uer. limita secundò. num. 15. colum. 630.

iuramento authoritas papæ intelligitur excepta. Fallit hoc, quando essent duo pontifices contendentes de Papatu. Fel. c. constitutus. de rescri. uer. limita quartò. nu. 17. col. 631.

in iuramento quæ sit potestas Papæ. Vide, quæ posui in litera P. §. Papæ potestas.

iuramento, quod ex forma statuti disponitur, ut stetur, an contra illud potest probari? uide, quæ posui in litera S. §. statutū, quod disponit, quòd stetur iuramento.

¶ *Iurans aliquid facere, uel soluere, ad utilitatem alicuius: putà infra x. dies: si ille, in cuius fauorem iuratur, obligationem remittit, iurans non indiget alia absolutione. Ita domi. Abb. c. j. de iureiu. ult. no. Vide Feli. d. c. j. ij. notabili, nu. 2. parte ij. col. 1106. Adde, quòd istud debet intelligi, nisi ille, qui iurauit, iam incurrisset periuriū: putà, quia non soluit in termino: quia isto casu amplius non prodest remissio, etiam facta ab illo, in cuius fauorem est iuratum. Bar. l. pe. ff. de iureiu. Vide Felin. d. c. j. uer. item intellige. col. ead. num. 3. Adde, quòd istud etiam habet locum, ubi iuramentum esset remissum per partem tacitè: de quo uide Feli. d. c. j. de iureiu. uer. unum etiam relatione. nu. 6. col. 1108.*

iurans si petit absolutionem à iuramento, non est audiendus, nisi prius pars sit citata, de interesse cuius agitur. Vide, quæ posui in litera A. §. absolutio iuramenti.

iurās existens extra ciuitatem suam tempore, quo iurauit, si petit absolutionem à iuramento, à quo episcopo debet absolui? an uerò ab episcopo loci, ubi iurauit? Vide per Felin. d. c. j. de iureiu. uer. undecimò quærò. nu. 31. parte ij. col. 1120.

iurans non petere absolutionem à iuramento, an possit petere à iuramento præstito de soluendis usuris. Feli. de iureiu. c. debitores. nu. 9. col. 1138.

iurans contractum esse de pura & uera sorte, & ipsum obseruare, an possit petere absolutionem à iuramento. Feli. de iureiu. c. debitores. nu. 11. col. præalleg.

iurāns se nō recepturum restitutionem usurarum, an poterit recipere? Fel. de iureiu. c. debitores. nu. 13. col. 1139.

iurans, quòd nunquam erit episcopus, uel clericus, uel monachus, & sic aliquis iurauit, quòd non acceptabit promotionē, an iuramentum sit seruandum? do. Abb. c. si uerò. de iureiu. ij. col. uers. quintò, quod dicitur. dicit, quod tale iuramentum ualeat. Alleg. tex. c. Florentinum Archidiaconum. lxxxv. dist. & gloss. c. innocens. xxij. q. iiij. uerb. ar. Tamen Archi. d. c. innocēs. sentit contrarium, & c. si aliquid. ea. q. & causa. & ibi etiam do. Abb. Vide Felin. d. c. si uerò. uer. in gl. in uerbo, iuramentum. nu. 8. col. 1150.

iurans non fideiubere pro aliquo, an tale iuramentum ualeat? domi. Abb. c. si uerò. de iureiu. iij. col. uers. ex his. dicit, q̃ tale iuramentum ualet. Idem tenet Ioan. And. c. fi. de fo. compe. in vj. Adde & limita, quòd si salus proximi periclitaretur, quòd tūc tale iuramētum non est seruādum. Io. An. in addi. Spe. ti. de iureiur. in rub. do. Abb. loco præallegato. Adde, & dic etiam de mente do. Abb. ubi §. quòd si proximus uerè indiget, etiam quòd salus sua non periclitetur, tamen iurans tenetur fideiubere pro eo, non obstante iuramento. Idem tenet Old. cons. sup. xc. incip. Quædam iurauit. Archi. c, sicut. xj. q. j. Vide Felin. d. c. si uerò. uersic. ex quo infertur, q̃ iurans. nu. 6. col. 1149.

iurans si non sperat consequi iusticiā in partibus, suo iuramento creditur. Ita do. de Ro. tit. de rescrip. deci. lv. & ti. de proba. xx. decis. in antiquis: & ti. de rescrip. vij. in nouis. Adde Felin. c. accedens. el ij. ut li. non contest. uer. octaua conclusio. nu. 12. col. 339. Adde tu, quòd ista doctrina dominorum de Rota est bona, quando ille, qui uult iurare, non est periurus, per text. c. paruuli. xxij. q. ulti. quia talis amisit omnem facultatem probandi per iuramentum. Ita Ro. l. admonendi. vij. col. & xxviij. de iureiur. Et no. quia istud seruiet tibi ad multa, quando iuratur.

iurans soluere aliquid infra tantum tempus, non est periurus, si non soluat: quia iudex ei ex causa præcepit, ne soluat: & hoc, quia in omni iuramento authoritas superioris excepta est. Fel. c. constitutus. de rescrip. uersi. authoritas Papæ. nu. 9. col. 626.

iurans non petere absolutionem à iuramento, an possit petere absolutionem ab ipso iuramento. Lud. Ro. consi. cccxxvij. incip. In præsenti consultatione. tenet, quòd non: sed bene dicit, quòd denūciare potest. Vide Fel. c. debitores. de iureiur. uersi. tertiò quæro, utrùm iurans. nu. 9. parte ij. col. 1138.

iurans non recipere restitutionem usurarum, an poterit recipere, iuramento non obstante? Host. dicit, quòd non: sed fiet restitutio pauperibus. Ita Host. in summa, ti. de iureiu. §. quæ cēseātur. uer. quāuis soluam. Vide Felin. c. debitores. de iureiu. uersic. septimò & ultimò quæro. nu. 13. col. 1139.

¶ *Iurare non debet plùs, quàm bis, quis in una materia: & hoc, quādo debet stari iuramento alicuius: de quo uide Felin. c. pastoralis. de excep. uersi. limita nouissimè. nu. 27. col. 33.*

¶ *IVRISDICTIO ordinaria an possit esse sine territorio? Vide per Felin. c. Rodulphus. de rescrip. uer. territorium. nu. 15. colum. 989. & uide hic ī. §. iurisdictio utrùm inhæreat in fi.*

iurisdictio ordinaria excitata per commissionem, non expirat morte mandantis, re integra: de quo uide, quæ posui in litera D. §. delegata iurisdictio.

iurisdictio delegata an restringatur solùm ad expressa in rescripto? Vide, quæ posui in litera R. §. rescriptum impetratum, ubi causa fuit delegata.

iurisdictio delegata an potest prorogari de tempore in tempus? Vide, quæ posui in litera P. §. procurator utrùm possit prorogare.

iurisdictio delegata non potest prorogari de persona ad personam. Tex. est c. P. & G. de offic. deleg. & ibi domi. Abb. iiij. col. uer. in tertia specie. Limita istud, nisi causa tangat aliquo modo illas personas, quæ uolunt prorogare iurisdictionem, etiam quòd non sint comprehensæ in rescripto. Ita domi. Abb. loco præallegato. Bart. l. si qui ex consensu. C. de episc. aud. Innoc. & domi. Abb. c. uenientes. el ij. de testi. idem tenent, ubi dicunt, quòd tertius potest comparēre coram delegato pro interesse suo, etiam quòd iste tertius non sit comprehensus in rescripto. Do. de Rot. decisio. ccxcvj. incip. Item si causa committitur. Adde Felin. d. c. P. & G. uer. gloss. in uerb. nulla. num. 5. colum. 1226. Limita etiam, quo ad personas principales: secus, quo ad accessorias: putà, fideiussores: quia isti possunt prorogare iurisdictionem delegatam. Felin. d. c. P. & G. uers. tertiò limita. num. & colum. præalleg. Tamen ibi uidetur dubitare. Limita etiam, quando partes comprehensæ in rescripto prorogant iurisdictionem delegati, & iurisdictionem ipsius delegantis potuissent prorogare: quia prorogando iurisdictionem, uidentur prorogare iurisdictionem delegantis. Ita do. Abb. consil. suo lxj. incip. Saluatoris, eiusq̃. ij. col. Limita etiam, quando esset persona, quæ succederet personæ comprehensæ in rescripto, c. j. de alie. iudi. & tex. c. quia V. de iudi. Felin. idem tenet. uers. quintò fallit. num. 6. col. 1227. Limita in delegato ad uniuersitate causarum: gloss. l. j. ff. de iudic. domi. Abb. d. c. P. & G. uer. in tertia specie. dubitat. Vide per Felin. ibi d. c. P. & G. uer. dubito tamen de hoc. nu. 6. col. ut ī.

iurisdictio delegata non perit per lapsum triennij. Ita Felin. c. uenerabilis. de iudi. uersi. iurisdictio delegata. nu. 3. col. 156.

iurisdictio delegata non perit, etiamsi iudex delegatus ex aliqua causa absoluit partem ab instantia iudicij propter ineptam actionem propositā. Ita Felin. c. uenerabilis. de iudic. uer. alleg. & col. ead. Adde domi. Abb. d. c. uenerabilis. iij. colum. uersic. uenio nunc ad secundam lect. & c. examinata. de iudi. uer. ultimò quæritur. ult. colum.

iurisdictio delegata an expirat statim post mortem delegantis, re integra. Felin. c. cæterùm. de rescri. & uersi. septima restrictio. num. 23. col. 427. tenet, quòd sic. Adde tu, nunquid iurisdictio delegata expirat post mortem delegantis re integra, & an ualeat processus, licet delegatus ignorauerit mortem delegantis, & an iurisdictio iudicis delegati expirat ipso iure post mortem delegantis, an sit opus executione? Adde, quòd contra istam opinionem, quòd non sit opus executione, sed expirat ipso iure, tenuerunt gloss. & Doct. c. cùm uenissent. de testi. Tenuit Spec. tit. de offic. delega. Tenuit Bar. l. & quia. ff. de iurisd. om. iud. Doc. c. gratum. post gl. ibi, de offi. deleg. Ang. l. j. C. de iurisd. om. iud. Tenuit gl. l. eius. ff. si cer. pe. Et ista est communis opi. pro qua opi. facit tex. c. fi. §. offi. uersi. ipso iure. de offic. deleg. in vj. & c. si cui nulla. de præben. in vj. uer. omnino, quæ dictio importat idem, quod ipso iure, ut no. glo. l. j. §. si pecuniam. ff. depositi. Et istam opi. tenuerunt Doc. moderni, c. fi à subdelegato. de offi. deleg. in vj. Nec obstat l. si sortem. ff. de offic. præ. quia respondet Gul. de Cu. Albe. Bal. & Pau. de Cast. l. eius. ff. si cer. pet. & Doc. c. gratum. de offic. deleg. quòd illa l. loquitur de iudice ordinario, cuius iurisdictio fauorabilior est: sed nos loquimur de iudice delegato, cuius iurisdictio est odiosa, ut no. gloss. c. j. de rescrip. in vj. Vnde uidemus, quòd iurisdictio delegata non ita de facili ampliari, uel prorogari potest, sicut ordinaria, ut l. j. & ibi Bar. ff. de iudi. Potest etiam secundò responderi ad d. l. si sortem. secundum Gul. Iac. But. & Alb. d. l. eius. quòd ibi agitur de retinenda iurisdictione firmiter acquisita: sed in q. nostra non erit statim acquisita firmiter iurisdictio delegata, antè quàm iudex cœpisset uti iurisdictione, l. more. ff. de iurisd. om. iudi. Ergo aliud debet esse in uno casu, quàm in alio: arg. l. pater. ff. de his, qui sunt sui, uel alie. iu. Ex quo infertur, quòd ubi iudex delegatus cœpisset uti iurisdictione, & sic firmiter acquisita est, esset iurisdictio, quamuis superuenisset aliud, quod impediret iurisdictionem, tamen ualeret processus gestus iudice ignorante defectū superuenisse. Et ita est de mente Doct. quos proximè retuli. Adde ad hoc do. Alex. l. eius. ff. si cer. pe. Adde Felin. c. gratum. de offic. deleg. in fi. suprà gloss. in uerbo, maximè col. 1113. qui etiam ibi tenet, quòd statim expiret. Idem tenet c. cùm uenisset. de testi. ī. gl. ij. col. 695.

iurisdictio delegata renocata propter delictum iudicis operatur ipso facto ante notitiam. Ita Felin. c. cæterùm. de rescrip. uer. Octaua restrictio. nu. 24. col. 427.

iurisdictio an sit concessa concesso territorio, uel castro? Ponit Felin. c. Rodulphus. de rescrip. uer. territorio. ibi, quia territorium. nu. 15. col. 990.

iurisdictio concessa generaliter si est, an uideatur concessum merum & mixtum imperium? Ponit Felin. c. quod sedem. de offic. ordi. uersi. item dum dicit Abb. nu. 3. col. 1247.

iurisdictio competens inferiori, an dicatur competere priuatiuè ad superiorem, an accumulatiuè. Fel. ponit c. pastoralis. de offic. ord. uer. dum autem tangit. nu. 2. col. 1249.

iurisdictio acquisita ab inferiore per præscriptionem, an sit acquisita priuatiuè ad uiatorem, uel accumulatiuè? Ponit Felin. c. pastoralis. de offi. ord. uer. limita octauò. nu. 5. col. 1252.

iurisdictio, quæ datur non habēnti, quomodo cognoscitur? an detur ordinaria, uel delegata? Ponit Feli. c. licet. de offi. ordi. uersi. prædicta omnia. nu. 5. col. 1264.

iurisdictio iudicis si est expiratura, iudex potest procedere & sententiare die feriato in honorem Dei. Vide de hoc c. si diligenti. de foro compe. per Feli. uers. quartum corollarium. nu. 20. col. 219. Et adde, quæ posui in litera F. §. ferijs inductis.

iurisdictio feudi potest prorogari de persona ad personam, ex quo est ordinaria. Ita Felin. c. cæterùm. de iudi. in prin. nu. 1. col. 54.

iurisdictio specialis, putà ī. feudum, tributa à lege, uel ex priuilegio, an intelligatur concessa priuatiuè, aut accumulatiuè ad iurisdictionem ordinariam? Vide Felin. c. cæterùm. de iudi. uersi. quando detur iurisdictio. nu. 4. col. 56.

iurisdictio in habitu. An habēs iurisdictionem in habitu, possit illam subdelegare. Vide Felin. c. pastoralis. §. quoniam. aliàs est c. nu. 1. col. 558. de rescrip. uersi. habitus iurisdictionis.

iurisdictio perpetuata, quo ad expressa in rescripto, nō operatur regulariter, quo ad nō expressa. Fel. c. pastoralis. de rescri. uersi. perpetuatio. nu. 2. col. 560.

iurisdictio an acquiratur consuetudine? Vide, quæ posui in litera C. §. consuetudo an tribuat.

iurisdictio an potest acquiri ex consuetudine? Vide, quæ posui in litera C. §. consuetudo an tribuat.

iurisdictio utrùm inhæreat territorio, & non personis? Felin. c. Rodulphus. de rescrip. uer. territorio. nu. 15. col. 989. uidetur sentire, quòd inhæreat territorio. Adde tu, quòd Ioan. And. c. cùm cōtingat. de fo. compe. ī. gloss. dicit, quòd licet quis non habeat territorium, si tamen habet potestatem in certas personas, propter illas dicitur habere territorium. Adde, quòd idem tenet Bar. l. j. de iur. om. iud. in fi. ubi dicit, quòd iurisdictio non cohæret proprio territorio: sed dicitur, quòd cohæret territorio: quia terminatur territorio: sed si diceretur, imò rei cohæret: nam uidemus, quòd ciuitates & castra habent iurisdictionem: dic, quòd imò populus eorum, & communitates eorum: quia sunt personæ repræsentatæ, quæ habent iurisdictionem: & sic dic, quòd iurisdictio inhæret personis, & non glebæ, personarum, ut est casus de hoc l. qui furere. ff. de sta. ho. secundum Gul. de Cu. et Bar. d. l. j. ff. de iurisd. om. iud. in fi. Et sic soluta est q. quæ quæritur, quomodo iurisdictio ordinaria possit esse sine territorio: de qua uide Felin. d. c. Rodulphus. d. uer. colum. ead. In materia ista uide per Felin. c. licet. de probatio. uersicul. & districtus. ubi de hoc pleniùs dicit, nume. 1. col. 472. parte ij.

iurisdictio, quam habet defunctus in ciuitate, castro, uel uilla, an trāseat ad filios, seu hæredes in solidum, an uerò unusquisque possit eam separatim exercere? Guil. de Cu. l. j. ff. de offi. consul. tenet, quòd filij, seu hæredes non possint separatim eam exercere in ciuitatibus, castris, aut uillis: sed simul. Idem tenet Bal. in vj. & Mōder. c. prudentiam. de offic. deleg. Idem sentiunt, quòd isti filij, seu hæredes succedant tanquam repræsentantes unum solum. Adde Felin. d. c. prudentiam. uer. filij, seu hæredes defuncti. nu. 2. colum. 1114. Adde, quòd imò isti filij dicuntur habere iurisdictionem separatim. Ita Bart. l. si uni. ff. de re iud. & domi. Abb. d. c. prudentiam. iiij. col. uer. dubium est. Et uerum est, quòd iura indiuidua transeunt ad hæredes in solidum, l. ij. §. ex his. ff. de uer. ob. Tamē dic tu, quòd diuisa administratione iurisdictionis diuidi non potest ipsa iurisdictio. Ita Bar. l. inter tutores. ff. de admi. tu. Et idem tenet Ant. de But. Imo. & domi. Abb. d. c. prudentiam. & Bal. c. uno delegatorum. de offic. dele. Et adde Felin. d. c. prudentiam. qui uidetur idem sentire, uer. sed quòd. colum. ut ī. Adde, quòd istud uerum est in iurisdictione feudali, seu dominicali, aut marchionali: quia ista iurisdictio diuidi non potest, ut ī. dictum est: sed in aliis bene cadit diuisio. Ita do. Abb. d. c. prudentiam. iiij. colum. uer. aduerte tamen. & Bald. c. imperialem. §. præterea. de probib. feu. alie. per Frid. Et idem tenet Bart. l. Lucio. in fi. ff. de aqua quoti. et æsti. Adde, quòd Felin. idem tenet d. c. prudentiam. uer. fallit, ubi competit. nu. 3. col. 1114. & ibi per ipsum habebis alia circa materiam istam. Adde, quòd do. Abb. consuluit, quòd iurisdictio feudalis diuidi potest, dum modò non sonet in nomen dignitatis: eū uide consi. suo lxxxij. ulti. col.

iurisdictio ordinaria respectu certi generis non potest prorogari ad diuersas causas & dissimiles causis expressis. Felin. c. cæterùm. de iudic. nu. 2. col. 54.

iurisdictio acquisita per præscriptionem, non inducit potestatem cohæredi: & sic ille, qui habet iurisdictionē in certo loco præscriptam, non poterit punire delinquentes. Bonus text. c. cùm contingat. de foro compe. ubi domi. Card. iiij. col. uer. oppono. Vide Felin. c. auditis. de præscrip. uer. præscriptio super iurisdictione. nu. 17. col. 300. Adde tu, quòd propter illum tex. d. c. cùm contingat. do. Car. ibi, & do. Abb. vj. col. & do. Car. & Imol. c. pastoralis. de off. dele. in prin. & do. Alex. de Imo. l. ij. ff. de iurisd. om. iud. j. col.

dicunt, quòd est dare iurisdictionem sine modica coercione: & hoc, quando quis iurisdictionem præscripsisset: quia non intelligitur præscripsisse modicā coercionem in corpus. Adde, quòd hoc fallit, quādo quis habet iurisdictionem in loco ex priuilegio sine concessione illius, de præiudicio cuius agitur: quia si habens iurisdictionem ab eo, qui habet ius concedendi, & utitur iurisdictione in uno actu, tunc retinet iurisdictionem in omnibus alijs actibus. Ita Bar. l. j. §. si quis hoc interdictum. ff. de iti. actuq; priua. & Pau. de Cas. l. imperiū. ff. de iurisd. om. iudi. do. Abb. c. cùm olim. de præsc. iij. col. Vide Fel. d. c. auditis. uer. prima declaratio prædictorum. nu. 18. col. ut ī. ubi dicit, quòd aliqui tenuerunt contrariū. Sed tu dic, quòd ista est communis opi. Item, quādo quis præscriberet iurisdictionem in certo loco, ubi nullus haberet iurisdictionem, si usus fuisset uno actu iurisdictionali, tunc esset præscriptum, quo ad omnia. Inno. c. dilecto. de offi. Archi. do. Abb. c. cùm inter. de re iud. v. col. uer. quartò. & ultimò. do. Alexan. consi. suo ccix. viij. colum. incip. An forensibus. do. Abb. consil. suo lxxi. incip. Casus talis est: quidam clericus. ij. uol. Vide Felin. d. c. auditis. de præscrip. uer. secunda declaratio. nu. 19. col. 301. Item fallit in connexis inseparabilibus à principali: & hoc, quando principale non potest stare sine connexis: quia præscripta iurisdictione in principali, erit præscriptum in accessorijs & connexis inseparabilibus à principali. Bal. l. eos. C. de usur. & est bonus tex. l. si in aliena. §. j. ff. de usur. ubi dicitur, quòd præscriptio extenditur ad connexa. Vide Oldr. consil. suo clxxxij. Quod intellige sano modo, si ista connexa inseparabilia fuerunt semper à principio præscriptionis: Lud. Rom. l. ei, à quo. §. j. ff. de acq. pos. Et idem sentit do. Abb. c. dilecti. de arb. ij. col. ubi dicit, quòd si pars includitur sub toto præscripto, totum præscribitur, & pars. Vide Felin. ubi ponit multa exempla in materia, d. c. auditis. uer. quarta declaratio. nu. 20. col. 303.

iurisdictio acquisita ex consuetudine, & hoc per scientiam illorum, de quorum præiudicio agitatur, an extendatur ad coercionē delictorum in corpus: Inno. c. dilecto. de offic. arch. tenuit, quòd sic: & ibi Anton. de But. in ſi. Adde Felin. d. c. auditis. de præscri. uer. quinta declaratio. nu. 21. col. 304. Et hæc notabilis pro limitatione eorum, quæ dicta sunt ī. §. iurisdictio acquisita per præscriptionem.

¶ IVS Diuinum est de necessitate salutis, non sic ius humanum: Felin. c. nam concupiscentiam. de consti. nu. 8. uers. quartò limita. colum. 91. Adde, quòd princeps illud in totum non potest tollere, sed in parte sic: & tunc ex causa rationabili: gl. j. fi. C. si cōtra ius, uel ut. pub. & l. j. ff. de consti. prin. & glos. c. sunt. xxxv. q. j. Adde do. Abb. c. literas. uiij. col. de restitu. spo.

ius Diuinum potest interpretari per principē: de quo uide, quæ posui in litera P. §. princeps secularis.

ius faciens mentionem de ordinarijs, an extendatur ad capitulum sede uacante? Felin. c. cùm olim. de maio. & obe. nu. 8. col. 1356.

ius ciuile seruatur in foro canonico, si non contradicit canoni, nō solùm in decisione, sed etiā in ordinarijs processibus: do. Abb. c. in causis. de testi. iij. no. Bar. l. priuilegia. uer. quæro ergo. Pet. de Anc. in repe. c. j. uer. si itaq;. de consti. do. Abb. c. ecclesia sanctæ Mariæ. el j. ut lit. pen. ult. col. uer. si enim. Adde Felin. d. c. in causis. in princ. nu. 1. parte ij. col. 642.

ius canonicum si statuit rigorem, & ius ciuile æquitatem, standum est iuri ciuili, etiam in foro canonico: do exemplum: pone, quòd clericus iurauit dare decem usq; ad xv. dies: dico, quòd dies ultima est incipienda à media nocte, secūdum ius ciuile. Archid. c. partibus. lxxxvj. dis. Bal. c. ego N. iij. col. de iureiu. Adde Felin. c. in causis. de testi. in princ. ubi ī. uer. proxi. col. ead.

ius iniquum impetratum ab aliquo si fuerit, an omnes possunt uti retortione contra impetrantem pro clara intelligentia? Reassumā istud in dubium: pone, aliquis impetrauit, uel à principe, uel à iudice, ius iniquum contra Titium, an ultra Titium omnes alij possunt uti retorquutione contra impetrantem? gl. Bart. & alij, l. iij. §. hæc pœna. ff. quod quisq; iur. tenent, quòd non: sed solus Titius uti poterit. Ita tenet glos. f. d. l. iij. §. hæc pœna. & l. j. in prin. & ibi Cy. xvj. q. ff. quod quisq; iu. & omnes Scribentes d. §. hæc pœna. & plenè Cy. l. ratas. C. de rescin. uen. Pro ista parte facit tex. d. l. j. uerbo, aduersario postulante. ff. quod quisq; iur. Et tu fortiùs stringe tex. illum, cùm illi ablatim absoluti resoluantur in conditionē, l. à testatore. ff. de condi. & demon. Et perinde est, ac si tex. diceret, si aduersarius postulauerit: sed conditio debet impleri in forma & persona specifica, l. qui hæredi. in prin. & l. Mæuius. ff. de condi. & demon. Allegat etiam Cy. tex. l. apud Celsum. §. si aduersarius. ff. qui. ex cau. in pos. ea. Sed tu tene cōtrarium, prout tenuit Azo, Pla. Mar. de Fano, & And. de Pisis, ut refert Cy. d. l. ratas. & Ful. d. §. hæc pœna. Et ista opi. proculdubio est uera, contra communem, per tex. clarum ad literam d. §. hæc pœna. Nec est uerus intellectus glo. & Doc. quod intelligatur, quando impetratio fuit facta generaliter contra omnes: quia destruxit text. Itē hoc modo tex. §. hæc pœna. esset de indubitabili: qa si impetrasset rescriptū contra omnes, proculdubio omnes uteretur retorquutione cōtra eum, dato q; cōtra unū solum uteretur: qa etiamsi cōtra nullū uteretur, habet locū retorquutio, ut d. l. iij. ff. quod quisq; iuris. Secūdo stringit tex. ineuitabiliter, d. l. ratas. Nec duæ solutiones datæ ibi per Cy. aliquid ualent, nec stringunt illū tex. Minus etiā ualet solutio Sal. ibi d. §. hæc pœna. qui dicebat, q; milites ibi uolebāt imponere ius iniquū per modū legis generalis. Tertiò inducit illum tex. d. §. hæc pœna. Raphael in uerbo, in edictū incidit. istud enim pōt multis modis contingere, statuendo, uel sententiando. Si ergo iudex incidit in edictū sententiādo, impossibile est, q; generaliter cōtra omnes sentētietur: tūc tex. dicit ibi d. §. hæc pœna. & quilibet utitur retorquutione cōtra eū. Tu quartò pōdera tex. §. illud quoq;. l. iij. ff. quod quisq; iur. intelligēdo realiter tex. prout iacet: & ibi Ful. ad hoc no. quāuis gl. & Doc. ibi intelligūt, quādo impetratio fuit facta generaliter sup omnibus actionibus. Quintò pondera tex. ad idem §. si is, pro quo. d. l. iij. ff. quod quisq; iur. ubi ius iniquū fuerat impetratū cōtra debitores, & tamen in eo utuntur retorquutione, non illi debitores tantùm, sed alij creditores impetrantis. Et istam partē tenet gl. expressè l. fi. ff. quod quisq; iu. quāuis Albe. & do. Alex. ibi, & Cyn. d. l. ratas. dicant, q; illa gl. fit corrupta, tenendo istā partē, quæ est cōtra communē: sed puto, q; sit uerissima. Restat solùm respōdere ad tex. qui fortiter stringit, l. j. uerbo, aduersario postulante. ff. quod quisq; iur. Sed respōde, q; loquitur de aduersario, non de illo, cōtra quē est impetratū ius iniquū, sed de illo, q; est aduersarius tēpore retorquutiōis, cùm terminus aduersarij debet intelligi secundū tēpus participij, cui adijciturl. in delictis. §. si extraneus. ff. de noxa. Et sic iste, qui nō uult uti retorquutione, est aduersarius: & ideo dicit, postulante: quia iudex nō pōt facere retorquutionē, nisi petatur à parte, per regulam l. iij. §. hoc aūt. ff. de dam. infe. Et q; tex. uerbo, aduersario postulante. non intelligitur, contra quē est impetratū, sed de illo aduersario, qui nunc uult uti retorquutione, probo subtiliter: nam etiā in primo capite edicti prætoris ponitur, Aduersario postulāte: tunc sic primum caput loquitur, quādo magistratus ius iniquū facit statuēdo: sed faciendo statutum generale, nullum per hoc habebat aduersarium. Ergo ex aduersario postulante intelligitur de eo, qui fit aduersarius mediante retorquutione. Pondera etiam, quòd primum caput prætoris declaratur l. j. §. fin. ff. quod quisquæ iur. Secundum caput prætoris declaratur l. iij. eo. ti. in princ. Verum est: quia in utroq; capite declaratur aduersario postulante. §. hæc pœna. d. l. iij. propriè declaratur, quomodo intelligatur illud, Aduersario postulante, positum in utroq;: & dic, quòd intelligitur, quicunq; uult uti retorquutione: et tenendo istam partem uana uidetur q. formata per Bart. & alios, d. §. hæc pœna. ff. quod quisq; iuris. Vide Felin. rub. de rescri. in princ. col. 355.

ius alteri quæsitum non potest tolli per Papam sine causa: tamen potest concedere dilationem super illo. Felin. c. constitutus. de rescri. uer. generaliter autem. nu. 18. col. 631.

ius publicum authoritate & utilitate an tollatur per consuetudinem? Vide, quæ posui in litera C. §. consuetudo an tollat ius publicum.

ius reuocandi domum, quale sit, & quando locum habeat? Fel. de fōro comp. c. ulti. nu. 25. col. 269. parte ij.

iuri pro se introducto quilibet renunciare pōt: fallit in iure naturali, ut est ius sanguinis. Ita Fel. c. si diligēti. de fo. cōpe. in prin. col. 212. parte ij. Adde, q; illa doctrina est tota uerissima, quā ponit etiam Bar. in duobus locis: primò l. ius publicum. ff. de pac. l. pe. C. eo. de uerbo ad uerbū: ubi etiam Bal. Ful. & Sal. formaliter sequuntur.

Sed

Sed ut istam materiam clarè & nitidè habeas, considera duos casus principales, aut loquens in iure publico, aut in iure priuato. Circa primum fac regulam, quòd iuri publico non potest pactis priuatorum derogari, ut d. c. si diligenti. & d. l. ius publicum. Nec etiam pactis publicarum personarum, l. ij. §. ius rei. ff. de admi. re. ad eiui. perti. & l. ij. C. de conue. fisc. lib. x. Intelligitur autem ius publicum altero de iiij. modis. Primo ius naturale, uel sanguinis, l. ius agnationis. ff. de pact. & l. ab dicatio. C. de pa. po. Secundo illud, quòd principaliter publicam utilitatem respicit: putà, quòd delicta puniātur, l. ita uulneratus. ff. ad l. Aquil. l. licitatio. §. quod illicitè. ff. de publ. Tertio illud, quod remp. tangit, l. iurisgentium. §. si pacisc ar. ff. de pact. Quarto, ubicunq; l. disponit, dando formam, uel solennitatem actui, l. testamenti factio. ff. de testa. l. nemo potest. ff. de leg. j. l. prolatam. C. de sentent. Circa secundum in iure priuato, quod principaliter ad priuatā alicuius utilitatē inductum est. fac regulam contrariam, quòd ei regulariter renunciari potest, ut l. pacisci. ff. de pac. l. pe. C. eo. Fallit in v. casibus: Primo, quando illud ius esset inductum propter imbecillitatem ætatis, l. iudex. ff. de mino. Secundo fallit, quando talis renunciatio induceret aliquid contra bonos mores, uel inuitaret ad delinquendum, l. si unus. §. pacta, quæ turpem. ff. de pact. Tertio fallit, quando est ius prohibitorium: gl. l. j. ubi Bart. C. ne fid. do. dē. Bald. authent. si qua mulier. C. ad Velle. Ideo statuto prohibitorio renunciari non potest, secundum Bald. l. fi. xiij. oppos. C. de edi. di. Adri. tol. Quinto fallit, ubicunq; in aliquo actu opponitur clausula annullatiua: putà, quia dicatur, si secus actum esset, irritum & inane, tunc etiā de communi consensu partium renunciari non potest: gl. c. statutum. uerbo, committatur. de rescript. in v. j. & text. c. dilecto. ubi Canonistæ, de præb. Facit, quod uult gl. l. à diuo Pio. ff. de rit. nup. Et est ideo: quia ubicunq; apponitur clausula annullatiua, illud censetur inductum pro forma, secundum Bald. Ang. & Moder. l. j. ff. de lib. & posth. Pet. de Anc. c. canonum statuta. de const.

iuri prohibenti lucrum cum aliena iactura, renunciari potest. Ita Fel. c. si diligenti. de foro compe. in prin. nu. 2. col. 212.

iuri reuerentiali renunciari non potest. Fel. c. si diligenti. de fo. comp. uersi quartum corollarium. nu. 5. col. 213.

iuri publico an renunciari potest? Vide ī. §. iuri pro se introducto. ubi posui, quid de iure publico, & quid de iure priuato.

iura, quæ imponunt pœnā ipso facto, nunquā habent locū, nisi præcedat declaratio: & sic sententia. Ita Feli. c. cùm non ab homine. de iudi. uer. & uide Domi. nu. 9. col. 92.

iura spiritualia unius ecclesiæ possunt præscribi per aliam ecclesiam spacio xl. anno. Vide quæ posui in litera B. §. bona eccl. poss. præscribi.

iura spiritualia nunquam sunt diuisa inter episcopum & capitulum: unde est, quòd iuramentum præstitum ecclesiæ, intelligitur præstitum episcopo, & capitulo: tex. est c. cùm clerici. de uer. sig. Adde bo. text. c. cùm non liceat. de rescript. Vide Fel. c. edoceri. de rescript. in prin. nu. 1. col. 667. Adde, an per cōsuetudinem possit fieri diuisio? uide Fel. uer. sed consuetudo. nu. & col. præallegat.

¶ *Iuspatronatus acquiritur in fundatione hospitalis, sicut fit in fundatione ecclesiæ: c. inter dilectos. de dona. Quod intellige, si est hospitale religiosum: secus, si est hospitale priuatum: do. Abb. in dispu. sua incip. Sempronius. xv. col. uer. cùm de secundo. Fel. c. de quarta. de præscr. uersi. quintò: ille, qui fundat. nu. 5. col. 189.*

iuspatronatus, quod habet patronus clericus et laicus, nō potest conferri per legatum: do. Abb. c. fi. de iure pa. Adde Feli. c. multorum. de Iudæis. uersi. & ideo singulariter. nu. 3. col. 1055.

iuspatronatus licet sit ius, quod competat pluribus, ut singulis, ubi est dissensio inter patronos, statur maiori parti, quamuis competat ius patronatus, ut singulis: & hoc fauore ecclesiarum, de quo est tex. c. iij. de iure pa. Adde Fel. c. cùm omnes. de consti. uer. in ea. gl. ibi, nihil ualet, nu. 16. col. 105.

iuspatronatus potest donari per patronum alteri compatrono. Feli. c. quæ in ecclesiarum. de consti. uer. secundò confirmatur ista consideratio. nu. 51. col. 148.

iuspatronatus potest tolli in totum per episcopum loci sine consensu hæredum: & hoc ex causa, putà, quòd adeo depauperata est ecclesia, quòd non inuenitur, qui uelit deseruire illi ecclesiæ. Fel. c. cùm accessissent. de consti. uersi. secundus casus. nu. 19. col. 183.

iuspatronatus potest tolli etiam per episcopum, quando utilitas ecclesiæ hoc postularet. Fel. c. cùm accessissent. de consti. uersi. tertiò restringitur. nu. 20. col. 183.

iuspatronatus potest reficī per patronum sine licentia episcopi, quando ecclesia est destructa: gl. j. c. iij. de iure patro. & ibi scribentes. Fel. c. cùm accessissent. de const. uer. gl. fin. no. bene istam gl. nu. 33. col. 194. Adde tu, quæ posui in simili in litera F. §. sortilitium. & in litera S. §. synagogæ.

iuspatronatus an possit dari in pignus? Bart. l. si is, qui. ff. de pig. in fi. dicit, quod ius patronatus ecclesiæ si ab eo commodum pecuniarium non habetur, non potest pignorari. Adde Fel. c. ad audientiā. de præsc. uer. an autem iurisdictiones præeminentiæ. nu. 5. col. 273.

iuspatronatus an potest præscribi à laico? ponit Fel. c. quanto. de iud. in prin. nu. 2. col. 25. Adde tu, quòd contra ecclesiam liberam non potest laicus præscribere ius patronat?: quia esset acquirere istud ius annexum spiritualitati contra ecclesiam: quod esse non potest. Intelligas ergo, quòd si ecclesia habet patronū, tunc potest laicus cōtra patronū præscribere istud iuspatronatus: quia ex quo istud ius competit laico, uidetur præscriptibile per alium laicū. Ita tenuit Ioan. An. regula, quod alicui. de reg. in. in v j. Et idem tenet do. Abb. in dispu. sua, quæ incip. Augerius. Et ista est communis opinio quam Moderni in uarijs locis communiter sequuntur, ut c. quantò. de iud. & c. querelam. de elect. Adde Fel. c. causam. de præscript. uer. dum tangit Ab. n. 7. col. 221. do. Abb. cons. suo lxxv j. incip. Pura sunt. ij. uol. Fel. consil. suo ccxxij. incip. Super primo. Adde, an præscribens uniuersitatem bonorum, præscribat etiam iuspatronatus, quod est annexum uniuersitati. Vide, quæ posui in litera P. §. præscribens uniuersitatem bonorum.

iuspatronatus an potest confiscari per laicum in confiscatione aliorū bonorum temporalium? Ponit Fel. c. quantò. de iud. uer. utrùm sententia. nu. 3. col. 26.

iuspatronatus nō est ius spirituale, sed annexum spiritualitati. Ita tenuit Fel. c. quantò. de iudi. in prin. nu. 2. col. 26.

iuspatronatus: in eius præsentatione cadit simonia, si pro illa præsentatione promittitur aliquid ipsi patrono: de quo uide do. Abb. c. ueniens. el j. de testi. & ibi Fel. nu. 1. col. 613. par. ij.

iuspatronatus probatur per famam antiquam. Vide, quæ posui in litera F. §. fama inducit iustam causam credendi. in. fi.

iurispatronatus causa potest decidi per iudicem laicum. Vide, quæ posui in litera L. §. laicus iudex potest cognoscere.

¶ *Iuxta. ista dictio an importat conditionem? Ponit Fel. c. ex parte. de rescript. uer. scias etiam. nu. 10. col. 383.*

L

Aboratores *in aliena domo, uel possessione conducti ab alio, non tenentur. Fel. c. cōstitutus. de rescript. uer. per istam ampliationem. nu. 11. col. 628.*

¶ *Lacerans instrumentum aduersarij sui: statur iuramēto ipsius aduersarij de contentis in dicto instrumento lacerato. Fel. c. accepimus. de fide inst. uer. & de isto lacerante. nu. 13. col. 916. par. ij.*

lacerans instrumentum sui aduersarij coram iudice, ita pro eo iudicatur, ac si plenè fuisset probatum. Vide in litera I. uer. instrumentū laceratum.

¶ *Læsio enormissima, per quam ecclesia læditur, potest semper opponi, etiam post quadriennium datum ad petendam restitutionem in integrū. Do. Abb. c. j. de rest. in integ. ij. not. Lud. cōs. suo xxxiij. & consil. cccc v ij. in fine. Adde Fel. c. j. de præscrip. uersi. & adde. n. 13. col. 179. Adde, quòd puto idem dicendum in minore facto maiore, qui habet quadriennium: quia post quadriennium poterit petere restitutionem in integrum ex causa ista, quia læsio enormissima. Cogita tamen.*

¶ *Laicus habens decimas in feudum, an possit eas alteri infeudare? Ponit Feli. c. quæ in ecclesiarum. de consti. uer. quinta declaratio. nu. 48. col. 146. Adde tu, quòd laicus detinens in feudum decimas, illas detinet cum periculo animæ ipsius: & hoc probat tex. c. prohibemus. de decimis. Fallit in laico detinente ab antiquo. Ioan. An. & Anton. de Butr. c. cùm Apostolica. de his, quæ fiu. à præla. Paul. de Cast. consilio suo cxxxv j. Adde, an talis laicus*

poſſit eas transferre in alium laicum? Dico, quòd non. Et iſta eſt cõmunis opi. ſcribentium d.c. prohibemus. & d.c. cùm Apoſtolica. Vnde dico, quòd opin. Car. c. ij. de ſeu. non eſt bona, qui tenuit, quòd laicus feudatarius poſſit transferre in alium laicũ: quia hoc modo eccleſia amitteret feudum, quod ad eam peruenire poſſet ex morte primi laici feudatarij, ut dicit do. Abb. d.c. prohibemus, in fin.

laicus poteſt habere præbendam in eccleſia, ſed non canoniam. Feli. c. cùm M. de conſti. uer. in gl. in uerbo, receperunt. nu. 13. col. 207.

laicus nõ poteſt iudicare clericos: imò nec Papa poſſet facere legem, ut laici iudicarent clericos. Fel. c. eccleſia ſanctæ Mariæ. de conſti. nu. 6. uerſ. ſubdit hîc. col. 242. Vide, quæ poſui in litera P. §. Papa non poteſt facere.

laicus ex pacto nudo poteſt agere coram iudice eccleſiaſtico: de quo uide, quæ poſui in litera P. §. pactum nudum. el ij. & in terris ſubiectis eccleſiæ: quod no. ibi.

laicus poteſt eſſe delegatus Papæ in cauſis clericorum. Vide Fel. c. eccleſia ſanctæ Mariæ. de cõſti. uer. ſubdit hîc do. Ab. nu. 6. col. ut ſ̃.

laicus quis & quando poſſit compelli ad obſeruandas laudabiles conſuetudines? Fel. de ſimo. c. ad Apoſtolicam. uerſ. in gloſſ. fin. in fin. nu. 2. col. 1030.

laicus effectus clericus, in quibus caſibus non poteſt amplius conueniri coram ſeculari iudice, etiam de cauſis cœptis: uide Fel. c. ex tenore. de reſcrip. uerſ. fallit nonò. nu. 29. col. 590. Adde tu, an l. ubi cœptum. ff. de iudi. uel l. cùm quædam puella. ff. de iuriſ. om. iu. habeat in clerico locum. Vnde uidendum eſt, an de geſtis ante clericatum poſſit clericus conueniri coram iudice laico? Vide per Ioan. An. c. unico, de obli. ad ratioci. & do. Abb. c. propoſuiſti. de fo. compe. in fin. Adde Bart. l. j. ff. de pœ. ubi dicit, quòd ſi ſecularis commiſerit delictum, & poſt condemnationem efficiatur religioſus, non mutat forum, ſed iudex ſecularis poteſt exequi. Intellige tamen priùs facta degradatione ab epiſcopo. Bar. d. l. j. Sed cautela eſt, quòd epiſcopus non faciet degradationem: & ſic erit in protectione eccleſiæ. Limito tamen, ne iſte feciſſet uotum intrandi religionem ante commiſſum delictum: iſto caſu non poteſt puniri à laico: quia uotum retrotrahitur. Ita Bald. l. j. C. an ſer. ex ſuo facto. Et ſi non poſſet probari, ſtatur iuramento ſuo: quod etiam procedit in eo, qui eſt intra annum profeßionis. Ita Ang. l. j. ff. de pe. Maius dubiũ eſt: laicus commiſit delictum, & antè quàm feratur ſententia, intrat religionem, an laicus eum condemnare poßit? Bart. d. l. j. ff. de pœnis. dixit, quòd ſic. Ita Bald. l. officiales. & l. qui crimen. C. qui accuſ. non poſſunt. Adde ad iſta, quòd clericus in minoribus duxit uxorem, ſed fuit priùs citatus per iudicem eccleſiaſticum? de quæſtione iſta uide do. Abb. d.c. propoſuiſti. in fine.

laicus commiſit delictum, & tempore ſententiæ mutauit ſtatum, quia factus eſt clericus, in puniendo quæ iura debent attendi, an ius ciuile, an canonicum? Adde tu, quòd Bart. l. cùm quædam puella. ff. de iuriſ. om. iud. tenet, quòd ſi ſecularis commiſerit delictũ, & poſt condemnationem efficiatur religioſus, non mutat forum, ſed iudex ſecularis poteſt exequi. Intellige, facta priùs degradatione ab epiſcopo. Ita Bart. l. j. ff. de pe. Ego tamen limito ſingulariter, niſi iſte feciſſet uotum intrandi religionem ante commiſſum delictum: iſto caſu non poteſt puniri à laico: quia uotum retrotrahit. Ita Bald. l. ij. C. an ſer. ex facto ſuo. Et quando non poſſet probari, ſtatur iuramento ſuo. Et iſtud intellige etiam in eo, qui eſt intra annum probationis. Ita Ang. l. j. ff. de pœ. Maius dubium eſt: laicus commiſit delictum, & antè quàm feratur ſententia, intrat religionẽ, an laicus poßit eum condemnare. Bart. d. l. j. dicit, quòd ſic. Ita Bald. l. officiales. & l. qui crimen. C. qui accuſ. non poſſ. Et quid ſit in illis fratribus tertij ordinis, ponunt Canoniſtæ c. perpendimus. de ſen. excom. In q. iſta uide An. de But. c. unico, de oblig. ad ratio. Et iſta no. pro amico: quia alibi non ita ordinatè habebis.

laicus poteſt recipere profeßionem monachi de mandato abbatis. Ita Fel. c. ſi. de offi. ord. in prin. col. 1288.

laicus poteſt eſſe iudex delegatus in cauſa merè laicali clericorum. Vide, quæ poſui in materia iſta in litera E. §. epiſcopus poteſt committere laico.

laicus an ex conſuetudine uetuſtißima poßit acquirere iuriſdictionẽ in clericos, adeò quòd clerici ſint de foro ipſius laici? ponit Fel. c. ij. de maio. & obe. in prin. nu. 1. col. 1307.

laicus poteſt excommunicare, & ſuſpendere clericos: & hoc, ſi habet priuilegium à Papa. Fel. c. ex parte decani. de reſcript. in prin. nu. 1. col. 949.

laicus an poßit audire confitentem peccata ſua in caſu neceſſitatis: et talis confitens eſt excõmunicatus, an intelligatur abſolutus, adeo quòd poßit ſepeliri in cœmiterio? Vide Feli. c. paſtoralis. §. præterea. de offic. ord. uer. licitum eſt confiteri laico. nu. 13. col. 1259.

laicus poteſt aſtringi ſub ſigillo confeßionis, ut non reuelet ſecretum ſibi dictum, ſicut ſi eſſet ſacerdos. Innoc. c. omnis. de pœ. & remiſ. ij. col. Poſtea ſubdit ſtatim ibi Inno. quòd tale iuramentum eſt temerarium, & non ſeruandum: de quo uide do. Abb. c. intimauit. de teſti. ij. col. uer. in ij. elect. & ibi Fel. uerſi. gloſſ. in fin. nu. 4. parte ij. col. 668. Adde ad iſta pro clara intelligentia, quòd quando quis reuelat amico ſuo in ſecreto aliquid cauſa conſilij, uel auxilij, etiamſi dicat ei, quòd hoc dicit in pœnitentia, tamen ex quo non facit in forma confeßionis, tunc nõ tenetur ille tenere ſecretum. Hoc modo intelligas Inno. ubi ſ̃. & do. Abb. loco præallegato. Et iſtud tenet do. Abb. c. qualiter. el j. de accuſ. in fin. & d.c. omnis. de pœni. & remiſ. in fi. Vide conſilium do. Car. in materia iſta, xxxv iij. incip. quidam habens unum filium. Vide Feli. d.c. intimauit. uer. & pro hoc ultimo. nu. 5. col. 669. Adde tamẽ, quòd ſi laicus eſt aſſumptus loco ſacerdotis: putà, quia in neceßitate fit ei confeßio, ſicut ſacerdoti, ut text. c. ſanctum. de conſe. diſt. iiij. & talis tenetur occultare, quod ei dictum eſt. Imò ſi produceretur in teſtem, poſſet iurare, ſe nihil ſcire. Ita beatus Tho. iiij. diſt. xxj. q. iij. artic. j. in fin. Adde Fel. d.c. intimauit. de teſti. uer alleg. col. ead. Et uide, quæ poſui in materia iſta in litera T. §. teſtes, qui promiſerunt. & §. teſtis an poßit.

laicus, cui reuelata ſunt ſecreta in forma cõfeßionis, non tamen in caſu neceßitatis, ſi producitur in teſtem, an poßit licitè iurare, ſe nihil ſcire? de quo uide Fel. c. intimauit. de teſti. uer. & pro hoc ultimo. nu. 5. ubi ſ̃. uer. prox. col. ead.

laicus an habeat ius conferendi beneficium. do. Abb. ponit hoc c. dilecto. de teſti. j. no. ubi primò dicit, quòd ex priuilegio Papæ hoc poſſet laicus, etiam fœmina: ſed ex præſcriptione, uel conſuetudine, etiam de initio cuius non eſt memoria, hoc non poteſt. Hoſtien. Ioan. An. & alij. d.c. dilecto. tenent, quòd laicus poteſt habere collationem beneficiorum ex priuilegio Papæ. Vide gl. c. imperium. x. diſt. & gl. ſummæ, xv. q. vij. Ioan. An. addi. Spec. tit. de delegato. §. nunc tractemus. uer. ſed nunquid. Innoc. Ioan. An. do. Abb. c. quod ſicut. de elect. do. Abb. c. dilectus. el iij. de præben. circa fin. Adde, an laicus poßit habere collationem beneficiorum ex conſuetudine antiqua, uel præſcriptione? Vide Ioan. An. c. ij. de præb. in vj. do. Card. conſil. ſuo viij. incip. Propoſita q. Felin. d.c. dilecto. in prin. nu. 1. parte. ij. col. 784.

laicus poteſt cõferre beneficia ex poteſtate Papæ. Ita Fel. c. ij. de maio. & obe. uer. uidetur etiam, quòd ex cauſa. nu. 3. col. 1308.

laicus poteſt conueniri à clerico agente rei uendicatione pro re propria, uel eccleſiæ. Fel. c. ſi clericus laicum. de fo. compe. uerſ. ſecunda concluſio. nu 4. col. 186. ij. parte.

laicus conuentus à clerico coram iudice ſeculari, an poßit reconuenire clericum coram eodem iudice ſeculari. Vide, quæ poſui in litera C. §. clericus. ſi conuenit.

laicus, tanquam arbitrator, cognoſcere poteſt de uſura. Ita Fel. c. cùm ſit. de fo. compe. uerſi. ſeptima declaratio. num. 3. col. 197. parte ij. Adde tu, quòd ex iſtis uidetur, quòd poßit compromitti in laicũ, tanquam in arbitratorem, de re ſpirituali: quam opin. tenuit Spec. tit. de arbi. §. reſtat. uer. item ſententia excommunicationis. Paul. de Caſt. conſ. ſuo lxxj. Bald. c. ſac. ſan. de electio. Lud. Ro. conſi. ſuo ccxcix. incip. In propoſita conſultatione. Lap. allega. clxxj. do. Alex. l. Titia. ff. ſol. ma. Et quòd de quacunq; re ſpirituali poßit compromitti, addo in terminis Bald. proprie loquentem de quacunq; cauſa ſpirituali, tit. de pace Conſt. uer. poſſe. Bald. l. cùm alegas. C. de uſur. Adde, quòd credo, quòd iſtud habet locum in rebus, quas clericus poteſt alienare: quia compromittere poteſt in arbitratorem: ſed ſi alienare non poteſt ſine ſolennitate iuris, non poterit compromittere. De quo uide do. Abb. & alios. c. cùm tempore. de arbitr. Adde tu, quòd do. Abb. c. contingit. de arbitr. in principio. tenuit, quòd de re ſpirituali in laicum compromitti non poteſt.

laicus

laicus cognoſcens monialem, uelut ſacrilegus, eſt utriuſq; fori. Feli. c. cùm ſit. de for. compe. uerſi. ſubdit Maria. in fi. nu. 12. col. 201.

laicus trahens clericum coram iudice laico, debet perdere cauſam. Vide Fel. c. ſi diligenti. de fo. compe. uer. gl. in uerbo, cauſam. num. 34. col. 224. Adde, quòd do. Abb. c. ſi diligenti. j. col. uerſi. quid autem, ſi laicus expreßè tenet, quòd laicus, qui trahit clericum coram iudice laico, debet perdere cauſam: & allegat authent. ſtatuimus. C. de epiſc. & cle. Adde, quòd hoc fallit in caſu l. fin. §. pe. C. de bo. autho. iud. poſſ. uidelicet quòd ſi ſequeſtrum fiat penes perſonam eccleſiaſticam, quòd iudex ſecularis poteſt ei præcipere, quòd illud reſtituat: & ſic laicus trahendo clericum, qui habet ſequeſtrũ coram iudice laico, non incidit in pœnam iſtorum iurium. Vnde per illum text. dicit Bald. l. fideiuſſor. la ij. ff. qui ſat. cog. in lec. antiqua, ſi iudex facit fieri ſequeſtrũ, ſeu deponi apud ſacriſtiam fratrum, quòd licet ſit iudex ſecularis, tamen mandabit ei ſequeſtrum reddi, ad quem ſpectat. Adde, quod not. Bal. l. acceptam. j. col. in fi. C. de uſur. per illum text. in uerbo, ſacratiſſima ædes. quòd ſi clericus ſit depoſitarius, poteſt cogi ad reſtitutionem depoſiti, officio iudicis ſecularis: quia non proceditur proprie contra eum per modum iudicij, ſed executiuè in conſequentiam officij ſuſcepti. Not. prædicta, per quæ datur magna limitatio ad iura canonica, ſcilicet ad c. nullus. de fo. compe. & text. c. ſi diligenti. eo. tit. & ad authent. ſtatuimus. C. de epiſc. & cleric.

laicus habet domicilium principale, ubi habet maiorem partem bonorum ſuorum. Ita Fel. c. poſtulaſti. de foro compe. in princ. nu. 1. col. 230.

laicus ſubditus, nõ ratione nudæ iuriſdictionis, ſed alterius ſubiectionis, putà tributi, tunc irrequiſito ſuperiore non poteſt prorogare iuriſdictionẽ alterius iudicis. Ita Fel. c. ſignificaſti. de foro compe. uerſi. fallit tertiò in laico. nu. 2. col. 243.

laicus non poteſt prorogare iuriſdictionem alterius iudicis in perpetuum: & ſic per prorogationem recedere à iudice proprio nõ poteſt: putà, principe, uel populo libero. Felin. c. ſignificaſti. de foro compe. uer. fallit quintò. nu. 3. col. 244.

laicus non poteſt prorogare iuriſdictionem non ſui iudicis in ſpiritualibus ſacramentalib. Fel. c. ſignificaſti. de foro compet. in prin. nu. 1. col. 243 & inde.

laicus contraxit, & poſt contractum à ſe celebratum efficitur clericus, an poßit conueniri coram primo iudice ſeculari, ratione contractus præcedentis? Vide per Fel. c. propoſuiſti. de fo. compe. nu. 2. col. 250.

laicus poteſt eſſe iudex delegatus in cauſa ciuili clericorum: & hoc, ſi per epiſcopum delegata eſt ſibi cauſa. Fel. c. j. de iud. in prin. nu. 2. col. 38.

laicus an poßit eſſe adminiſtrator uniuerſalis bonorum eccleſiæ, ut œconomus? Vide Fel. c. ij. de iud. uer. procurator laicus. nu. 4. col. 21. Adde do. Abb. d.c. ij. ij. col. uerſi. an autem poßit eſſe.

laicus an poßit eſſe principalis collector oblationũ eccleſiæ? aut deputatus ad officium fabricæ? aut habere poteſtatem diſtribuendi reditus eccleſiæ inter clericos? Vide per Fel. c. ij. de iud. uerſ. utrùm laicus. nu. 5. col. 22.

laicus eſt incapax beneficij. Fel. c. cùm adeo. de reſcrip. uerſi. ad idem, quod no. nu. 5. col. 596. Vide, quæ poſui in litera C. §. canonicus ſi impetrat canonicatum.

laicus, qui non eſt de temporali iuriſdictione Papæ, non tenetur ei obedire in non concernentibus animam: de quo uide, quæ poſui in litera P. §. præceptum Papæ durum.

laicus iudex poteſt cognoſcere de cauſa iuris patronatus: et hoc, quando beneficiatus agit contra patronum ad liberationem eccleſiæ: putà, ut excludat patronum à iure patronatus? Vide Fel. c. ſignificauit. de teſti. in princ. nu. 1. col. 787. parte ij.

laicus notarius poteſt eſſe rogatus de negocijs ſpiritualibus: do. Abb. c. cùm dilectus. de fi. inſt. pe. col. uer. uento ad ſecundam. Et idem tenet Ioan. An. Bald. Ant. de But. c. Meſſana. de elect. Adde Fel. d.c. cùm dilectus. uer. quarta declaratio. nu. 42. col. 952.

laicus non poteſt eſſe uicarius epiſcopi. Ita Fel. c. ij. de iudic. nu. 6. uer. laicus non poteſt eſſe. col. 22. Adde, quòd fallit hoc in epiſcopo habente iuriſdictionem temporalem: quia tunc laicus poteſt conſtitui uicarius epiſcopi. Ita do. Abb. d.c. ij. de iudic. iij. col. uer. quæro, nunquid laicus.

laicus an poßit eſſe aſſeſſor epiſcopi, uel alterius iudicis eccleſiaſtici? Vide per Fel. c. ij. de iud. uer. laicus non poteſt eſſe uicarius. nu. 6. col. 22. Adde tu, quòd illud, quod tenet Felin. ibi, tenuit ante eum Arch. c. plures. xvj. q. j. R. o. l. ij. ff. de offic. aſſeſſo. Et illa eſt communis opin. quamuis Gemi. c. ſtatutum. §. aſſeſſorem. de reſcript. in vj. aliter dicat, & malè.

laicus an poßit prædicare cum licentia epiſcopi? Vide per Fel. c. ij. de iud. uerſi. an laicus poßit prædicare. nu. 7. col. ut ſ̃.

laicus an poßit præſcribere ius patronatus? Vide, quæ poſui in litera I. §. ius patronatus an poteſt præſcribi à laico. Et adde, an laicus præſcribens uniuerſitatem bonorũ, poßit præſcribere ius patronatus illi uniuerſitati annexum? Vide, quæ poſui d. §. iuſpatronatus.

laicus an poßit confiſcare ius patronatus in confiſcatione uniuerſali aliorum bonorum temporalium laicorum? Ponit Feli. c. quantò. de iud. uerſi. utrùm ſententia laici confiſcantis. nu. 3. col. 26.

laicus an poßit cognoſcere de iure funerandi, uel de iure patronatus? Vide per Felin. c. quantò. de iudic. uer. utrùm laicus poßit cognoſcere. nu. 5. col. 28.

laicus eſt conueniendus coram epiſcopo, quando ſimul cum clerico obligauit ſoluere aliquid alicui. Vide ad plenum de materia iſta in litera E. §. epiſcopus. qui cognoſcit de cauſa temporali.

laicus purus propter eminentem ſcientiam poteſt eligi in epiſcopum. Ita Fel. c. clerici. de iudic. uer. ſecundò pro hoc allego. num. 4. col. 78.

laicus an ſine licentia ſui epiſcopi poßit prorogare iuriſdictionem alterius epiſcopi? & ſubmittere ei, ac obligare ſe ad pœnam excommunicationis? do. Abb. c. P. & G. de offic. deleg. ij. col. uer. gloſſ. in uerbo, ſententias. dicit, quòd Ant. de But. dixit, quòd laicus, ſi expreßè uult ſe ſubmittere, quo ad excommunicationem, nõ poteſt: aut acceſſoriè, & poteſt: & ibi uidetur, quòd do. Ab. teneat, quòd laicus poßit ſe ſubmittere alteri epiſcopo ſine licentia ſui epiſcopi. Fel. d.c. P. & G. tranſit cum opin. do. Abb. ibi, quem uideas uer. gl. in uerbo ſententias. nu. 2. col. 1225.

laicus an poßit accuſare clericũ de crimine ciuiliter. Abb. tangit hanc difficultatem c. ex parte. de teſti. ij. col. uer. an clericus poßit accuſari per laicum? ubi proſequitur materiam iſtam per tres columnas. Tu uerò ſic regulam, & dic clariùs, quòd laicus non poteſt accuſare, uel denunciare clericum de crimine etiam ciuiliter. Tex. eſt d.c. ex parte. de teſti. Et ratio eſt, quia ille debet hoc facere, cuius intereſt, c. non ſolent. ij. q. v j. Sed hoc non competit laicis, c. ij. de ele. do. Abb. hoc tenet expreßè d.c. ex parte. v. col. uer. alios autem laicos. Et idem tenet Fel. d.c. ex parte. uer. in ea. gl. fi. de materia huius gl. nu. 6. parte ij. col. 601. Quamuis Frid. de Se. conſ. ſuo xxiij. incip. Titius electus. tenuerit contrarium, & malè, ut per do. Abb. d.c. ex parte. iiij col. uer. reliqui autem. et ibi per Fel. uer. ſecunda differentia. nu. 7. col. ead. Adde, quòd iſta regula fallit in quinq; caſibus: & primo in patrono & parochiano: quia patronus & parochianus laici poſſunt accuſare clericum de crimine ciuiliter: quia ipſorum intereſt. Ita gl. j. d.c. ex parte. de teſti. & gl. c. Maximianus. lxxxj. diſt. do. Abb. c. quod Dei timorem. de ſta. mo. ij. no. & ibi Hoſt. do. Abb. d.c. ex parte v. col. uer. aut quæritur. & ibi idem tenet Fel. uer. fallit enim. nu. 8. col. 602. ubi adducit multas rationes. Item fallit iſta regula, quando laicus uellet accuſare clericum de crimine, ante promotionem, quando inducit priuationẽ ipſo iure: quia admitteretur. Ita do. Abb. d.c. ex parte. iiij. col. uer. do. Anton. dicit. Et idem tenet Fel. ibi uer. fallit ſecundò. nu. 9. col. eadem. parte ij. Tamen ſi laicus etiam parochianus uellet accuſare clericum de crimine commiſſo poſt promotionem, etiamſi ſit crimen, quod inducit priuationem ipſo iure, non poteſt. Ita do. Abb. d.uer. do. Ant. dicit. & Fel. d.uer. col. ead. Item fallit iſta regula, ubi agitur de crimine dilapidationis rerum eccleſiæ: quia quilibet laicus admittitur ad accuſandum clericum. Ita do. Abb. d.c. ex parte. v. col. uer. aut quærit: ubi etiã Fel. uer. fallit tertiò. nu. 10. col. 602. Item fallit iſta regula, quando ageretur de crimine famoſo, uel ſcandaloſo: quia tunc admitteretur quilibet laicus ad accuſationem clerici. Felin. tenet iſtam opinionem, ſecutus do. ſuum, quem uideas d.c. ex parte. uerſ. fallit, niſi. nu. 11. col. præalleg. Et cogita, an bene dicat. Item fallit iſta regula in caſibus notatis. c. cùm P. de accuſa. & per gloſſ. in ſumma, ij. q. vij. & etiam, ubi

quis

quis prosequitur suam, aut suorum iniuriam: quia laicus isto casu posset accusare clericum de crimine criminaliter: de quo dicetur, Deo concedente, c. de cætero. de testi. Adde, quid in causa simoniæ, an admittatur laici ad accusandum clericos? Vide §. laici an possint accusare clericum.

laicus an possit esse procurator in actibus spiritualibus: gl. c. Apostolicæ. de exce. dicit, quòd qui possidere non potest in materia illa, non potest agere per se, uel per alium: tamen contra gl. illam uidetur, quòd fit text. c j. de procur. in v j. Adde tu, quòd gloss. c. j. de procur. in v j. uerbo, spiritualibus. tenet, quòd in actibus spiritualibus laicus non potest esse procurator. Adde Fel. d. c. Apostolicæ. uer. tenementi doctrinam gl. nu. 5. col. 99. Adde, quòd contra gl. d. c. j. facit dictum Ioan. An. & aliorum, c. accedens. de præb. ubi dicit, quòd laicus potest pro clerico acceptare beneficium, ut procurator. Et idem in simili dicunt do. de Ro. ti. de rerum permu. xj. in antiquis, ubi tenet ualere permutationem beneficij factam per procuratorem laicum. Vide Fel. col. prædicta & sequen. Adde, et limita omnia prædicta non habere locū in laico procuratore constituto in actibus spiritualibus: quia habet expedire illos actus ex iudicio suo, utputà eligere prælatum: quia isto casu non posset laicus esse procurator. Ioan. And. regula, quod aliqui. ult. col. de regiur. in v j. de. Abb. c. ij. de iudic. iij. col. uersi. dic etiam, quòd laicus. Adde tamen, quòd si laicus haberet in mandato, quòd deberet eligere talem personam expressam, in prælatum, tunc bene posset esse procurator. Fel. d. c. Apostolicæ. de except. uersic. Cæterum limitabis. nu. 6. col. 100. Adde ad ista multa, quæ posuit do. Abb. d. c. ij. de iud. uidelicet, quando laicus possit esse procurator in actibus spiritualibus, ubi latissimè tangit materiam istam.

laicus an possit constitui procurator ad acceptandum beneficium pro clerico? Vide 5. §. laicus an possit esse procurator in actibus spiritualibus.

laicus an possit constitui procurator ad permutationem beneficij faciendam? Vide 5. §. laicus an possit esse procurator in actibus spiritualibus.

laicus constitutus procurator ad eligendum prælatum in certa ecclesia, an talis procurator ualeat? & dic, quòd non, nisi ei expressè mandaretur, ut eligeret certam personam: de quo uide 5. §. laicus an possit esse procurator in actibus spiritualibus.

laicus an possit accusare laicum? dicas, quòd si crimen est publicum, quilibet de populo potest accusare: Text. i j. ff. de pub. iud. Si autē crimen est priuatū, tunc auditur solùm ille, de interesse cuius agitur. Fel. c. cùm P. de accu. uersi. quid de laico. nu. 2 col. 775.

laicus, qui fugiendo mortem euitare potest, an licitum sit ei aggressorem occidere? Videtur dicendum, quòd non, l. sciendū. §. qui cùm alter. ff. ad l. Aquil. De hoc uide Bart. l. ut uim. ff. de iuf. & iur. Bar. Bald. Ang. & Sal. l. j. C. unde ui. Et communis opin. Legistarum est, quòd si persona est talis, quòd sit dedecus aufugere, non debet fugere, sed potiùs aggressorem interficere: de quo uide Fel. c. suscepimus. de homi. in notabili, col. 1131.

laicus, qui percutit mulierem prægnātem, & sequatur abortio, adeo quòd mulier parit abortiuum animatum, an debet puniri pœna mortis? Bal. dicit, quòd non, l. cùm inter. C. de fideiuf. quia ille, qui est in utero, non est homo. Idem tenet Pau. de Cast. l. quod dicitur. ff. de lib. & posthu. Vide Fel. c. sicut. de homi. uer. in laico uidetur dubium. n. 2. col. 1153 Adde, quòd ista procedunt, quando quis interficeret infantem nondum natum ex percussione mulieris facta sine dolo: sed si quis data opera ad interficiendum nondum natū & existētem in utero mulieris, percuteret, teneo, quòd debeat puniri pœna mortis. Ita dicit Ang. & Sal. l. pe. C. de sica. Ad de Feli. d. c. sicut. uersi. sed aduerte: quia licet. nu. 4. col. 1154.

laicus, qui percutit clericum inuadentem, proximum suum, an sit excommunicatus? Vide, quæ posui in litera C. §. clericum inuadentē proximum.

laicus, qui percutit clericum pro conseruatione rerum suarum, an sit excommunicatus? & quid, si percutit pro conseruatione rerum proximi? Vide, quæ posui in litera C. §. clericum inuadentem.

laici an possint occidere furem, uel alium aggressorem, pro defensione rerum tantùm: et hoc de iure ciuili. Vide, quæ posui in litera C. §. clerici, uel laici an possint.

laici an possint impunè occidere hominem pro defensione parentum, uel uxoris? Vide Fel. c. ij. de homi. in fi. nu. 5. col. 1116.

laici an possint liberare se à solutione decimarum, tam prædialium, quàm personalium, per cōsuetudinem, aut præscriptionem. Vide, quæ posui in litera D. §. decimarum solutione.

laici an possint acquirere decimas per præscriptionem? do. Ab. c. causam. de præscript. j. col. in princ. dicit, quòd laicus in istis spiritualibus non præscribit, etiam per tantum tempus, de initio cuius nō sit memoria in contrarium: quia cùm spiritualia possidere non possunt laici, ergo nullo temporis cursu possunt præscribere. Idē tenet Ioan. An. c. ij. de præb. in v j. do. Abb. c. quantò. de consue. j. no. Ant. de But. c. peruenit. de censi. v j. col. Bald. l. omnes. in fin. C. de præscript. xxx. an. Domi. de san. Gemi. c. Catholica. xj. distinct. Fel. d. c. causam. uer. signa theoricam. nu 2. col. 219. Adde & limita prædicta, quòd si laicus fuit in possessione spiritualium per tantū tempus, de cuius initio non existit memoria, & etiam habet famā priuilegij: quia concurrente possessione diuturna cum fama priuilegij, tunc laicus posset retinere & possidere spiritualia: quia hoc non inducit præscriptio solùm, sed præsumptio priuilegij probata ex fama longa: do. Card. Bald. & Imo. c. cùm Apostolicæ. de his, quæ fiu. à præl. ix. col. uer. nec obstat. Domi. de san. Gemi. c. ij. §. janè. de decis. in v j. Vide Fel. d. c. causam. uer. limita dupliciter. nu. 3. col. 219. Item limita, quando laicus esset inuestitus de decimis ante concilium ut in gl. d. c. causam quia alius laicus posset præscribere illas decimas contra ipsum laicum sic inuestitum: do. Card. consuo clx v j incip. notum sit. Vide Fel. d. c. causam. uer. limita secundò. nu. 4. col. 219.

laici contendentes de decimis, inter se an possint transigere. Ioan. de Ana. c. post miserabilem de usu. in fi. tenet, quòd sic: & hoc, quando laici fuerunt inuestiti de decimis ante concilium. Vide Fel. c. causam. de præscript. uer. demum ad prædictam. nu. 4. col. 220.

laici ex priuilegio Papæ possunt possidere decimas: possunt conferre beneficia: possunt excommunicare: de quo uide, quæ posui in litera P. §. Papa per priuilegium suum potest concedere.

laici possunt præscribere contra ecclesiam per xl. annos cum titulo, uel per tantum tempus, de initio quis memoria non existit, quòd ecclesia soluat eis, putà in festo Purificationis, candelas albas, uel in festo resurrectionis unum agnum, uel plaustrū uini. Frid. consi. suo clv. Adde Fel. c. causam. de præscript. uer. dicit hic do. Card. nu. 14. col. 216.

laici an possint se liberare à solutione decimarum consuetudine, aut præscriptione? Ita est maxima diffi. ultas. Vide, quæ posui in litera D. § decimarum solutione, an consuetudine.

laici non subditi Papæ an possint appellare ad Papam? Vide, quæ posui in litera P. §. potestas secularis non subiecta Papæ.

laici possunt esse in concilio generali pro petenda iusticia, & etiam pro interesse fidei: do. Abb. disputatione sua incip. Episcopus & quidam rector. Pet. de Mon. in sua monarchia, incip. Sæpenumerò. xviij. col. Et uide latiùs de materia ista, quando laici admittantur, & quando non, per Innoc. c. uestra. de loca. & c. fi. de offi. leg. Domi. de san. Gemi. c. decernimus. xviij. dist. Arch. c. quædā. xc. j. dist. Fel. c. j. de spon. in prin. nu. 1. col. 715.

laici an sint excommunicati, qui fecerunt statutum, quòd clerici non possint apprehendere possessiones beneficiorū sine licentia ipsorum laicorum. Vide, quæ posui in litera S. §. statutum laicorum & istorum duorum.

laici an possunt accusare clericum de crimine simoniæ? Vide, quæ posui in litera C. §. criminosus, & etiam uilis persona.

laici non possunt esse testes in causa criminali contra clericum, etiam laico prosequente suam, uel suorum iniuriam. Text. est c. de cætero. de testi. do. Abb. uer. no. secundò. Tamen do. Abb. ibi limitat hoc, quòd quando clericus committeret delictum in loco, ubi non essent clerici: quia tunc non esset impossibile probare delictum, & admitterentur laici in defectum testium, ne delictum remaneret impunitum. Vide Fel. d. c. de cætero. uer. modò istam. nu. 4. col. 639. Adde tu, quòd ista opinio do. Abb. cum difficultate seruaretur in practica, ex quo ius canonicum expressè prohibet, ne laici testificentur contra clericos: & maximè hoc uerum est, cùm solus do. Ab. tenuerit istam opinionem, ut ipsemet dicit in loco prælegato. Et uide pro clariori intelligentia ibi Felin. uersic. sed credo, quòd difficile. nu. 5. col. 639.

laici possunt esse testes cōtra clericos in causa criminali: & hoc, quando delictum est notorium: & hoc modo limitabis text. c. de cætero. de testi. Vide do. Abb. ibi, uer. secundò limito. Et adde Feli. d. c. de cætero. uer. limita secundò istum tex. nu. 6. col. prædicta. Adde etiam do. Abb. c. cùm non ab homine. de iudi. v. col. uersi. ad secundum membrum.

laici non possunt esse testes regulariter contra clericos in causa criminali: & hoc intelligas, quantū ad plenam probationem faciendam: sed bene laici possunt testificari contra clericos ad indicium faciendum, ut subijciantur torturæ: do. Abb. c. de cætero. de testi. uer. tertiò limita. Adde Fel. d. c. de cætero. uer. limita tertiò. num. 7. col. 640.

laici non possunt esse testes contra clericos: & hoc, quādo agitur de crimine criminaliter: secus, si ciuiliter: & hoc procedit, etiamsi agitur ad priuationem beneficij: nam tūc dicitur agi ciuiliter, per text. c. per tuas de simo. & text. c. iij. de testi. Ita do. Abb. c. de cætero. de testi. uer. quartam limitationem. Adde Fel. uersi limita quintò, nisi. nu. 9. col. 640. Adde etiam, quòd si agitur per inquisitionem, uel denunciationem: quia poterunt laici esse testes contra clericum. Ita do. Abb. d. c. de cætero. uersi. quartam limitationem.

laici quare statuere possunt contra leges? & non clerici contra canones? Fel. de maio. & obe. c. quod super his. nu. 3. col. 1329.

laici, qui sunt in concilio uniuersali, ubi Papa & imperator, an habeāt uocem in decisionibus causarum, & dubiorum? Vide per do. Abb. disputa. sua incip. Episcopus & quidam rector. xxviij. col. Adde Fel. c. Apostolicæ. de except. uer. scias etiam, nu. 8. col. 100.

¶ Lapsus terminus ad aliquid faciendum, an impediat, ubi imminet periculum animarum. Fel. de except. c. exceptionem. nu. 1. col. 126.

¶ Laudum arbitratoris an partes possint emologare, antè quàm ferratur? ponit Fel. c. fi. de maio. & obe. uer. sed quando partes. col. 1365.

laudum non transit in rem iudicatam spacio x. dierum. Ita Bart. l. sorcietatem. §. arbitrorum. ff. pro socio. iij. col. uer. quæro. Bald. l. fin. C. de contraben. empt. uersic. quæro, usq;. Adde Fel. c. quod ad consultationem. de re iud. uer. decima quarta & ultima conclusio. nu. 34. col 521.

¶ LEGATARIUS an possit statim capere legatum, si hæres ingressus est monasterium: utputà, hæres non tenebatur dare legatum, nisi eo mortuo: pone, quòd ingrediatur monasterium, an legatarius possit petere legatum? Vide, quæ posui in litera F. §. filij an possunt.

legatarius an possit esse testis in causa testamentij? do. Abb. tangit hāc difficultatem, c. insuper. de testi. i j. col. uersic. ex prædictis. Vbi, post multa dicit, quòd si testamētum apparet in scriptis, ita quòd non capit totaliter essentiam à dictis testium, tunc admittitur legatarius ad probationem & confirmationem testamenti. Adde, quòd idem tenet Felin. d. c. insuper. de testi. uersic. secundò quæritur, nunquid legatarius. num. 11. parte ij. col. 596. De materia uide Innoc. & Bald. c. ij. de testi. Spec. & Ioan. And. ti. de testi. §. j. uersi. item quòd talis. Cy. & Bald. l. omnibus. C. de testi. Bart. Bald. Ang. & Sal. l. dictantibus. C. de testa. ubi ad plenū per do. Alex.

¶ Legatum factum ad pias causas, quod non potest exequi, nisi cum magna difficultate in loco destinato per testatorem, episcopus poterit illud mutare. Fel. c. ecclesia sanctæ Mariæ. de consti. uer. confirmari potest illud notabile. nu. 86. col. 287.

legatum factum ad pias causas, testator mandauit illud fieri in loco, in quo sine difficultate fieri non potest, poterit episcopus mutare legatum. Ita Fel. c. ecclesia sanctæ Mariæ. de consti. uer. suprà alleg. col. eadem. Adde tu, an legatum, factum pro anima ad certū usum, utrùm possit ad alium usum conuerti. Inuenio, quòd Pet. de Peru. in tractatu De canonica portione episcopi, dicit, quòd aut ipse usus potest impleri de iure & de facto: & isto casu solus Papa poterit facere commutationem, propter text. & not. c. nos quidem. de testa. & cle. quia contingit. de religio. do. Si uerò subest legitima causa, ut quia cum difficultate legatum non potest impleri, episcopus isto casu poterit facere commutationem, etiamsi de iure & de facto legatum possit impleri: sed solùm adest difficultas. Adde hic, quòd fallit, quando testator prouidisset, quòd in casu difficultatis, uel impossibilitatis: putà, quia mandasset aliquid fieri: quia isto casu adimplenda esset eius uoluntas. Ita Bart. l. liberto. §. Lucius. ff. de annu. leg. Cessante isto casu, episcopus diœcesanus poterit commutare legatum in alium pium usum ex causa. Et in simili tenuit Anto. de But. c. uerùm. de condi. appo. Idem tenuit Ang. & Imol. l. j. ff. de consti. princ. Facit etiam, quod not. Bart. l. fin. ff. de ope. publi. Vnde conclude, quòd legata ad pias causas, causa non subsistente, solus Papa potest commutare in alium pium usum, in ribus allegatis: sed per episcopum causa subsistente tantùm: quamuis scribentes d. cle. quia contingit. de relig. do. communiter teneāt contrariam opin. de episcopo: quam opin. limito, quando sine causa episcopus uellet facere commutationem.

legatum factum ecclesiæ in dubio præsumitur perpetuum: Vide, quæ posui in litera C. uersi. concessio facta ecclesiæ.

legatum factum canonicis, an intelligatur factum capitulo. Felin. de præscript. c. auditis. post nu. 24. uersic. secunda responsio. col. 307.

legatum factum episcopo ab extraneo, uidetur factum contemplatione ecclesiæ. Ita Fel. c. dilectus. de offic. ordin. uer. ex his infertur. nu. 2. col. 1281.

legatum relictum mulieri, si nupserit cum consilio, putà Titij: pone, quòd nubat sine eius arbitratu, an legatum debeatur? Adde, quid si Titius mortuus est, antè quàm nubat, an debeat habere legatum? Ponit Fel. c. ex parte. de consti. uer. & ampliatur prædicta conclusio. nu. 2. col. 324.

legatum factum pro alimentandis pauperibus in certo hospitali, uel pro officiali in certa ecclesia, si destruatur hospitale, uel ecclesia, non debetur legatum. Fel. c. cùm dilecta. de rescript. uersic. & eadē ponit Alex. nu. 22. col. 711. Adde tu in materia ista Bart. l. pater filium. §. Tusculanus, ff. de leg. iij. & Bald. l. post mortem. C. de fideicommiss.

legatum factum miserabilibus personis, dicitur factum ad pias causas. Spec. tit. de instruedi. §. nunc aliqua. x v j. col. uersic. & scias, quòd relicta. Fel. c. significantibus. de offic. deleg. uersi. item not. quòd legatum, seu relictum. nu. 7. col. 1222.

legatum factum incarcerato ad perpetuos carceres, an ualeat? Vide, quæ posui in litera D. §. damnatus ad perpetuos carceres.

legatum impeditiuum uitæ contemplatiuæ, uel intimi datiuum, non ualet: pone, quòd legatum sit factum uni puellæ, uidelicet mille, si nupserit, & centum, si ingressa fuerit monasterium: dic, quòd istud legatum non ualebit: imò si ingreditur monasterium, habebit mille: quia non potest poni aliquod impedimentum religioni. Ita Ioan. in Spec. super rub. de statu. mo. Ant. de But. c. in præsentia. de proba. Lud. Ro. l. stipulatio hoc modo concepta. v ij. col. uersi. ult. ff. de uerb. obligat. Bart. l. ij. ff. de his, quæ pœnæ no. do. Abb. in rep. c. ecclesia sanctæ Mariæ. de consti. xxxj. col. Bald. d. c. in præsentia. v j. col. uersic. sed nunquid testator. Adde Feli. d. c. in præsentia. uer. & ex istis remanet expedita alia quæstio. nu. 37. parte ij. col. 456.

legato facto hospitali, episcopus non potest deducere de ipso legato canonicam portionem, sicut non potest etiam de legatis relictis ad pias causas: c. fi. de testa. Vide Feli. c. de quarta. de præscri. uersi. decimoquartò. nu. 8. col. 190.

legata ad pias causas relicta in præiudicium filiorum, putà quia absorberent maiorem partem bonorum, an ualeant? Vide, quæ posui in litera S. §. statutum laicorum, quod prohibet.

¶ Legatus Papæ an dispensat contra conciliū? Ponit Fel. c. nonnulli. de rescr. uersi. ratio huius dicti potest esse. nu. 2. col. 770.

legatus Papæ est honorandus, sicut Papa: gl. c. qua de causa. ij. q. v. Vide Fel. c. mandata. de præsum. in prin. nu. 1. par. ij. col. 1050.

legatus Papæ non potest reseruata in signum uniuersalis dominij attentare, neq; etiam non reseruata, si sint ardua: do. Abb. c. mandata. de præsumpt. in fin. Spec. tit. de legato. §. nunc ostendendum. & uersi. legatus igitur. Et hinc est, quòd non potest dare literas ad beneficia uacatura, nec potest committere causam tractandam simpliciter de plano sine strepitu. Ita do. Abb. d. c. mandata. in fin. Adde Fel. ibi, uersi. in gloss. iij. nu. 3. parte ij. col. 1051. & ibi posui additionem.

legatus Papæ non potest dare ius ad uacatura beneficia: & ideo, si concedit gratiam ad beneficia uacatura, non ualet: Vide suprà §. legatus Papæ non potest reseruata.

legatus Papæ non potest committere causam tractandam de plano sine strepitu. Vide 5. §. legatus Papæ non potest reseruata.

legatus de latere an poßit absoluere iurantem à iuramento? & dic, quòd si probabiliter potest dubitari, an sit concedenda absolutio, uel non, quòd non poßit. Vide, quæ posui in litera E §. episcopus non potest absoluere.

legatus etiam quòd sit functus officio suo, tamen ei debetur reuerentia in memoriam pristinæ dignitatis. Fel. c. quæ in ecclesiarum. de consti. uersi. fallit quintò: ibi, & hinc est. nu. 81. col. 164.

legatus de latere non potest committere causam sublato iuris ordine: putà, cum clausula, Simpliciter & de plano. Felin. c. j. de rescript. uersi. legatus non committit. n. 1. col. 361. Adde tu, quòd hoc fallit, quando hoc expreßè fuisset ei commissum. Ita Paul. de Cast. cons. suo xciiij. Spec. tit. de legat. §. superest. uersi. sed nunquid legatus.

legatus de latere non potest committere causam appellacione remota. Fel. c. j. de rescript. uer. & col. alleg. Adde etiam, quòd non potest attentare aliquid contra canones, neq; contra generalem consuetudinem: do. Abb. c. nisi specialis. de offic. leg. & uide eundem c. fin. de confir. uti. uel inuti. & c. mandata. de præsum. Item non potest dispensare contra concilium: Ita do. Abb. c. dilectus filius. el j. de præben.

legatus de latere non potest committere causam, quæ alibi pendet. Fel. c. j. de præscrip. uer. & col. præalleg.

legatus, qui habet potestatem procedēdi cum clausula, Appellatione remota, an poterit concedere hoc suo delegato. Fel. c. j. de rescrip. uersi. præallegato, nu. 1. col. ead.

legatus de latere potest committere causam appellatione remota, uidelicet à sententia interlocutoria. Felin. c. j. de rescript. uer. tertiò declarà, ut non habeant locum. nu. 2. col. 362.

legatus de latere reuocatus per Papam in publico consistorio, si post reuocationem & ante noticiam sibi datam facit aliquid, tenent gesta per eum. Ita Feli. c. cæterùm. de rescript. uersi. ualet processus. nu. 11. col. 419. Pone, quòd excommunicet aliquos rebelles, an teneat excommunicatio? Vide, quæ posui in litera E. § excommunicatio insi: cta.

legatus de latere non potest dispensare contra constitutionem concilij, ubi non est facta mentio de dispensatione. Ita Fel. c. at si clerici. §. de adulterijs. de iud. nu. 5. col. 44.

legatus punit iniuriam factam sibi & suis. Ita Fel. c. cùm uenissent. de iud. uer prælatus in causa. nu. 7. col. 104.

legatus de latere, cui facta est commißio sub nomine dignitatis, si est mortuus, uel reuocatus, utrùm successor poßit cognoscere? Dicit Abb. c. quoniam. de offic. dele. vij. col. quod non: quia poterit esse, quòd Papa non dabit alium legatum. Vide per Felin. d. c. quoniam abbas. uersi. ulteriùs quærunt hic Doct. nu. 8. col. 1086.

legatus de latere an poßit committere causam de plano, & sine strepitu iudiciorum: gl. c. fin. de hær. in vj. tenuit, quòd non: & gl. cle. sæpe. de uer. sig. uerbo, mandamus. Idem tenet Imol. l. nemo potest. de leg j. Sali. l fin. C. de sent. & interlo. om. iu. do. Abb. c. j. de offic. deleg. & c. dilecti. de iud. ij. col. & c. cæterùm. in fi. de iura. cal. Lu. Ro. rubr. de arb. v. col. Adde Fel. c. olim. de accus. uer. no. quòd ex rescripto. nu. 3. col. 936. ubi dicit, quòd aliàs habuit hunc casum de facto: & allegauit omnia ista, & nō potuit obtimere: quia fuit sibi responsum, quòd hodie ex moderno stylo hoc licet ipsis legatis. Et ideo uide, quæ dicit Bald. & Imo. l. ex duob. §. fi. ff. de uul. & pup. Ant. de But. & Imo. c. fi. de transact.

legatus de latere an poßit absoluere excommunicatum pro enormi læsione? Host. c. ad eminentiam. de sent. ex. tenet, quòd sic. Tamen contrarium tenuit ipsemet Host. c. pe. de offic. deleg. & Spe. tit. de leg. §. non dicam. iij. col. uers. quod autem dicit. & ibi tenet contra Host. Vide Fel. d. c. ad eminentiam. uer. & collige. nu. 2. col. 1182. & Domi. de san. Gemi. c. si abbatem. de ele. in vj. ubi dicit, quòd in casu arduo, qui non solet communiter concedi legato, tunc censetur exclusus. Tu dic post multa, quòd legatus de latere potest absoluere ab omni excommunicatione, etiam reseruata Papæ. De hoc est text. d. c. ad eminentiam. & Feli. ibi, uer. in gloss. j. col. 1182. Adde et limita, nisi quis esset excommunicatus propter casum arduum. Fel. d. c. ad emmentiam. uer. limita, nisi esset per casum. col. prædicta. Item limita, nisi in commißione diceretur, dum modò duntaxat Papa. Do. Card. cle. grauis. de sent. excom. ult. q. Fel. d. c. ad eminentiam. uer. limita secundò. col. eadem. Item limita, quando ipsemet legatus fuisset percussus: quia non posset suum percussorem absoluere. Text. c. felicis. de pœnis. in vj. Quod intellige, quando esset uulneratus grauiter: secus, si leuiter: glos. c. si quis. xciij. dist. Fel. d. c. ad eminentiā. uer. limita tertiò. col. ut 5. Item limita, quando quis esset excommunicatus uiua uoce Papæ. Ita Spec. tit. de legato §. nūc dicamus. uer. ecclesiæ autem. Fel. d. c. ad emimentiam. uer. limita quartò. col. ut 5. Item limita quando Papa reseruasset sibi excommunicationem. Fel. ubi 5. uers. limita quintò. col. ut 5. Item limita, quando quis esset excommunicatus à statuto confirmato à Papa. Fel. d. c. ad eminentiam. uer. limita sextò. col. ut 5. Item limita, quando quis esset excommunicatus à delegato Papæ: quia tunc solus Papa potest absoluere. Fel. d. c. ad eminentiam. uer limita septimò. nu. 2. col. ut 5. Adde in ista materia legatorum, an possint absoluere excommunicatos pro enormi læsione: do. Abb. d. c. ad eminentiam. uer. sed quæro.

legatus de latere an poßit absoluere excommunicatum pro homicidio clericis? do. Abb. c. ad eminentiam. de senten. excommu. uer. sed quæro. tenet, quòd sic: & ibi Ioan. An. & An. de But. Adde Fel. d. c. ad eminentiam. uersi. Hostiensis hic. nu. 1. col. 1182.

legatus de latere non potest absoluere excommunicatum à delegato Papæ. Spec. tit. de lega. §. nunc ostendendum. uersic. xxv j. Anto. de But. c. prudentiam. in fin. de offic. deleg. Domi. c. j. iij. col. de excess. prælato. Adde Fel. d. c. prudentiam. §. fi uerò. uer. ultimò no. hic. in fi. nu. 20. col. 1122.

legatus de latere potest absoluere non subditos ab excommunicatione: & tamen non potest illos ligare. Ita Fel. c. cùm inferior. de maio. & obe. uersi. fallit secundò. nu. 5. col. 1362.

legatus de latere non potest alterare pias intentiones testatoris. Vide Fel. c. cùm acceßissent. de const. nu. 15. col. 180. Vide in litera V. §. uoluntas testatoris est seruanda.

legatus de latere non potest deponere episcopum, uel amouere episcopum ab episcopatu: & hoc, maximè si episcopus est consecratus: gloss. c. si quis autem. xciiij. dist. & gloss. c. decreto. ij. q. v j. do. Abb. c. j. de offic. deleg. Arch. §. cuius in agendo. iij. q. viij. c. accusatores. Adde Fel. c. non potest. de re iudic. uersic. Et adde, quòd omnia iura, in quibus requiritur. nu. 4. col. 403.

legatus Papæ non potest conferre beneficium, quod habet patronum clericum & laicum. Fe. de iudæis. c. multorum. nu. 3. co. 1055.

legatus si fuit spoliatus à latronibus, cùm iret pro seruitio principis, aut populi sui, an recuperet damna à populo, uel à principe? Vide, quæ posui in litera A. §. ambasiator si fuit spoliatus.

legati Papæ an poßint remittere procuratorem? gl. cle. de censi uerbo, legitima. tenet, quòd sic. Ibi uide Imo. & do. Card. q. xij. qui dicunt, quòd quo ad legatos, non ualet compositio sine authoritate Papæ tacita, uel expressa. Adde Fe. c. cùm ex officij. de præscript. uersic. quartus casus: in remißione. nu. 18. co. 327.

legati de latere possunt facere statuta contra leges ciuiles. Ita Fel. c. quòd super his. de maio. & obe. uersi. ponit etiam Bal. d. c. cùm omnes. nu. 12. col. 1336.

¶ *Legere quando quis poßit per alium, quæ habent concurrere? Fe. de summa tri. & fi. Ca. c. firmiter. nu. 4. co. 29.*

¶ *Legitima: utrùm filius poterit eam petere statim post, quàm dicitur ingressus religionem, & facta profeßione. Text. c. cùm simus. de regula uidetur dicere, quòd sic: & Bal. authent. si qua mulier. in fi. tenet, quòd sic, propter illum text. Pet. de Anch. d. c. cùm simus. idem tenet. & do. Abb. c. in præsentia, de probā. xxiij. col. uer. sed reßectu legitimæ filiorum. Adde, quòd contrariam partem, uidelicet quòd filius non poßit petere legitimam, patre uiuēte, sed debet expectare mortē naturalē, tenuit Bart. authent. si qua mulier. circa fi. uer. quæro, quando filij. C. de sac. san. ecc. ubi Sal. & Pau. de Cast. Ioan. de Ana. & Pet. de Anch. c. ij. de deli. pue. do. Abb. d. c. cùm simus. j. colum. uidetur ibi sentire, quòd legitima non debeatur patre uiuente: & tenet contrarium, quod tenuit d. c. in præsentia. Bart. l. post emancipationem. §. illud. de lib. leg. Innoc. c. Raynutius. de testa. x. col. Adde Felin. d. c. in præsentia. uer. Octauò quæro. num. 55. parte ij. col. 468. Fallit hoc in filio Iudæi: quia si esset factus Christianus, tunc bene posset petere legitimam, patre uiuente. Ioan. de Ana. c. Iudæi. el ij. de Iudæ. per Fel. loco præallegato. col. eadem. Adde tamen, quòd monasterium tenetur alimentare filios ingreßi. Feli. latè de hoc c. in præsentia. uersic. allegato, col. 468. & seq.*

¶ *Legitimatio*

¶ *Legitimatio an uitiatur ex falsa causa? Vide, quæ posui in litera F. § falsa causa uitiat legitimationem.*

legitimatio bastardi nati ex adulterio, non procedit, quando talis bastardus esset natus ex adulterio geminato, ut putà ex duobus coniugatis. Old. cons. suo viij. Ioan. And. in Spec. rub. qui fil. sint leg. Bald. l. eam, quam. C. de fideicommis. Felin. c. si cautio. de fide instr. uersi. & hinc est, quod impetratio. nu. 44. par. ij. col. 994.

legitimatio personæ ante omnia facienda est in iudicio etiam summario, ubi proceditur sine strepitu & figura iudicij. Bart. l. ij. C. de edi. diui Adri. tol. post prin. & ibi Sal. & Bart. in extrauag. ad reprimendum. uersi. figura. ij. col. Fel. c. j. de accus. uersic. not. quòd in tantum requiritur. nu. 7. col. 756.

legitimatio spurij concessa alicui per priuilegium imperatoris, an noceat legitimis hæredibus, & habētibus ius in re. Fel. posuit c. quæ in ecclesiarū. de const. uer. quarta declaratio. nu. 32. co. 193. Adde tu ad declarationem istius dubij, an legitimatio facta de spurio, noceat legitimis hæredibus: putà, filijs, uel uenientibus ab intestato. Ista est magna q. facta à scribentibus in uarijs locis: & primò per Bart. l. ex facto. ff. de uul. & pup. & l. Gallus. §. & si quid. ff. de lib. & posthu. Bart. l. eam, quam. C. de fideicom. Breuiter dic. Prima conclusio est, quòd legitimatio reuocatur per supernascentiā filiorum legitimorum. Bart. l. ex facto. uer. ultimò hæc l. inducitur. ff. de uul. & pup. Spec. rub. de suc. ab intest. ubi sequitur Bart. l. eam, quam. C. de fideic. Et hoc est uerum, si omnes nati sunt ex eisdem parentibus. Paul. de Cast. cons. suo ccxxj. Secunda conclusio est, quòd legitimatio spurij facta post mortem patris, uel alterius testatoris, non tollit ius quæsitum alteri: putà, legitimis hæredibus, uel uenientibus ab intestato, qui adierunt hæreditatem. Ita Bart. d. l. Gallus. §. & si quid. ff. de lib. & posth. & Bald. l. rescripta. in fin. C. de preci. imper. offe. Bald. consi. suo incip. In nomine Domini, amen: proponitur, quòd quædam puella. Paul. de Cast. l. ex hoc iure. in fin. ff. de iust. & iu. Tertia conclusio est, quòd si legitimatio spurij est facta in uita patris, præfertur aliis. Ita Bart. d. l. Gallus. d. §. & si quid. Et nota: quia alibi non ita clarè muenies. Adde ad ista, quòd Bart. l. ex facto. ff. de uul. & pup. uer. ultimò hæc l. inducitur. tenet, quòd filij legitimati ante nascentiam filiorum legitimorum, succedunt unà cum filijs legitimis & naturalibus: quam opin. tenuit do. Abb. c. per uenerabilem. qui fil. sint legi. ix. col. uersi. pone. Dic tu, quòd communis opi. est in contrarium: quia per natiuitatem filiorum legitimorū & naturalium sit reuocatio legitimationis, quo ad bona, non quo ad factum personæ. Et sic ista legitimatio non reuocatur. Ita tenet Ray. & communiter scribentes, d. l. ex facto. in princ. ff. de uul. & pu. Idem tenet Spec. & Ioan. An. tit. de suc. ab intest. § j. uer. sed ex facto. Old. consi. suo ccxlviij. incip. Factum tale est. Bal. l. eam, quam. C. de fideicom. xj. col. Cyn. l. si unquam. ubi Sal. latè, C. de reuo. dona. do. Alex. consi. suo cxxxviij. incip. Opportunè consideratis. Lud. Ro. consi. suo cxciiij. incip. In proposita consultatione.

legitimatio fieri debet expressa qualitate spurietatis expreßè. Feli. c. postulasti. de rescript. uersic. seruit etiam ad hoc propositum. nu. 2. col. 742. Vide, quæ posui in materia ista in litera F. §. filius ex adulterio & incestu natus.

legitimatio non detrahitur de dignitate: putà, de regno, de ducatu, seu de feudo, quod sonat in dignitatem: gl. c. licet. de uot. & c. si hæres. de testa. Adde, quòd etiam pater in testamento non potest disponere de dignitate aliquid, sed debetur primogenito. Ita Ioan. An. d. c. licet. Idem tenet Abb. c. intellecto. de iureiu. ij. col. uersic. reges. Adde & pone: filius regis, uel principis uenit priuandus regno, eò quia non adimplet uoluntatem defuncti, ut d. c. licet. de uoto. & l. fi. C. de fideicom. debebit' ne habere legitimam, iuxta authen. hoc amplius. C. de fideicom. Dic, quòd nō: gl. est multùm no. d. c. licet. & d. c. si hæres. quam omnes sequuntur ibi: & do. Abb. consi. suo xij. incip. Magnificus dominus. Adde Fel. d. c. prudentiam. de offi. deleg. uer. ubi uerò est dignitas. nu. 6. col. 1115.

legitimatio personæ, cum qua litigatur, requirit plenam cognitionē, etiamsi causa, de qua agitur, requirat summariam cognitionem: de quo uide, quæ posui in litera I. §. iudicium summarium.

legitimatio an fieri poßit in præiudicium eorum, quibus est ius quæsitum in spe, ipsis non uocatis. Fel. de sent. & re iudic. c. cùm olim. nu. 16. col. 477.

¶ *Legitimatus an excludat substitutum? Vide, quæ posui in litera F. §. filius naturalis an excludat substitutum?*

legitimati an succedant in emphyteusi concessa à priuato? Vide, quæ posui in litera E. §. emphyteusis concessa ab ecclesia.

legitimati an succedant in emphyteusi cōcessa ab ecclesia? Vide, quæ posui in litera E. §. emphyteusis concessa ab ecclesia.

legitimati an succedant in emphyteusi concessa à priuato? Vide, quæ posui in litera E. §. emphyteusis concessa priuato.

¶ *Legitimus filius præsumitur ille, qui natus est ex masculo & fœmina simul cohabitantibus, licet non appareat, quòd sit contractū matrimonium inter eos: do. Abb. c. lator. qui filij sint leg. uersic. ex quo infertur.*

¶ *Lex ad sui essentiam an requirat scripturam. Tangit do. Abb. rub. de consti. in fi. Adde Fel. d. rub. uer. tangunt hic etiam. nu. 3. col. 33.*

lex si ab aliquibus à principio suscipitur in eodem loco: ab alijs uerò non: & Papa simpliciter sustinet, & aliquid super illo disponit, illa tolerantia Papæ non excusat à peccato, nec inducit dispensationem. Fel. de treu. & pace. c. j. nu. 11. col. 1383.

lex an sit proferenda secundum idioma illorum locorum, ubi dirigiturⁿ? Vide, quæ posui in litera C. §. constitutio Papæ, uel episcopi.

lex canonica in terris subiectis temporaliter ecclesiæ Romanæ, est præponenda legibus ciuilibus, etiam inter laicos: unde pater in terris ecclesiæ tenetur alere filium spurium, & dotare filiam. Fel. c. ecclesia sanctæ Mariæ. de consti. uer. sed pro intelligentia omnium. nu. 44. col. 261.

lex canonica, uel ciuilis, an sit seruanda in foro animæ? & sic in foro conscientiæ? do. Abb. tangit c. j. de consti. ij col. uer. sed quæro, an lex. & ibi tenet, quòd lex ciuilis, seu canonica, non est semper seruanda in foro conscientiæ: & ponit exempla l. fundata. de præsumpt. quia si certum est præsumptionem illam non esse ueram, non tenetur quis illam l. seruare in foro animæ. Text. c. is, cui. de spon. & idem tenet Innoc. c. quia propter. de elect. ubi dicit, quòd licet electio non sit facta seruata forma canonis, tamen ualet, si cōsensus fuit aliàs purus. Adde Feli. in materia ista, ubi ponit plura exempla, d. c. j. de consti. uersic. fallit sextò. nu. 39. col. 51. Limita tamen prædicta non procedere regulariter, seu uniuersaliter, sed solùm in aliquibus casibus: & primò, quando lex est fundata super præsumptione, ut dixi: quia si præsumptio est falsa, lex nō est fundata in foro animæ: de quo uide Fel. d. c. j. uer. hanc fallentiam. nu. 39. col. 52. Alius casus est etiam, in quo non est seruanda lex in foro animæ: & hoc, quando lex est iniusta. Fel. d. c. j. uersi. secundus casus. nu. 40. col. 52. Item lex non est seruāda in foro animæ, quando cessat ratio, propter quam fuit imposita lex. Fel. d. c. j. uer alius casus est. nu. 41. col. 53.

lex ciuilis & canonica si contrariantur in materia non concernente peccatum, illa præualet, quæ benignior est, ad euitandam pœnā, etiam in foro ecclesiastico. Ita Fel. c. ecclesia sanctæ Mariæ. de consti. uersic. quinta declaratio. nu. 53. col. 263.

lex canonica, uel ciuilis, ubi habet clausulam derogatoriam ad rescripta, rescriptum non ualet, nisi faciat mentionem de illa l. specialiter, uel ad minus per uerba æquipollentia. Fel. c. nonnulli. de rescr. nu. 2. col. 769.

lex ciuilis, quæ imponit pœnam contrahenti matrimonium, nō odio cōtrahentium, sed fauore filiorum, ualet. Fel. c. ecclesia sanctæ Mariæ. de consti. uer. prima declaratio restrictiua. num. 56. col. 264. Adde do. Abb. d. c. ecclesia sanctæ Mariæ. uer. communis conclusio Canonistarum & Legistarum est.

lex ciuilis, quæ disponit in materia spectante ad ecclesiam, licet quòd principaliter non disponit, sed procedit tollendo lucrum, putà in causa raptus, ubi bona raptoris sunt ipsius raptæ, si raptori non nubat, an ualeat talis lex? Vide Fel. c. ecclesia S. Mariæ. de consti. uer. quinta declaratio extensiua. nu. 60. col. 267.

lex ciuilis, quæ prohibet matrimoniū inter certas personas non prohibitas à iure canonico, putà inter tutorem & pupillum, uel inter rectorem prouinciæ & mulierem sibi subditam, an ualeat? Vide Fel. c. ecclesia S. Mariæ. de consti. uer. sexta declaratio extensiua. nu. 62. col. 268.

lex ciuilis disponens ex præsumptione in materia spirituali contra l. Canonicā, quæ aliter & expreßè disposuit, non ualet: pone, quòd lex ciuilis dicat, quòd ex sola cohabitatione uiri & mulieris præ-

sumatur matrimonium, lex canonica aliter dicit, quòd est adulterium, c. aliter. xxx. q. v. Quare uide Fel. c. ecclesia S. Mariæ. de consti. uer. septima declaratio extensiua est. nu. 64. col. 269.

lex ciuilis, quæ concernit peccatum, non est seruanda, nec in foro canonico, nec in foro ciuili. Fel. c. ecclesiam S. Mariæ. de consti. uer. limita secundò. nu. 41. col. 260. Ideo posset inferri ex hoc, quòd interficiens adulterum in casu à l. permisso, non esset tutus in foro seculari, etiam in terris imperij: de quo uide Feli. d. c. ecclesia sanctæ Mariæ. uer. alleg. nu. 42. col. 260.

lex ciuilis, quæ deuiat à iure canonico, quæ tamen non concernit peccatum, est seruanda in foro suo, uidelicet in foro ciuili & canonico. Fel. c. ecclesia S. Mariæ. de consti. uer. limita tertiò dictam regulam. nu. 43. col. 261.

lex ciuilis præsumptiuè disponens in materia spirituali, non ualet etiamsi lex canonica non reperiatur in contrariũ: quia cùm in istis non possit secularis cognoscere, ergo nec præsumere. Fel. c. ecclesia sanctæ Mariæ. de consti. uer. hanc declarationem limita. col. 269.

lex ciuilis quãdo dicatur canonizata in corpore iuris canonici, adeo quòd de necessitate sit seruanda in foro canonico. Vide gloss. c. j. de reb. eccles. non alie. in v j. uerbo, tractatus. Et dic, quòd illa authẽt. dicitur canonizata, quæ inseritur in aliquo canone: non, quæ est inserta à Gratiano: Domi. de sanct. Gemi. ponit d. c. j. iiij. col. Vide Fel. c. cùm causa. de re iud. uers. ad illud de consuetudine. nu. 9. col. 439.

lex canonizata in decretis, contraria canonibus, non est in foro canonico seruanda: & hoc, quia Gratianus non potuit præiudicare iuri canonico: do. Abb. c. super eo. el j. de testi. uer. ex quo no. Adde Fel. d. c. super eo. el j. de testi. uer. gl. j. nu. 3. parte ij. col. 637.

lex canonizata in Decretalibus, dicitur lex Papæ: gl. c. in primis. uerbo, lex Cornelia. ij. q. j. Adde Fel. c. super eo. el j. de testi. uer. & col. alleg.

lex canonizata dicitur canon: & sic mutat nomen: gl. c. in primis. ij. q. j. uerbo, lex. do. Abb. c. j. de præsum. in princ. & ibi Fel. nu. 1. parte. ij. col. 1027.

lex, quæ requirit aliquem in aliquo casu satisdare, aut cauere cum fideiussore, si ille apparet idoneus, an sufficit nuda cautio. Bart. tenet, quòd sic, l. quicunq;. C. de fun. patri. li. xj. Vide Felin. c. ad nostram. de iureiur. uer. quid autem. si l. uel statuto. num. 10. parte ij. col. 1142. Adde, quòd ibi posui additionem, ubi teneo, quòd si est idoneus, isto casu ad nullam satisfactionem tenetur.

lex diœcesana an comprehendat legem iurisdictionis? & quomodo. Ponit do. Abb. c. auditis. de præscript. j. no. Et quæ differentia sit inter legem diœcesanam, & legem iurisdictionis, uide dc. Abb. c. dilectus. de offic. ordi. ij. col. Et an lex diœcesana largè sumpto uocabulo comprehendit legem iurisdictionis? ibi uide do. Abb. & uide etiam ibi Fel. uer. ultimò u de But. nu. 8. col. 1282.

lex, quæ habet clausulam derogatoriam, non expressam, sed tacitam, non impedit rescriptum contrarium, quod non facit mentionem de ipsa lege. Felin. c. nonnulli. de rescript. uer. tertia declaratio est. nu. 7. col. 778.

lex noua, quæ habet clausulam, Non obstante, an tollat legem antiquam. Fel. ponit c. nonnulli. de rescript. uer. quarta conclusio: clausula. num. 21. col. 800. Adde, quæ posui in litera C. §. clausula, Non obstante.

lex noua trahitur ad præterita. Vide Fel. c. fi. de const. in princ. col. 331. Adde tu, quòd lex noua trahitur ad præterita, quatenus tractum habuit pro tempore futuro. Ita Bart. & Bal. l. de usuris. C. de usur.

lex noua disponens, quòd omnia gesta priùs habeantur pro infectis, decisa etiam erunt annullata. Ita Fel. c. fi. de const. uersic. procedũt ista. nu. 3. col. 235.

lex noua irritans præterita, in quibus cõclusum est in causa, nõ procedit. Ita Fel. c. fi. de consti. uer. secundus casus. nu. & col. præalleg.

lex noua quantumcunq; faciat mentionem de præteritis, tamen non procedit in negocijs pendentibus per uiam appellationis: quia iudex appellationis succedit loco primi: & ideo tenetur iudicare secundum ius commune, quod uigebat in prima instantia. Fel. c. fi. de constitutio. uersi. limita tertiò. col. 236.

lex noua faciens mentionem de præteritis, non extenditur ad pendentia in iudicio, etiam quod motu proprio principis emanauit. Vide Fel. c. fi. de consti. uer. modò aduerte. nu. 3. col. 337. Adde tu, quòd teneo hoc pro firmo, quòd lex noua non extendatur ad pendentia in iudicio, quamuis Fel. col. prædicta dubitet: & moueor: nam leges generales fiunt motu proprio principis, l. humanum. C. de legib. Bart. authent. quas actiones. ij. col. C. de sacr. san. eccles. Et tamen non trahuntur ad lites pendentes, l. leges & constitutiones. C. de legi. §. j. authent. in medio lit. ne fiant sa. iussi. & §. j. authent. ut cùm de appell. cog.

lex noua declaratoria iuris antiqui, trahitur ad præterita. Ita Feli. c. fi. de consti. uer. fallit secundò regula huius decretalis. n. 4. col. 339.

lex noua declaratoria iuris antiqui, an potest reuocare sententiam latam super matrimonio. Fel. c. fi. de consti, uer. tertius casus. num. 7. col. 342.

lex noua licet inducat melius remediũ, quàm antiqua, tamen non tollitur remedium ueteris legis: de istis uide, quæ posui in litera S. §. statutum episcopi potest addere.

lex concilij an tollatur indistinctè per desuetudinem, & non seruantes an incurrant peccatum? Vide Fel. c. j. de treu. & pa. uer. prima declaratio. nu. 7. col. 1381.

lex præceptiua: si quis eam non obseruat, an incurrat peccatum mortale? Vide Fel. c. j. de treu. & pa. uer. sexta declaratio. num. 12. col. 1385.

lex præceptiua per spacium quanti temporis tollatur. Ponit Fel. d. c. j. de treu. & pa. uer. septima declaratio. nu. 13. col. 1386.

lex, quæ continet priuatam utilitatem & publicam inseparabiliter, illi renunciari non potest. Felin. c. si diligenti. de foro compe. uers. septimum corollarium. nu. 26. col. 221.

lex declaratoria iuris antiqui, an trahatur ad præterita? dic, quòd non, quando talis lex noua imponit sententiam de nouo. Ita Feli. c. fi. de consti. uersic. quartò limita. nu. 8. col. 342.

lex an cesset cessante causa legis impulsiua? Ponit Feli. c. nonnulli. §. sunt & alij. de rescript. uersic. fallit quintò. nu. 14. col. 833.

lex diœcesana, quæ comprehendat? Vide Fel. c. dilectus. de offic. ordi. uersi. ultimò uide. nu. 8. col. 1282.

lex iurisdictionis quæ comprehendat? Vide Feli. d. c. dilectus. de offic. ordi. uersi. & col. præalleg.

lex ubi requirit pro forma expressionem, non sufficit probatio sub uerborum inuolucro. Ita Fel. c. ad aures. de rescript. nu. 3. col. 498. uer. nihilominus. Adde tu, quòd ubicunq; l. negat aliquid ualere, nisi illud fiat expressè, non possunt partes ei renunciare, quasi censeatur pro forma requisitum. Ista est doctrina Bart. & aliorum, l. pe. C. de pact. et l. ius publicum. ff. eo. Adde etiam, quòd ubi lex requirit, quòd specialiter aliquid fiat, quòd illud dicitur specialiter factum, quod est remotum à generalitate l. seruis urbanis. §. fin. ff. de leg. iij. Dynus regula, quod semel. de reg. iur. in vj. Secus est, si deponeret super actu temporali, cui annexus est spiritualis: & ibi uide, & nota, quia facit ad multa.

lex, quæ dirigit uerba importantia liberam facultatem ad iudicem, poterit ipse iudex non seruare legem: de quo uide, quæ posui in litera C. §. Canones.

lex quando incipit ligare? & utrùm indistinctè requiratur lapsus duorũ mensium à tempore publicationis ipsius, ante quàm liget? Vide do. Abb. c. ij. de consti. iiij. col. uer. uenio ad secundum. ubi dicit, quòd regulariter requiritur lapsus duorum mensium à tempore publicationis, antè quàm liget. Vide Fel. d. c. ij. uer. Circa secundum. nu. 7. col. 71. Adde, & intellige istud in legibus principũ: secus est in legibus seu statutis particularibus, putà collegij, uel ciuitatis: quia statim post publicationẽ ligant: do. Abb. loco præall. Fel. d. c. ij. uer. limita primò. nu. 7. col. ut 3. Item intellige istud, nisi lex principis ueniret ad noticiam aliquorum ante lapsum duorũ mensium: quia illos ligaret: do. Abb. præall. loco. Fel. d. c. ij. uer. secundò limita. nu. 7. col. ead. Item intellige istud, nisi esset lex priuilegiatiua: quia nõ operaretur effectum suum, antè quàm notificatũ fuisset priuilegiato. Abb. ubi 3. Fel. d. c. ij. uer. tertiò limita. n. 7. col. ead. Item intellige, nisi esset lex, seu cõstitutio habens clausulas decreti: putà, si secus actum fuerit: quia statim ligat etiam ignorãtes. Fel. d. c. ij. uer. quartò limita, nisi sit. col. 73. Item intellige, nisi lex, uel constitutio poneret tempus, post cuius lapsum uult ligare: & standum est tempori in ea posito: do. Abb. prædicto loco. Fel. d. c. ij. uer. quintò limita. nu. 8. col. 73.

lex canonica punit Iudæos delinquentes contra legem ueteris Testamenti. Fel. c. j. de consti. nu. 38. col. 51.

lex principis aboliti an intelligatur etiã ipsa lex abolita. Bal. c. transllata. de consti. tenet, quòd sic. Tu dic, quòd est uerum in principe tyranno, de quo uide Fel. d c. translato. in prin. nu. 1. col. 79.

lex, uel statutum, an possit semper extendi ad similem casum? do. Ab. tangit q. istam c. translato. de consti. in fi. Tu dic, quòd in materia correctoria proceditur strictè, & regulariter non fit extensio, ut per gloss. cle. ut hi, qui. de ætate & quali. uerbo, eisdem. Tamen si agitur de salute animæ, lex correctoria extenditur: de quo uide Fel. d. c. translato. uer. primo, quòd licet in materia. nu. 13. col. 86. Item, si lex est facta in fauorem reipubliæ, extenditur: quæ aliàs non extenderetur. Felin. d. c. translato. uersic. aliud est no. nu. 14. col. 86. Item, quando lex esset elusoria, si non extenderetur, tunc etiam fit extensio. Felin. d. c. translato. uersic. tertiò nota. nu. 14. col. 87.

lex correctoria an sit extendenda ad similem casum? uide 3. §. lex, uel statutum.

lex positiua an obligat delinquentem semper ad peccatum mortale? uide, quæ posui in litera V. §. ueniens contra legem.

lex concilij an obliget transgressorem? uide, quæ posui in litera C. §. canones Papæ quando non impetrant.

lex quando uiolatur, primi, qui incipiunt eam uiolare, incurrunt peccatũ mortale: nam non obseruantia & inobedientia grauant peccatum. Fel. de treu. & pa. c. j. nu. 12. col. 1385.

lex abrogata an ualet? Ponit Bart. l. j. C. de Lati. li. tol. Bart. l. fi. ff. de fol. Do. de san. Gemi. c. frequens. de rest. spo. in v j. Fel. c. fraternitatis. de hæret. in prin. n. 2. col. 1088. ubi dicit, quòd regula est, quòd talis lex nõ potest allegari. Adde, quòd fallit ista regula in habente potestatem legis condendæ. Fel. ubi 3. col. ead. Item fallit, quando lex transiuit in priuilegium non subditi: quia reuocari non potest. Fel. d. c. fraternitatis. in princ. nu. 3. col. ead. Item fallit, quo ad decisionem causæ inchoatæ, antè quàm lex esset abrogata. Feli. d. c. fraternitatis. in princ. col. 1089.

lex abrogata, uel correcta, non est alleganda, neq; in iudicio, neq; in consilijs: & utens illa incurrit pœnam falsi. Vide, quæ posui in litera C. §. Constitutio abrogata. Vide Fel. etiam c. j. de const. nu. 19. col. 44.

lex abrogata quando possit allegari? Vide per Felin. c. nouit. de iudic. uersic. in gl. in uerbo, quicunq;. nu. 6. col. 112.

lex disponens aliquid interpretatur ad frequentiora. Text. est c. coram. de offic. deleg. uer. si interesse nequiueris. Fel. d. c. coram? in prin. num. 1. col. 1203. Adde tamen, quòd quando lex specificat certos casus, qui sæpe occurrunt, quòd extendi possunt ad raros eandem rationem habentes: gl. est cle. j. de rescript. uerbo, præsidentes. & gl. c. ij. de confes. in v j. uerb. reus. Ioan. An. in addi. Spec. ti. de loc. §. j. in princ. Adde Fel. d. c. coram. in prin. ubi latiùs de hoc, col. 1204.

lex humana excusat à peccato. Facit text. c. qui peccat. xxiij. q. iiij. l. Gracchus. C. de adul. Adde & limita hoc, nisi lex humana esset cõtraria legi diuinæ: ut quia lex humana dat causam delinquendi: quia tunc non excusat à peccato. Ita Fel. c. in omni. de testi. uer. in text. ibi, si peccauerat. nu. 3. parte ij. col. 581.

lex positiua, etiamsi sit consona iuri diuino, tamen si ei aliquid adijcitur, de illo addito iudicamus. Idem, quod de iure positiuo. Felin. de treu. & pa. c. j. nu. 8. col. 1381.

lex loquens de filijs, an comprehendat bastardos? Vide, quæ posui in litera F. §. filiorum appellatione.

lex, bene à Zenone. C. de qua. præscript. habet quinque limitationes, quas uide pro intellectu illius legis. Adde Fel. c. quæ in ecclesiarũ. de consti. uer. secundum uerò membrum huius. nu. 33. col. 141.

Legi fauenti priuato, non potest renunciari in damnum tertij. Feli. c. si diligenti. de fo. compe. uer. septimò fallit. nu. 22. col. 222.

Legem Canonicam malè intelligens, non peccat mortaliter, nisi post declaratam eius materiam: Fel. de fimo. c. per tuas. col. 1017. nu. 6.

legem Canonicam transgrediens peccat mortaliter. Ibidem. nu. 7. col. eadem.

Leges insertæ in decretis, non sunt approbatæ, etiamsi liber ille esset approbatus. Ita Fel. c. ex parte. de rescript. uer. leges insertæ decretis. nu. 19. col. 401. secus, si essent insertæ in canone. Ita Felin. c. ex parte. uer. lex posita inter canones. col. 403.

leges canonizatæ an sint authenticæ? Vide Domi. de san. Ge. c. in primis. ij. q. j. Pet. de Anch. c. j. de consti. x. col.

leges ciuiles & imperatorum, an comprehendant clericos, uel ecclesias, uel bona earum? dic regulariter, quòd sic. Fel. c. ecclesia S. Mariæ. de consti. uer. quæritur primò, utrùm leges. num. 37. col. 259. Adde tu, quòd uerum est istud, dum modò leges ciuiles specificè non disponant de clericis, uel ecclesijs, uel bonis. Ita do. Abb. d. c. ecclesia S. Mariæ. v. col. uersic. ad primum dico. Vnde totus tit. de sac. san. ecc. C. hodie est sublatus. Vide Innocent. c. j. de reb. ecc. non alien. Adde do. Abb. c. in præsentia. v iij. col. de proba. & Fel. uersi. limita quartò regulam. d. c. ecclesia S. Mariæ. de consti. nu. 55. col. 264.

leges dicuntur iustæ tribus modis, quos enumerat Fel. c. ecclesia S. Mariæ. de consti. uer. & dicuntur. nu. 39. col. 259.

¶ LIBELLANS an uideatur confiteri contenta in libello? Vide Fel. c. examinata. de iudic. uer. in quantum dicitur hoc de articulis. nu. 2. col. 131.

libellans in petitorio, uel rei uendicatione, satis sufficienter concludit, si petit rem restitui: dato, quòd dicat priùs, reum condemnari. Bart. l. & ex diuerso. §. ubi autem. ff. de rei uen. Adde Fel. c. inter dilectos. de fi. instr. in prin. nu. 1. col. 920.

¶ Libellus quando offertur, an debeat continere nomen actoris & rei. Vide Fel. c. cùm accessissent. de consti. uersic. an autem in libello. nu. 1. col. 173.

libellus ineptus non uitiat, ubi non est necessarius. Ita Fel. c. cùm ordinem. de rescript. uer. & illum text. nu. 3. col. 455. Adde tu gl. l. uinum. ff. si cer. pe. Adde etiam, quòd libellus ineptus nõ uitiat, quando agitur coram uicarijs castrorum. Et istud tenuit Bald. & Sali. authent. nisi breuiores. C. de sentent. & inter. om. tu. do. Alex, consi. suo ccxxx. quod incip. Viso processu causæ. pe. col.

libellus si mutatur, tenetur mutans ad expensas factas ex primo libello: secus, ubi alteratio libelli non inducit mutationem. Feli. c. ad audientiam. el ij. de rescript. uer. Cogitabam. ibi, quintò per id, quod. nu. 15. col. 898. Adde tu, quòd quando alteratur libellus, ubi alteratio permittitur, quòd actor debet condemnari in expensis: & hoc ita demum uerum est, si ex ipsa alteratione reus patietur damnum. Ita sentit gloss. c. ij. de lib. ob. & do. Abb. ibi xiij. col. uer. uenio nunc. & sic contra illud, quod dicit ibi Fel. d. c. ad audientiã. col. prædicta.

libellus potest offerri illi, qui præsens est in iudicio, etiamsi ad hoc non fuit citatus. Fel. c. j. de iudic. uer. no. etiam, quòd præsens. nu. 19. col. 17.

libellus notoriè ineptus, etiam extrinsecè, parte non opponente, potest per iudicem lacerari. Ita Fel. c. dilecti. de iudic. in princ. num. 1. col. 63.

libellus fundatus in certa qualitate, corruit, ea non probata. Ita Feli. c. examinata. de iudic. uersic. ad quam quæstionem. & in apostill. ibi posita, nu. 5. col. 133.

libellus, in quo patronus petit ecclesiam meam, iste libellus ualet. Vide Fel. c. examinata. de iud. nu. 8. uer. do. Card. col. 134. Vide, quæ posui in litera S. §. suus.

libellus ualet, quando intentio est apta, licet actio sit inepta: quod an sit uerum, uide per Fel. c. examinata. de iudic. uer. dicit hic Innoc. nu. 11. col. 138.

libellus ineptus an debeat à iudice reijci. Fel. de præscript. c. ad aures. nu. 6. col. 217.

libellus si offeratur in causis, in quibus non requiritur, & minus legitimè, tamen propter hoc non uitiatur iudicium. Ita Fel. c. examinata. de iudic. uersic. pro Innoc. ego allego. nu. 33. col. 138. Adde tu ad ista, quæ posui in litera S. §. solennitas, quæ non requiritur.

libellus generalis in petitione hæreditatis, an ualeat? & quomodo petens hæreditatem debet se restringere petendo in libello. Vide do. Abb. c. ij. de libell. ob. ix. co. uer. & ideo dixit Bart. Adde Fe. latè d. c. ij. uer. sexta conclusio. num. 11. co. 285. aliàs est §. significantibus.

libellus debet offerri in scriptis, ita quòd non sufficeret dicere notario, Scribe, quod peto. Fe. de libell. ob. in rub. nu. 5. co. 274.

libellus generalis non procedit in iudicijs singularibus: gloss. c. ij. de lib. obla. uer. si autem agatur. Adde, quòd istud est uerum respectu

rei petitæ: secus in accessorijs: quia in illis libellus generalis ualet, putà peto rem cum fructibus, uel peto fundum cum pertinentijs. Innoc.c.tanta.ij.col.de excef.præla.Paul.de Cast. l. ait prætor.§. si iudex.ff.de re iudic.Abb.c.in nostra.de sepul.Adde Feli.d.c.ij.de libell.ob.uersic.secundò limita.nu.12.col.287.Limita, nisi ista accessoria essent odiosa, utputà usuræ.Innoc.c. tanta. Imo. & Pau. de Cast.l.in summa.ff.de re iudic.Limita etiam, nisi ista accessoria possent commodè specificari.Bart.l.iij.§.armamenta.ff.de rei uendi. Adde Fel.d.c.ij.uer. & col.præalleg.

libellus generalis, ubi fructus petuntur etiã principaliter, ualet: Ang. & Imo.l.si filiusfa §.j.ff.de uerb.ob.Bald.l.edita.in repet.Paduana, xix.col.uer.modò uideamus. C.de eden.Fortiùs dixit Innoc.c. cùm ad sedem.de rest.spo.quòd, ubi libellus incertus respectu fructuum, ualet, quòd etiam sententia incerta tenet: quod sequitur Pau.de Cast.l.in summa.ff. de rei uen. quamuis Bald. teneat contrarium, l.cùm propria C.si quis alte. uel sibi. Adde Felin.c.ij.de libelli ob. uer. quid autem in libello generali. numer. 13. colum. 287. ubi tenet opinionem Innocent. per rationes, quas ibi assignat.

libellus quando potest emendari? Ponit do. Abb.c.ij. de libell.ob.ix. col.uer. nunc uenio. Adde, & dic, quòd si libellus est conceptus per uerba narratiua, seu enunciatiua, & commissus sit error, tunc ante cõtestationẽ litis potest emendari error libelli absq; proba/tione: secus post contestationem litis: quia non licet emendare libellum sine probatione. Ita Bart.l.ex hac.in fi.ff.de dona. Et idem tenet Felin.c.ij.de libell.ob.uer.fallit octauò.nu.14.col.288. Limita omnia ista, quando statutum disponeret, quòd sola productio libelli haberet uim lit.contest.quia non liceret emendare.Bald.l.accusationem.in fin.C.qui accuf.non poss.Felin.ubi 5.col.289.Item limita, quando iudex terminaret, quòd nõ uideretur æquum emendationem fieri.Ita text.l.edita.C.de eden.Doct. omnes d.c.ij.de libelli ob.Fel.d.c.ij.prædictis uer.& col.

libellus talis, Peto contra usurarium me absolui à iuramento, & me absoluto contra eum procedi, & eundem ad restitutionem usurarum condemnari. an procedat? Vide Fel.de iureiur. c. debito/res.nu.10.col.138.

libellus potest mutari, ubi mutatio addit, uel detrahit qualitatem, ex qua tamen non mutatur actio, sed solùm augetur, uel minuitur condemnatio ex uirtute actionis propositæ: do. Abb.tangit hoc c.ij.de libell.ob.x j.col. uersic. si uerò non contingit. Felin. ponit d.c.ij.uer.ad illam fallentiam.nu.15.col.289. Et ibi dicit, quòd hoc uerum est, ubi qualitas non fuerat in libello expressa: sed actum generaliter, & in prosecutione deducta est scientia, uel ignorantia: nam tunc bene mutare potest, cùm alterum comprehendatur sub actione generaliter proposita: secus, si in libello qualitas expressa sit: quia ab ea recedere non potest? Et cum ista opin.resident Fel. ubi 5.quam tenuit do.Ab.ante eum, d.c.ij.loco præallegato. Adde tu, quòd Bart.l.edita.C.de eden.iij.col.uer. si uerò. indistinctè tenet, quòd si nec actionis, nec facti contingeret mutatio, sed augetur, uel minuitur condemnatio ex uirtute actionis propositæ, tunc ista mutatio est licita usq; ad sententiam. Aduerte tamẽ, quòd in quantum Bart.dicit d.l.edita.quòd quando per mutationẽ qualitatis non mutatur actio, licita sit uariatio, Bart. errat: quia non mutatur condemnatio: quia obst.l.quod in hæredem.§. eligere.ff. de tributo. Ita Ioan.de Imo.l.j.§.j ff.de public. & dicit, quòd non fuit ante eum tactum. Innoc.c.j.de libell.ob.dicit, quòd licet mutare: & malè dicit. Adde, quòd Ant.de But. ij.de libell.ob.Bald.d.l. edita. v j.col.dicunt puram ueritatem: et dicunt, aut mutatur qualitas, & non mutatur condemnatio, & licita est mutatio. Ita text. l.in delictis.§.si detrectat.ff.de noxa. Quamuis Bart. dicat contrarium, & malè: nam d.l.in delictis. non mutatur condemnatio: qa dominus semper tenetur noxa: nã ante executionẽ sentẽtiæ dominus, quamuis sciat, potest tradere seruum pro noxa. Sed in casu d.l.quod in hæredem. mutatur qualitas, alteratur cõdemnatio: & in isto casu non potest mutari.

libellus potest emendari usq; ad sentẽtiam: & hoc, quãdo uolo emendare declarando obscuritatem libelli, uel aliqua uera obscura in eo posita. Ita do. Abb.c.ij.de libelli ob.xij.col. uersic. quandoque uolo. Adde Bart.in simili l.hæredes.ff.de testa.§.j.in fin. ubi dicit, quòd si testis deposuit obscurè, & postea uult declarare dictum suum, non requiritur nouum iuramentum. & Bald. l. edita. dicit, iiij.col.C.de eden. quòd qui declarat, non emendat: & xv.col.dicit, quòd prohibitus emendare, uel diminuere, potest declarare. Vide per Felin.d.c.ij.uersi.ad illam fallentiã.nu.15.col.289. Adde, quòd hoc fallit, quando ista declaratio esset talis, quòd non cõgrueret uerbis libelli. Ita Bal.d.l.edita.iij.col.Fel.ubi 5.col.290. Fallit etiam, ubi alius, quàm libellans, uellet declarare: quia non posset, etiamsi esset hæres. Ita do. Abb.d.c.ij præallegato loco: & Felin. ibi d.c.ij.uersic.& col.præalleg. Adde, quòd Felin. ibi dicit, quòd libellus ineptus potest emendari post litem contestatam: quod, an sit uerum, ibi eum uide, uersest una.col.290.

libellus incertus super accessorijs, ualet, dum modò super principali sit certus: do. Abb.c.inter dilectos.de fide instr.iij.no. Adde ibi Fe. uersic.in text. ibi, cum omnibus fructibus. num.2.parte ij.colum. 921.

libellus incertus in causa ciuili, etiam carens debitis demonstrationibus rei petitæ, ualet, dum modò ex probationibus certificetur. Ita do. Abb.c. ij. de libell.ob.iiij.col.uer.tu dic melùs. Ludo.l. scire.v. col.ff.de uerb.ob.Bald.c.j.de mili.uasal.qui contu.est. Do. Abb c. ex parte B.ij.col.de fo.compe.ibi dicit, quòd libellus, qui non excludit de iure, ualet, si postea in actis probatur: do. Abb. dicit etiam c.si clericus.de fo.compe.vij.col. quòd licet qualitas tribuens iurisdictionem, non fuerit in libello, quòd sufficit, si constet ex actis. Adde, quòd idem tenet Felin. d. c. ij.uersic. secunda conclusio: si non opponitur.nu.3.col.280.& ibi latissimè de hoc. Limita & intellige omnia suprà dicta, quando pars non opponit, quia tunc libellus incertus ualet: si opponitur, tunc non ualet. Ita do. Abb.locis præalleg.& Felin.loco præallegato, col.eadem. Et sic acquiescentia partis ualidat libellum incertum: quod intellige, dum modò non sit tanta incertitudo, quòd sententia applicari non possit. Ita Felin. d. c. ij. uersic. ista & similia. num. 4. col. 280.

libellus incertus in causa criminali nõ procedit, etiamsi pars non opponit: & in hoc est differentia inter libellum in causa ciuili, & libellum in causa criminali: quia uno casu procedit, alio non. Vide latissimè per Felin.c.ij.de libell.ob.uersic.tertia declaratio.num.5. col.prædicta.

libellus incertus in causa ciuili procedit, nisi opponatur per partes, & exceptio debet fieri ante contestationem litis. Bald.l.exceptionem. C.de except.iiij.col.uer.deinde dico. alias non potest oppo/ni. Idem tenet Felin.c.ij.de libell.ob.uer.quarta declaratio. num.5. col.282. Fallit hoc, quando libellus esset ineptus: putà, quia de iure non concludens: quia talis exceptio potest opponi quandocunq; ante sententiam: gloss. Institut. de uer. ob.uerb. secundum. Adde Felin. loco alleg. numer. & colum. alleg. & dicit, quòd ubicunque libellus est ineptus, quòd talis exceptio potest opponi quandocunq;, etiam post sententiam. Casus est c. cùm dilecti.de empt. & uendit. Adde ad ista, quæ posui suprà, §. libellum ineptum iudex.

libellus an ualeat, in quo quis petit rem simpliciter, etiam si non dicit totam, uel partem: do. Abb.c.ij.de libell.ob.iij.col.uer. secundò dicit gloss. tenet, quòd talis libellus non possit notari de incertitudine. Adde, quòd cum eo transit Felin.d.c.ij.uer. habes ergo in actione.numer.7.colum.283. & hoc, quando petens intendit petere totum. Adde Bart. l. si in rem. ff. de rei uendi. Bald. & Ang.ibi.

libellus, in quo petit partem, an habeat specificare quantitatem? dic, quòd si petens agit principaliter, uel accessorie ad res ui, uel metu ablatas: isto casu non tenetur de necessitate specificare quantitatem, sed debet dicere, spoliasti me multis bonis mobilibus tanti ualoris. Innoc.c.ij.de ordin.cognit. Ange.l.si in rem.ff.de rei uendi. Et ratio est: quia reus debet stare iuramento damnum passi, l. si quando. C. unde ui. c. si. quod me causa. Felin.c.ij.de libell.ob.uersi. tertia conclusio. col.282. Adde, quòd sententia lata uigore iuramenti delati damnum passo, non reuocatur propter instrumenta de nouo reperta: quia odio uiolenti illi stari oportet. Ita Bart.l. admonendi.ij. col.uer. secundò oppono.ff. de iureiur. Anton.de Butr.d.c.fin.quod me cau.in fin. Et hoc modo limitabis l. uidea/mus.§.fin.ff.de in lit.iur. Adde, quòd Felin.d.c.ij.d.uer.col.282.dicit, quòd opin.Bart.d.l.admonendi, non est tuta: quia si spoliator uult

uult legitimè probare, quòd iurans ditabitur ex falso suo iuramento, debet audiri.

libellus in actione, Quod ui, metusue causa, non habet specificare quantitatem rei. Vide 5.§.libellus, in quo quis petit partem.

libellus, in quo fundus est petitus, si cõfines nõ sunt expressi, an procedat libellus? Vide, quæ posui in litera C.§. confines fundi.

libellus in fundo petito, ubi erratum est circa confines, an ualeat: Vide quæ posui in litera C.§.confines expressi.

libellus iste, Dico rem ad me spectare iure dominij, uel quasi, talis libellus procedit de iure. Ita gloss.c.ij.de libell.ob.uer.cùm dicit.do. Abb.d.c.ij.iiij.col.uersic.no.primò. Adde tamen, quòd actor debet eligere post lit. contest. quod ex istis iuribus prosequi uult: gloss. Institut.de actio.§.aliæ. Bart.l.eædem actiones.ff.de except. rei iudi. do. Abb.loco præallegato. Adde Fel.d.c.ij.uersic secundò aggreditur.nu.10.col.285.

libellus ineptus sustinetur: & hoc, quando talis clausula posita est in eo, Peto mihi ius & iusticiam ministrari: de quo uide, quæ posui in litera C.§.clausula in libello.

libellus potest offerri die feriata. Ita Fel.c.fi.de iud.uersi.in gl.fi.uerbo, uindemias.nu.9.col.169.

libellus admissus cum clausula, si & in quantum, an ualeat? Bald. posuit in repe.l. edita. C. de eden.pe.col.Bart.l.si quando.ff.de leg.j. j.col. Vide per Fel.c.cùm contingat.de offi. deleg. uer. quid autem in libello.nu.12.col.1215.

libellus an sit necessarius coram principe. Vide, quæ posui in litera P. § princeps potest supplere.

libellus semper attendendus est in conclusione, etiam quòd narratio sit plenior, quàm conclusio, tamen attenditur conclusio, & narrata restringuntur ad conclusionem: do. Abb.c.olim.de lit.contesta.ix.col.uersic.si uerò narratio. Adde Fel.d.c.olim.uersi.narratio plenior.nu.18.col.307. Adde, quid econtrà: putà, quòd narratio est strictior, quàm conclusio: tamen semper attenditur conclusio: do. Abb.d.c.unico, ix.col.uer.si uerò narratio. Fel.ibi præalleloco.col.ui 5. Adde, quòd conclusio declarat libellum. Bar.l. Aurelius.§.Sticho.ff.de lib.leg.

libellus sine conclusione procedit: putà, in libello, qui est porrectus iudici, si concludatur sic, peto eum cogi, & compelli, talis libellus procedit, licet non dicatur, peto condemnari. Ita do. Abb.c.unico, de lit.conte.ix.col.uer.nunquid autem. & c.olim. de censi.iij.not. Adde, quòd Bart.tenuit contrarium l.cùm nulla. ff. de re iudic. & l.j.C.de execu.rei iudi. Adde tu, quòd prima opin.est communior, quam tenuit Imo.l.in summa.ff.de re iudic. Anton.de Butr. c.examinata.de iudic.x.col.ubi Imo.& Pet.de Anch.c.causam. de rescript.do. Alexand.d.l.cùm nulla. Adde Felin.d.c.olim. de lit.contest.uersic.dum subdit Abb.num.19.col.eadem.ubi dicit eleganter, quòd ualet iste libellus, peto compelli & condemnari: quia ista præposteratio exponitur: id est, condemnari, deinde compelli: & ibi multas concordantias allegat.

libellus an debeat præcedere citationem? Vide per Fel.c.j.de lib.ob.in prin.nu.1.col.272.

libellus an sit inserendus in citatione. Communis opin.est, quòd sufficit in citatione dicere, Compareas, & tui præsentiam facias, l.consentaneum. C.quomodo & quando iud. & est text.apertus, quòd non est inserendus libellus in citatione, l.non uidetur. la ij.de iudi. ubi text.dicit, quòd ille, qui comparuit, petijt copiam libelli: ecce, quòd libellus non fuit insertus in citatione. Adde Felin.c.j. de lib. ob.uersi.ad illud de libello.num.2.col.273. Fallit hoc, ubi agitur de interrumpenda præscriptione per citationem: bonus text.l.fin.C. de anna.except. Not.c.illud.de præscript. Fallit etiam in criminalibus: gloss.c.si episcopus. iij.q.ij. Anton.de Butr.c. pastoralis. §. quontam.pe.colum.de rescript. Adde, quòd Salic.tenuit contrarium, l. absente. iij. colum. C. de accusa. Vide per Felin.d. c. j.de libell. ob. uersic. secundò fallit. num. 3. Ibidem. Fallit etiam in delegato: quia debet inseri in citatione rescriptum. de quo uide latissimè per Felin. d. c. j. uersic. quartò fallit. numer.4. colum. 274.

libellus an possit omitti conuentione partium. Vide per Bart.authen. offeratur. C.de lit.contest.uersic.ultimò quæro. & ibi tenet, quòd non. Adde do. Abb.c.j.de libell.ob.uer.ultimò gloss. Felin. c.j.uer. ad illam fallentiam de remissione partium.num.5. col. eadem.dicit, quòd Imo.ibi dixit, quòd si partes compromittunt se in iudicem, tanquam in arbitratorem, quòd libellus potest remitti: & ibi loquitur satis confusè. Adde tu, & dic clariùs, quòd quando partes compromittunt se in arbitrum, uel arbitratorem, quòd possunt remittere istas solennitates. Et pro hoc allego text. l.diem proferre.§.sed si quis.ff.de arbit. Tenet do. Abb.d.c.j.iiij.col.uersi.ad hoc enim. Adde etiam, quòd quando Papa, uel imperator dant iudicem, possunt tollere istas solennitates. Text.est c.pastoralis.& c. secundò requiris.de appell.& l.j.ff.à quib.appell. non licet. Adde tamen, quòd Papa non potest tollere ordinem iudiciarium, quo ad forum laicorum. Ita gloss.cle.fin.de iudic.do. Abb.c.quod clericis. de fo.compet.

libellus potest omitti in causis breuibus. Bart. l. iubemus. la ij. C. de sac.sanct.ecc.iij.col.uer.uenio ad tertiam.& authent.nisi breuiores.C.de senten.ex breuic.reci.in fi.do. Abb.c.j.de libell.ob.vj.col. uersic.item fallit.& hoc, quia neq; libellus, neq; aliqua scriptura requiritur: imò simplici relationi ipsius iudicis statur. Adde Fel.d. c.j.de libell.ob.uersic.ad illam fallentiam de causis.nu.6.col.5.alle. Adde tu, quòd contra Bart.& alios tenuit do. Alex. l. sciendum. ix.col.ff.de uerb.ob.

libellus non debet offerri, quando petitur executio sententiæ. Ita do. Abb.c.j.de libell.ob.vj.col.uersic.item fallit, secundum Inno. Adde Felin.d.c.j.uersic.ad illam fallentiam de executione. num. 7. col. 275.

libellus cuius expensis sit dandus reo? uide, quæ posui in litera C.§. copia libelli.

libellus dicitur mutari, quando in totum receditur ab actione expressa, alia eius loco subrogata: & isto casu ante contestationem litis possumus hoc facere: postea uerò non. Ita Felin. c. ij. de libell. ob. uersi. subdit hic do. Abb. nu.17.col.291.parte ij. Adde Ang. authẽt. de litig.§.omnes.iiij.col.qui dicit, quòd l. edita. C.de eden. permittens mutationem ante litem contest. non est correcta per authent. qui semel. C.quomodo & quando iudic.

libellus non potest mutari lite contestata. Fallit hoc, quando illa causa, in qua datus est libellus, non continuatur contra eandem personam, sed contra aliam, quæ succedit primæ: quia non est prohibitum dirigere aliam petitionem, & renunciare primæ. Ita Bart. l.ij.§.j.in fi.uer.secundò quæro.ff.de præto.sti. Pau.de Cast. cons. suo xvij.incip. Quidam Iacobus.v.colum. Vide per Felin.c.ij.de libell.ob. uersic. quod autem prohibita. Ibidem, num.18. Adde ad ista, utrùm reo defuncto post li.contest. possit actor de nouo incipere contra hæredem, & ibi primo iudicio renunciare. Vide per Bart. d. l. ij. §. j. in fin. Quod tene menti pro limitatione eorum, quæ notata sunt l.edita. C.de eden. Et ad not. per Imo. l. pœnalis. ff. ad l. Fal. in princip. & facit ad ea, quæ habentur l. si eum hominem. ff. de fideiusso. Vide Bald. l. si seruus. ff. de infa.

libellus iste procedit, Peto omnia bona, quæ tibi obuenerint ex hæreditate talis, aliter bona non specificando. Ita do. Abb. c. in præsentia. de prob. ij. no. Et sic no. quòd in actione uniuersali non requiritur expressio rerum petitarum, nisi in executione, l. iiij. ff. de rei uen. Bald. eleganter l.j.ij.& iij.col.C.de fru.& lit.expen. Feli.c.in præsentia. de proba. uersic. in text. ibi, illa, quæ de bonis. nu.3.co. 433.

libellus si præsumptiuè concludit, sufficit. Fel.de libell.ob.c.dilecti filij.nu.2.col.296.parte ij.

libellus est reijciendus, qui de iure communi non concludit, licet posset accidentaliter cõcludere. Fel.de libell.ob. c.dilecti filij.nu.3.col. 297.parte ij.

libellus latè interpretatur, etiam impropriando uerba: de quo uide, quæ posui in litera V.§.uerba libelli impropriantur.

libellus quomodo sit concipiendus, seu formandus in personam monachi, uel monasterij: do. Abb.c.cùm I. & A. de re iudic. viij. col. uersic. ex quibus infero. Vide Bart. authent. cassa. C.de episcop.& cler. Fel.d.c.cùm I.& A.uer.de libello, uel sententia.nu.9.col.625. parte iij.

libellus quomodo formandus in æstimatione iniuriarum. Ponit do. Abb.c.cùm te.de re iudic.viij.col.uer.ulteriùs quæro. Bart.l.iniuriarum.ff.de iniur. Et dicit finaliter, quòd iniuriatus debet iurare respectu damni, non autem lucri. Et uide Ang. const. suo xciij.

incip. Super puncto primo. Vide Fel. d. c. cùm te. uer, & in quantum ponit de forma. nu. 16. col. 638. Adde, quòd do. Abb. c. graus. de rest. spo. j. col. uer. ex quo no. dicit, quòd hodie curia non dat literas super actione iniuriarum: de quo uide Fel. d. c. cùm te. uers. dicit etiam Pet. de Anch. nu. 17. col. 639.

libellus ineptus non interrumpit præscriptionem. Ita Bart. l. accusaturus. ff. de adult. uer. circa hunc passum. Feli. c. causam, quæ. el j. de test. in princ. col. 623. parte ij. Adde tu, quod cõtrarium tenuit ipsemet Bart. d. l. accusaturus. uer. sed contrà. ubi dicit, quòd libellus malè conceptus interrumpit præscriptionem. Et idem tenet Bart. l. fin. C. de anna. except. uer. secundò no. & etiam in summario illius legis, ubi expreßè dicit, quod libellus incertus interrumpit præscriptionem. Et idem ibi dicit de libello generali. Et dic, quòd istud habet locum etiã coram arbitro. Old. cons. suo clxxv j. Quid ergo dicendum in hac difficultate? Respondeo pro clariori intelligentia, & ista est ueritas: quando libellus requiritur ad interrumpendam præscriptionem, tunc inspicitur, utrùm libellus sit bene conceptus, uel non? Et hoc modo intelligas Bart. d. l. accusaturus. uersic. circa hunc passum. Sed quando præscriptio aliter potest interrumpi, putà per citationem, tunc libellus etiam ineptus interrumpit præscriptionem. Et hoc modo loquitur Bar. d. l. fin. C. de anna. except. & d. l. accusaturus. uer. sed contra. Adde do. Alex. l. iustè. ff. de acqui. possess. in fin.

libellus non uitiatur, licet in eo ponantur uerba impropria: do. Abb. c. series. de testi. j. no. Bart. l. j. C. de fruct. & lit. expen. & l. scire debemus. j. col. ff. de uerb. oblig. & l. sed & si possessori. §. item si iurauero. ff. de iureiur. 1. mol. l. pro hærede. §. quid tamen. ff. de acquir. hære. Anton. de Butr. & do. Abb. c. ad dissoluendum. de desponsi. impub. Adde Felin. d. c. series. in princip. num. 1. col. 698. parte ij.

Libelli oblatio in criminalibus interrumpit præscriptionem: de quo uide, quæ posui in litera P. §. præscriptio in criminalibus.

Libellum ineptum iudex debet reijcere. Vide per Felin. c. examinata. de iudic. uer. adde Lud. Rom. l. uinum. num. 14. col. 139. parte ij. Tu dic, quòd propter istud iudex debet reijcere libellum ineptum: quia aliàs faceret actum delusorium, uel nullum: nam quando libellus est ineptus, iudicium est nullum: & ideo sententia est ipso iure nulla, ut in gloss. Instit. de obliga. allegata ibi d. c. examinata. per Felin. quam Bald. multùm extollit l. peremptorias. C. sentent. rescin. non poss. imò exceptio ineptitudinis libelli potest quandocunq; opponi, etiam post sententiam. Casus est r. cùm dilecti. de empt. & uend. & ibi Ioan. de Imol. istam conclusionem, quam tenent omnes, & maximè gloss. l. j. de offic. assess. quòd iudex debet reijcere libellũ, limita tribus modis. Primus modus, ubi non requiritur libellus, ut ibi etiam per Felin. d. c. examinata. Cui adde gloss. l. uinum. ff. si cer. pet. in gloss. mag. in fin. Secundò fallit, quando libellus potest aliquo modo sustentari: nam libellus semper debet sustentari, secundum Bald. l. ij. C. de formul. & impet. act. sublat. Tertiò fallit coram uicarijs castrorum, uel uicarijs ruralibus: quia ibi procedunt libelli inepti, secundum Bal. Salic. authent. nisi breuiores. C. de sentent. & inter. om. iu. do. Alexand. cons. suo incip. Viso processu causæ. nu. 203. Adde ad ista, quæ posui §. libellus incertus in causa ciuili.

libelli contrarij admittuntur super hæreditate, contra not. per Inno. c. cùm contingat. de offic. deleg. Ant. de But. c. causam. el ij. iij. col. qui fil. sint legi. Adde Fel. c. in præsentia. de proba. uersic. in text. ibi, petebat. nu. 7. col. 437. parte ij.

¶ Liber Decreti non reperitur approbatus. Ita Fel. c. ex parte. de rescrip. uer. Liber Decreti. num. 44. col. 404. Adde tu, quòd prima rubrica decreti fuit facta per Gratianum: aliæ autem rubricæ sunt summaria textuum: & fuerunt factæ per quendam discipulũ Gratiani, qui uocabatur Palea. Ita Ioan. An. in addi. Spec. tit. de dispu. & alleg. §. fin. qui quidem Palea fecit paleas in d. libro positas, quas Gratianus non uiderat, ut dicit Sal. & Ioan. de Imol. rub. de uerb. oblig. Adde ad ista, quæ posui in litera D. §. Decreti liber.

liber pontificalis est approbatus. Fel. c. ex parte. de rescript. uers. Liber pontificalis. nu. 47. col. 406. Adde glos. cle. j. de iureiur. uers. episcopus, nec presbyter debet carere pontificali. Ita Ioan. And. & Host. c. consuluit. de ser. non ord.

liber capituli canonicorum, in quo descripti sunt illi, qui soluunt censum ipsis canonicis, & ubi sunt descripti emphyteutæ, talis liber non probat contra alios, sed solùm contra ipsos canonicos: tamẽ ubi esset cõsuetudo, quòd talis liber probaret, tunc haberetur pro authentico. Pet. de Anch consi. suo xxxix. incip. primò de iuribus. ij. col. Floria. l. census. ff. de proba. Adde tamen, quòd si talis liber conseruaretur in archiuo publico, tunc plenè probaret: de quo uide Fel. c. ad audientiam. de præscript. uersic. decima & ultima. nu. 16. col. 278.

liber feudorum an sit authenticus? Vide Bald. in procem. feud. ij. col. Ant. de But. & Imol. c. ij. de feud.

libri damnati possunt legi, ad hoc, ut per disputationem uera fides fortificetur. Text. c. legitimus. xxx v iij. dist.

liber rationum non probat pro scribente: de quo uide latè per do. Abb. c. ij. de fid. instrum. v ij. col. uer. uenio ad tertiam. & ponit Bart. l. admonendi. ff. de iureiur. v ij. col. uer. circa secundam. Vide Felin. d. c. ij. uersi. prima conclusio. nu. 21. col. 897 parte ij. Adde, quòd fallit ista regula, quando liber rationum contineret aliquid, quod dependet à mera uoluntate scribentis: quia probaret. Ita Bart. loco præallegato, & Felin. d. c. ij. uer. fallit primò. nu. 22. col. ut s̃. Item fallit, ubi liber rationum contineret aliquid, quod uerisimiliter posset præsumi pro ipso scribente. Felin. d. c. ij. uersic. fallit secundò. nu. 23. col. eadem. Item fallit in libro defuncti, qui ualdè laudabiliter uixisset: quia probat. Felin. d. c. ij. uer. fallit tertiò. nu. 24. col. 898. Item fallit in libro, qui contineret tam rationes contra scribẽtem, quàm pro ipso scribente: quia isto casu probaret etiam pro scribente. Fel. d. c. ij. de fid. instrum. uersic. fallit quartò. nu. 25. col. eadem. Item fallit, ubi consuetudo, uel statutum disponeret, quòd plenè credatur libris mercatorum: quia habebũt plenam fidem. Frideric. de Senis consilio suo cxix. incip. nulli dubium. Sal. l. empto. C. de proba. Quod limita, dum modò mercator aliàs non esset infamis, uel suspectæ uitæ. Bald. repe. l. cunctos populos. xiiij. col. C. de sum. tri. & fid. Cath. & l. Cassius. ff. de sena. Vide Fel. d. c. ij. uer. fallit quintò. nu. 26. col. s̃. dicta. Item fallit in libro executoris testamentarij: quia probat. Fel. c. ij. uer. fallit sextò. nu. 27. col. 899.

liber rationum probat contra scribentem. Bart. l. admonendi. v j. col. uer. circa secundum. do. Abb. c. ij. de fid. instrum. v ij. col. uers. uenio ad tertiam. Felin. d. c. ij. uer. secunda conclusio. num. 28. col. s̃. alleg. Adde, quòd fallit ista regula in libro non authentico ipsius mercatoris: putà, si esset scriptum aliquid contra scribentem in libro, quod uocatur Memoriale: quia non probaret contra ipsum scribentem. Bald. rub. C. de consti. pecu. Felin. d. c. ij. uer. fallit primò. nu. 29. col. præalleg. Item fallit in libro unius persone, qui non exerceret artem de publico, neq; esset mercator: quia non probaret ille liber etiam contra scribentem. Fel. d. c. ij. uer. fallit secundò. col. ead. Fallit etiam, ubi liber non haberet insertam causam debiti: quia non probaret contra scribentem. Ioan. An. rub. deposit. Fel. d. c. ij. uer. fallit quartò. nu. 31. Ibidem.

liber rationum unius mercatoris non probat, neq; pro tertio, neq; cõtra tertium. Bart. l. admonendi. ff. de iureiur. v j. col. uers. circa secundũ. do. Abb. c. ij. de fi. inst. v ij. col. uersi. tertio casu. Fel. ibi uersi. tertia conclusio. nu. 32. col. 900. Adde, quòd fallit ista regula in libris rationum conceßis ab habentibus authoritatem & officium ex publico, ut sunt argentarij: quia libri eorum bene faciunt fidem pro tertio, & cõtra tertium. Fel. d. c. ij. uer. fallit primò. nu. 33. col. prædicta. Item fallit, quo ad semiplenam probationem: quia libri mercatorum faciunt semiplenam probationem pro tertio, & contra tertium. Bart. l. quædam. §. nummularios. ff. de eden. do. Abb. d. c. ij. loco præallegato. Vide Fel. d. c. ij. uersic. fallit secundò, quo ad semiplenam. nu. 33. col. ead. ubi dicit, quòd Imol. tenet contrarium.

libri authentici qui sunt? Ponit Fel. c. ex parte. de rescript. uer. de diuersorum librorum. nu. 46. col. 404.

libri antiqui faciunt fidem plenam. Ita dicit gl. c. cùm causam. de probatis. ubi etiam text. ibi satis hoc probat: & hoc idem tenet Spec. tit. de proba. §. uidendum. uer. cùm per libros. Adde, quòd do. Abb. d. c. cùm causam. ij. col. uer. quandoq;. dicit, quòd isti libri antiqui probant solùm in duobus casibus. Et idem tenet ibi Hostien. An. de Butr. & Imo. Primus casus est, quando antiqui nostri dederũt fidem talibus libris, ut sunt libri iurisconsultorum, Poëtarum, Aristotelis, & Chronicorum. Idem tenet Bart. l. j. ff. si cer. pe. iiij. col.

col. uer. pro cuius declaratione. gloss. c. uenerabiles. uerbo, transtulit. de elect. gloss. c. inter dilectos. de fi. inst. uerbo, magis. Do. de san. Ge. c. placuit. xv j. dist. Vide Feli. d. c. cùm causam. in princ. nu. 1. col. 552. parte 2. Secundus casus est, quòd libri antiqui probãt: & hoc, quando in eis non continetur aliquid, quod sit ualde prætiudiciale. Ita do. Abb. d. c. cùm causam. loco præalle. Felin. ibi uer. secundus casus. num. 2. colum. ut s̃. ubi dicit, quòd conseruatio ecclesiæ probatur per libros antiquos, & fines diœcesium. Adde do mi. Ab. d. c. cùm causam. iij. colum. uer. ego hæc dicta. Adde, quòd ultra istos duos casus Host. & domi. Abb. & alij, d. c. cùm causam. tenent, quòd libri antiqui non probant: & sic reprobata est glos. ibi. Adde, quòd in factis non antiquis istud non habet locum. Vide per Felin. d. c. cùm causam. uersicul. quod autem in factis non antiquis. nume. 6. colum. 555. Adde tamen, quòd non probant isti libri, etiamsi sumus in facto antiquissimo: & hoc, quando agitur de grandi præiudicio: domi. Abb. d. c. cùm causam. ij. colum. uer. ego hæc dicta. Bar. l. j. in princi. ff. de bo. pos. secundum tab. Felin. d. c. cùm causam, uersi. in eadem gloss. ibi, columna, uel lapide. Ibidem, num. 8.

libri ueteris Testamenti qui sint authentici, & allegabiles ad deciendda dubia fidei. Vide Feli. c. ex parte. de rescri. uersi. de libris autem ueteris Testamenti. nu. 49. col. 407.

libris mercatorum ut credatur in magna quantitate, an statutũ possit inducere? Vide, quæ posui in litera S. §. statutum, quòd detur fides.

¶ Liberationis pœnarum cuius sit electio, iudicis, uel rei? Bald. l. ij. C. de nup. Pe. de Anc. c. de causis. de offic. deleg. Ioan. de Ana. c. sicut. de Iudæ. v j. col. Felin. c. inter cæteras. de rescrip. nu. 5. uer. fallit quintò. col. 432. Vide, quæ posui in litera R. §. reo moriturO.

¶ Libertatis causa est adeò fauorabilis, quòd testes recipi possunt, lite non contest. & procedi potest ad sententiam diffinitiuam. Ita gloss. no. c. cùm olim. de testi. in gloss. fi. in princ. do. Abb. ibi 9. col. uersic. ex his colligitur. Bar. l. si finita. §. Iulianus. de dam. infec. & Bar. l. si prius. ix. col. ff. de ope. no. nun. Bal. & Sal. authen. si omnes. C. si ut se ab hære. absti. Adde Felin. d. c. cùm olim. de testi. uer. in ea. gloss. in fi. nume. 6. colum. 736. parte ij. Adde, & dic, quòd istud habet locum, non solùm, quando agitur de statu hominis: sed etiam, quando agitur de statu ecclesiæ. Bald. l. j. ad fin. C. de testi.

¶ Licentia data de ingrediendo monasterium monialium, expirat per unum actum. Felin. c. fi. de treu. & pace. uers. licẽtia de ingrediendo. nu. 5. col. 1392.

licentia iudicis concessa alicui ingrediendi possessionem, non excusat à pœna legis, si quis in tantum. C. unde ui. & hoc, quando est inualida. Bart. l. iustè possidet. ff. de acqui. pos. Adde et limita, dum modò ingrediens sciret, quòd licentia esset inualida: putà, quia citatio non ualuit, uel quia iudex esset incompetens? & an hoc habet locum in militte, rustico, minore, uel mulieres? Vide Bald. in disputatione sua inci. Accusatus de ui. xviij. col. uer. tertiò quæritur. Et in hoc uidetur inclinare Felin. c. cùm causa de offic. deleg. uer. ingrediens possessionem. nu. 4. col. 1124. ubi eum uide.

licentia iudicis concessa alicui ingrediendi possessionem, si ille facit uiolentiam resistenti, occupando per uim, an incurrat pœnam l. si quis tantam. C. unde ui. Bar. l. iustè possidet. uer. respondeo. ff. de acqui. pos. tenet, quòd sic. Et idem tenet ibi Ang. Imol. Pau. de Cas. & Bar. in repe. l. creditores. C. de pig. vij. colum. uer. uos scitis. do. Abb. c. de cætero. pe. colum. uersic. ulteriùs quæro. de re iud. Adde, quòd Felin. c. cùm causa. de offic. deleg. tenet contrarium, uers. sed tu dicas. num. 5. colum. 1125. ubi dicit, quòd ingredicti licitum est monere arma authoritate iudicis pro accipienda tenuta. Et allegat Bald. disputat. sua. Accusatus de ui. & do. de Ro. in nouis, ut ibi per eum. Adde tu in materia ista difficili, ubi uariarunt scriptores, quòd ueritas est ista, quòd licentia iudicis ualidat concessa alicui, ut propria authoritate accipiat possessionem, uel expellat aliquem de possessione, intelligitur citato priùs possessore, & eo permittente, & non contradicente: si aliter tamen fit, talis cadit à iure suo. Bar. l. meminerimt. ij. colum. C. unde ui. & l. fi. C. de edidiui Adri. tol. v. colum. Nec excusatur ratione licentiæ, aut sententiæ. Ita Bald. l. fi. iij. colum. C. de edi. diui Ad. tol. Pe. de Anc. & Gemi. c. fi. de elec. in v j. Et sic uidetur, quòd Felin. malè dicat, quòd licitum est arma capere contra possessorem resistentem, authoritate iudicis: quia, ut dixi, Bar. & alij tenent contra regulam l. non est. ff. de reg. iur. in locis præalle. Et ista opi. est approbata: quam etiam tenuit Bar. l. j. C. nemi. lic. sine licen. iu. Cy. l. iubere. ff. de iur. om. iud. Adde ad ista, quòd inuenio, & hoc plus est, quòd cognitio & pronunciatio, quòd quis sit mittendus in possessionem, potest delegari, l. cognitio. §. ui bonorum. ff. de offi. eius. Tamen realis missio, quæ expeditur pro actu facti, delegari non potest. Ita tenet Pau. de Cas. d. l. cognitio. §. ui bonorum. & ibi dicit, quòd semper dubitauit de hoc. Et sic habes, quòd iste actus est ualde reseruatus, & non cõceditur parti ingredienti manu armata. Sed quæ sit ratio, quòd cognitio & pronunciatio potest delegari, & realis missio non delegatur, hic non tango: quia materia est longa & difficilis. Vide per Ias. d. Liubere. iij. colum. uersicul. contra istum text. Adde & tene, quòd omnia ista sunt intelligenda, quando licentia est concessa à iudice habente iurisdictionem in habitu. Ita Felin. d. c. cùm causa. uer. secundò intellige. num. 6. colum. 1125. Adde ad istam materiã Sal. d. l. creditores. C. de pigno. iij. colum. uer. quæro cum gloss. & ibi loquuntur in fortioribus terminis: quia etiam quòd præcesserit conuentio cum debitore, quòd ipse creditor possit ingredi possessionem, tamen si debitor resistat, dicitur facere uim. Et uide per eundem d. l. creditores. ij. colum. uer. quæro tertiodecimò.

¶ Licentiatus an æquiparetur doctorato? Felin. c. eam te. de rescrip. in princip. num. 1. colum. 472. Adde Bal. l. athletæ. in princip. ff. de excu. tutò.

Licentiatus postea doctor effectus, præcedit eum, qui medio tempore fuit doctoratus. Felin. rub. de maio. & obed. nume. 3. colum. 1296.

¶ Lis quãdo dicatur pẽdere: Tex. est cle. ij. ut lit. pen. qui dicit, quòd lis dicitur pendere, postquam commissa est citatio: & facta est executio citationis. Adde tu pro limitatione illius tex. quòd lis dicitur etiam pendere per solam citationem, etiam non facta executione: & hoc respectu actoris: respectu rei requiritur citatio cum executione. Ita intelligitur tex. d. cle. ij. Et de hoc uide Fel. c. super literis. de rescri. uers. dicitur autem. nu. 13. col. 647.

lis an posit dirimi sorte tam in beneficialibus, quàm in prophanis. Ponit Felin. c. capitulum. de rescrip. uer. sed an sortibus. nu. 21. colum. 882.

lis de rebus breuissimo tempore corruptibilibus, debet expediri adeò celeriter, & leuato uelo, quòd euitetur rerum corruptio. Vide per Felin. c. fin. de iudic. uersicul. ad hæc uide. nume. 16. colum. 173.

lis an sit contestanda in exceptionibus dilatorijs? Vide, quæ posui in litera E. §. exceptio dilatoria. uer. an in exceptionibus dilatorijs.

lis an sit contestanda contra executorem datum ad beneficia? do. Abb. c. fi. de præsum. xij. col. uer. ex his infero. tenet, quòd sic. Vide Fel. uer. fallit quintò. nu. 27. col. 1095.

litis exordium est contestatio litis. Ita do. Abb. c. super quæstionum. de offic. deleg. v. colum. uer. in gloss. in uerbo, litis. Ita tenet Bald. authen. clericos. C. de episc. & cle. & authen. qui semel. C. quomodo & quãdo iudex. Vide Bar. l. causas. C. de transact. qui idem tenet. Adde Felin. d. c. super quæstionum. uer. glos. in uerbo, litis exordium. nume. 6. colum. 1159. Adde, quòd hoc fallit, ubi ageretur de fauore liberationis, ut putà quia diceretur, quòd lis esset peremptа. Sali. l. postquam liti. C. de pac. & Feli. ubi s̃. uers. seq. col. ut s̃. Fallit etiam, quo ad inducendum uitium litigiosi. Feli. d. c. super quæstionum, loco allegato. Fallit etiam, quo ad inducendam pendentiam litis. Fel. ubi s̃. col. ead. Fallit etiam, quo ad perpetuãdam iurisdictionem: quia sola citatio sufficit. Felin. uer. & col. præalle. ubi multa posui in materia: eum, ibi uide.

litis contestatio an potest fieri per positionem? uide, quæ posui in litera P. §. positio generalis.

litis contestatio: an in ea requirantur uerba? do. Ab. c. unico, de li. cõte. iij. col. uer. secundò ex dictis ponit. Adde tu Feli. d. c. unico, uer. ad illud, quòd uerba requiruntur. nu. 4. col. 304.

litis contestatio an possit fieri per concessionem rei in iudicio? uide, quæ posui in litera C. §. confessio rei.

litis contestatio an fit per obiectum exceptionis? uide, quæ posui in litera E. §. exceptionis obiectum.

litis contestatio an potest fieri sine conclusione facta in libello actoris? uide, quæ posui in litera C. §. conclusio an sit necessaria.

litis contestatio facta per aduocatum, uel procuratorem, an ualeat? Ponit Feli. *c. pastoralis. de iudi. nu. 1. col. 125.*

litis contestationis effectus durat etiam mutatis personis: putà, quòd actor contestatus sit litem super dominio fundi: postea pendente lite possessio peruenit ad eum, & efficitur de actore reus: effectus illius contestationis litis durat: ille, qui erat actor, ex quo factus est reus, fit possessor malæ fidei propter suam litis contestationē, quā fecerat ipse, dum esset actor. Ita do. Abb. c. significauerunt. de testi. ij. col. uer. no. secundò. & Feli. ibi uer. no. quartò ex eadem gl. nu. 7. col. 742. parte ij. Adde tamen, quòd Feli. dicit ibi, quòd im. tenuit contrarium.

litis pendentia an inducatur per citationem circūductam? Vide, quæ posui in litera C. §. citatio circunducta.

litis pendentia dicitur à tempore commissionis, & non à tempore citationis: & hoc uerum est, quantum ad annullādum priuilegium concessum litē pendente: do. Abb. c. causam, quæ. el ij. de testi. ij. colum. uer. gloss. in uerb. commiserimus. & Felin. ibi, uersicul. in ead. gloss. in princ. num. 10. colum. 677. parte ij. Et hoc modo limitabis cle. ij. ut li. penden. quæ dicit, quòd pendentia litis est post citationem.

litis pendentia. Adde, quòd de pendentia litis coram iudice ordinario est fienda mentio in impetratione primi rescripti: alias rescriptum esset nullum. Ita Fel. c. super literis. de rescri. uersic. sexta regula: De pendentia litis. num. 12. col. 646. Adde, quòd idem uidetur dici c. cæterùm. j. col. de rescri. Sed illa loquuntur, quando agitur de reuocanda iurisdictione primorum iudicum: sed c. super literis. quando agitur de concessione primi rescripti, in quo necessaria est mentio pendentiæ litis coram ordinario.

in Litis pendentia coram alio iudice, an reus cōtumax possit allegare, uel opponere exceptionem? Vide Iac. de Bel. l. j. C. ubi de cri. agi opor. Bal. l. j. ff. de leg. j. Alex. de Imo. l. ubi cœptum. ff. de iudic. Et uide, quæ posui c. cùm M. Ferrariensis. de consti. in una apostilla, quæ incip. citatus coram duobus iudicibus. Adde etiam, quòd ista exceptio litis pendentiæ debet opponi ante litis contestationē. Ita Bald. authen. sed nouo iure. C. de ser. fugi. iij. col. Vide Bal. l. si pluribus. de leg. j. Et in materia ista uide, quæ posui in litera C. §. citatus coram duobus iudicibus.

lite pendente in curia seculari super tractatu, possum habere recursum super obseruatione iuramenti in foro ecclesiastico. Bald. l. j. C. de rebus credi. Scribentes c. cùm C. laicus. de for. comp. in vj. Et de materia istarum duarum apostillarum uide Feli. c. cùm M. Ferrariensis. de consti. uer. extra gloss. posuit hic Innocen. nume. 25. colum. 214.

¶ *Litigans mecum, an dicatur meus inimicus? Vide, quæ posui in litera A. §. aduersarius meus. Et an talis possit repelli, ut non sit testis? ibi uide.*

litigās ob beneficium in curia, si de nouo impetrat illud beneficium, an debeat facere citari aduersarium suum, qui præsens est in curiā? do. Abb. c. cùm olim. de re iud. vj. col. uer. secunda causa. dicit, quòd in impetratione, quam facit aliquis de beneficio litigioso, nō debet regulariter citare aduersarium suum. Et ifiud etiā ibi tenet gloss. & Ant. de Bu. Imol. & alij: & Bald. l. ij. C. de tem. appel. & l. nam ita diuus. ff. de adop. j. col. Bald. in rub. de rescri. j. col. Et ratio est, secundum Bald. quia ut solus princeps legem condit, ita solus princeps priuilegia cōcedit nullo citato. Bal. l. fi. C. quibus res iud. non nocet. & Bald. l. fi. C. de fru. & li. expen. uer. extrà oppo. Innoc. c. Albericus. de testi. circa fi. Multa dixit in materia Domi. de san. Ge. c. ueniens. de fi. presby. ij. colum. domi. Abb. consil. suo lxxxvj. incip. Illud in summa. pe. colum. j. uol. Vide Felin. latè d. c. cùm olim. uer. non oportet regulariter. nu. 6. col. 469. Est uerū, quòd Bar. d. l. ij. C. de temp. app. j. col. uer. secundò no. dixit, quòd quando priuilegium impetratur à principe, quod habet lædere partem litigantem, quòd tunc pars debet citari. Adde tu pro declaratione istius dubij, quòd licet non sit uocanda pars, quando fit collatio beneficij litigiosi de nouo, tamen ius alteri quæsitum non tollitur: do. Abb. d. c. cùm olim. vij. col. uer. ego relinquo. Anto. de Bu. c. at si clerici. §. de adulterijs. de iudi. xj. col. et c. dudum. el j. de elec. pe. col. Feli. d. c. cùm olim. uer. prima declaratio. nu. 7. col. ut

5. Adde etiam, quòd licet non sit citanda pars aduersa, tamen si princeps uult concedere priuilegium, uel facere nouam collationem de beneficio litigioso in præiudicium alterius non uocati, oportet, quòd hoc apparet expressè. Gl. & Bar. l. nam. ff. de adop. Felin. d. c. cùm olim. uer. secunda declaratio. nu. 8. col. 470. Adde etiam, quòd si litigans ob beneficium in curia est citandus, quando aduersarius suus uult impetrare nouam collationem, uel priuilegium. Bar. d. l. nam ita diuus. gloss. authen. offeratur. C. de li. conte. & ibi Bar. iij. col. & l. obseruandum. ff. de iudi. & ibi Ang. & Bal. & uide Ant. de Bu. c. cæterùm. de rescri. & ibi Innoc. qui dicunt, quòd si impetrātur literæ præiudiciales illi, qui est in curia, eo non citato, quòd non ualent. Vide Felin. c. cùm olim. uer. tertia declaratio. ibidem, nu. 9. Adde tamen, quòd ab istis, quæ suprà dicta sunt, excipiuntur tres casus. Primo, quando cōcessio Papæ declarat solùm, quæ sit intentio sua: quia isto casu pars aduersa non est citanda. Innoc. c. olim. de uer. sig. Felin. c. cùm olim. uer. ab ista tamen declaratione. nu. 10. col. ead. Secundus casus, quando Papa est certus de præiudicio tertij: quia tunc non fit citatio. Felin. ubi 5. Tertius casus, quando stylus curiæ aliter seruatur. Felin. nu. & col. præallegatis.

¶ *Litaniæ. An clerici, uel religiosi teneantur uenire ad litanias, uocati per episcopum diœcesanum? Ponit Fel. c. dilectus. de offi. ord. uers. circa undecimum, de processionibus. nu. 7. col. 1282.*

¶ *Literæ scriptæ in lapide, uel ære, an probent? Vide, quæ posui in litera S. §. scriptura publica & authentica.*

literæ missiuæ quādo probēt? & utrùm ad utilitatē tertij? & , an probent donationē? & , an probēt in utilitatem scribentis? Vide, quæ posui in litera E. §. epistola, seu literæ. cum tribus. §. §. seq.

literæ sculptæ in columnis, uel alijs locis, an faciant fidem? Ita. Zochus c. ad audientiam. j. no. de sponsali.

literæ episcoporum & aliorum prælatorum & ordinariorum, si nō sunt sigillatæ, non faciunt fidem, & censentur literæ priuatæ, quibus tamen creditur contra scribētes, l. si procuratorem. ff. de procu. l. Publia. ff. depositi. Notant Canonistæ. c. olim. de censib. Et sic nota per ista hic, quòd tales literæ non probāt contra tertium, nisi tantum, quantum faciunt aliæ literæ priuatæ, ut habetur l. scripturas. C. qui peti. in pig. hab. Vide per Fel. c. post cessionem. de proba. uer. tertia conclusio. nu. 18. col. 428. parte ij.

literæ delegatorum sigillatæ sigillo suo, non plus probant, quàm faciunt literæ ordinariorum: et sic in his casibus, in quibus creditur ordinario, in illis etiam creditur delegatis. Ita do. Abb. c. post cessionem. de proba. uer. uenio nunc. xj. colum. Adde Felin. d. c. post cessionem. uer. de literis autem delegatorum. numc. 19. colum. 428. parte ij.

literæ inualidæ: an de primis literis inualidis sit fienda mentio, tam de his, quæ dantur ad beneficia, quàm de his, quæ dantur ad lites? Vide per Felin. c. in nostra. de rescr. uer. de primis inualidis. nu. 6. colum. 913.

literæ subreptitiæ & abreptitiæ quādo sunt nullæ? Fel. c. ad audientiam. de rescrip. nu. 17. col. 900.

literæ beneficiales an sint loco tituli? Ponit Feli. c. in nostra. de rescri. uer. ultimò tangit Abb. nu. 8. col. 914.

literæ Papæ interpretantes intentionem suam, etiamsi illa nunquam fuit, quia attestatur de animo suo, non admittitur probatio in cōtrarium. Ita Felin. c. cùm ueniffent. de iudic. uer. in ista materia scias tex. nu. 2. col. 102.

literæ familiaritatis nihil operantur, ante quàm perueniant ad notitiam illius, cui conceduntur. Pe. de Anch. consil. suo cccxcviij. incip. Præmitto pro clariori. Adde Fel. c. insinuāte. de offi. dele. uer. item no. quòd literæ familiaritatis. nu. 6. col. 1146.

literæ impetratæ contra, uel præter stylum curiæ, præsumuntur falsæ. Vide, quæ posui in litera R. §. rescriptum concessum.

literæ ducis Venetorum non plumbatæ, sunt suspectæ. Adde tu Bald. l. de quibus. ff. de legi. xj. col. uer. contrà quæritur.

literæ impetratæ super causa appellationis, etiamsi non faciunt mentionem de primis literis, ualent. Vide, quæ posui in litera R. §. rescriptum secundum, si super appellatione.

literæ ad beneficia: tempus earum inspicitur. Fel. c. eam te. de rescrip. uersi. tempus datæ. nu. 18. col. 394. Adde do. Abb. c. dilectus. el ij. de præben. ubi plenè.

literæ ad beneficia: si consideratur habilitas impetrantis, attenditur tempus uacationis. Fallit hoc, quando dictæ literæ sunt concessæ motu proprio. Ita Felin. c. eam te. de rescrip. uer. allegato, col. ead. Adde do. Abb. c. dilectus. el ij. de præben. iij. col.

literæ ad beneficia: si attenditur qualitas beneficij, non inspicitur tempus datæ, sed hodiernum: putà, scribitur pro beneficio certi ualoris, in hoc non attenditur tempus. Fel. c. eam te. de rescri. uersi. fallit quintò in attendenda. nu. 22. col. 495.

literæ ad lites, non expirant, etiamsi non sunt præsentatæ infra annū, etiamsi secundæ sunt impetratæ ab aduersario: quia consideratur possibilitas præsentationis primæ. Adde tu, quòd literæ Papales impetratæ ad lites, si nō præsentantur infra annum, habent robur in perpetuum tantùm, nisi aliæ sint contrariæ præsentatæ. Pau. de Cas. consilio clxvj. Vide, quæ posui in litera R. §. rescriptum ad lites, si quis.

literæ ad beneficia concessæ, si concedunt præbendam primò uacaturam, non comprehendunt præbendam sacerdotalem. Feli. c. fedes. de rescri. uer. v. si literæ ad præbendas. nu. 4. col. 569.

literæ ad beneficia sunt interpretandæ strictè, ideo ualor expressus in ipsis intelligitur cum clausula, Deductis oneribus. Ita Felin. c. causam, quæ. de rescri. uer. tertia declaratio est. nu. 7. colum. 608. Adde, quæ posui in litera V. §. ualor beneficij est exprimendus.

literæ ad lites sunt strictiùs interpretandæ, quàm literæ ad beneficia ecclesiastica. Felin. c. causam, quæ. de rescri. uer. quarta declaratio est. nu. 8. col. 609.

literæ ab beneficia ecclesiastica, expirant non ita de facili, sicut si essent ad lites. Feli. c. causam, quæ. de rescri. uer. alleg. colum. ut 5. Et hoc, quia postquam sunt impetratæ, est ex eis ius quæsitum. Ideo non expirant lapso anno, sicut faciunt literæ ad lites, ut c. plerunque. de rescri. De hoc uide do. Abb. c. capitulum. de rescri. iij. col. uer. sed dubitatio oritur. & iiij. col. uer. bis præmissis.

literæ ad lites impetratæ per surreptionem, non sunt ipso iure nullæ. Felin. c. ad audientiam. de rescri. uers. fallit primò. nu. 18. col. 901. Vide, quæ posui in materia ista in litera R. §. rescriptum surreptitium si per dolum. Et hoc modo limitabis, quæ dicta sunt d. c. ad audientiam.

literæ ad beneficia ecclesiastica impetratæ per surreptionem, sunt ipso iure nullæ. Felin. c. causam, quæ. de rescri. uer. quarta declaratio. nu. 8. col. 609.

literæ ad beneficia impetratæ per surreptionem non dolosam, sed ex simplicitate, uel ignorantia, non uitiantur in totum: sed in ea parte, quæ fuit impetrata per surreptionem. Felin. c. super literis. de rescri. uer. prima conclusio. nu. 2. col. 638. Vide, quæ posui in litera S. §. surreptio in literis ad beneficia. Et hoc modo limitabis, quæ habentur c. causam, quæ. de rescri. uer. quarta declaratio. per Fel. ubi 5. uer. proxi. Limita etiam, nisi obtentum per surreptionem haberet connexitatem cum reliquis: quia tunc omnia uitiarentur. Ita Felin. d. c. super literis. uer. limita secundò, nisi obtentum. num. 2. col. 539. Limita etiam, nisi sit dolosa surreptio: quia statim uitiat. Felin. d. c. super literis. uer. limita quintò. num. 5. colum. 540.

literæ gratiosæ ad beneficia in ecclesijs cathedralibus concessæ, non comprehendunt canonicatus. Ita Fel. c. j. de rescri. uers. facit etiam ad hæc. nu. 9. col. 360.

literæ ad lites secundæ, quæ faciūt mentionem de primis, si primæ nō apparent, secundæ sunt nullæ. Vide, quæ posui in litera C. §. commissio facta iudicibus.

literæ gratiæ an debeant facere mentionem de nobilitate impetrantis? Ponit Felin. c. ad aures. de rescri. nu. 1. col. 497. & inde. Adde do. Abb. d. c. ad aures. j. col. ubi quærit, an literæ ad beneficia debeant facere mentionem de diuitijs impetrātis. & uide per eundem do. Abb. c. postulasti. ij. col. de rescrip.

literæ ad lites, an debent facere mentionem de nobilitate impetrantis? Ponit Feli. c. ad aures. de rescri. n. 1. col. 497. De omnibus istis uide, quæ posui in litera B. §. beneficium impetrans.

literæ ad beneficia, & literæ ad lites, quando sunt impetratæ, si reputantur surreptitiæ, inter eas est ista differētia: qa literæ ad beneficia sunt nullæ ipso iure, literæ ad lites surreptitiæ debēt irritari p sententiā: quæ differētia multum importat, ppter ualiditatē processuū. Fel. c. sup literis. de rescri. uer. secūda regula. n. 8. col. 643.

literæ Papæ: si quæritur, de quibus est fienda mentio in ipsis? respondendum est de uarijs, secundum diuersa, quæ posita sunt in titu. de rescrip. & primò c. iij. de rescri. tangitur ibi, quæ sunt exprimenda in reuocatione primarū literarū. col. 410. & inde. & c. postulasti. eo. ti. ponuntur generales doctrinæ circa expressiones in gratijs & indultis col. 738. & uide in sequenti. & c. in nostra. eo. titu. ponuntur, quæ sunt exprimenda in beneficialibus: & aliqua in materia ista dicuntur per Feli. c. ad aures. eo. titu. col. 502. & inde: Et in c. super literis. eo. ti. ponuntur, quæ exprimenda sunt in literis ad lites, col. 638. In istis locis abundè ista tractantur per Feli. quem uideas.

literæ ad beneficia: omnia obstantia gratiæ, quæ clarè possunt colligi ex narratis, uidētur tacitè esse sublata, licet in concessione gratiæ de illis tollendis nihil fuerit dictum expressè. Felin. c. super literis. de rescri. uer. quarta regula. nu. 9. col. 644.

literæ super indulgentijs, quæ dicunt Ad instar, nisi specificentur, nō ualent. Fel. c. nōnulli. de rescri. uer. tertia declaratio. n. 7. co. 778.

literæ priores in data, ad beneficia, regulariter præualent: & sic, an standum sit præsentationi, uel datæ? Vide Fel. c. capitulum. de rescri. uer. literæ priores. nu. 5. col. 860. Fallit istud, ubi primus impetrans deprehenderetur in negligentia. Ita Feli. ibi. col. 861. Adde, quid si iste primus impetrans haberet gratiam cum beneficio acceptandi infra mensem, an poterit acceptare post mēsem, si nullus ibidem habebit coimpetrantem? Ponit Feli. loco allegato. col. 862. & ibi tenet contra glos. & cle. j. de concess. præben. Adde tu pro opi. Fel. & sic contra glo. quòd duo stringunt. Primò habeo, quòd ista collatio est limitata, quando gratia dicit, intra mensem acceptandi. Ergo ultra mensem nō debet sortiri effectum, etiamsi non apparet coimpetrator. col. ut 5. Et istam partem tenet domi. Car. cle. j. de concess. præb. xx. & xxj. col. Secundò moueor ad sic tenendū: quia ex quo non acceptauit intra mensem, iste est in manifesta negligētia: quia sciebat habere gratiam cum beneficio acceptandi infra mensem, quæ æquiparatur dolo. Spec. ti. de resc. in integ. §. ij. uer. ut autem. Quod magis uerum est, si est magna negligentia, ut est ista. Casus est l. j. §. is quoq;. ff. de actio. & obli.

literæ Papæ non dant ius spirituale, licet concedantur ad beneficia obtinenda. Fel. c. ad audientiam. el ij. de rescri. uer. literæ non dant ius. nu. 12. col. 894.

literæ ad lites surreptitiæ, non sunt ipso iure nullæ, sed ope exceptionis. Felin. c. ad audientiam. el ij. de rescri. uer. literæ ad lites surreptitiæ. nu. 17. col. 900.

literæ ad lites obreptitiæ, id est non per falsi expressionem, uel ueri suppressionem obtentas, sed per inuolucrum uerborū, sunt nullæ ipso iure. Felin. c. ad audientiam. el ij. de rescri. uer. fallit primò. nu. 18. col. 901. Quod nota ad limitationem c. si autem. & c. plerunque. de rescrip.

literæ ad lites impetratæ ab excommunicato, sunt nullæ ipso iure. Felin. d. c. ad audientiam. el ij. de rescrip. uer. fallit quartò. num. 19. col. ut 5.

literæ ad lites subreptitiæ, in quibus impetratū est aliquid, quod non solet concedi, nisi ex certa scientia Papæ: quia ex quo non interuenit illa certa scientia, literæ sunt nullæ ipso iure. Felin. d. c. ad audientiam. el ij. de rescri. uer. fallit sextò. nu. 20. col. 902. Adde, quòd hoc uerum est, nisi appareat per uerba rescripti de certa scientia Papæ: quia præsumitur, etiāsi expressè non dicatur. Ita Ioan. And. c. nonnulli. de rescrip. & ibi do. Abb. ij. col. in gloss. in uerb. mentionem. Et sic limitatur glo. cle. ij. de rescrip. quæ dicit, quòd princeps facit ex certa scientia, quando in rescripto illud expressè dicit. Sufficit ergo, ut appareat, etiamsi expressè non dicatur. Adde, quòd istud habet locū, non solùm in certa sciētia, sed etiam in motu proprio: quia si apparet, quòd princeps fecerit aliquid motu proprio, etiamsi non exprimat, præsumitur motus proprius. Et ratio est: quia tātū ualet, qd' princeps dicat, Ex certa sciētia, quātum, si diceret, Motu proprio: qa ista duo Motus proprius, & Certa scientia, æquiparantur, ut per scribentes c. ad hæc. de rescri.

literæ ad lites falsæ, sunt ipso iure nullæ. Felin. c. ad audientiā. de rescrip. el ij. uer. fallit septimò. nu. 21. col. 903. Adde tu, quòd Bart. tenuit contrariā opi. uidelicet q, imò tribuant iurisdictionē. Eum uide l. præscriptione. C. si cōtra ius, uel uti. pub. iij. col. uer. quæro, utrùm. Adde tu, quòd contra Bar. tenuit Bal. l. j. C. de collu. deteg.

Lud.Rom.consi.cccxxx.quod inci. Circa primum.& Canonistæ c.super literis.de rescri.in fi. Et istam opi.contra Bar. teneas:quia communis & approbata.

literæ ad lites impetratæ contra casum cle. j. de rescrip.sunt ipso iure nullæ. Felin. d.c. ad audientiam.el ij.de rescri.uer.seq.col.ut 5.

literæ beneficiales surreptitiæ,sunt ipso iure nullæ.Feli.c. ad audientiam.el ij.de rescri.uer.literæ beneficiales.nu.22.col.904.

literæ uitiosæ ex uitio generalitatis,quando sunt nullæ? Vide per Felin.c.ad hæc.de rescri.circa.fi.col.520.

literæ uitiosæ:putà,ex uitio Latinitatis,quando sunt nullæ? Vide per Fel.c.ad audientiam.el j.de rescri.nu.1.col.521.

literæ uitiosæ, quia sunt impetratæ à non habente mandatũ, quando sunt nullæ? Vide per Felin.c.nonnulli.de rescrip.§ sunt & alij.in prin.nu.1.col.815.& inde.aliàs est c.sunt & alij.

literæ ad diuersas ecclesias, quando possint plures impetrari sub eadem data.Felin.ponit.c.in nostra.de rescri.uer.literæ ad diuersas. nu.1.col.908.

literæ secundæ debent facere mentionem expressam de primis,& specialem mentionem de omni notabili clausula,quæ in eis posita est, ut text.c.ij.de dolo & contu. Vide per Felin.c.cæterùm.de rescri. col.409.& inde.adde et pone,quòd si per secũdas literas cõmittatur causa episcopo ordinario,non facta mentione de primis.an ualent tales literæ? Videtur dicendũ,quòd sic: quia non fit iniuria alicui,cùm res reuertitur ad ordinarium.Ita dicunt Mod. c.ex literis.de offi. dele.uer.glossi.in uer.expressam.Vide ibi Felt.qui reprehendit Modernos in materia istâ,per rationem, quam ibi ponit,in prin.nu.1.col.1183.

literæ secundæ, quæ non faciunt mentionem de primis, sed solùm dicunt, quòd committuur causa in eo statu, in quo erat coram primo iudice,ualet commissio statu non expresso. Inn.c.ex literis. de offi.deleg.do.de Ro.decisi.cxiiij.incip.item si causa,quæ.ti.de rescri.Adde Felin.d.c. ex literis.uer.secundò dicit Inno.c.num.2.colum.1184. Adde etiam,quòd si in secundis literis est illa clausula, Cuius statum dignemini habere pro expresso, quòd sufficit. Rota in antiquis decisio.ccclxxxiij. Felin.d.c.ex literis. loco prælleg a to, col.ead.

literæ secundæ debent facere mentionem de processu coram ordinario inchoato:gloss.est c prudentiam.§.sexta.uerb. causam.de off. dele.& ibi do.Abb.Et est consilium Car.inci.Ecclum sic se habet. iij.char & est nu.cxxxviij.Et debet facere etiam mentionẽ de cõsensu partium.& de transactione.Adde Felin.c.ex literis. de offi. deleg uersi.tertiò no.& nu.3.col.1184.

literis arbitrorum non creditur :quia cenſetur,quòd sint priuatæ literæ:& ideo fidem non faciunt. Ita domi.Abb. c. post cessionem.de proba.xij.col & ibi Felin.uer.tertia conclusio.nu.18.col.428.

literis saluiconductus quis non tenetur credere:& hoc,quando agitur de periculo capitali:do. Abb.c.accedens.el ij.ut li. non cõtest. ij.colum.uer.no.tex. Adde Felin. d.c. accedens uer. cum super gloss.nu.1.col.333.ubi dicit,quòd ille tex.est reputatus singularis. Adde tu,et amplia illum tex. etiamsi ex delicto suo esset bannitus. Ita Domi.de san.Ge.c.statuimus.§.j.de rescrip.vj.& viij.col.Idem tenuit Ang.q.inci.Bononiensis à sua ciuitate bannitus. Adde,quæ posui in materia istâ,in litera S.§.saluusconductus plenè tollit.

literis episcoporum, uel aliorum ordinariorum, quando credatur? Est ualde diffusa materia,quam prosequitur do. Abb. per plures col.c.post cessionem.de prob.quem uideas ibi ij.col.uer.uenio ad primam partem. Cui adde,quòd quando literæ episcoporum, uel aliorum ordinariorum apparent sigillatæ sigillo authẽtico ipsorum ordinariorum,& sunt subscriptæ manu testium, faciunt fidẽ sufficientem.Inn.c.j. j.oppo.de fi.inst.Et idem tenet do.Abb. d.c. post cessionem.de proba.ix.col.uer.se undò requiro. & ibi Cal. & Anto.de Butr. Adde Fel.d.c.post cessionem.uer. prima cõclusio.nu.3.col.423.parte ij.qui idem tenet:& dic,quòd ista conclusio ualet, quòd tales literæ faciãt fidem isto modo subscriptæ, tam in spectantibus ad officium suum,quàm in alienis negocijs.Ita do. Abb.d.c.post cessionem.x.col.uer.tertiò dico.do.de Rota, cõclu. xxij.inci.Item fuit dubitatum.in nouis. Adde Felin. d.c.post cessionem.uer.amplia primò.nu.4.col.ut 5.ubi idem tenet,reproba ta opiniõe domini sui,per rationes,quas ibi iude.Et dic,quòd istæ literæ sic subscriptæ non solùm faciunt fidem in seuioribus, sed etiam in arduis.Ita do.Abb.d.c.post cessionẽ.x.col.uer.dixi quartò. Adde Feli. idem tenentem d.c.post cessionem.uer. Item amplia istam conclusionem. nu.5.col.424. Adde tamẽ,quòd literæ istæ, si essent subscriptæ à testibus,sed non manu eorum:quia non probarent plus,quàm simplex scriptura.Ita Io.An.d.c.post cessionẽ. & ibi do.Abb.xj.col. uer. literis episcopi,aut alterius ordinarij. Felin.d.c.post cessionem.uer.fallit ista conclusio. & uer.secunda conclusio.nu.6.& 7. col.præallegat. Dic tu tamen,quòd istud fallit,ubi consuetudo haberet, quòd literis episcoporum indistinctè staretur: quia si etiam non essent subscriptæ manu testium, tamen facerent fidem propter consuetudinem.Ita Inn.d.c.j.de fi.inst. & idem tenet Felt.d.c.post cessionem.de proba.uer.fallit primò.nu. 8.col.ead. Adde do. Abb.c. post cessionem, de proba. vj.col. uer. quartus casus. Adde etiam,quòd istæ literæ episcoporum & aliorum ordinariorũ,faciunt fidem,quando non sunt subscriptæ manu testium:& hoc,quando tales literæ inducantur contra producentem eas,uel contra eum,cuius sigillo sunt sigillatæ, per l. Pub. ff.depositi.Ita Cal.& Imo.d.c.post cessionem. & ibi etiam do.Abb. vj.col.uer.tertiò fallit contra producentem & uide ibi etiam per Felin.uer.fallit secundò.nu.9. col.425. Adde etiam, quòd literæ episcoporum probant, per quas committitur iurisdictio: utputà episcopus delegat unam causam alicui, istæ literæ plenè probant isto casu. Imol. d.c.post cessionem. & Arch. c.si à subdelegato. de offic.dele.in vj.& ibi Io.And.& Domi.de san.Ge.ubi dicunt, quòd subdelegatio probatur per literas delegati. Adde do.de Rota conclusi.cccxij.Vide per Felin.d.c.post cessionem uer.fallit tertiò.nu.10.col.prædicta,parte ij. Adde.quòd creditur literis citatorijs episcoporum,quando sunt sigillatæ sigillo authentico.Imo. d.c.post cessionem.& ibi Felin.uer.fallit quartò.num.11.col.ead. Adde,quòd creditur literis episcoporũ,in his,quæ sunt leuis præiudicij: putà,in causa excommunicationis: do.Abb.d.c.post cessionem. vj. colum. uer. item fallit secundò. & Felin.ibi uer. fallit quintò. Ibidẽ,nu.12. Quod intelligẽ sanè,si tales literæ sunt promulgatoriæ:si uerò tales literæ excommunicationis opponerentur in uim peremptoriæ,non probarent.Ita Ioan.And.& Imo.d. c.post cessionem.& ibi uide do.Abb.xj.colum.uer. sed nũc quæro. Adde Felin.d.c.post cessionem.uer.sed circa istud.num.13.colum.426. Adde etiam, quòd literæ episcoporum & aliorũ prælatorum faciunt fidem in mandato procuratorio:do.de Rota cõclusi.civij.inci.Item quòd ualet.Vide per Felin.c. post cessionem. uer.fallit sextò. Ibidem,num.14. Adde etiam quòd literæ episcoporum faciunt fidem, si sunt sigillatæ sigillo authentico, in rebus factis extra iudicium:putà,quando episcopus facit literas testimoniales de neg.gest coram eo,de præsentia.Host.d.c.post cessionem. Inn.c.ij.de fi.inst Adae Fel.d.c.post cessionem. uer.fallit septimò. nu.15.colum.præalle.Adde etiam, quòd literæ episcoporum faciunt fidem in factis ualde antiquis.Inno.c.ueniens. de uerbo.sig.in fi.Bal latè l.conueniendum.C.de epis.& cle.Vide per Felin.d.c. post cessionem.uer.fallit octauò.col.427.nu.16 Adde,quòd literæ plurimorum prælatorum scribentium de una eademq; re,faciunt fidem.Text.est c. iuris olim.de dolo & contu.in prin.Ita tenẽt scribentes d.c.post cessionem.Ioan.And.Arch.& Gemi. c.ut circa.de elec.in vj. Adde, quòd literæ principis non recognoscentis superiorem,faciunt fidem : Bald.l.nec exemplo. in fi. C.de prob. Adde Feli.d.c.post cessionẽ.uer.fallit.undecimò. n.17. col.427.

literas plures habens ad beneficia,potest uti primis.Feli.c.in nostra. de rescri.uersi.subdit etiam do.Abb.nu.3 col.911.

literas expectatiuas si quis habeat ad beneficia uacatura, quæ tribuunt ius ad rem,de ipsis est fienda mentio,quando quis impetrat aliud beneficium.Feli.c.in nostra.de rescrip.uersic.de iure ad rem. nu.4.col.912.

¶ Liuellus (&,ut nunc,& meliùs,Libellus) differt à feudo:primò, quia in eo iuratur:secus in liuello.Item feudum datur amore: liuellus uerò pro mercede.Item in feudo non succedunt fœminæ: in liuello sic. Item liuellus perditur non currente pensione:feudum amittitur multis modis. De his & alijs differentijs uide per Felin. c. cæterùm. de iudic. uersicul. nonò fallit.num.12. colum.58. Adde tu,quòd pulchrum est scire,quæ differentia sit inter feudum & emphyteusim:dic primò,qd emphyteusis à feudo differt:quia illa est de iure ciuili:l.ex hoc iure.ff.de iust.& iu. Secũdò,feudũ datur

tur gratis pro seruitio:emphyteusis pro mercede:& sic pro pensione.Ita Bal.in addi.Spe.de loca.uer.feudum datur. Tertiò, uasallus iurat,ut c.j.de for.fide.emphyteuta non: quia hoc,iure non cauetur.Quartò : uasallus tenetur ad homagium, c.j. de for.fide. emphyteuta ad canonem. Instit.de loca.§.adeo.l.ij.& seq. ff. si ager uectig.uel emphy.pet.l.ij.C.de iure emphy.Quintò:emphyteuta non soluens cadit à iure suo,d.l.ij.feudatarius non satisfaciens non cadit.Specul.tit.de loca.§.j.uer.lxiiij.Limita istud,ut per Car.c.potuit. de loca.Item feudum non potest donari indistinctè, §.donare.qualiter feu.alie.po.emphyteusis potest donari, l. j. C. de fun.patri.lib.xij.glossi.fi.C. de iure emphy. Sed Bart.ibi tenet contrarium. Adde tamen Bar.Bald.Ang.& Imol.l.si domus.§.fi. ff.de leg.j.do.Abb.& alios c.potuit. de locato. Item emphyteuta potest in suo testamento disponere de emphyteusi, l.in cõuentionalibus.& ibi Bar.ff. de uer.oblig.quod non licet feudatario,c.j. de suc.feu.Item fœminæ non succedũt in feudo, c.j. de his,qui feudare pos. in emphyteusi autem succedunt fœminæ indistinctè, c. ij.& ibi Bal.si de feu.fiue.contro. Item emphyteusis dari potest in dotem,feudum non:Spec.ti.de loca.§.vj.uersi.ccxcij.Item in feudũ non succedunt muti, neq; surdi,& aliter imperfecti,c.j.an mulier,uel aliter imper.sed in emphyteusim sic:Lu.sing.clxxviij.Hodie fœmina.

¶ Liuellarius,meliùs Libellarius, an præscribat liuellum ? Vide per Felin.c.cæterùm.de iudic.uer.allegato,col.58.

liuellarij:causæ eorum deciduntur per iudicem ordinarium.Ita Feli. c.cæterùm.de iudic.uersi.nonò fallit.nu.12.col.prædicta.

¶ LOCATIO ad longum tempus, uel longissimum, æquipollet alienationi.Adde,quid si diceretur in longa locatione,quòd tot essent locationes, quot sunt anni ? dic tu , quòd ista cautela est nulla.Adde,quid si fieret locatio longa cum ista clausula, quòd de tẽpore in tempus possit reuocari,& confirmari,an ualeat talis locatio?

locatio beneficij facta ad longum tempus,an ualeat ? Vide per Felin. c. cùm super.de offic.deleg.uer. tertiò allegant. Bar. nume.6.colum.1130.

locatio canonici facta de præbenda sua, an transeat ad successorem? Vide , quæ posui in litera C. §. canonicus habet liberam administrationem. Et notabis , quòd canonicus differt ab alijs prælatis in hoc.

locatio non probat dominium : de quo per do.Abb.c.inter dilectos. de fide instr.pe.colum.uersi.gloss.in uerb.non sufficit.Dic tamen, quòd inter contrahentes ex locatione probatur possessio : do. de Rota in antiquis, decisio.cij.inci. Item nota,quòd instrumentum. Dic etiam , quòd perceptio pensionis non probat possessionem. Bar.l.quamuis.§. si conductor.la j. ff.de acqui.possef.Bart.l.litibus. C.de agri.& censi.lib.xj.Adde Feli.d.c. inter dilectos.uer.in tex.ibi,non sufficiebat.nu.8.col.925.parte ij.Quando autẽ conductor possit excipere cõtra locatorem de dominio,uide,quæ posui in litera C.§.conductio.

¶ Locus exemptus dicitur de diœcesi. Ita Fel. c.graue.de off.ordi.in prin.nu.2.col.1283.

locus iudicij debet esse tutus parti & aduocato:testi,& procuratori : gloss.est c.hortamur.iij.q.viij. Adde et iudici,tex.c.statuimus. de offic.deleg.in vj.Vide Felin.c.cùm R.de offic.deleg.in princip. nume. 1. colum. 1209. Adde etiam, quòd istud adeò uerum est, quòd si quis obligasset se posse conueniri,ubicunque inueniretur:qa tunc posset dicere,locus non est tutus.Ita Angel.l.cùm res.prin.ff. de leg.j.& Ant.de But.c.j.de iudic.ubi Imol. Vide per Felin. d.c. cùm R.sequen.uersi.col.1210. Pone, quòd habeat saluum conductum:& isto casu,quando haberet à iudice, qui eum banniuit, tenetur ire:quia saluusconductus tollit omnem timorem. Ita Bart.l. is,qui reus. ff.de pub.iud.uer.alteri ius quidem determinant. Sal. l.reos.C.de accus.xv.col.uer.expeditis contrarijs. Felin.d.c. cùm R.uersic.primò limita.num. 2.colum.ut 5. Adde ad ista,quòd sufficit,quòd locus iudicis sit tutus procuratori, licet non sit tutus domino.Ita probat tex.l.cùm olim. de testi.& ibi Feli.j. no.col.ead.

locus non tutus an excusat citatum , qui comparêre non uult . Vide, quæ posui in litera C.§.citatus.

locus celebrati contractus ponendus est in instrumentis:do.Abb.c.j. de fide instru.ij.col.uer. quintò debet. Adde Feli.ibi latè uer.item requiritur descriptio.nu.6.parte ij.col.882.

locus gaudet priuilegio ecclesiastico,eo ipso,quòd est ibi impositus p episcopum primus lapis , adeo quòd non possit ad humanos usus redire. Vide Felin.c.cùm adeo.de rescrip.uer.ad idem,quod no.c. ecclesia.nu.5.col.596.

loca exempta comprehenduntur in uniuersitate territorij,& populi,in fauorabilibus: non tamen in onerosis, nec in concernentibus ipsorum odiũ.et grauamen.Felin.c.Rodulphus.de rescrip.uer. & dum retuli proximè.nu.18. colum.991. quod consilium loquitur de donatione facta per illustrissimum dominium Venetorũ comiti Iacobo del Verno, de agro Sanguaneti in territorio Veronensi.

loca si sint expressa in instrumento solutionis , & postea subijciatur clausula generalis , intelligitur de locis non magis distantibus expressis.Ita Felin.c.j.de iudi.uer.secundò declara. nu.7. colum.11. Adde tu,quòd ego teneo opi.Felin.& sic contra Imol. ibi : & dico,si etiam facta sit specificatio per uerbum generale,uel uniuersale, restringitur secundum species præcedentes, ut non sit maior expressis.Ita tenet domi.Abb.consil.suo clxxx.incip. Si admittamus. Pro ista opin. allego duas decisiones in simili . Primò illud, quod per c.sedes.de rescrip.tenet Bar.l.sed & fi.§.quæsitum.ff.si quis cau.ubi dicit,debitor promisit de aliquibus casibus specificatis fortuitis : postea subdit uerbum generale, Et de omnibus,intelligitur de omnibus similibus specificatis.Secundò:illud,quod uult Ludo.Roma.consil.suo cclxxj.incip.Vis tota in similibus terminis.Tertiò allego doctrinam Bar.ubi etiam Bald.l.quoties. C. fami.ercis. ubi dicit, quòd uerba generalia indefinita recipiunt intellectum à specialibus præcedentibus.Facit,quod no.Bart.l.j. C. de hære.& actio.uendi. in fi. ubi dicit, quòd uerba generalia debent intelligi generaliter, nisi limitentur per præcedentia . Et sic concludo , quòd si debitor promisit soluere certis locis specificatis,& subdit,Et quibuscunque locis,intelligitur non de remotioribus expressis.

¶ Longum tempus dicitur decennium , ad hoc, ut præsumatur pro possidente beneficium,& quantum ad acquirendum beneficium, non autem,quantum ad solennitatem:quia requiruntur xxx. anni.Vide Felin.c.sicut.de re iudi.uer.cæterùm ne prædicta ruditer. nu.30.col.543.

¶ LVCRVM cessatum ex pecunia obligata in solutione nõ facta in loco, & termino promisso,de iure canonico põt peti : de quo uide,quæ posui in litera I.§.interesse lucri cessantis.

M

Magister Sententiarum: an sit liber authenticus,& quomodo potest allegari? Vide Io.An.c.debitum.de biga.

magister quis dicatur? Felin.de magis.c.j.nume.4.colum.1045.

¶ Magnitudo causæ sola an faciat uideri electam industriam personæ:& sic impediat subdelegationem? Innoc.c.fi.de offi.deleg.§.is autem.tenet,quòd sic. Adde tu Felin. d.c.fi.§.is autem.uersicul.utrùm autem sola magnitudo.ubi multa posuit in materia istâ, nume.4.col.1238.

¶ Maior:an dictio ista uerificetur in maiore scientia,diuitijs? an uerò in maiore ætate? putà,testator reliquit bona sua ad maiorem de certa domo,quomodo intelligatur? Ponit Feli.in rub.de maio.& obe.uer.si testator iussit.nu.12.col.1303.

maior,non tamen superior,potest puniri à minore,si deliquit in eius territorio.Fel.c.cùm inferior.de maio.& obe.uer. quòd autem ille,qui est maior.nu.2.col. 1361.

maior altero dicitur quis quatuor modis : nobilitate,diuitijs,potẽtia & honore:uide do.Abb.c.super eo. cl ij.de testi. uersi.no.quatuor qualitates. Adde Felin. d.c. super eo.uer.not.secundò ibi,superior.nu.4.col.683.

maior pars duorũ collegiorũ deputandorũ ad aliquẽ actũ,quæ dicatur? Vide,quæ posui in litera A.§.actus,qui debet expediri.

maior pars uniuersitatis,uel collegij,seu capituli canonicorũ,an semper noceat minori in actibus fiendis collegialiter? Vide,quæ posui in litera R.§.res communis pluribus,ut uniuersis.

¶ Maioritas quotuplex dicatur? Ponit Feli.rub.de maio.& obed.in prin.nu.1.col.1295.

¶ Mala

¶ Mala fides prædecessoris in beneficio, non nocet successori habenti bonam fidem. Ita do. Abb. c. de quarta. de præscri. ij. col. uer. no. singulariter istam glos. Et ratio est: quia successor non habet ius à defuncto, sicut habet hæres: glos. d. c. de quarta. & do. Abb. c. ij. de præscri. iiij. col. & c. cura. de iure patro. Imo. c. fi. de præscrip. iij. col. Adde, quòd contrarium tenuit glo. c. ij. de no. ope. nun. in glos. j. quæ dicit, quòd successor in dignitate succedit in uitium prædecessoris. Sed dic tu pro concordia istarum glos. quòd glos. d. c. ij. de ope. no. nun. præsupponit, quòd successor sciuit denunciationē factam prædecessori: & ideo succedit in uitio. Ita Ant. de Bu. ibi. Notabis ergo ex istis, quòd mala fides prædecessoris in beneficio nocet successori habenti notitiam de ipsa mala fide. Adde Felin. in ista materia d. c. de quarta. uer. non mirum, si mala fides. num. 23. col. 195.

mala fides prædecessoris in beneficio nocet successori: & hoc, quando ipse successor habebat notitiam de ipsa mala fide. De quo uide 5. §. mala fides prædecessoris non nocet successori.

mala fides, quæ superuenit post completam præscriptionem, an noceat in foro conscientiæ, adeo quòd præscribens teneatur ad restitutionem? do. Abb. c. uigilanti. de præscri. ij. col. uer. an autem mala fides. post multa tenet, quòd superuenientia malæ fidei post cōpletam præscriptionem non nocet in foro conscientiæ. Et idem ibi do. Card. & Imo. Adde ibi Fel. uer. superuenientia malæ fidei. numme. 11. col. 214.

mala fides dubia, quæ superuenit post cœptam præscriptionem, an interrumpat ipsam præscriptionem? an uerò requiratur, quòd sit mala fides firma? Vide, quæ posui in litera P. §. præscriptio an interrumpatur per credulitatem.

mala fides, quæ superuenit currente præscriptione, facit, quòd præscriptio non prodest. Tex. est c. uigilanti. de præscrip. & c. fi. eod. tit. & hoc de iure canonico: quod tenet expressè Felin. d. c. uigilanti. in uer. & no. quòd si probaretur. n. 12. col. 215. Adde, quòd de iure ciuili uidetur, quòd sit secus: quia mala fides superueniens nō impedit præscriptionem cœptam. Bar. l. j. C. de usuc. transfor. Adde, quòd Bar. l. naturaliter. ff. de usuc. ij. col. uer. sed superueniens. uidetur sentire aliter: quia dicit ibi, standum est iuri canonico: quia per superuenientiam malæ fidei interrumpitur præscriptio. Adde etiam, quòd mala fides non interrumpit Publicianam. Bar. l. eum, qui. §. prætor. ff. de Publ. Et hoc habet locum de iure canonico: quia per superuenientiam malæ fidei Publiciana nō interrumpit. Ita Bart. d. §. prætor. & Bal l. ancillæ. C. de furt. Vide additionem, quam posui ad Fel. d. c. uigilanti. uer. allegato, col. ead.

mala fides superueniens an semper interrumpat præscriptionem? Vide, quæ posui in litera P. §. præscriptio qualiter interrūpatur.

mala fides defuncti an impediat præscriptionem hæredis uolētis incboare eam de nouo? Do. Abb. c. diligenti. de præscri. viij. colum. uersic. sed circa. tenet indistinctè, quòd hæres utroq; iure non poterit præscribere eo casu, quo defunctus non poterat: quia ei succedit in ius defuncti: imo omne ius suum, quod causatur à defuncto, censetur in eodem iure cum ipso defuncto. Idem Anto. de But. d. c. fi diligenti. & Imo. c. fi. de præscri. iij. col. Bald. l. Pomponius. §. cùm quis. ff. de acqui. pos. Lud. consi. suo cxlix. do. Abb. cons. suo xix. incip. Quidam habens. ij. uol. do. Alex. consil. suo lxxxiiij. incip. In causa uertente. Adde, quòd contrarium tenuit Dy. regula, possessor. de regul. iur. in vj. uidelicet quòd uitium personale non transit ad hæredes, adeo quòd non posset inchoare nouam præscriptionem. Et idem tenet Bar. l. cùm hæredes. ff. de diuer. & tēp. præscrip. & l. uitia. ff. de acqui. pos. & Imol. c. illud. de præscri. ij. col. Pau. de Cas. consil. suo xlviij. incip. In causa, quæ uertitur. ult. col. & consil. suo cclxxxviij. incip. Visa suprà scripta. & Bal. l. eum, qui. §. in hac. ff. de Publicia. Adde tu, & dic, quòd prima opi. est uerior, & communis, reprobata opi. Dy. Vide Feli. d. c. fi diligenti. uer. Contra opi. famosam Dy. nu. 6. col. 347. Adde, & uide supra §. mala fides prædecessoris.

mala fides in præscribente inducitur ex sola impetratione priuilegij facta, præscriptione non completa, etiam quòd impetrans non sit usus priuilegio: do. Abb. c. ueniens. de præscri. vij. col. uer. glo. pe. Et hoc nota ad multa: qa animus alicuius cognoscitur ex sola impetratione rescripti, uel priuilegij: & hoc etiam sine usu. Adde Felin. d. c. ueniēs. uer. dū Ab. præ cæteris optimè gustat, n. 2. col. 355.

mala fides defuncti an impediat præscriptionem hæredis uolentis eam de nouo inchoare. Feli. de præscript. c. si diligenti. num. 6. colum. 347.

mala fides, quæ superuenit currente præscriptione, & non durat, an interrumpat præscriptionem? glos. f. c. fi. de præscrip. tenet, quòd non: quia si tempore præscriptionis habuerit quis conscientiam læsam, postea si incipit habere non læsam, quòd nō sit interrupta præscriptio. Et idem tenet ibi Inn. Do. Abb. ibi tenet contrarium, quem uideas, iij. col. uer. secundò principaliter. ubi dicit, quòd mala fides incidens, etiam quòd non durat, non solùm interrumpit præscriptionem, quantum ad tempus præcedens, sed etiam impedit, ne tempus currat in futurum. Et idem tenet Bald. d. c. fi. Adde Felin. ibi, nu. iij. uers. secunda declaratio. num. 3. col. 360. & inde: ubi adducit multa contra opin. do. Abb.

¶ Malè ablata quando licitè possunt retineri? Vide, quæ posui in litera N. §. naufragium repertum.

malè ablata an possunt restitui, tam de incertis, quàm de certis, sine licentia episcopi diœcesiani? Vide, quæ posui in litera R. §. restitutio malè ablatorum.

¶ Malus semel an semper præsumitur malus? Vide, quæ posui in litera B. §. bonus quis nō præsumitur, ubi agitur de utilitate animæ.

malo emandato an præferatur ille, qui semper fuit bonus? Feli. c. eam te. de rescri. uersi. in fidelitas. nu. 12. col. 481.

¶ Mammilla in muliere, an sit membrum? Bal. l. data opera. xij. col. C. qui accus. non pos. tenet, quòd in muliere sit membrum: secus in homine. Adde Fel. c. cùm illorum. de sent. excom. uersi. Item mammilla in muliere. nu. 11. col. 1200.

¶ Mandans delictum fieri in certo loco, putà ciuis Venetus stando Venetijs mandauit uni, ut interficiat ciuem Paduanum Paduæ, an subsequuto delicto per mandatarium posit mandans conueniri in loco, ubi erat, quando mandauit, uidelicet Venetijs? domi. Abb. tangit q. istam c. fi. de fo. compe. xj. col. uer. circa hoc quærit. & c. j. de præsump. ult. col. uersi. no. ex hoc. Et istis locis concludit, quòd non potest conueniri. Idem tenet Bar. l. non solùm. §. mandato. iij. col. ff. de iniur. & l. si ut proponitur. ff. de fideiusso. Et ratio est: quia ex mandato solo quis non punitur, & etiam inter mandantem & mandatarium nulla fuit contracta obligatio, l. si remunerandi. §. rei turpis. ff. manda. Adde, quòd idem tenuit Feli. d. c. j. de præsump. uer. fallit etiam. nu. 14. col. 1031. parte ij. Adde, & uide additionem, quam posui ad Felin. d. c. j. de præsump. d. uer. colum. ead. ubi habebis ueritatē istius dubij: & uide, quæ posui 5. in mandatum rei turpis.

mandans an ex solo mandato posit puniri? putà, quis mandauit maleficium fieri in certo loco, quod non est tamen secutum, an posit puniri ex isto solo mandato? Tex. uidetur dicere, quòd non, l. apud Labeonem. §. si curauerit. ff. de iniur. Et idem tenet do. Abb. c. j. de præsump. ult. col. uersi. no. ex hoc. & ibi Fel. uers. fallit etiā. ubi 5. uersi. proxi. Pro ueritate istius q. uide additionem, quam posui ibi ad Fel. d. uer. col. ead.

mandans uerberari, si inde mors sequatur, an debeat puniri de homicidio. Text. c. fi. de homici. in vj. tenet, quòd sic. Tu pro limitatione illius text. dic, quòd quando mandatarius potuit seruare mandatum, quòd tunc mandans non est puniendus de homicidio. Bal. l. non ideo minus. de accusa. ij. col. Imo. c. sicut dignum. de homi. Fel. c. uniuersitati. de senten. excommu. in princip. nume. 1. colum. 1186.

¶ Mandatum principis si est scandalosum, seu sperator de turbatione Christianitatis, non ualet. Vide de hoc in litera P. §. princeps si mandat.

mandatum generale continet in se id, quod est de consuetudine. Feli. c. cùm M. de consti. uersic. & quia ad hunc locum. nu. 6. col. 200. ubi plura exempla ponit. Adde Bart. l. si fraudator. ff. de his, quæ in frau. credi. j. col. uer. præterea.

mandatum expirat morte mandatarij, uel mandantis. Feli. c. eam te. de rescri. uer. prima differentia. nu. 10. col. 478. Fallit hoc, quando mandatur aliquid, quod quis habet facere ex officio. Vide Bar. l. fundi. §. item si amicus. ff. de acqui. pos.

mandatum. Istud uerbum non est præceptiuum. Feli. c. eam te. de rescri. uer. inter mandatum & præceptum. nu. 9. ibidem. Adde Bar. l. omne uerbum. C. communia de leg. in not.

mandatum dicitur satis seruatum, quando mandatarius, uel iudex facit actum propinquum seu uicinum mandato. Ita do. Abb. c. causam. de re iud. ij. col. uer. oppono contra tex. Et hoc modo limitabis tex. c. dilecta in Christo. de rescrip. & l. diligenter. ff. manda. ubi dicitur, quòd mandata sunt diligenter custodienda. Adde Fel. d. c. causam. uersi. actus contiguus. & ibi ponit, quæ dicantur contigua mandato, nu. 5. col. 493.

mandatum procuratoris expirat morte mandantis, re integra. Hoc tenuit do. Abb. c. relatum. de offic. delega. j. no. numer. 1. & ibi dicit, quòd res dicitur integra, respectu mandati procuratoris, quādo lis non est contestata. Adde tamen, q. istud mandatum procuratoris, quod expirat re integra morte mandātis, fallit in multis casibus: primò fallit in mādato ad piās causas, ut mandatur alicui, ut dotaret ecclesiam, & iste constituens moritur re integra, hoc mandatum non expirat. Vide Bal. auth. si qua mulier. ult. col. C. de sac. san. eccle. & l. mādatum. C. mā. Fel. notabiliter, d. c. relatū. in princ. col. 1102. Secundò fallit fauore dotis: quia mādatum factum ad dotandum mulierē de bonis constituentis: quia si moritur constituēs, non dicitur reuocatum mandatum. Bald. c. cùm uenissent. ij. col. de testi. & tex. optimus. l. si ego. ff. de iure doti. Adde Fel. d. c. relatum. uer. secundò fallit. nu. 2. col. 1103. Tertiò fallit in mandato facto fauore constituētis, utputà cōstituo procuratorem, ut accipiat tenutam unius possessionis. non reuocatur mandatum per mortem cōstituentis. Ita Inno. c. in causis. de elec. & c. constitutus. de concess. præben. Fel. idem tenet d. c. relatum. uers. tertiò fallit. ubi 5. num. 3. col. ead. Adde, q. fallit in alijs casibus, quos uide enumeratos per Fel. d. c. relatum. col. ut 5. & seq.

mandatum procuratoris, & mandatum iudicis delegati, æquiparantur. Tex. optimus l. & quia. ff. de iurisd. om. iu. Inn. c. cùm olim. Ab. de off. dele. Bona gl. c. ex parte decani. de rescrip. uerbo, suspicione. quæ dicit, q. sicut delegatus iudex potest recusari, ut suspectus, ita & procurator. Adde Feli. c. relatū. uersi. utrum sit bona æquiparatio. nu. 4. col. 1103. qui ibi idē tenet. Adde tu, quòd multæ sunt differentiæ inter mandatum procuratoris, & mandatum iudicis deleg. Prima differentia est, quòd mandatum procuratoris nō potest reuocari post litem contestatam, nisi re cognita, ut c. ij. de procu. in vj. iuncta gl. & l. post litem. ff. de procu. Secus est in mandato delegati: quia quādocunq; reuocari potest, l. iudicium soluitur. ff. de iudi. & ibi gl. Istud optimè declarat Fel. Idem tenet d. c. relatum. uer. prima differentia. Ibidem, nu. 5. Secunda differentia: Mādatum procuratoris expirat ante litem contestatam morte mandantis: gl. uerbo, re integra. cle. fi. de procu. secus in delegato: quia sola citatio facit perpetuari iurisdictionem, ut c. gratum. de offic. dele. Fel. idem tenet d. c. relatum. uer. secunda differentia. nu. 6. Ibidem. Tertia: Mandatum procuratoris ad petendum restitutionem in integrū requiritur esse speciale mādatum, l. illud. §. j. ff. de min. secus, in delegato: quia sufficit generale mandatum, ut possit cognoscere de causa restitutionis in integrū, l. fin. C. ubi, & apud quē in integ. rest. pos. Ita Fel. d. c. relatum. uers. tertia. nu. 6. col. 1104 Quarta differentia est, q. mandatū procuratoris est bonæ fidei: iurisdictio delegati est stricti iuris. Io. An. c. gratū. de off. dele. Fel. d. c. relatū. uers. quarta: Mandatū. nu. 7. col. ut 5. Quinta: Mandatū procuratoris expirat morte mandantis, etiam non intellecta eius morte, l. si præcedente. ff. man. licet duret actio, cum quo contraxit procurator cōtra hæredem illius, pro quo agit: secus in delegato: quia non finitur eius mandatum, nisi habita notitia de morte delegantis; ut d. c. gratum. & Fel. idem tenet d. c. relatum. uersi. quinta differentia. nu. 7. ibi. sexta differentia est: quia delegatus datus ad causas motas & mouendas non potest cognoscere de causis mouēdis ex iure nouiter orto ex rescripto. Ita Fel. d. c. relatum. de offic. dele. uer. sexta differentia. nu. 8. ibidem. Secus est in procuratore: quia si est datus ad lites motas, & mouēdas, poterit etiam agere super lites mouendas ex nouo iure, quod nō erat cognitum tempore, quo fuit constitutus procurator. Ita Fel. d. uer. septima differentia est, q. si procurator, qui potest substituere, si substituit alium, procuratorem, & moriatur, antè quàm procurator substitutus acceptauit, tamen non expirat talis substitutio: secus in delegato: quia subdelegatio expirat, si non sit usus iurisdictione ante mortem delegantis, c. si à subdelegato. ff. de off. deleg. in vj. Vide per Feli. d. c. relatum. uersi. septima differentia. Ibidem, nu. 9. Adde etiam & aliam differentiam inter procuratorem & delegatum, quia si procurator fuerit substitutus, & acceptauit, non poterit reuocari, etiam si non sit usus procurationis officio, c. is, qui. de procu. in vj. Secus est in delegato: quia poterit reuocare subdelegatum, qui acceptauit, dum modò non sit usus mandato. c. quamuis. de offi. dele. in vj. Et de istis differentijs uide per Fel. d. c. relatum. de offi. deleg. uers. ultimò. nu. 5. col. ut 5.

mandatum procuratoris, etiam q. non sit obseruatum, obligat dominum: & hoc, quando ipse procurator excessit fines mandati domino sciente et non contradicente. Vide, quæ posui in materia ista in litera P. §. procurator, qui fines mandati.

mandatum factum procuratori, in quo dominus promittit habere ratum, quod legitimè factum fuerit per procuratorem, tale mandatum nō ualet: quia debet dicere, Habebo ratum, quicquid factum fuerit per procuratorem. Ita Bar. l. quæ omnia. §. planè. ff. de procu. gl. cle. j. de procu. uerbo, debito modo. Est melior gl. c. relatio. uerbo, canonicæ. xxj. q. j. & Lud. sing. cxxxix. incip. Promitto ratum. & concilio suo inci. In Christi, &c. mādatum mihi ostensum. Fel. c. cùm olim. el j. de offi. dele. uersi. tertiò intellige. num. 10. col. 1200. Adde tamen, quòd si pars non opponit, tale mandatum nō erit nullum. Ita do. Abb. c. fi. de dilatio. iiij. col. uersic. quæro, quid operantur ista uerba. & Bald. ibi, & Felin. idem tenent loco allegato, col. ead.

mandatum procuratoris quando dicatur dubium, adeo q. dubitatur, quòd sit, aut non sit: do. Abb. c. coram. de offi. deleg. iij. col. uersic. sed notabile dubium est. dicit, quòd glo. l. j. C. de procu. dixit, quòd si quis se asserit procuratorem esse, & aduersarius negat, oritur dubium de mandato. Adde, quòd dubium oritur de mandato, quādo ille, qui dicit, Sum procurator, ostendit iura facientia ad causam. Text. est d. c. coram. ibi, cùm instrumentis eiusdem ecclesiæ & Inno. ibi: & Doctores omnes d. c. coram. Bartol. idem tenet. l. uulgo. in fine, ff. de admi. tut. & l. iij. §. causæ. ff. de Carbo. edic. Bald. & Ange. l. Mæuia. ff. soluto matri. & Imol. ibi. Imo. etiam c. j. de procu. Pau. de Castr. l. j. C. de procu. Adde tamen, quòd Salic. & Bald. l. j. C. de procura. tenent contrarium per rationem, quam ponunt ibi. Et Anton. de But. tenet idem d. c. coram. Tamen communis opin. est prima. Adde Felin. d. c. coram. uersic. quando dicatur dubium de mandato? nu. 9. col. 1207. Et ibi tenet primam opinio. & dicit, q. est communis. Limita istam communem opi. nisi ille, qui dicit, q. est procurator, & ostendit iura facientia ad causam, esset persona domestica, & cohabitans domino, non facere dubium ostendendo iura. Lud. Ro. consi. suo cccxlvj. incip. Primus propositæ consultationis. Adde Fel. d. c. coram. uer. antè dicto. col prædicta: ubi ponit & alias multas fallentias. Vtilitas istius dubitationis est: quia quando est dubium de mandato, admittitur procurator cum cautione rati, ut l. j. C. de procu. & l. non solùm. §. qui alieno. ff. eo. ubi Bar. uersi. fallit. & tex. c. j. de procu.

mandatum procuratoris fit dubium, quando negatur notarius, qui confecit mandatum, fuisse notarius: quia tunc isto casu, cùm dubitatur, admittitur procurator cum cautione rati. Ang. l. j. C. de procu. Fel. c. coram. de offi. dele. uer. tertiò fit dubium de mandato. nu. 10. col. 1208. Adde, q. fit dubium de mandato, quando negatur, q. ille, qui præsentat mandatum, sit ille, de quo loquitur instrumentū procura. Ita Fel. loco allegato, col. ut 5. ubi etiam ponit unam fallentiam, nisi ueniret de partibus remotis.

mandatum rei turpis: an ex mandato turpi oriatur actio? do. Abb. c. bonæ. el ij. de postb. præla. iiij. col. uer. no. benc. tenet, q. non. Idē tenet Fel. c. j. uer. & dicit Ab. c. bonæ. el ij. nu. 9. ut lite non contest. col. 319. Adde, quòd Bar. tenet idem l. iij. §. si procurator. ff. quod quisq; iur. Et sic no. ex istis, quòd qui mandat, non uidetur propriè facere. Adde: q. opi. Bar. ibi est reprobata. Vide ibi do. Alex. sed nō eundo per mendicata suffragia. Est tex. c. mulieres. de sent. excom. qui confundit illam doctrinam Bar. & per consequens tollitur opi. do. Abb. & Fel. ubi suprà.

mandatum non ita astringit, sicut facit præceptum: de quo uide, quæ posui in litera P. §. præceptum magis.

mandati fines non dicuntur excessi, si istud, in quo excedit, sit uicinum mandato. Fel. c. cùm dilecta. de rescri. uer. limita secundò, nisi iudex. nu. 12. col. 702.

¶ Manus arida membrum est, etiam q. non habeat uitam. Bonus tex.

c.ſicut urgeri.j.q.j.Io.An.reg.in pœnis.de reg.iuris.in vj.Sal.l.ij. C.ut intra certum tempus. Vide Fel.c.j.de calum. uerſi. item tenet ibi Ange.nu.1.col. 949.& ſequ.col.950.qui allegat Bald.c.j. de prob.ſeud. alie. per Lotha.qui ibi nihil dicit, ſed bene hoc tangit Bal.l.j. ult.col.C.de edi.diui Adri.tol.

manus arida dicitur membrum. Ita Fel.c.inter cæteras.de reſcr.uerſi. aduerte tertiò:quia nu.8.col.434.Adde,ſi iudex debet punire reũ pœna abſciſsionis manus,an poterit facere, ut manus arida abſcindatur? Vide Feli.ubi ſ̄.col.eadem.& inde.Adde hîc Bald.l.j.C.de edi.diui Adria.ult.col.qui dicit,quòd ſtatutum imponens pœnam, debilitanti membrum alicuius,non habet locum in debilitante mẽbrum inefficax.

manibus proprijs facias:iſta uerba poſita in reſcripto commiſsionis, an importent,q ſit electa induſtria perſonæ.Vide,quæ poſui in litera P.§.perſonaliter,uel per te.

¶ Maranatha anathema: quid importet iſtud uerbum,uide,quæ poſui in litera A.§.anathema maranatha.

¶ Mare eſt de iuriſdictione illius ciuitatis,ubi ,ppinquius eſt,& ſic attribuitur terræ uiciniori. Bal.c.licet.de proba.Vide gl.c.ubi periculum.de ele.in vj.uerbo territorio.Io.And.c.ij.de conſti.vj.Adde Fel.d.c.licet.in prin.nu.1.col.472.par.ij.

¶ Marianus Socinus fuit doctor ſubtilis. Fel.de accuſ. c. qualiter & quando.lo ij.nu.1.col.903.

¶ Maritus,qui habuit in dotem uillam,in qua erat iuſpatronatus,an poterit præſentare clericum?an uerò præſentatio ſpectet ad uxorem? Vide,quæ poſui in litera P.§.præſentatio clerici.la ij.

maritus confitens dotem ſibi numeratam,non ſibi præiudicat, quando eam non recepit.Fallit,&c. Fel.de fid.inſtr.c.ſi cautio.nu.74. col.1006.

maritus,qui ex forma ſtatuti lucratur dotem, ſi uxor moritur ſine filijs,an habet locum iſtud ſtatutum, quod loquitur de morte naturali,etiam in morte ciuili,putà in uxore, quæ eſt ingreſſa religionem.Pe.de Anc.conſi.ſuo cclxviij.inci. In Chriſti nomine : Prò & contrà.tenet, q non: quia ſtatutum intelligi debet de mortuo propriè.Et idem uidetur ſentire Fel.rubrica,de ſpõſalib.uer. & adducit.nu.2.col.711.Adde,q ego teneo indubitanter contra opi. Pet. de Anch.d.ſuo conſi.& moueor uiua ratione:quia habeo,q mors ciuilis & naturalis æquiparantur,l.ſi deceſſerit.ff.qui ſatiſd. cog. ibi,ſi deceſſerit,aut ciuitatem amiſit.Facit l.j.§.pe. ff.de cõtra tab. Et ideo ſi uxor ingrediatur religionẽ ordinis Mendicantium,maritus tunc lucrari debet dotem ex forma ſtatuti,ſicut ſi naturaliter eſſet mortua.Idem tenet Bal l.Deo nobis.C.de epi.& cleri.iij. col. Pau.de Caſt.ibidẽ:& idẽ cõſuluit do.Iaſ.May.ĩ ciuitate Veronẽſi.

maritus ſi contrahit matrimonium cum uxore aduena,& ipſe maritus habet in ſua ciuitate ſtatuta,uel conſuetudines circa ſolennitates matrimonij,uel ſolutiones dotis , & finaliter ipſa uxor habet ſtatuta & conſuetudines contrarias circa ſolennitatẽ matrimonij, uel ſolutiones dotis,quæ ſtatuta,uel conſuetudines erunt ſeruãdæ circa ſolennitates matrimonij,uel ſolutionis ipſius dotis,an mariti?an uerò uxoris?Ponit Fel.latè c.j.de ſpon.uerſi.circa ſecundum principalem.nu.23.col.728.

maritus excommunicatus an poſsit repetere uxorem in iudicio.Hoſt. in ſumma tit.de reſti. ſpo.§. quando.uerſic. quid ſi uir.tenet,q ſic. Contrarium eſt uerum:gl.c.quoniam.xj.q.iij.Feli.c. inter alia. de ſent.excom.uerſ.nunquid maritus.col.1197.

maritus,qui lucratur dotem ex forma ſtatuti,mortua uxore, de qua dote debet intelligi?an de promiſſa,an uerò de ſoluta? Vide, quæ poſui in litera S.§.ſtatutum,quod diſponit.

maritus quam iuriſdictionem & poteſtatem habeat in uxorem ſuã? Vide Fel.c.cùm contingat.de foro comp.uerſ.quam coerctionem. num.7.col.229.

maritus an poſsit uendicare uxorem? uidetur dicendum, q non:quia rei uendicatio competit domino: tamen, quia uxor eſt libera, & non ſerua,uide do.Abb.c.illud.de præſum.viij.col.uer.oppono ſecundò.Et pro iſta opi.do.Abb.facit dictũ Bar.l.j.§.ſi.ff.de iniur.in prin.Vide Fel.d.c.illud.num.1.col.1063. Adde & dic, q maritus poteſt iudicare uxorem,adiecta cauſa, de iure diuino & canonico.Ita do.Abb.c.illud.uer.ſed conſidero.Adde Fel. ibi. j. notabili, nu.2.col.1064.

maritus an lucretur medietatẽ dotis,ſi uxor ſua moriatur,antè quàm ſit traducta ad domum ipſius mariti, ſtante ſtatuto in ciuitate aliqua,quod diſponat ſic: ſi uxor deceſſerit ſine filijs, dimidia pars ſuarum dotium remaneat apud maritum, an tale ſtatutum habeat locum in ea uxore,quæ adhuc non fuit traducta ad domum mariti?& uidetur dicendum,q ſic: quia matrimonium dicitur eſſe perfectũ,& dicuntur coniuges,& dicetur mortua uxor, non autem ſponſa.Et idem ſentit Bar.l.cùm pater.ff.de parrici.ubi dicit,q appellatione uxoris uenit ſpõſa deſpõſata per uerba de præſenti. Et idẽ tenet gl.c.ij.de tranſ.præla.uerbo,electorũ.glo.c.canonica. de ſen.excõ.uerbo,duximus.Vide do.Ab.c.tertio loco.de præſum.ij. col.uerſ.ultra alios.& ibi Fel.in prin.nu.3. col.1076. par.ij. ubi ponit multa,quæ faciunt ad hoc propoſitũ.Adde, q contrariũ tenuit Bal.l.non ſine.in prin.C.de bo.quæ lib.& authẽ. dos data.ij. col.C.de dona.ante nup.Idẽ tenet Pe.de Anch.in repe.c.j.de conſt. uer.quæro.de quæſtione Salic.l.cùm te.C.de dona.ante nup.& do. Ab.d.c.tertio loco.in fi.Vide Fel.d.c.tertio loco.uer. cõtra ſiã partẽ.nu.2.col.1074.ubi latè proſequitur materiã iſtam . Adde Bar. quæſtione iſta.l.nihil.ff.re.amota.Cy.l.non ſine.Pau.de Caſt.l.ſi donaturus.ff.de cõdi.ob cau.Bal.l.Deo nobis.C.de epiſcopis et cleri. Ang.l.ſolet.ff.de his,qui no.infã.Pau. de Caſt.l.ſi hoc ita.§.j. ff. de re iudi. Adde,an iſtud ſtatutũ habeat locum in ſpõſa promiſſa per uerba de præſenti,quæ ingreſſa eſt monaſteriũ,antè quàm ſit traducta ad domum uiri , utrùm maritus lucretur medietatem dotis ex quo ſponſa eſt facta monacha. Sal.d.l.cùm te.in fi.tangit q iſtã, & tenet,q non.Fel.d.c.tertio loco.uer.& per allegata in contrarium.col.1076.trãſit cum opi.Sal.Vide tu additionẽ, quam poſui ad Fel.d.c.tertio loco.d. uer . ubi habebis ueritatẽ iſtius quæſtiõis.

mariti appellatione nõ ueniunt ſponſalia de præſenti in materia odioſa:ſecus,ſi agitur de materia fauorabili:quia tũc ueniunt ſponſalia de futuro:De quo uide quæ poſui ĩ litera V. §.uxoris appellatiõe.

marito quando non competat exceptio non numeratæ dotis. Felin. c.ſi cautio.de fid.inſt.nu.82.col.1008.

¶ Maſculinum quando concipiat fœmininum. Vide,quæ poſui in litera E.§.emphyteuſis accepta.& ibi ad plenum uidebis.

maſculinum an comprehendat fœmininum? Vide per ſcribentes l. j. ff.de pac.& l.omnes populi.ff.de iuſt.& iure.Bal. l. quicunq;.C. de ſer.fug.iiij.col.& l.ſi ſeruus.C.commu.de ſucceſ.do.Car. cle. j. ij.col.de elect.& cle.j.de conſangui.& affini.v.oppoſi. Adde Fel. c.de monialibus.de ſen.excom. uer. ſed an maſculinum.col.1202.

¶ Mater & filia ſimul mortuæ ſunt:pone,quòd ambæ fuerunt ſuffocatæ,uel in mari proiectæ,quæ earum præſumitur primò mortua, ad hoc,ut hæreditas tranſmittatur? Vide Feli. c. capitulum.de reſcri.uer. de duobus pacem pariter frangentibus.nu.20.col.881.

mater ſemper certa eſt,dicit do.Abb.c.per tuas.de prob.iij. no. Idem tenet Fel.ibi.nu.3.uer.no.tertiò.col.505.par.ij. Adde tu , q hoc non ſemper uerum eſt:nam infantes,qui ſunt expoſiti ad hoſpitale,eorum pater & mater ignorantur,& etiam locus originis. Ita Bar.l.j.ff.ad municipa.uerſi.ueniamus ad ultimam.& ibi quærit, an ſint municipes illius ciuitatis,ubi ſunt expoſiti ? & ibi tenet, q ſic.Adde Bar.l.quia.ff.de in ius uoc.

mater an poſsit teſtificari in cauſa filiæ, quando ipſa filia petit aliquẽ in uirum:do.Ab.c.ſuper eo.el ij.de teſti.iij.col.uerſi.no.tunc.dicit, q ubi eſſet modica diſparitas inter uirum & filiã:q tunc admitterentur parẽtes ad teſtificandũ ſuper cõtractu matrimonij. Et iſtud idẽ tenet gl.d.c.ſup eo.ĩ gl.j.circa mediũ.Poſtea ſubdit ibi do. Ab. q etiã,ubi eſſet diſparitas inter uirũ et filiã,q etiã parẽtes poſſent admitti: putà, quando dicti parentes eſſent ualde honeſti , & pro dicto ſuo eſſent aliquæ circunſtantiæ:& hoc dicit:quia arbitrariũ eſt,quæ fides ſit danda teſtibus. Adde Fel.d.c.ſuper eo.uer.in ea.gl. in fi.nu.7.col.685.part.ij.qui tranſit cum opi.do.Abb.

mater non poteſt accuſare filium, niſi filius cogitaſſet inferre iniuriã matri,l.propter.C.qui accu. Fel.c. accuſaſti.de accuſ. in uer. circa matrem dicas.nu.3.col.771.

¶ Matricula notariorum an probet creationem notarij? Vide Bal. l. ij.C.de ſen.& interlo.om.iud.& l.Barbarius.xij.col.ff.de off.præſid.Sal.l.ſcriniarios.C.de teſta.mili.Adde tu Fel.c.j. de fide inſtru. uer.an autem per matriculam.nu.19.col.886.parte ij.

¶ Matriculatus alicuius artis gaudet priuilegio,licet ipſam non exerceat.Ita Fel.c.clerici.de iud.uer.pro hoc facit optimè tex.l.j.num. 3.col.77.

¶ Matrimonium inter uirũ & uxorem probatur per iſta duo ſigna: uidelicet,quando ſimul cohabitant in lecto & in menſa: do.Ab.c. illud.de præſum.pe.no.Et ideo dicit do.Ab.ibi , q ſi maritus tenet uxorem extra lectum,& menſam,& nõ tractat eam , ut uxorem, poteſt aſtringere uirũ,ut tractet eã,ut uxorẽ:de quo uide do. Ab. loco præalleg.& ibi Ant.de Bu.& Imo.& Fel.etiã d.c.illud.uerſ. quartò.nu.10.col.1067.part.ij.Adde,q in quantũ dixi,q matrimonium probatur per iſta duo ſigna,q Bald.c.tranſmiſſa.de reſt. ſpo.ij.col.dicit, q eſt periculũ diuinare de matrimonio per ſigna, etiamſi quis teneat mulierem in lecto & mẽſa. Vide Fel. d.c.illud. uer.Adde iſtis Bal.nu.11.col.1068.

matrimonium qualiter probetur? Vide Fel.c.illud.de præſum.uerſ.ultimò,quo ad principalem.nu.12.col.ead.parte ij. ubi ponit multa circa materiã iſtam:& ibi dicit,q do.Abb.d.c.illud. loquitur clariùs cæteris.Adde Bal.l.ij.C.de ſerui.& aqua.xix.col. et ibi dicit, q nemo præſumitur maritus,niſi probetur. Et Inno.c.ex parte.de reſt.ſpo.circa fi.dicit,q ſola nominatio, quam faciunt cõiuges inter ſe,non probat matrimonium.Bal.tamen c.ex tranſmiſſa.de reſti.ſpolia.ij.col.dicit,q de iure ciuili ex nubili præſumptione præſumitur matrimonium inter perſonas honeſtas,& q talis præſumptio ſufficit filijs ad ſuccedẽdum:ſecus de iure canonico,dicit ipſe: de quo uide Fel.ubi ſ̄.

ſuper Matrimonium contractum per uerba de præſenti, & etiam cõſummatum,Papa diſpenſat ex cauſa.Fel.c.quæ in eccleſiarum. de conſti.uer.& hinc eſt,q in matrimonio.nu.20.col.132. Adde,an Papa poſsit dare licentiam , ut qui contraxit per uerba de futuro, ut contrahat per uerba de præſenti cum alia,dimiſſa prima. Vide Hoſt.in ſumma,ti.qui clerici,uel uouen.§.quis uouẽs.uer. uidetur igitur,quòd ſummus pontifex.

matrimonium contractum turpiter,putà ſine conſenſu patris,matris & propinquorum,an poſsit puniri per ſtatutum laicorum? Vide, quæ poſui in litera S.§.ſtatutum laicorum puniens.

matrimonium contractum cõtra prohibitionem Papæ , uel eccleſiæ, an ſit nullum?dic,q aut prohibitio eſt perpetua,aut temporalis:ſi perpetua,nullum eſt matrimonium:ſi temporalis,ualet matrimoniũ.Vide Fel.c.ex parte.de cõſt.uer.quartus caſus.nu.6.col. 329.

matrimonium contractum poſt reuocationem procuratoris dati ad contrahendum,an ualeat? Vide,quæ poſui in litera R.§.reuocatio procuratoris.

matrimonium ſpirituale contractũ per procuratorẽ reuocatũ,cui tamen non fuit intimata reuocatio,an ualeat? Vide,quæ poſui in litẽra R.§.reuocatio procuratoris conſtituti ad acceptandum.

matrimoniũ malè ſeparatũ ſi ſit , auditur quilibet de populo ad illud reſtaurandum.Ita Fel.c.dilecti.de maio.& obe. uer.ad inſtaurandum matrimonium malè ſeparatum.nu.2.col.1349.

matrimonium non conſummatũ, an poſsit diſſolui per uitam eremiticam.Ponit Fel.c.ij de ſo.comp.uer.Eremitæ ſunt de foro.nu.5.col. 177.Adde,quæ poſui in litera E.§.eremitica uita.et ibi poſui multa bona,quæ faciunt ad deciſionem iſtius quæſtionis.

matrimonium contractum ſine ſpe prolis,non eſt matrimonium: ſed uocatur connubium.Ita Fel.c.cùm ſit.de ſo.compe.uerſic. demum ſcito.nu.15.col.202.

matrimonium Iudæorum:ſi in eo oritur lis,ea eſt dirimenda per epiſcopum loci.Ita Fel.c.cùm ſit.de foro compe.nu.18.uerſic. ex hoc infert.col.ut ſ̄.

ſuper Matrimoniũ contractũ inter coniunctos cognatione ſpirituali, an Papa diſpenſat:utputà inter compatres.Vide per Fel.c.at ſi clerici.de iud.uer.ſecundò limita.nu.13.col.41.

matrimonium contractũ patre cogente,ualet,& tenet:& hoc, quando coactio fuit leuis,uidelicet ſolùm per uiam indignationis. Iſtud probatur l.ſi patre.ff.de rit.nup.c.cùm locũ.de ſponſa.& c.quoties,de pac.in vj.& c.cùm contingat.de iureiur.In quibus iuribus requiritur probatio metus,ad hoc,ut contractus irritetur: quia ſola reuerentia non irritat cõtractum:& hoc expreſsè tenet do.Ab. c.nónne.de præſum.iij.col.uerſ.ſed mihi.ubi dicit , q matrimoniũ contractum per patrem in præſentia filij tacentis,ualeat:& ſic ſola reuerentia paterna non irritat contractum,ſed requiritur uiolentia:putà,q pater eſt terribilis homo,& ſolet malè tractare filios,qui contradicũt ipſi patri:et ſic do.Ab.loco præalleg.deſtruit doctrinam Bar.l.j.§.quæ honorandæ,ff.qua.rerum act.nõ da.ubi Bar.uolebat, q per ſolam reuerentiam irritaretur contractus. Et idem tenet Bar.l.tranſactionem.C.de tranſac.Vide per Fel.de materia iſta diffuſè.d.c.cauſam matrimonij.de off.dele.n.2.col.1092. Adde,q iſtud,quod dicitur de patre,q poſsit contrahere matrimonium pro filio,non habet locum in alijs conſanguineis.Ita Io.An. c.j.de deſpon.impub.in vj.

matrimonium eſt priuilegiatum: & primò in cauſa matrimonij proceditur ſummariè:cle.diſpendioſam.de iud.Item ſententia in cauſa matrimonij nõ tranſit in rem iudicatam,c.lator.de re iud. Item in cauſa matrimoniali poſt concluſionem in cauſa & publicatis atteſtationibus licitum eſt producere teſtes : do.Abb.c.ſicut.de teſti. Fel.rub.de ſponſa.uerſi.poſtremò.Item in cauſa matrimoniali teſtes idonei non ſufficiunt,ſed requiruntur omni exceptione maiores.Tex.eſt c.literis.de teſti.Fel.rub.de ſponſa.uer.quartò,in cauſa matrimoniali.nu.5.col.712.Item in cauſa matrimoniali conuẽtus non poteſt opponere ſpoliationem rei priuatæ.Spe.tit.de peti. & poſſe.§.j.uer.quid ſi ago.Hoſt.in ſumma , in tit.de reſt.ſpo.§. quoniã.uer.quid ſi uir.Inn.c.cùm dilectus.de ord. cogn. Fel.ubi ſ̄. col.ead.Item cauſa matrimonij non eſt compromiſsibilis: et ſic nõ poteſt expediri per compromiſſum,c.cauſam.de reſt.in integ. Itẽ in cauſa matrimonij,quicquid eſt expeditum per procuratorẽ reuocatũ,non ualet,etiãſi ipſe procurator ignorauerit reuocationẽ c.fin.de procur.in vj.Fel.d.rub. uer. ſeptimò. Geſta per.nu.6.col. 713.Item in cauſa matrimonij iura canonica ſemper præualent lẽgibus,etiam in terris imperij.Tex.§.hinc colligitur.ij.q.iij.ubi Archi.& Domi.de ſanct.Gem.Fel.ubi ſ̄.Itẽ in cauſa matrimonij ſingularis opinio unius doctoris authentici pro matrimonio,præualet communi opinioni,quæ eſt contra matrimonium.Hoſt.c.ſi uir. de cogna.ſpiri.Fel.rub.de ſponſa.uerſi.nonò,in cauſa matrimoniali.nu.7.ibid. Item in cauſa matrimonij poteſt procedi die feriata: gl.xv.q.iiij.in ſumma:Fel.ubi ſ̄.Item in cauſa matrimonij confitẽs poteſt reuocare ſuam confeſsionem?Pet.de Anch.conſi.ſuo ccviij. inci.Ego. Fel.d.rub.uer.undecimò,licet confeſsio.ibi.n.8.col.ut ſ̄. Item in cauſa matrimoniali non poteſt opponi,q excommunicatus contraxit matrimonium : quia matrimonium contractum per excommunicatum,ualet.Fel.ubi ſ̄.Item in cauſa matrimoniali reſcriptum ſecundum non faciens mentionem de proceſſu priùs facto,ualet.Lap.alle.ſua inci.Duo prælati.iiij.col.et nu.89.Fel.rub. de ſponſa.uer.decimotertiò.nu.9.col.ead.Item in cauſa matrimoniali ſententia lata poteſt probari per teſtes: aliàs regulariter non probatur,niſi per ſcripturam.Tex.c.Albericus.de teſti.& ibi glo. & Inn.Item cauſa matrimonialis debet cognoſci & decidi per epiſcopum,adeò quòd reſcriptum impetratũ in tali cauſa ad inferiorem eſt nullum.Specul.tit.de reſcri.præſenta.§.ratione.uer.nunc. do.Abb.c.ij.de conſt.& affi.Fel.d.rub.uerſ.quintodecimò.nu.10. col.714.Item in dependentibus à matrimonio,ut eſt in dote, poſſunt laici recurrere ad iudicem eccleſiaſticum.Do.Abb.c.gemmæ. de ſponſa.Fel.d.rub.uer.ſextodecimò.nu.11.Ibidem. Sed ego tenerem, quòd in caſu iſto ſit locus præuentioni,ut notatur c.de prudẽtia.de dona.inter uir.& uxo.Vide gl.cle.ij.de iudic.uerbo, matrimonijs.Item in cauſa matrimoniali reus cogitur ad iurandũ,quando actor deficit in ,pbatione.Tex.c.continebatur.de deſponſa.impub. Item in cauſa matrimoniali ex pacto nudo non oritur actio: quia ex ſimplici,ſeu nuda promiſsione,nõ poteſt quis præciſè cõpelli:do.Abb.c.requiſiuit.de ſponſa.Vide Fel.d.c.requiſiuit. Item in cauſa matrimonij fama cum uno teſte non probat.Feli.rubr. de ſpon.uer.decimononò. num.12 . Item cauſa matrimonialis poteſt ſemper reſtaurari.Fel.ubi ſuprà. Itẽ ſi in cauſa matrimoniali ſunt plures,qui agunt, tamen non adiudicabitur uxor primò probãti. Ita Inn.ſingulariter rub.de ſpõ.duo.Fel.d.rub.de ſpon.uerſi.uigeſimoſecundò.nu.13.col.prædict.Item in cauſa matrimoniali conditio impoſsibilis non uitiat contractum , ſed bene ipſa uitiatur , & matrimonium remanet firmum, c. fi. de condi.app. Item in cauſa matrimoniali tacens proteſtanti , habetur pro non conſentiente. Fel.d.rub.uer.uigeſimoquartò.nu.14.ubi ſ̄.col.ead.

matrimonium an poteſt impediri aliquo modo per ſtatuta laicorum? Vide,quæ poſui in litera S.§.ſtatuta laicorum, uel conſuetudines. & §.ſtatuta laicorum quæ diſponunt.

matrimonium Iudæorum:& ſic quæſtio ſuper iſto matrimonio mota poteſt dirimi per epiſcopum loci: do.Car. c. poſt miſerabilem. de

usur. Vide Fel. c. cùm sit. de Iudæis. in prin. nu. 1. col. 1080.

matrimonium habet multa priuilegia, notitia quorum poterit tibi, p=desse in practica: ideo uolui aliqua hic ponere. Et primo in causa matrimoniali licitum est producere testes de nouo post didicita te stificata, & post conclusum in causa: do. Ab. c. sicut. de spōsali. uer. ultimò no. Item singularis opinio unius doctoris authentici stantis pro matrimonio, prævalet communi opinioni aliorum. Host. c. si uir. de cogna. spiri. & ibi do. Ab. uer. & circa hoc. Uē in causa matrimoniali, ubi agitur de periculo animæ, licitum est uenire cōtra propriam confessionem, etiam iuratam: & etiam ubi est sentētia. De hoc est consi. Ang. ccviij. inci. Ego Ang. Item matrimonium cōtractum per excommunicatum tenet, c. significasti. de eo, qui dux. in mat. quam pol. per adult. Item rescriptum in causa matrimonialī ualet, non facta mentione de processu causæ, uel sententiæ. Lap. elegantissimè allegat. lxxxix. inci. duo prælati. iiij. col. Item in causa matrimoniali actor debet iurare, reo etiam non probante, c. cōtinebatur. ubi Doctores, de despō. impu. Item licet ex pacto nudo oriatur actio de iure canonico, tamen in matrimonio non potest quis cōpelli ex promissione nuda: do. Ab. c. requisisti. in fi. de spōs. Item ubi probatum est matrimoniū per testes, & postea probatur matrimoniū secundū clandestinum, stabitur primo. Iacob. Zochus c. ij. de clandest. despon. Item ubi sunt duo, qui petunt unā mulierē in uxorem, quamuis unus prius probet, non est danda ei uxor, sed expectanda probatio secundi, do. Ab. & alij, in rub. de spon. duo. Adde Fel. latissimè in materia ista. c. j. ut lit. non contest. uer. super gl. quintò enumerant Io. And. nu. 2. col. 311.

matrimonium spirituale per electionem dicitur initiatum: per confirmationem dicitur ratum: per consecrationem dicitur consummatū. Ita do. Ab. c. quoniā frequēter. §. porro. ut lit. non contes. v. no. Adde Fel. d. §. porro. in prin. aliàs est. c. porrò. nu. 13. col. 354. Et ibi dicit, q. inter matrimonium spirituale & carnale sunt xxviij. differentiæ.

matrimonium est priuilegiatum, sicut fiscus: quia reus in causa matrimoniali tenetur edere actori instrumentum suum ad intentionem fundandam. Vide, quæ posui in litera I. §. instrumentum suum reus tenetur edere actori.

matrimonium contrahendum non est priuilegiatum, sicut iam contractum. Bal. c. iurauit. de probat. Adde Fel. d. c. iurauit. uer. gl. j. in fi. nu. 2. col. 420. par. ij. Et dic no. q. c. series. de testi non habet locum in matrimonio contrahendo: de quo uide, quæ posui in litera T. §. testes an possunt recipi.

matrimonium impeditur contrahere ex natiuitate filij bastardi: quia bastardi dicuntur de consanguinitate patris: & hoc, quo ad matrimonium contrahendum: quo ad alia, secus est: do. Ab. c. per uenerabilē. qui filij sint leg. Bal. l. cùm legitimæ nuptiæ. ff. de sta. ho. & do. Ab. c. per tuas. de proba. ij. no. Et per ista habes notare, q. affinitas contrahitur per illicitum coitum: et lex ciuilis appellat patres naturales consanguineos, l. nihil. ff. de ritu nup. Adde Felin. c. per tuas. uersi. nota secundò. nu. 2. col. 505. parte ij.

matrimoniū separatū ex falsis testibus, uel corruptis, debet iterum restaurari, etiamsi isti separati transiuerunt ad secunda uota, siue nō: quia separabuntur secūda coniugia, & priora restaurabūtur. Ita dicit gl. c. sicut. de testi. in gl. pe. Et idē tenet, do. Ab. ibi post multa, quem uideas. ij. col. uer. ulteriùs op. Adde, q. Io. An. & Ant. de But. d. c. sicut. dicunt, q. uerum est, q. matrimonium separatum per testes falsos, debet restaurari, etiamsi separati transiuerunt ad secūda uota: sed si solùm testes sunt corrupti, q. tunc matrimonium nō debet restaurari: & hoc, quādo separati transiuerunt ad secunda uota: secus, si nō transiuerūt. Adde Fel. d. c. sicut. uer. gl. pen. & teneo opi. Io. And. & Ant. de Bu. nu. 3. col. 611. parte ij.

matrimonium quando debet diuidi propter copulam priùs secutam cum alia muliere, quæ erat affinis uxori, oportet, q. ista copula probetur per testes de uisu cōpetenti ī tali materia: & de quo uisu intelligatur, uide do. Ab. c. præterea. de testib. 1. col. uers. nunc ut clarius habeas. Aliàs, si probari nō potest per testes de uisu, oportet, q. sint testes de auditu copulæ: putà, q. senserunt uirum & mulierē adinuicem commisceri: de quo uide Fel. d. c. præterea. uer. & dicas, q. ubi agitur. nu. 3. col. 702. parte ij.

matrimoniū non probatur per instrumentū dotis, uel per instrumentū donationis, ppter nuptias, licet in instrumento nominarēt se cōiuges, & hoc habet locū, etiāsi in eo sit facta expressa mentio de matrimonio. Et per ista dic, q. instrumentū dotis non probat matrimoniū. Ita do. Ab. c. illud. de præsum. iij. col. uer. examinem° primò. & ibi Host. Io. An. Bal. Anton. de But. Bal. l. neq; natales. C. de proba. ult. col. Bar. in dispu. sua inc. Habens filiū naturalē. Lu. Ro. sing. suis, ccccxxxviij. inci. Nūquid per instrumentū. Fel. d. c. illud. uer. no. secūdò. ex tex. nu. 3. col. 1064. part. ij. Adde, q. contrariū tenuit Bal. l. ij. C. de nup. & auth. si quis in aliquo. C. de edē. iij. col. uer. iuxta hoc quæro. ubi expressè dicit, q. instrumentū donatiōis propter nuptias insinuatū probat matrimoniū in præiudiciū partiū, inter quas cōficitur instrumentū. Et istā opi. Bal. tenuit Fel. d. c. illud. uer. sed quantū ad propositū adducitur. nu. 4. col. 1065. Adde, q. cōtra Bal. tenet do. Ab. d. c. illud. iiij. col. uers. sed aduerte. ubi adducit multas rationes: tamē cōsidera. Adde etiā, q. instrumentū dotis probat matrimoniū, quando in instrumēto fit expressa mentio de matrimonio cōtracto: secus, si nihil diceret de matrimonio. Bal. rub. C. de priuile. dotis. ult. col. & Bal. l. ab executiōe. v. col. C. quo. ap. nō reci. Tamē tu tene primā opi. q. nullo modo probatur matrimoniū per instrumentū dotis, aut donationis, ppter nuptias. Vide Fel. d. c. illud. uer. secūdò intellige, dum modò. nu. 5. col. ut ī.

matrimonium non tollitur per silentium impositum per iudicem parti. Vide, quæ posui in litera S. §. silentium impositum.

matrimoniū ne contrahatur inter certas personas, episcopus potest præcipere: & hoc, quādo timetur, ne scandalū oriatur: do. Ab. c. cū in tua. de spō. Fel. c. ij. de præscr. uer. decimo octauò. n. 3. col. 181.

matrimonium secundum contractum post x. dies, qui dantur ad appellandum, per illum, qui habuit sententiam pro se in causa matrimonij, ualet, & proles inde secuta est legitima, etiamsi pars aduersa post x. dies quereleretur sententiam, & confirmaretur primum matrimonium: de quo uide quæ posui in litera S. §. sentētia in causa matrimonij, licet non transeat in rem iud. tamen si pars.

matrimonij appellatione in materia odiosa non ueniunt sponsalia de præsenti. Vide, quæ posui in litera V. §. uxoris appellatione.

matrimonij causa potest tractari corā capitulo sede uacāte, uel ex cōsuetudine: aliàs talis cognitio pertinet ad episcopum. Ita do. Ab. c. præterea. de test. cog. ij. no. Idem tenet ibi Fel. nu. 1 col. 867. parte ij. Adde, q. fallit hoc, quia inferior ab episcopo posset cognoscere de causa matrimoniali ex cōsuetudine præscripta: de quo uide per Fel. d. c. præterea. uer. secundò fallit. nu. 2. col. prædicta. Item fallit, quia etiam inferior ab episcopo potest de causa matrimoniali esse iudex: & hoc, quando Papa alijs committi, quàm episcopis. Vide Fel. d. c. præterea. uer. tertiò fallit. col. ead. nu. 3. Item fallit quando episcopus committeret talem causam alteri. Fel. ubi ī. col. ead.

matrimonij carnalis sententia, an transeat in rem iudicatam? Vide, quæ posui in litera S. §. sentētia lata in causa matrimonij. Et tbi habebis totam istam materiam ordinatam in undecim §§.

matrimonij spiritualis sententia an transeat in rem iudicatam? Vide in litera S. §. sententia in causa matrimonij spiritualis.

¶ MEDIATORES *an compellantur ferre testimonium partibus uolentibus? Item, quid erit partibus non uolentibus? Item, si una pars uult, altera non? Vide, quæ posui in litera P. §. proxenetæ nō compelluntur.*

¶ *Medicinam recipiens à Iudæo, an peccet? Fel. de Iudæ. c. j. nume. 3. col. 1054.*

¶ *Medicus an teneatur ferre patrocinium gratuitum erga ægrotum pauperem? Vide Fel. c. j. de offi. iudi. in prin. col. 1289.*

medicus excusatur assumens curā desperatā, nō sic aduocatus. Ita Fel. c. pastoralis. de iud. uers. de medico uerò. nu. 8. col. 128. Adde, q. medico nō competit actio locati, sed in factum, ut no. Bar. l. j. in prin. ff. si mens. fal. mo. dix. quod tenuit etiam gl. l. j. C. de suff. & ibi etiā Bal. licet Cy. contrà. Vide tamen gl. l. j. C. manda.

medicus, qui promisit curare aliquem de aliquo morbo, & illum curauit per aliquot dies, an debeat habere mercedē? Vide Bar. l. martius. ff. locati.

medicus quando teneatur ad restitutionem salarij, uel mercedis? Vide per Fel. c. pastoralis. de iudi. uer. quando autem omnes isti. num. 8. col. 129.

¶ *Membrum corporis illud est, quod habet officium distinctum & separatū, ut est, pes, manus, oculus: & ideo manus arida est membrum, & digitus non est membrum, sed pars membri. Ita Bar. l. ij. ff. de pub.*

iud. iij. col. uer. sed quæro, quid appelletur membrum. ubi Ang. & Imo. Bal. l. reos. C. de accu. ij. col. Fel. c. ego N. de iureiu. in prin. nu. 1. col. 1128. Et ibi posui additionem, utrum abscissio mēbri sit pœna capitalis.

membrum proprie quid sit? Vide Bal. l. eos. C. de accusa. uersi. quæro, quid sit membrum. Fel. c. cùm illorum. de sen. excom. uersi. & uirū digitus. col. 1200.

¶ *Mensa prælati habet beneficia annexa, adeo q. non dicuntur uacare per mortem illius, qui possidebat: uide de hoc, quæ posui in litera B. §. beneficium non dicitur uacans.*

mensa grossa in quo differat à præbenda & distributionibus quotidianis? Vide per do. Ab. c. licet. de præb. in fi. c. relatum. eod. tit. & c. tuæ. de cleri. non resi. & per Arch. Io. An. & Do. de sani. Ge. c. j. de cleri. non resi. in vj. Adde Fel. c. Iacob. de simo. in prin. nu. 1. col. 1035. Et adde, an absentes canonici possint habere præbendas, & participare de mensa grossa: uel de distributionibus quotidianis? Vide ubi ī. & quæ posui in litera P. §. præbenda quæ dicatur.

¶ *Mensis debet poni in instrumentis. Fel. c. j. de fide instr. uer. & adde, q. mensis. col. 883. Fallit, ubi dies esset notabilis. Fel. ubi ī. num. & col. prædictis parte. ij.*

¶ *Mensuratio uiæ quomodo debet fieri? do. Abb. c. olim. de except. pe. col. uer. tertiò quæritur. dicit, q. quādo quæritur de distantia locorum ratione itineris, cōsideratur magis uia usitata, quàm alia uia, licet sit breuior. Bar. l. j. in fi. ff. si quis cau. dicit, q. quando tractatur de spatio locorū ratione itineris, non fit cōmensuratio per indirectū, uel per aerē, sed per uias usitatas: secus, si fit cōmensuratio non respectu itineris, sed solius distantiæ: quia fiet uia breuiori & rectiori terrestri, si fieri potest: aliàs per aerē. Et idē tenuit Bar. l. iij. ff. de uerbo signi. Adde Fel. d. c. olim. uer. ex quo firma hoc. nu. 4. col. 79. Et ibi posui additionem ad Fel.*

¶ *Mentio debet fieri in rescripto de qualitatibus beneficij obtēti, & non sufficit generalis. Fel. de rescrip. c. ad aures. nu. 2. col. 497.*

mentio si fiat de possessione in aliqua parte gratiæ, licet gratia nō expressè dicat de possessione, tamen impetrans censetur etiam surrogatus in possessione, quam habebat defunctus. Fel. de rescri. c. super literis. nu. 10. col. 645.

¶ *Mentiris: an per istud uerbum opprobriosum possit fieri contestatio litis? Vide, quæ posui in litera C. §. contestatio litis an potest fieri per istud uerbum, Tu mentiris.*

¶ *Mercator non sortitur forum ex assidua cōseruatione in loco, quo ad contractus alibi initos: sed solùm, quo ad contractus initos in loco conuersationis. Ita Fel. c. dilectus. de rescri. el ij. uersi. ad domicilium sortiendū. ibi, pro pleniori declaratione. nu. 11. col. 852. Adde, an assidua conuersatio per se sufficiat? Vide, quæ posui in litera D. §. domicilium.*

mercatores in itinere dicuntur miserabiles personæ: hoc est, q. si grauantur in pedagijs, uel datijs soluendis iniustè, possunt cōqueri coram iudice ecclesiastico. Io. de Ana. & Pet. de Ancha. c. fi. iiij. col. de Iudæis. ubi dicunt, q. negotiatores stantes in nundinis, possunt agere coram ecclesiastico. Adde Fel. c. significantibus. de offi. dele. uer. quæ dicantur personæ miserabiles. nu. 6. col. 1221.

mercatores & artifices, qui occasione artificij sui conficiunt librum rationū, secundum consuetudinem, tenentur edere actori ad intentionem fundandam. Ita tenuit Iac. Bu. Bar. Ang. Sali. l. j. C. de eden. Bart. l. quædam. §. numularios. ff. de eden. j. no. Ant. de But. c. j. de prob. Fel. idem tenet c. j. uer fallit sextò. nu. 13. col. 379. ubi multa cumulauit in materia ista: & dicit ibi, q. istud, pcedit, maximè quādo petitur, ut edatur liber authēticus, quem tales mercatores, seu artifices tenent pro authentico: secus, si esset simplex liber, quasi memoriale. Ita Fel. d. c. j. d. uer. itē dicit, q. istud procedit, dum modò tales libri ex statuto, uel consuetudine faciāt plenam fidē: quia mercatores, uel artifices tenentur edere. Adde, q. contrà opi. Bar. Ia. Bu. Sal. & Fel. tenuit Ang. & Moderni. l. argētarius. ff. de edē. quia dicunt Ang. & Moder. q. illud, quod dicit Bar. & alij, d. §. numularios, non uidetur uerum: quia argentarij & numularij habēt officium de publico. Ideo tenentur edere. Sed isti alij, ut sunt mercatores & artifices, nō eligūtur de publico. Item, quod dicit ibi Bar. q. usurarij tenentur edere: dicit Ang. & Moderni, d. l. argentarius. q. uidetur contra tex. & gl. cle. j. de usur. ubi dicit gl. q. de iure ciuili usurarij non tenentur edere librum. Ideo facta est illa cle. Et si uerum esset illud, quod dicit Bar. d. §. numularios, frustratoria esset dispositio illius cle.

mercatores in foro suo, ubi agitur de bono & æquo, possunt agere ex pacto nudo, & sic in foro ciuili de quo uide, quæ posui in litera P. §. pactum. ij.

¶ *Merces prohibitæ & nō prohibitæ si deferantur extra territoriū, an portans debeat perdere merces prohibitas & non prohibitas? Dic, q. solū perdit prohibitas. Ita Cyn. Bal. et Sal. l. cū proponas. C. de nau. fe. Bar. & Imo. l. cotē. §. dominus. ff. de Publicia. Vide Felin. c. significauit. de Iudæ. uer. extra gl. col. 1072. nu. 6. Adde, q. tamen ualeret statutum, q. portans perderet & merces prohibitas, & non prohibitas. Fel. ubi suprà, col. ead.*

merces prohibitæ si reperiuntur deferri, an portans incurrat pœnā legis, uel statuti? Vide Fel. c. significauit. de Iudæ. uer. secundò quærit P. nu. 7. col. 1072.

¶ *Mereri plus pro ieunio quis dicatur, religiosus, an secularis? Feli. de simo. c. de hoc. nu. 8. col. 967.*

¶ *Merum & mixtum imperium an possit delegari de iure ciuili? Ponit Fel. c. quod sedē. de offi. ord. in prin. col. 1245. Adde, quid si iudex esset impeditus, uel infirmus. ibi uide Fel. loco prælegato. Et uide, quæ posui in litera I. §. infirmitas est sufficiens.*

merum & mixtum imperium, an possit delegari de iure canonico. Ponit Fel. c. quod sedem. de of. or. uer. procedit etiam d. regula. nu. 2. col. ead. Adde do. Abb. d. c. quod sedē. iij. col. uers. an ista. et ij. col. uer. & in fi. gl. no. bene. Adde Bal. rub. de of. dele. viij. col. Bar. l. ne quicquam. §. ubi decretū. ff. de of. proconf. & leg. Io. And. in addi. Spe. tit. de offi. iud. dele. §. fi. Fallit hoc in reseruatis Papæ, quæ de iure canonico, si uni delegātur, subdelegari nō possūt secundū do. Ant. & Imo. c. quod sedem. de off. ord. Bald. l. gesta. C. de re iud. & rub. de off. deleg. viij. col. Moderni l. j. ff. de offi. eius, cui mand. est iurisd. & ibi posui additionem.

merū & mixtū imperū potest delegari de iure ciuili ex causa absentiæ & infirmitatis, ut ī. §. merū & mixtū. el j. Limita, excepta causa ultimi supplicij, uel abscisionis mēbri, nisi esset periculū in differēdo ferri sententiā. Ita Fel. c. quod sedē. de offi. ord. uer. alleg. col. prædicta. Adde Pe. & Bar. l. j. ff. de off. eius, cui mand. est iurisd.

merū imperiū an possit præscribi? Fel. ponit aliqua c. cùm contingat. de fo. comp. uer. tertiò adde ea, quæ. nu. 6. col. 228. Adde tu, & cōcludendo teneas: & ita cōmunis opi. est, q. merū imperium potest præscribi, & sic per præscriptionē acquiri, ut est de mente Bart. l. imperiū. ff. de iurisd. om. iu. Et ita tenet Ia. de Bel. Gul. de Cu. Old. et latè Alb. d. l. imperium. & Bal. repe. ix. col. et seq. Pau. de Cast. d. l. imperium. & ita tenet gl. §. nulla. in fi. in auth. de defen. ciui. quam ad hoc reputat sing. Ro. l. j. §. deniq; ff. de Pub. Idem tenet gl. c. conquestus. ubi Arch. ix. q. iij. gl c. quantò. de off. ord. in fi. gl. Idem in effectu tenet Bald. l. j. C. de eman. lib. & communiter Canonist. c. cùm contingat. de fo. compe. Vide Pe. de Anc. in commento c. canonum statuta. de cōsti. vij. q. principali, in fi. Adde & limita istam cōmunem conclusionem, ut non procedat in his, quæ competūt principi in signū supremæ potestatis, uel in signū uniuersalis recognitionis: quia talia nunquā præscribuntur, nec præscribi possunt cōtra principē, l. competit. & ibi Bal. no. C. de præscr. xxx. ann. gl. c. cùm non liceat. xv j. q. iiij. Bald. l. j. vj. col. C. de eman. li. & c. j. quæ sint reg. Ideo contra obedientiam principis non præscribitur. c. cū inter. cum gl. de consue. Facit, quod uult Bal. auth. quas actiones. ultima col. C. de sac. san. ec. ubi dicit, q. nō potest præscribi, ne appelletur ad principē, c. ueniētes. de iureiu. Similiter aduersus supremā potestatē Papæ nō præscribitur, cū non liceat. de præscr. Facit tex. cum gl. c. nulla. xciij. dist. No. gl. c. unico, uer. non obstante. de clē. ægro. in vj. Canonistæ. d. c. cùm contingat. Imò collegium Cardinalium nō potest præscribere supremam potestatem Papæ, secundū Inn. c. bonæ. el ij. de postula. præla. do. Ab. c. ex gestis. de clē. nō resi. Similiter, si sint aliqui populi exēpti ab imperio ex priuilegio, potest imperator reuocare priuilegium, & reducere in subiectionē, secundū Bar. & exemplificat in Venetis, l. hostes. j. col. in fi. ff. de cap. & postli. reuer. Certè contra istā potestatem reuocandi nunquā potest præscribi, secūdū Bal. c. sicut. el ultimò de iureiu. ij. col. sed alia, quæ habent merū imperiū, putà habere gladij potestatē, bene possint præscribi, secundū Docto. d. locis, ut ī. & do. Abb. c. prouenit. de cēsi. Ang. l. usucapionē. ff. de usucap. Roma. l. more. ff.

de acqui.hære.etiam si sint de reseruatis Papæ, iuxta theoricã do. Abb.d.c.cùm contingat.de foro comp.Ideo per inferiorem à principe potest præscribi potestas legitimandi, & creãdi tabelliones, & similia, quæ sunt reseruata imperatori, secundum Ant. de Bu.c. per uenerabilem.qui filij sint legi.

merus executor quando debet assumere partes iudicis? Vide, quæ posui in litera V.§.uocatis uocandis.

merus executor an possit exceptiones appositas coram eo admittere? Vide, quæ posui in litera E.§.executor merus nullam.

merus executor quis propriè dicatur? & an possit exceptiones admittere? uide in litera E.§.executor merus.

merus executor Papæ an possit exequi sententiam cum uiolentia? Vide, quæ posui in litera E.§.executor merus: nõ exequitur cum uiolentia.

merus executor potest cognoscere de falsitate rescripti, si coram eo talis exceptio sit facta: de quo uide, quæ posui in litera E.§.executor merus etiam potest cognoscere.

merus executor non tenetur citare. Do.cle.j.de offi.dele.Inn.c. dudũ. de præsum.Fel.c qualiter & quando, el j.de accu.uersi.tertiò ad idem, quod no.Pe.de Anch.nu.5.col.809.

¶ Metus iustus est ille, quãdo quis uidet, q̃ propter se malè tractẽtur eius consanguinei. Vnde si iudex cõsueuit malè tractare cõsanguineos eorũ, qui appellant ab ipso, iste erit iustus metus, quo ad excusandũ nõ appellantẽ, iuxta c.fi.de appel. Vide Fel.c.ecclesia sanctæ Mariæ.de const.uer.decimo tertiò quæro.ubi, adde etiam Ang. cons.xvij.aliàs col.xxxvj.nu.99.col.294. Vide, quæ posui in litera A.§.appellatio si non est facta.

metus iustus est ille, quando periculum imminet personæ: & tunc, si clericus renunciat beneficio suo, talis renunciatio est nulla: & idẽ dicetur in omni alio actu. Vide, quæ posui in litera R.§.renunciãs beneficio propter metũ. & in litera A.§.appellatio si nõ est facta.

metus statuti est iustus metus. Ita Fel.c.j.de off.dele.uersi. & in quantum Abb.nu.2.col.1023. Adde, quæ posui in litera S.§.statutum, per quod quis potest cogi.

metus in actu uxoris facto in fauorem mariti sui, non præsumitur, nisi probetur: quia sola reuerentia, quã habet uxor ad maritum, non esset sufficiẽs ad inducendũ metum. Ita Inn. c.causam matrimonij. de off.dele. Ideo si uxor fecit contractum in fauorẽ uiri, & postea, si uult infringere contractum, oportet, q̃ probet meũ illatũ fuisse per maritum. Adde, q̃ do.Ab.d.c.causam matrimonij.ij.col. dicit, q̃ contractus factus per uxorem, seu per clericum cum episcopo, uel per famulum cum domino, non irritatur per solã reuerentiam superioris. Vide per Fel.latiùs.d.c.causam matrimonij.de off. dele.uer.gl.in uerbo, inuita.nu.2.col.1092. Adde tamen Bar. l.transactionem.C.de transac, ubi dicit, q̃ si uxor propter metum & reuerentiam uiri facit aliquid, q̃ reuocabitur, licet non interuenerit metus mortis, uel cruciatus corporis: & ibi ponit unam cautelam ad tollendum metum: quod no.

¶ Meum, non potest esse meum ex alia causa: do.Ab. ponit declarationẽ.c.inter dilectos.de fid.instr.pe.col.uer.gl.in uerbo, quod meũ. Dic tu, q̃ in dominio non possunt concurrere plures causæ diuersis temporalibus, sed bene eodem tempore. Feli.d. c. inter dilectos. uer.in gl.in uerbo, quod meum est.n.17.par.ij.col.929. Et ibi posui additionem. Item dominium potest haberi ex diuersis causis, quando pinguiùs subueniretur. Fel.d.c.inter dilectos.uer. secũdò. fallit.nu.18.col.929. Item fallit, quando est dubium, q̃ prima causa nõ tradat dominium. Fel.d.c.inter dilectos.uer. fallit tertiò. nu. 19.ubi 5.col.ead. Et hoc no. pro limitatione c. ut quis duas. de ele. in vj. Et no. etiam pro declaratione c. post electionem. de concess. præb. ubi uidetur, q̃ licitum sit quem habere plures titulos sub eodem beneficio. Vide Fel.ubi 5.col.ut 5.

¶ MILES imperialis præcedit ducalem. Ita Fel. rub. de ma. & obe. uer.miles imperialis.nu.4.col.1297. Vide eundem c.per tuas.eo. ti.nu.2.col.1321.

miles, qui decedit in bello iusto, an præsumatur saluus? Vide Arc.xxiij. q.j.in summa: Fel.c.sacris.de sen.excom.in prin.col.1210.

præceptum iudicis de soluendo factum contra confessum, an dicatur sententia, iuel non? gl. authen. de hæred. & Falc. §. illud. uerbo, decreto. Col. j. dicit, quòd est sententia interlocutoria: sed gl. eadem authen. §. si quis. dicit, quòd est quasi interlocutoria. Ang. in l. certum. §. fi. ff. de confes. dicit, quòd ubi emanauit præceptum iudicis libello nõ præcedente, non est sententia. Et idem tenet Bald. l. j. ff. de confes. Et istud uidetur sentire gl. xj. q. iij. in sum. Et idem uidetur tenere do. Abb. rub. de re iud. uer. sed dubitatur. ult. col. Et hoc notabis pro statutis, quæ uolunt, quòd gabella soluatur de sententijs, quæ non debet solui de tali præcepto. Ita Angel. l. certum. & Bal. d. l. §. Adde, quòd Fel. tenet istud etiam ipse c. querenti. de offi. deleg. uer. utrùm istud præceptum. nu. 9. col. 1154. Adde tamen, quòd ubi libellus, & litis contestatio præcedit præceptum, quòd tunc istud præceptum est sententia interlocutoria, habens uim diffinitiuæ. Ita Ang d. §. illud. d. authen. de hære. & Falc. uer. not. istã gl. & Bal. l. hi, qui. ij. col. C. de app. & Ant. de But. rub. de re iudi. do. Abb. d. rub. ult. col. uer. sed dubitatur. Adde Feli. d. c. querenti. uer. allegato, col. ut 5. & ibi multa cumulauit.

præceptum magis arctat, quàm mandatum: & ista est magna utilitas non ignorare: quia aliquãdo committitur causa per uerbum, Præcipio, ubi aliàs ille erat iudex ordinarius: et propter istud uerbum ille iudex ordinarius efficitur iudex delegatus: de quo uide Fel. c. nam concupiscentiam. de consti. uer. adde istis nu. 6. col. 89.

præceptum durum, uel difficile iudicis, non arctat partem ad obseruantiam ipsius: imò pars potest appellare: do. Abb. c. accepimus. de fide instr. iij. no. Bal. & Ang. l. si decesserit. ff. qui satis. cog. Adde Fel. d. c. accepimus. circa princ. nu. 2. col. 913.

præceptum Papæ durum, seruãdum est. Tex. c. in memoria. xix. dist. Adde do. Abb. c. accepimus. de fide instru. j. col. uer. ego in Papam. Adde, quòd in contrarium est dictum Inno. celebre c. inquisitioni. de senten. excom. ubi dicit, quòd laicus qui non est de temporali iurisdictione Papæ, non tenetur ad obediendum Papæ in non concernentibus animam. Et illud dictum Inno. tenet do. Abb. c. ij. de uoto. Vide Host. c. significauit. de offi. ord. Adde Fel. d. c. accepimus. uer. & addit hic do. Abb. nu. 3. col. prædi.

præceptum factum de soluendo per iudicem contra confessum, impedit ingressum litis: de quo uide, quæ posui in litera E. §. exceptio præcepti.

præceptum iudicis de soluendo, an sit interlocutoriũ. do. Ab. rub. de re iud. ult. col. dicit, quòd si causa erat inchoata, & postea sequatur præceptum, quod tunc dicitur interlocutoria. Do. de san. Gemi. c. j. in summa, indistinctè tenet, q. præceptũ sit interlocutoriũ, habens uim diffinitiuæ. Et idem tenent do. de Rota. decis. iiij. ti. de iureiu Vide Feli. d. rub. de re iud. uer. ad aliud de præcepto. nu. 5. Adde, q. si appellatur ab isto præcepto, regulabitur appellatio, sicut si appellaretur à sententia diffinitiua. Vide Fel. d. rubr. uer. uide etiam Abb. d. c. peruenit. nu. 6. col. 374.

¶ Præcipio: istud uerbum, Præcipio, operatur, quòd actus nõ potest exerceri per alium: neq; expediri Feli. c. eam te. de rescri. uer. secunda differentia: Cõmissio facta nu. 11. col. 479. Adde tu, quòd istud procedit, etiam quando delegatio fit per uerbum Iubemus: quod uerbum importat necessitatem: tunc non potest fieri subdelegatio. Ita dixit glos. l. se. ff. de offi. præsi. & ibi Bar. Bal. & Imol. cle. sæpe. de uerb. signi. reputant illam glo. fing.

¶ Prædia communia inter canonicos, & alios clericos, si fructus eorum augmententur per unum ex canonicis, putà industria illius, tamen æqualiter debent diuidi. Fel. c. cùm M. Ferrariensis. de consti. uer. gl. in uer. per industriam. nu. 22. col. 212.

¶ Prædicare cui competit? & dic, quòd officium prædicandi competit solùm curatis: gl. cle. j uerbo, officia. de regula. do. Abb. c. quàm sit. de Iudæis. do. Car. cle. dudum. de sepul. in vj. ubi diffusè tractat de ista potestate prædicandi. Vide Fel. c. excommunicamus. de hære. uer. no. in §. quia uerò. nu. 3. col. 1109.

¶ Prædicator dicitur habere officium. Felin. c. inter cætera. de offic. ordi. nu. 1. col. 1277.

prædicatores ordinis sancti Dominici, an possint capere bona ingredientium religionem eorum? Vide, quæ posui in litera F.§. fratres Prædicatores.

¶ *Præfixio termini facta à iudice à quo, parti appellanti, non dicitur propter hoc, quòd ipse iudex deferat appellationi: de quo uide, quæ posui in litera L.§. iudex, qui præfixit terminũ. Et adde, quòd pendente illo termino iudex non poterit procedere. Vide in litera I. uersic. iudex, qui præfixit terminum.*

¶ PRÆLATVS *an possit dare de bonis ecclesiæ suæ suis consanguinis cum bona conscientia? Ponit Fel. c. postulasti. de rescri. uer. quomodo clerici. nu. 6. col. 749.*

prælatus, qui omisit aliquid probare in causa principali suæ ecclesiæ, poterit illud probare in causa appellationis. Fel. c. ad audientiam. el ij. de rescript. uersic. secundò limitaretur ista gl. nume. 16. colum. 899.

prælatus depositus, qui ignorat suam depositionem, an possit conferre beneficia, uel facere alia? Ponit Fel. c. ex parte decani. de rescri. uer. Fallit decimò, quando procurator. nu. 21 col. 964.

prælatus inferior an præscribat ea, quæ pertinent ad iurisdictionem superioris? Ponit Felin. c. pastoralis. de offic. ordi. j. col. nume. 1. colum. 1249.

prælatus quando possit deponi propter negligentiam? Vide, quæ posui in litera N.§. negligentia simplex. & § negligentia magna.

prælatus, qui nimis tacet, committit peccatũ mortale: maximè, si potest discordias subditorum sedare. Feli. c. j. de treu. & pace. uersic. dicit tex. c. excommunicamus. nu. 3. col. 1378.

prælatus, qui incidit in hæresim, an sit priuandus bonis ecclesiarum? Vide Fel. c. inter. de mato. & obe. in princ. col. 1324.

prælatus negligens an noceat ecclesiæ ex cessatione modi, qui modus positus est in donatione? Ponit Fel. c. uerum. de foro competenti. uersic. secunda conclusio: secus in implemento modi: nume. 6. colum. 191.

prælatus inferior ab episcopo an absoluat ab excommunicatione inflicta à canone? Vide per Felin c. at si clerici. de iudi. §. de adulterijs. uersi. episcopus dispensat super beneficio. nu. 10. col. 49. Limita hoc, nisi esset prælatus inferior, qui haberet iurisdictionem quasi episcopalem, ut est generalis fratrum Minorum: de quo uide per Fel. loco alle. col. 48.

prælatus in causa ecclesiæ suæ iudicare potest salua recusatione. Ita Felin. c. cum uenissent. de iudi. uer. prælatus in causa suæ ecclesiæ. nu. 7. col 104. Adde tu ea, quæ posui in litera I. §. iudex posset esse iudex familiæ.

prælatus ecclesiæ quando æquiparetur tutori? Vide per Felin. c. cùm deputati. de iudic. uer. quando prælatus æquiparetur tutori. nu. 7. col. 146.

prælatus de bonis ecclesiæ licitè sustentat consanguineos suos pauperes. Ita Feli. c. cùm deputati. de iudi. uer. sed cauc: quia ista æquiparatio. nu. 9. col. 147.

prælatus solus agit, & conuenitur sine c. pro bonis cõmunibus, etiãsi sint communia, quo ad administrationem. Fel. c. edoceri. de rescri. j. col. uer. solus prælatus. nu. 2. col. 667.

prælatus solus non potest authorizare in alienatione rerũ ecclesiæ, siue sit episcopus carens c. siue prælatus inferior carens collegio. Fel. de rescri. c. edoceri. post nu. 9. uer. limita, nisi. col. 677.

prælatus toleratus ab ecclesia, debet uenerari, ut prælatus: nec est repellendus prætextu alicuius criminis, siue sit simonia, siue sit homicidium. Ita Fel. c. sciscitatus. de rescri. in prin. col. 536. quia debet expectari sententia, & ante sentẽtiam habetur pro episcopo, uel prælato. Adde, quòd hoc habet locum etiam in prælato notoriè criminoso, & incorrigibili. Ita Fel. d. c. sciscitatus. uersi. & habet locum hæc opi. col. 538.

prælatus, qui iurauit non alienare inconsulto Romano pontifice, si impetrat à Papa licentiam non facta mentione de iuramento, ualet impetratio: sed pone, quòd iurauit non alienare sine licentia Metropolitani, si impetrat à Papa licentiam alienandi non facta mentione iuramenti, non ualet licentia. Ita Fel. c. constitutus. de rescri. uer. limita prædicta nouissimè. nu. 5. col. 624.

prælatus, qui amisit gratiam Papæ, potest euitari à subditis suis: do. Abb. c. ueniens. de præscri. vij. no. ubi ponit tria exempla. Primò, quando episcopus est hæreticus: secũdò, quando episcopus est excõmunicatus: tertiò, quãdo episcopus non uult conferre sacramẽta, nisi simoniacè. Et ideo in his casib. subditi possunt recedere ab obedientia suorum prælatorũ: quia sunt sine gratia sedis Apostolicæ. Adde, si in literis Papæ dicitur, sub pœna indignationis nostræ, ut est text. cle. exiui. de uerb. sig. Vel dicatur, Sub pœna indignationis Petri & Pauli, ut in bullis sæpiùs uidi, quid important ista uerba? Bar. in tractatu, qui sint rebelles, uerbo indignationẽ nostram. dicit, se non reperisse, quid important. Bald. c. j. §. porro. quæ fuit prima causa benefi. amit. dicit, quòd incurrens in talem indignationem, poterit priuari beneficio. Adde Fel. d. c ueniens in princ. col. 355.

prælatus solus an possit cum enormi damno ecclesiæ suæ renunciare iura ipsius ecclesiæ? & uidetur dicendum, quòd non, per text. c. fraternitatem. de dona. & est dictum no. Inno. c. accedentibus. de excef. præ. do. Abb. c. ueniens. de præscri. viij. col. uer. concludendo prædicta. dicit, quòd solus prælatus potest per pactũ, & cũ leui damno præiudicare ecclesiæ suæ, dum modò redeatur ad ius cõmune. Et de hoc est casus c. j. de pac. in vj. Frid. consil. suo cxij. Idẽ tenet Fran. de Are. in rub. de uerb. obli. ij. col. uer. quintò. Feli. d. c. ueniens. uer. dum dicit Abb. pulchrè & utiliter. nu. 5. col. 358.

prælatus inferior ab episcopo, an possit commutare pœnam iuris in pecuniariam. Fel. c. irrefragabili. de offi. or. nu. 7. col. 1272.

prælatus, qui habet conscientiam læsam, eò quia detinet rem nomine ecclesiæ suæ, quam putat alienam, an debet illam restituere illi, quẽ credit esse dominum? do. Abb. c. fi. de præscri. xv. col. uer. quarta gl. quærit post multa. dicit, quòd si prælatus habet pro certo, & sic notoriè ei constat, quòd res sit aliena, quòd tũc prælatus debet restituere, etiamsi habet ecclesiam collegiatam: aut non constat notoriè, & solus scit: & tunc non tenetur restituere. Adde, quòd pro opi. do. Abb. facit gl. c. j. xiij. q. j. & gl. c. breui. de iureiu. Vide Fel. d. c. fi. uer. ad illud de prælato. nu. 10. col. 367.

Prælatus quando noceat ecclesiæ per confessionem suam? Vide, quæ posui in litera C.§. confessio prælati quando noceat ecclesiæ.

prælatus, si detinet familiares inhonestos contra eum præsumitur: do. Abb. c. nulli. de accus. in prin. & ibi Fel. in princ. col. 762.

prælatus an possit priuare clericum beneficio, condemnatum de crimine ciuiliter? Inno. c. qualiter & quando. de accus. el ij. tenuit, quòd sic. Sed ibi do. Abb. ult. col. uer. faciunt hæc. dicit, quòd istud dictum Inno. est ualde periculosum. Tu uide Felin. d. c. qualiter. §. ad corrigendos. nu. 46. uer. dicit etiam Innoc. col. 926. ubi multa adducit.

prælatus non potest uendere bona ecclesiæ, etiam mobilia, si agitur contra eum ad priuationem beneficij, licet possit ministrare suũ officium. Felin. c. prælatorum. de accus. uer. not. quòd ille, contra quem. nu. 3. col. 942.

prælatus conferens ordinem per simoniam, est ipso facto suspensus. Fel. de simo. c. per tuas. el ij. nu. 3. uers. secũda conclusio. col. 1017.

prælatus an cum bona conscientia possit seruitoribus suis satisfacere loco salarij cum beneficijs: & sic facit pactum cum illis, ut loco salarij expectent beneficia? Vide do. Abb. c. cùm essent. de simo. uer. gl. j. & ibi dicit, quòd si fieret pactum, quòd tunc committeretur simonia: & etiamsi seruitores seruirent cum ista spe, committerent simoniam. Adde ibi Fel. in prin. col. 969.

prælatus an possit renunciare legatum factum ecclesiæ sine consensu capituli? Vide Bal. l. pupillorum. C. de repud. hære. do. Abb. c. tua. de his, quæ fiunt à præla. ubi do. Car. Et teneo, quòd non, quamuis do. Abb. aliter sentiat, & malè. Vide Fel. c. contingit. de senten. excom. uer. in eadem. ibi, non est. nu. 75. col. 1209.

prælatus: an licitum sit à prælato recedere? glos. c. cùm non liceat. de præscri. in gl. j tenet, quòd sic: & hoc, quando prælatus est hæreticus, uel schismaticus, uel fornicator notorius, uel simoniacus in ordine: de quo uide do. Abb. d. c. cùm non liceat. ij. col. uer. op. contra tex. & ibi Fel. transit cum do. Abb. uersic. ad illud, quod optimè tangit Abb. col. 260. Adde, quid de alijs criminibus? do Abb. ibi dicit, quòd etiamsi alia crimina sint notoria, non est licitum à prælato recedere, nisi facta sententia contra eum.

prælatus toleratus in crimine: an ab eo sit licitum recedere: do. Abb. c. cùm non liceat. de præscrip. ij. col. uer. aduerte: laicus. dicit, quòd quando prælatus est excommunicatus, quòd tunc ab eo potest recedi non expectata sententia. Et idem tenet Innoc. c. j. de schisma.

Vide

Vide Anto. de But. in repet. c. uestra de cohabi. cleri. & mulie. xj. col. Adde Do. de san. Ge. c. sacerdotes. lo j. ij. q. vij. ubi dicit, quòd licitè receditur à prælato, qui est infamatus notoriè de crimine inducente ipso iure suspensionem, quo ad se & alios. Vide Feli. d. c. cùm non liceat. uer. ad illud. nu. 3. col. 260. Adde tu, quòd si prælatus est criminosus, & tamen crimen est occultum, talis prælatus non est euitandus in sacramentis necessarijs. Arch. d. c. sacerdotes. In sacramentis autem non necessarijs, si est scandalum euitare eũ, tunc non est euitandus, ex quo prælatus est criminosus occultus: secus est, si scandalum cessat. Vide Felin. d. c. cùm non liceat. uer. alleg. col. eadem. Adde, quid si prælatus est criminosus, sed crimen non suspendit ipso iure, dico, quòd tunc non licet discedere à prælato. Inno. c. ex tenore. de tempo. ord. Sed contrariũ tenet ibi Ant. de But. Vide Felin. de hoc latiùs d. c. cùm non liceat. uer. allegato, col. ut suprà.

prælatus accusatus de crimine criminaliter: si lis pendet contra prælatum; accusatores debent ei obedire: do. Ab. c. ex parte. de accus. in princ. Adde Fel. c. cùm non liceat. de præscrip. uersic. seq. ibid.

prælatus depositus potest exercere officium suum: & hoc, si pendet appellatio super accusatiõe: gl c. sæpe. de ap. in uerbo, manet. Adde Fel. c. cùm non liceat. de præscrip. uer. alleg. col. prædicta.

prælatus, si non seruet canones, licitum est subditis suis recedere ab obedientia ipsius prælati: do. Feli. c. cùm non liceat. de præscri. nu. 3. uer. ad illud, quod optimè. col. 260. Adde alios duos casus, ubi dicit, quòd istud habet locum in prælato non seruante canones ex contemptu: do. Card. cle. j. de æta. & qual. q. ix. Adde, quòd imò prælatus, qui transgreditur canones ex contemptu, potest deponi Imo. cle. j. de æta. & quali. Vide Arch. c. quicunq; lxxxj. dis. Vide Feli. d. c. cùm non liceat. uer. ad illud de prælato non seruante. nu. 7. col. 261. Adde: quia dixi, quòd prælatus potest deponi, qui non seruat canones, an requiratur monitio ante depositionẽ? Imo, tenuit, quòd sic, c. j. de consti. in fi. de quo uide do. Alex. l. ita stipulatus. ff. de uerb. oblig. v. col. Adde Felin. loco prælegato, colum. eadem.

prælatus inferior potest præscribere in aliquibus ecclesijs diœcesis, totum ius episcopale. Ita do. Abb. c. auditis. de præscrip. in princ. Et idem tenet etiam c. accedentibus. circa fin. de excef. præla. Et dic, quòd Aegidius consil. suo xxv. incip. Vtrùm Abb. plus dixit, quòd prælatus inferior potest præscribere facultatem uniendi ecclesias, & authorizandi permutationibus. Vide Feli. c. auditis in princ. nu. 1. col. 291.

prælatus an possit exercere curam animarum in ecclesia sibi subiecta pleno iure, excluso episcopo? Vide, quæ posui in litera C.§. curam animarum an possit exercere prælatus inferior.

prælatus inferior præscribit contra episcopum priuatiuè, non cumulatiuè, in his, quæ sunt iurisdictionis episcopalis: do. Abb. c. auditis. de præscri. ij. col. uer. aliud etiam. Et idem tenet do. Card. cle. si una, de reb. eccle. non alie. vj. q. Vide Fel. d. c. auditis. uer. dum subdit Abb. nu. 9. col. 297.

prælatus potest esse arbiter, seu arbitrator in causa suæ ecclesiæ. Ita do. Ab. c. cùm olim. de præscri. v. no. Idem tenet Ant. de But. c. cùm inter. de re iudi. Flo. l. si societatem. §. arbitrorum. ff. pro socio. in princ. Et hoc modo limitabis l. pe. ff. de arbi. prohibentem compromitti in aliquem super re propria: quia non habet locũ in cõpromisso facto in prælatũ super re ecclesiæ suæ. Vide Fel. d. c. cùm olim. uer. dum dicit Abb. nu. 2. col. 353.

prælatus negligens in omittendo, uel non obuiando, comittit peccatum mortale. Vide per Fel. c. j. de offi. deleg. uersic. declara secundò principaliter. nu. 6. colum. 1024.

prælatus, qui delinquit cum capitulo, an tunc delictum noceat ecclesiæ. Fel. de simo. c. de hoc. nu. 10. col. 968.

prælatus negligens an possit deponi propter negligentiam? dic, aut est prælatus secularis, & iste non deponitur: aut est prælatus regularis, & iste potest deponi. Vide per Fel. c. j. de offic. deleg. uer. alleg col. 1025.

prælatus uisitans curiam Romanam in habitu transformato, est excõmunicatus, ipso facto: de hoc est extrauag. Ioannis. XXII. inci. & si decet. Vide latiùs imè per Feli. c. consuluit. de offic. deleg. uer. secundò no. quòd prælati. nu. 21. col. 1143.

prælatus suspectus de dilapidatione, qualiter contra eum procedatur? Vide, quæ posui in litera D.§. dilapidatio.

prælatus, qui agit pro iuribus suæ ecclesiæ, etiam quòd agat nomine proprio, tamen debet cõcipere libellum in personã suæ ecclesiæ: de quo uide, quæ posui in litera C.§. canonicus an possit agere.

prælatus, qui habet beneficium manuale amouibile ad nutum superioris, an possit agere nomine proprio sine mandato? Vide, quæ posui in litera B.§. beneficium manuale.

prælatus, qui non habet ecclesiam collegiatam, an posset esse testis in causa suæ ecclesiæ? Vide, quæ posui in litera T.§. testes: & sic illi, qui sunt.

prælatus, qui succedit patri immediatè in beneficio, debet priuari: de quo uide, quæ posui in litera C.§ clericus succedens patri.

prælatus potest illud, quod debitum est sibi ratione ecclesiæ suæ, remittere: puta; laicus, uel alius soluit ecclesiæ omni anno decem, prælatus potest hoc remittere in uita sua, & non ultrà. Text. est c. de cætero. de transact. & c. ij. de donat. Adde, quòd do. Abb. c. ueniẽs. de testi. el j. idẽ tenet j. col. uer. sed quæro. ubi limitat istud, dum modò prælatus remittat istud, quod est debitum sibi, & concernit utilitatem suam, non ecclesiæ. Vide Felin. d. c. ueniens. nu. 2. colum. 613.

prælatus non poterit facere compromissum, ut procedatur de iure & de facto. Ita do. Abb. c. cùm tempore. de arb. iij. col. uer. an autem. & uide Felin. c. j. de consti. uer. & si dicatur, procedas de iure & de facto. nu. 51. col. 63.

prælatus potest cogi ad soluendum de suo patrimonio: & hoc, quando est negligens in omittendo ea, quæ sunt utilia ecclesiæ suæ: imò ecclesia poterit agere cõtra hæredes prælati. Fel. c. accepimus. de fide instr. uer. tertiò declara. nu. 9. col. 915. parte ij.

prælatus auditur allegans ignorantiam, quòd in diœcesi sua uacauerit beneficium per quinq; menses. Domi. de Ro. decis. cclxvij. inci. Si propter negligentiam. Feli. c. quosdam. de præsum. uersi. quintò est aduertendum. nu. 7. col. 1054. parte ij.

prælatus non tenetur assiduè monere peruersum, ex quo uehementer præsumit se non profuturum: imò debet tacere. Ita do. Abb. c. scribam. de præsum. in princ. Adde, quòd in simili habetur: nam ecclesia desistit à remedijs, uel censuris, quia uidit nullatenus proficere. Item ecclesia non imponit inuenti pœnitentiam publicam: quia dubitat, quòd non faciet. De his, & multis alijs similibus, uide per Fel. d. c. scribam. in princ. nu. 1. col. 1058. parte ij.

prælatus an obligetur ex iuramẽto præstito super reb. ecclesiæ suæ? Vide, quæ posui in litera I. uer. iuramentum præstitum per prælatum.

prælatus, qui timore principum secularium nõ adiuuat Papam, periurus est: do. Abb. c. ego N. de iureiu. ij. col. uer. no. ibi, contra omnes. Quod tamen intellige sano modo, uidelicet ne sit talis metus, qui possit cadere in constantem uirum: quia isto casu difficultas excusat à periurio, c. breui. de iureiu. Item prælatus non tenetur adiuuare Papam contra proprios filios & contra parentes. Adde Fel. d. c. ego N. uersic. in tex. ibi, contra omnes. nu. 7. col. 1129. parte ij. Adde, quid contra propriam patriam? Considera. Adde, quid contra seipsum? uide Fel. ubi ẽ. col. eadem.

prælatus inferior non potest regulariter transigere sine cõsensu episcopi: tamen si agitur de recuperando pristino iure ecclesiæ de perdito, poterit facere transactionem sine consensu episcopi. Ita Feli. c. cùm omnes. de consti. uer. primò ex eo, quod notat. nu. 8. col. 99. Cui adde Io. An. c. j. de pac. in vj. Imo. & alios, licet Lapus ibi aliter dicat, & malè. Adde tu: prælatus inferior renunciauit priuilegio, quod habet, sine licentia superioris, an talis renũciatio ualeat etiam in præiudicium successoris? dic, quòd sic. Casus est, c. j. de pac. Et hoc tenuit Hostien. c. si de terra. & c. accedentibus. de priuileg. & in sum. in tit. de his, quæ fi. à præla. uer. ex hoc. not. Et hoc, quia faciliùs renunciatur priuilegio, quàm iuri competenti de iure communi.

prælato non seruanti canones, subditi possunt resistere. Adde, quòd idem est, si prælatus ignorat leges & canones: quia subditi possunt resistere. Item, si prælatus non seruat canones, licitè subditi possunt leuare obedientiam. Ita Fel. c. si quando. de rescri. in prin. colum. 493.

prælati, qui propriè dicantur? Vide Felin. c. ij. de iudic. uersic. glos. fi. nu. 9. col. 23.

prælati regulares qui non habent, nisi simplicem usum facti ultra administrationem, possunt facere procuratorem ante lit. contest. in his, quæ pertinent ad suas administrationes. Felin. c. edoceri. de rescript. uersic. solus prælatus dat procuratorem. nu. 6. col. 671. Limita istud, nisi prælatus uellet constituere procuratorem, uel œconomũ generalem: quia requiritur authoritas & consensus cõuentus. Ita Fel. uersi. seq. col. 672.

prælati an possint uocare concilium inuito Papa? Vide. Fel. c. super literis. de rescri. uer. nonò facit. nu. 21. col. 652.

prælati regulares habent iurisdictionem supra monachos priuatiuè ad episcopum. Ita Felin. c. pastoralis. de offi. ord. uer. limita septimò. nu. 4. col. 1252. Adde tu, quòd in tantum uera est hæc opinio, quòd uendicet sibi locum etiam in causa criminali. Vnde monachus licentiatus si ante quàm inueniret aliud monasterium, committit furtum, uel aliud crimen, correctio & castigatio spectat ad abbatem illius loci, ubi professus fuit, & non ad episcopum loci delicti cõmissi: & hoc, quia abbas habet iurisdictionẽ in monachos, etiam in criminalibus, c. ea, quæ. & c. singulis. de sta. reg. ubicũq; deliquerunt. Adde do. Abb. c. cùm ab ecclesiarum. iiij. col. de offic. ordi. Nec obstat regula iuris tradita l. fi. C. de iurisd. om. iud. & gl. fi. d. c. cùm ab ecclesiarum. quæ dicit, quòd ipsi prælati & iudices inferiores habent iurisdictionem in subditos, non excluso superiore: sed accumulatiuè ad ipsum superiorem. Fallit in istis prælatis regularibus. Ita tenuit do. Abb. d. c. pastoralis. de offi. ordi. iij. col. uer. sed & eam approbat. ibi. Fel. uersi. limita septimò. ubi. §. nu. 4. col. ead. Et ita uidi obseruari Paduæ, dum essem scholaris, in monacho licentiato & capto cum furto à curia episcopali, qui tandem fuit restitutus abbati.

prælati non possunt rescindere contractum, per quem est ius quæsitum ecclesiæ. Fel. de simo. c. querelam. nu. 2. col. 973.

¶ Præmium an sit dandum illi, qui habet aliquid facere ex necessitate: utputà familia potestatis, quæ capit bannitum, an debeat habere præmium? Bar. tenuit, quòd non, l. j. §. utrùm. ff. ad Syl. Fel. c. de hoc. de simo. uer. in ea. gl. in fi. nu. 4. col. 974.

¶ Præparatoria litis sunt seruanda secundum statuta fori, ubi cœptũ est iudicium, etiamsi clericus esset conuentus coram iudice laico: de quo uide, quæ posui in litera S. §. statutum laicorum ligat.

¶ Præscribendi facultati renunciari non potest. Ita Fel. c. si diligenti. de foro compe. col. 218. & uide j. §. præsriponi an per pactũ.

¶ Præscribens uniuersitatem bonorum, utrum præscribat ius patronatus annexum illi uniuersitati? Vide Fel. c. causam. de rescri. uers. oritur tamen dubitatio noua. nu. 8. Et uide, quæ posui in litera I. §. ius patronatus an potest præscribi.

præscribens seruitutem habentem causam discontinuam, seu interuallum annorum, uel mensium, an in ea præscribenda contra ecclesiam requiratur tempus duplicatum? do. Abb. c. de quarta. de præscri. iij. col. uer. extra glo. post multa tenet, quòd non duplicabitur tempus. Et idem tenet ibi Host. Adde, quòd contrarium tenuit d. c. de quarta. Inno. Anto. de But. & Imol. & malè: quia communiter tenetur, quòd in præscribenda seruitute habente causam discontinuam, contra ecclesiam non duplicatur tempus. Adde Feli. d. c. de quarta. uer. utrùm in præscribenda libertate seruitutis. nu. 37. col. 203.

¶ Præscribi an possit contra episcopum priuatiuè, non cumulatiuè? Fel. de præscri. c. auditis. nu. 9. col. 297.

¶ Præscribitur ius excõmunicandi, non tamẽ absoluendi: & hoc uenit ad limitationẽ tex. c. pastoralis. §. j. de offi. ord. Vide, quæ posui in litera E. §. excommunicatio potest acquiri præscriptione.

præscribitur ius uisitandi in diœcesi aliena per prælatum extraneũ, & etiam per prælatum subditũ ipsi episcopo: de quo uide §. procuratio debita episcopis.

præscribitur cum titulo putatiuo: putà, quando prouenit ex fama, uel ex alijs coniecturis: & sic ex errore facti: de quo uide, quæ posui in litera T. §. titulus putatiuus est sufficiens.

¶ Præscriptio an currat contra actionem temporalem, ut est Actio de dolo, uel Redhibitoria, aut Quanti minoris: de quo uide ī. §. præscriptio cum mala fide an currat hodie.

præscriptio an currat contra creditorem sciente debitore? Vide suprà. §. præscriptio cũ mala fide an currat hodie. Et uide ibi, quid de præscriptione statutaria.

præscriptio an currat contra sententiã, quæ transiuit in rẽ iudicatãm? Vide, quæ posui ī. §. præscriptio cum mala fide an currat hodie.

præscriptio an tollatur per statutũ? Vide, quæ posui in litera S. §. statutum an possit tollere.

præscriptio an interrumpatur per malam fidem superuenientem, etiam quod non durat? Vide, quæ posui in litera M. §. mala fides, quæ superuenit currente præscriptione.

præscriptio an interrumpatur, quando quis dubitat de re, quã præscribit, an sit sua? gl. c. fi. de præscri. dicit, quòd præscriptio currit: & idem tenet Inno. ibi: quia non dicitur in mala fide, ex quo scit, quòd res non est aliena. Et idem tenet Franc. de Are. consil. suo xv. penult. col. & Felin. rub. de præscript. uersic. considera secundò, & nota. nu. 18. col. 168. Adde tu, quòd Bart. uidetur sentire contra opi. istorum, authen. quas actiones. C. de sac. san. eccles. ult. col. uersic. item quærit glos. ubi ponit q. istam, an possit concedi priuilegium in genere, quòd contra aliquem non currat aliqua præscriptio: & post multa concludit, quòd potest concedi priuilegium, quòd non currat præscriptio aliqua, dum modò in priuilegio dictum sit expressè, Non obstante tali lege, ut l. re rescripta. C. de preci. impe. offe.

præscriptio an possit tolli per statutum? Vide ī. §. præscriptioni an per pactum renunciari potest.

præscriptio an currat contra legata facta ad pias causas, uel etiam facta pauperibus personis? Ponit do. Abb. c. ij. de præscrip. iij. col. uer. quarta lectura. ibi uide Felin. uer. circa uarios intellectus. nu. 4. colum. 183.

præscriptio an currat contra hæreditatem iacentem? do. Abb. c. de quarta. de præscri. ij. col. uer. quæro, nunquid. dicit, quòd præscriptio non currit contra hæreditatem iacentem: quamuis aliter, & malè, teneat Anto. de But. ibi, & Spec. tit. de præscri. §. j. uer. item no. Adde, quòd opi. do. Abb. tenuit etiam Bal. l. licet. C. de iure deliber. in fin. Idem tenent ibi Ang. & Paul. de Cast. & Felin. d. c. de quarta. uersic. contra hæreditatem iacentem. nu. 19. col. 193. Adde, quòd opinio do. Abb. & aliorum non habet locum in usucapione: quia illa bene currit contra hæreditatem iacentem. Et est ratio: quia est merè fauorabilis. Ita Ang. & Imo. l. sed si. §. seruus alienus. ff. de hære. insti. Vide Felin. d. c. de quarta. nu. 20 uer. fallit primò. ibidem. Item opi. do. Ab. non habet locum in præscri. tione iam cœpta: quia currit contra hæreditatem iacentem: & sic perfici & compleri potest hæreditate iacente. Angel. & Imo. l. si seruus hæreditarius. ff. de stip. seruo. & l. si inter. C. de non nu. pec. Alex. consil. suo cclxxvij. incip. In causa & lite uertente. Vide Feli. d. c. de quarta. nu. 2. uer. fallit secundò. ubi ī. Item opinio do. Abb. non habet locum in præscriptione conuentionali: & ratio est, quia illa recipit formam à conuentione partium. Bald. d. l. licet. C. de iure deliber. Vide Fel. d. c. de quarta. uer. fallit tertiò. ubi multa dicit in materia ista. nu. 22. col. 194.

præscriptio an currat contra priuilegiatum, qui succedit non priuilegiato, contra quem erat inchoata præscriptio? Vide ī. §. priuilegiatus succedens.

præscriptio an currat contra seruitutem? & sic, an seruitus acquiratur per præscriptionem? Vide, quæ posui in litera S. §. seruitutes an acquirantur per præscriptionem. & §. seruitus habens causam discontinuam.

præscriptio an currat contra ecclesiam sine titulo, spacio xl. annorũ in seruitutibus? Vide, quæ posui in litera S. §. seruitutes an acquirantur per præscriptionem.

præscriptio legitimè decursa: an contra ipsam detur restitutio in integrum? Vide, quæ posui in litera R. §. restitutio in integrum an sit danda illi, contra quem est præscriptum legitimè.

præscriptio an interrumpatur per credulitatem malæ fidei superuenientem, an uerò requiratur, quòd firmiter credat præscribens se esse in mala fide. Inno. ponit c. fi. de præscri. & uidetur sentire, q. præscribens debet firmiter credere se esse in mala fide: ad hoc, q. præscriptio interrumpatur. Et idem sentit Bar. l. naturaliter. ff. de usucap. ij. col. uer. & ex hoc. Adde Fel. c. uigilanti. de præscri. uer. & no. quòd si probantur. nu. 12. col. 215.

præscriptio si est cõpleta, mala fides, quæ superuenit, non nocet præscriptioni, etiam in foro conscientiæ: de quo uide, quæ posui in litera M. §. mala fides quæ superuenit.

præscriptio an currat contra excommunicatum in iuribus & rebus proprijs? do. Abb. c. j. de rescrip. iiij. col. uersic. sed ego. dicit, quòd præscriptio non currit contra excommunicatum. Et idem tenet Bald. ibi, sed cum additione, nisi excommunicatio fuisset iusta: & si fuisset iniusta, tunc si excommunicatus est in mora petendi absolutionẽ, tunc bene curreret præscriptio contra excommunicatum. Adde Felin. d. c. j. uersic. cùm solenniter concludit. nume. 8. colum. 176.

præscriptio an possit tolli per priuilegiũ? Ang. authẽ. ut de cætero cõmuta. ecclesia. rerum. dicit, quòd priuilegiũ potest tollere præscriptiones, non tamen centenarias. Et idem tenet Franc. de Are. consil. suo xv. penult. col. & Felin. rub. de præscript. uersic. considera secundò, & nota. nu. 18. col. 168. Adde tu, quòd Bart. uidetur sentire contra opi. istorum, authen. quas actiones. C. de sac. san. eccles. ult. col. uersic. item quærit glos. ubi ponit q. istam, an possit concedi priuilegium in genere, quòd contra aliquem non currat aliqua præscriptio: & post multa concludit, quòd potest concedi priuilegium, quòd non currat præscriptio aliqua, dum modò in priuilegio dictum sit expressè, Non obstante tali lege, ut l. re rescripta. C. de preci. impe. offe.

præscriptio an possit tolli per statutum? Vide ī. §. præscriptioni an per pactum renunciari potest.

præscriptio an currat contra legata facta ad pias causas, uel etiam facta pauperibus personis? Ponit do. Abb. c. ij. de præscrip. iij. col. uer. quarta lectura. ibi uide Felin. uer. circa uarios intellectus. nu. 4. colum. 183.

præscriptio an currat contra hæreditatem iacentem? do. Abb. c. de quarta. de præscri. ij. col. uer. quæro, nunquid. dicit, quòd præscriptio non currit contra hæreditatem iacentem: quamuis aliter, & malè, teneat Anto. de But. ibi, & Spec. tit. de præscri. §. j. uer. item no. Adde, quòd opi. do. Abb. tenuit etiam Bal. l. licet. C. de iure deliber. in fin. Idem tenent ibi Ang. & Paul. de Cast. & Felin. d. c. de quarta. uersic. contra hæreditatem iacentem. nu. 19. col. 193. Adde, quòd opinio do. Abb. & aliorum non habet locum in usucapione: quia illa bene currit contra hæreditatem iacentem. Et est ratio: quia est merè fauorabilis. Ita Ang. & Imo. l. sed si. §. seruus alienus. ff. de hære. insti. Vide Felin. d. c. de quarta. nu. 20 uer. fallit primò. ibidem. Item opi. do. Ab. non habet locum in præscri. tione iam cœpta: quia currit contra hæreditatem iacentem: & sic perfici & compleri potest hæreditate iacente. Angel. & Imo. l. si seruus hæreditarius. ff. de stip. seruo. & l. si inter. C. de non nu. pec. Alex. consil. suo cclxxvij. incip. In causa & lite uertente. Vide Feli. d. c. de quarta. nu. 2. uer. fallit secundò. ubi ī. Item opinio do. Abb. non habet locum in præscriptione conuentionali: & ratio est, quia illa recipit formam à conuentione partium. Bald. d. l. licet. C. de iure deliber. Vide Fel. d. c. de quarta. uer. fallit tertiò. ubi multa dicit in materia ista. nu. 22. col. 194.

præscriptio an currat contra priuilegiatum, qui succedit non priuilegiato, contra quem erat inchoata præscriptio? Vide ī. §. priuilegiatus succedens.

præscriptio an currat contra seruitutem? & sic, an seruitus acquiratur per præscriptionem? Vide, quæ posui in litera S. §. seruitutes an acquirantur per præscriptionem. & §. seruitus habens causam discontinuam.

præscriptio an currat contra ecclesiam sine titulo, spacio xl. annorũ in seruitutibus? Vide, quæ posui in litera S. §. seruitutes an acquirantur per præscriptionem.

præscriptio legitimè decursa: an contra ipsam detur restitutio in integrum? Vide, quæ posui in litera R. §. restitutio in integrum an sit danda illi, contra quem est præscriptum legitimè.

præscriptio an interrumpatur per credulitatem malæ fidei superuenientem, an uerò requiratur, quòd firmiter credat præscribens se esse in mala fide. Inno. ponit c. fi. de præscri. & uidetur sentire, q. præscribens debet firmiter credere se esse in mala fide: ad hoc, q. præscriptio interrumpatur. Et idem sentit Bar. l. naturaliter. ff. de usucap. ij. col. uer. & ex hoc. Adde Fel. c. uigilanti. de præscri. uer. & no. quòd si probantur. nu. 12. col. 215.

præscriptio si est cõpleta, mala fides, quæ superuenit, non nocet præscriptioni, etiam in foro conscientiæ: de quo uide, quæ posui in litera M. §. mala fides quæ superuenit.

præscriptio interrumpitur per malam fidem superuenientem currente ipsa præscriptione. Tex. est c. uigilanti. de præscrip. & c. fi. eod. tit. Vide, quæ posui in litera M. §. mala fides, quæ superuenit currente præscriptione: & hoc indubitanter de iure canonico: sed secus est de iure ciuili. Vide d. §. mala fides.

præscriptio an tollat actionem? & sic, an extinguat obligationem ipso iure sine ope exceptionis: do. Abb. c. ad aures. de præscri. j. col. uersic. item facit iste text. tenet, quòd sic. Contrarium tenuit Cynus l. cùm quis. de iur. & fac. igno. & Salic. l. sicut. C. de præscrip. xxx. anno. vj. oppo. Et idem uidetur tenere Bartol. l. j. §. accusationum. ff. ad Turpilia. ubi dicit, quòd quando quis accusatur de crimine, super quo est præscriptum, non liberatur ab accusatione sine ope exceptionis. Adde, quòd ibi contra Bar. tenuit Angel. ubi expressè dixit, quòd quoties accusatio est inepta, tũc talis ineptitudo reddit iudicium retro nullum. l. si patronus. ff. de iureiu. Ideo accusatio ab initio erit nulla sine ope exceptionis. Et idem uidetur tenere do. Alexan. l. eleganter. §. si quis. ff. de condic. ind. Vnde sequitur, quòd opinio Bar. nihil facit pro opi. Cy. & Salic. in locis præalleg. Et adde, quòd Bald. l. fin. circa fi. C. ex qui. cau. maio. tenet opi. Cy. & Salic. Bar. d l. fi. idem tenet. Felin. d. c. ad aures. de præscri. circa prim. c. qui idem tenet, nu. x. col. 215. & inde. Et dicit, quòd Salic. d. l. sicut. dixit, quòd opi. Cy. erat communis. Et ego idem teneo: quia tempus solum non potest esse causa priuationis. Adde, quòd secus est in usucapione: quia illa bene operatur effectum suum ipso iure. Vide, quæ posui in litera V. §. usucapio tollit actionem ipso iure sine ope exceptionis.

præscriptio extinguit debitum: quia si quis illud soluit ignoranter, potest repetere: de quo uide, quæ posui in litera S. §. soluens. debitum ignoranter.

præscriptio an possit inducere, quòd laici non teneantur ad solutionem decimarum, tam prædialium, quàm personalium? Vide, quæ posui in litera D. uer. decimarum solutione.

præscriptio an currat tempore feriarum? de hoc est aliqua difficultas. Innoc. c. ex transmissa. de præscrip. tenuit, quòd in ferijs usitatis & consuetis bene currit præscriptio: sed in repentinis nõ currit præscriptio, sed datur restitutio. Et idem tenet do. Abb. d. c. ex transmissa. ij. col. uer. septimus casus est. & ibi Fel. uer. in quantũ uerò. nu. 8. col. 246.

præscriptio currit contra absentem causa reipublicæ: sed restituitur in integrum. Vide do. Abb. c. ex transmissa. de præscrip. iij. col. uersic. octauus casus & ibi Felin. uer. prædicto. col. 247.

præscriptio an tantum possit, quantum priuilegium? utputà illud, quod potest acquiri priuilegio, an possit acquiri per præscriptionẽ, uel consuetudinẽ? do. Ab. c. accedẽtes. de præsc. j. col. uer. no. q. ualet. tenet, q. sic: q. quæsibile priuilegio, est quæsibile per præscriptionem. Idem tenet do Card. cle. ij. de religio. do. penult. col. Oldr. consil. suo. clxxij. incip. quia omnes. Idem tenet Felin. d. c. accedentes. uersic. quæsibile priuilegio. nume. 6. col. 252. Adde, quòd fallit hoc in aliquibus casibus: & primò, ubi lex expressè diceret, quòd quis non posset habere aliquid, nisi per priuilegium: glos. c. catholica. xj. distinct. Et in hoc uide Felin. d. c. accedentes. uersic. fallit tamen primò. nu. 6. col. eadem. Vbi multa ponit, quæ possunt acquiri ex consuetudine. Et hoc casu consuetudo æquipollet priuilegio. Itẽ fallit, ubi quis acquireret per præscriptionem, & est incapax possessionis: quia præscriptio non ualeret, etiamsi esset mille annorum. Io an. And. c. ij. de præben. in vj. Felin. d c. accedentes. uersic. fallit secundò. nu. 6. col. 253. Item fallit in casu, quo lex resistit præscriptioni: quia non ualeret præscriptio, etiam de initio cuius non sit memoria: do. Abb. c. cùm ex officij. de præscrip. iij. not. & ibi Ant. de But. iij. col. Felin. d. c. accedentes. uer. fallit tertiò, ubi lex. nu. 6. col. ut suprà. & ibi ponit multa circa istam fallentiam.

præscriptio an currat contra bona prohibita alienari per testatorem? Vide, quæ posui in litera R. §. res prohibita alienari per testatorem.

præscriptio an currat contra pupillum: glos. c. cùm non liceat. de præscri. tenet, quòd non. Et idem tenet do. Ab. ibi, v. col. uer. secundò quæro. Adde, an præscriptio currat cõtra furiosum & prodigum? & ibi d. c. cùm non liceat. do. Abb. tenet, q. non currat cõtra furiosum & prodigũ: de quo uide Io. An. in Spec. ti. de præscri. in

rub. & Bartol.l.imperatores. ff. de re iudic. Paul. de Cast. l. tutor. ff. de iureiur. Petr. de Anch. consil. suo v. incip. Pro patre nobili. circa fi. Adde Fel. d. c. cùm non liceat. uer. dum Abb. postea extendit. nu. 9. col. 262.

præscriptio an currat contra imperatorem, adeò quòd principes & ciuitates possint contra iura imperialia præscribere, & non recognoscere ipsum imperatorem in superiorem? Vide, quæ posui in litera C. §. ciuitas potest præscribere contra imperatorem.

præscriptio an currat contra feudum? & sic an potest quis præscribere feudum respectu utilis dominij? Vide, quæ posui in litera F. §. feudum an potest præscribi.

præscriptio an currat contra censum? Vide, quæ posui in litera C. §. census an potest præscribi.

præscriptio quando interrumpatur ciuiliter? do. Ab. c. illud. de præscri iij. col. uer. uenio ad secundum. tangit materiam istam: tu dic, quòd multa sunt genera præscriptionũ. Primò est usucapio, quæ est præscriptio merè fauorabilis, quæ currit triennio cum titulo & bona fide. Secundò currit præscriptio merè odiosa, quæ est inducta de iure ciuili per spacium xxx. annorum cum mala fide. Tertiò est præscriptio mista, ut est præscriptio x. uel xx. annorũ. Quartò est præscriptio statutaria, quæ currit spacio decẽ annorum. Quintò est præscriptio xxx. annorum cum bona fide sine titulo. Adde ergo, quo ad primum, quòd usucapio currit triennio cum titulo & bona fide, ut Insti. de usucap. in prin. & hæc interrumpitur per contestationem litis. Vide do. Abb. d. c. illud. iij. col. uer. uenio. Secundò præscriptio merè odiosa: hæc interrumpitur per solam citationẽ, xvj. q. iij. §. potest. l. cùm notissimi. C. de præscri. xxx. anno. do. Abb. loco præalleg. Tertiò præscriptio mista x. uel xx. an. & ista interrumpitur litis contestatione facta coram iudice competenti, ut d. §. potest. & l. penult. C. ne de sta. defunc. do. Abb. d. c. illud iij. col. uer. quædam est præscriptio. Quartò est præscriptio statuaria: & ista etiam interrumpitur per solam citationem. Bar. l. ij. §. si rem. ff. pro empto. do. Abb. d. c. illud. iij. col. uer. sed dubitatur. Idem tenet Angel. d. l. ij. §. si rem. Contrarium tenuit Imol. d. c. illud. & Imo, d. §. si rem. Vide consilium Paul. de Cast. consil. suo. cclxxxiij. ij. col. & consil. cclxxxv. circa fin. Vide Felin. d. c. illud uer. circa ciuiles interruptiones. nu. 2. col. 228. Adde & limita istud, nisi statutũ disponeret, quòd præscriptio nõ interrumpitur, nisi per libellum: quia isto casu præscriptio non interrumperetur per solam citationem. Ita Salic. l. fin. C. de præscrip xxx. anno. Vide Felin. d. c. illud. uersi. limita tamen egregiè. nu. 3. col. 229. Quintò de præscriptione xxx. annorum cum bona fide sine titulo: & ista interrumpitur per litis contestationem: quia sola citatio non sufficit: do. Abb. d. c. illud. iiij. col. uersic. præterea. Vnde plus dicit, quòd præscriptio cœpta contra ecclesiam, non interrumpitur per citationem, sed requiritur litis contest. Et ex istis uerbis do. Abb. no. diligenter primò, quòd præscriptio cũ bona fide, etiam xxx. an. non interrumpitur per solam citationẽ, quamuis communiter Scribentes d. c. illud. dicant cõtrarium, ubi dicunt, quòd præscriptio longißimi temporis interrumpitur per solam citationem: secundò præscriptio cœpta contra ecclesiam, non interrumpitur per solam citationem. Vide Felin. latè de hoc, & d. c. illud. uer. deinde pondera. nu. 4. col. ut suprà.

præscriptio longißimi temporis an interrumpitur per solam citationem? Vide 5. §. præscriptio quando interrumpatur ciuiliter.

præscriptio cœpta contra ecclesiam, an interrumpatur sola citatione, an uerò requiratur lit. contest. Vide 5. §. præscriptio quando.

præscriptio non interrumpitur per actum inualidum: & hoc, quando ille actus est necessarius ad interrumpendum præscriptionem. Ita do. Abb. c. illud. de præscrip. iiij. col. uersic. quæro. Adde glos. c. ex tuarum. de purga. canoni. uerbo, putantes. glos. fin. c. cùm plures. de offic. deleg. in vj. Idem tenet Bald. l. edita. C. de eden. in repet. Paduana, xj. col. & l. j. C. ne ex deli. defun. circa fin. & c. j. de milite uasallo, qui contumax est. iij. colum. Pau. de Cast. consil. suo lxxxviij. circa fin. Vide Felin. d. c. illud. uersi. dum subdit Abb. nume. 5. col. 230. Adde, quòd istud habet locum etiam in citatione ualida, sed circumducta: putà, si pars, quæ fecit citari, non comparuit in termino: quia talis citatio ualida & circumducta non interrumpit præscriptionem. Bald. l. fin. ff. de eo, per quem fac. erit. j. col. uersic. in eadem glos. Vide Felin. d. c. illud uersic. uerũ tamen super his notandæ sunt. nume. 5. Ibidem. Adde & limita omnia suprà dicta: quia etiam per actum nullum & inualidum & sic per citationem nullam, seu circumductam, interrumpitur præscriptio: & hoc ita demum, quando per talem actum nullum præscribens constitueretur in mala fide: do. Abb. d. c. illud. v. col. uersic. & ex his. ubi etiam Anto. de But. do. Abb. consil. suo cxiiij. incip. Quidam habens. j. colum. Vide Felin. d. c. illud. uersic. tertia declaratio. nu. 7. col. 231. Item limita suprà dicta: quia etiam citatio nulla interrumpit præscriptionem: & hoc, quando pars aduersa comparet sponte: de quo uide Felin. d. c. illud. uersic. Quarta declaratio. nume. 8. colum. ut suprà. Et ratio est: quia talis citatio inualida conualidatur per comparitionem spontaneam aduersæ partis: de quo uide, quæ posui in litera C. §. citatio inualida ualidatur.

præscriptio non interrumpitur per contestationem litis factam coram arbitratore: do. Abb. c. illud. de præscrip. vj. colum. uersic. circa prædicta. & Oldr. consil. suo clxxxvj. incip. factum tale est. Anto. de But. c. Quintauallis. de iureiuran. xv. colum. Vide Felin. d. c. illud. uersic. ad illud, quod coram arbitratore. nume. 9. colum. 232. Adde & limita, q. si per istam contestationem litis, etiã inualidam, ille præscribens constitueretur in mala fide, quòd tunc præscriptio interrumperetur. Ita do. Abb. loco præalleg. & Feli. sequitur, ubi suprà.

præscriptio semel interrrupta, an duret perpetuò talis interruptio? an uerò de nouo illemet possit præscribere? do. Abb. ponit difficultatem istam c. illud. de præscrip. vj. colum. uersic. sed quæro. ubi post multa tenet, quòd sic: sed tu habes duas glos. contrarias, unam c. j. xvj. quæst. iij. & aliam in regula, sine possessione. de reg. iur. in vj. quas sequitur Anto. de But. d. c. illud. Adde Felin. d. c. illud. uersic. nouissimè tenet hic. nu. 10. col. 232. ubi multa dicit in materia ista.

præscriptio in criminalibus interrũpitur per solam libelli oblationem: do. Abb. c. illud. de præscript. vij. col. uersic. quæro, certum est. Idem tenet Bartol. l. naturaliter. ff. de usur. in fin. & l. mariti. §. quinquennium. ff. de adult. Adde, quòd contrarium tenuit Bal. l. j. C. quando lib. princ. da. Lud. Ro. l. j. ff. de arb in princ. & forte meliùs. Vide Felin. d. c. illud. uer. dum subdit Abb. post. Bar. nu. 11. col. 234.

præscriptio non interrumpitur per exceptionem: glos. c. ij. de ordi. cog. uerbo, exceptiones. & ibi do. Abb. pe. col. uer. quæro: Archi. c. potest. xvj. q. iij. Bar. l. si autem. §. fi. ff. de neg. gest. Fel. c. illud. de præscrip. nu. 12. uer. tertia conclusio. col. 236. Adde, quòd fallit, quando exceptio proponeretur per modum actionis. Bar. l. omnes actiones ff. de reg. iur. Fel. ubi 5. col. ead.

præscriptio non potest interrumpi, si est completa: do. Abb. c. auditis. de præscrip. ultimo no. do. Car. consi. suo cxxxj. incip. recipitur quoddam instrumentum. Adde Felin. c. illud. de præscrip. uer. quinta conclusio. ibi, nu. 13. col. 236.

præscriptio interrumpitur per mißionem in possessionem ex primo decreto: & hoc intellige de præscriptione, qua sola citatio potest interrumpi: de hoc uide Fel. c. illud. de præscri. uersi. sexta conclusio. nu. 14. col. ead.

præscriptio interrupta contra principalem, an noceat fideiussori: utputà quòd intelligatur etiam interrupta contra ipsum fideiussorem circa actionem in ipsum competentem: do. Abb. c. illud. de præscri. ult. col. uersic. quæro, an. tenet, quòd non intelligatur interrupta præscriptio contra fideiussorem. Idem tenet Cy. l. fin. C. de ann. excep. in fi. ubi Bal. & Ang. & Imo. l. si seruum. §. nunc. ff. de uerb. obli. Fel. d. c. illud. uersi. decima conclusio. nu. 15. col. 237. Adde & limita, quòd hoc est uerum de iure ciuili: sed de iure canonico, si fideiussor esset in mala fide ex interruptiõe facta cõtra principalem, tenerẽ, quòd noceret etiam ipsi fideiussori: & istud sentit do. Abb. loco præallegato.

præscriptio non interrumpitur per sequestrum: do. Card. cle. j. de seq. pos. & fruc. xviij. q. do. Abb. c. examinata. vij. col. de iudic. Adde Feli. c. illud. de præscrip. uer. duodecima conclus. ibi, nu. 16. colum. 237.

præscriptio non interrumpitur per receptionem testium, de ulta quorum dubitabatur. Fel. c. illud. de præscri. uer. decima tertia cõclusio. ubi 5. nu. 17. col. ead.

præscriptio non currit, sed dormit, tempore hostilitatis: & tamen non interrumpitur præscriptio: sed finita hostilitate tempus continuatur cũ præcedenti, & perficitur præscriptio. Ita do. Ab. c. ex transmissa. de præscri. j. col. uer. ultimò collige. Adde, quòd si tempore hostilitatis quis posset ire ad locum, ubi ius reddebatur pro interrumpenda præscriptionẽ cum saluo conductu, & non iuit, quòd tunc præscriptio bene currit: quia sibi imputetur, ex quo potuit ire ad interrumpendam præscriptionẽ, & noluit ire. Do. de Ro. tit. de do. & contu. dec. xij. in nouis. Imo. l. pe. §. ad crimen. ff. de pub. iud. x. col. Addè Fel. d. c. ex transmissa. uer. quod autẽ est dictum de hostilitate. nu. 4. col. 244.

præscriptio non currit, sed dormit tempore pestis, ubi ius non redditur: & plus dicit do. Abb. c. ex transmissa. de præsc. ij. col. uer. ita nec. quòd etiamsi ius redditur, sed actor timet ibi ire: quia multùm pestis seuiebat in loco, quòd etiam isto casu præscriptio non curret, sed dormit. Adde, quòd Do. de Ro. tit. de dolo & contu. tenent contrarium decis. xij. in nouis: & Imo. l. pe. §. ad crimen. ff. de publi. iud. xx. col. Vide Fel. d. c. ex transmissa. uersi. ad illud de peste. nu. 3. col. 243.

præscriptio non currit contra ecclesiam, sed dormit: & hoc, quando non habet prælatum, uel habet, sed inutilem: uel prælatus est captiuus: do. Abb. c. ex transmissa. de præsc. ij. col. uer. tertius casus. & Feli. ibi transit cum do. Abb. uer. in quantum: uerò ponit Abb. hic. nu. 8. col. 246.

præscriptio non currit, sed dormit, quando quis est impeditus agere de iure: utputà filiusfamilias uiuente patre, l. j. in fi. C. de anna. exceptio. do. Abb. c. ex transmissa. de præsc. ij. col. uer. quartus casus. Idem tenet Fel. uer. allegato, col. 247.

præscriptio non currit, sed dormit tempore schismatis: do. Abb. c. ex transmissa. de præsc. ij. col. uer. quintus casus. Felin. ibi uer. allegato, col. ut suprà.

præscriptio non currit, sed dormit, in rebus, quæ debentur sub conditione: do. Abb. c. ex transmissa. de præsc. ij. col. uer. sextus casus. & ibi Fel. uer. prælegato, col. ut suprà.

præscriptio centenaria, & non minor, currit contra ecclesiam Romanam. Tex. est. c. ad audientiam. de præscriptio. & authẽ. ut ecclesia Romana. in prin. Vide. Bald. l. ij. C. de serui. & aqua. ubi dicit, quòd iustè Florentini præscripserunt contra Romanam ecclesiam. Et dic, quòd istud habet locum etiam in ecclesia Nouantula: gl. authen. quas actiones. C. de sacrosan. eccles. Et etiam habet locum in omnibus ecclesijs, quæ sunt de patrimonio Romanæ eccle. ut est Marchiæ & Ferrariæ. Ang. d. authen. ut eccles. Roma. Vide Feli. d. c. ad audientiam. uer. in quantum Abb. concludit, q. omnis solutio. nu. 20. col. 279. Adde & dic, q. fallit in aliquibus casibus: & primò si præscriptio tangit ius Romanæ eccles. secundariò & nõ principaliter: quòd tunc sufficit minor præscriptio, quàm centenaria: gl. d. c. ad audientiam. in uerbo, principaliter. Bald. d. authen. quas actiones. vij. col. uer. secundò quæro. Fel. d. c. ad audientiam. uer. limita prædicta sex modis nu. 23. col. 281. Item fallit in casu c. ij. de præsc. quia est casus specialis. Feli. d. c. ad audientiam. uer. limita secundò. nu. 24. col. 282. Item fallit, ubi ex consuetudine præscriptio xl. annorum esset sufficiens: gl. magna. c. fi. de consue. & ibi Anto. de But. xxvj. col. Vide Felin. d. c. ad audientiam. uer. limita tertiò, nu. 25. col. ut suprà. Itẽ fallit in usucapione: quia per triennium possunt usucapi bona eccles. Roma. Aug. d. authẽ. ut eccles. Romana. circa medium: & do. Abb. c. j. de restit. in integ. iiij. col. Dic tamen, quòd Salic. l. j. C. de usucapio. transfer. tenet cõtrarium, quòd res mobilis Romanæ ecclesiæ non potest ullo tempore usucapi. Et istud mihi magis placet: quia neq; etiam contra bona mobilia imperatoris currit præscriptio, l. ij. C. communia de usucapio. Inst. de usucapio. §. res fisci. Eodem modo debemus dicere de bonis mobilibus Romanæ ecclesiæ: quia etiam Romana ecclesia habet fiscum. Vide Felin. d. c. ad audientiam. uersic. limita quartò. nu. 26. col. eadem. Item fallit in præscriptione, quæ habet tollere supremam potestatem Papæ: quia sufficit tantum tempus, de initio cuius non sit memoria. Felin. d. c. ad audientiam. uersic. limita quintò. nu. 27. ibidẽ. Item fallit in præscriptione, ubi præscribuntur possessiones ecclesiæ sancti Petri: de quo uide Feli. d. c. ad audientiam. uer. limita sexiò. nu. 28. ibidem.

præscriptio centenaria, & nõ minor, currit contra imperium. Ang. l. si cut. C. de præscri. xxx. anno. Vide Fel. c. ad audientiam. de præscri. uer. ultimò facias regulam. nu. 22. col. 281.

præscriptio centenaria, & non minor, currit contra ecclesias sitas in ciuitate Ferrariæ & eius diœcesis: de quo uide suprà §. præscriptio centenaria.

præscriptio centenaria, & non minor, currit contra ecclesias sitas per totam Marchiam. Vide 5. v. præscriptio centenaria.

præscriptio non currit sine possessione ciuili: do. Abb. c. causam. de præscriptio. imò plus: naturalis sola non est sufficiens. Bar. l. iij. §. ex contrario. in princ. ff. de acquir. posses. Felin. d. c. causam. uer. & quamuis naturalis possessio. nu. 13. col. 225. Adde, quòd fallit in præscribente usumfructum: quia sola naturalis possessio sufficit. Bartol. d. l. iij. §. ex contrario. in princ. & l. naturaliter. ff. de usucap. do. Abb. c. illud. de præscrip. ij. colum. Anto. de But. c. cùm non liceat. de præscrip. ult. col. Adde Felin. d. c. causam. d. c. uersi. colum. 226.

præscriptio decimarum in una parte agri, uel fundi, extendit se ad alios agros eiusdem fundi de nouo reductos ad culturam. Ita do. Abb. consil. suo lxxj. incip. Casus talis est: quidam clericus. ij. uol. Et hoc nota pro limitatione c. cùm cõtingat. de decis. ubi uidetur, quòd ecclesia, quæ præscribit decimas in certis agris, non dicitur præscribere decimas in agris, qui in eadẽ uilla deducuntur de nouo ad culturam. Adde Fel. c. causam. de præscri. uer. facit etiam ad dubium. nu. 15. col. ut suprà.

præscriptio non currit contra supremam potestatem Papæ: & ideo hoc uerum est, quòd ab aliquo nullo tempore poterit præscribi: & hoc respectu prælationis: do. Abb. c. cùm nobis. de præscrip. j. col. uer. soluit glos. & iij. col. uer. quid ergo. Innoc. c. bonæ. el ij. de postul. præla. j. col. Archi. c. uolumus. xvj. quæst. iiij. do. Abb. c. cùm instantia. de censi. circa fin. ubi plus dixit, quòd Papa non potest priuilegiare aliquem, quòd ab eo non possit excommunicari, uel quòd non tenetur uenire ad eum. Imol. c. quantò. de consue. j. col. Angel l. sicut. C. de præsc. xxx. anno. Pet. de Anch. consil. suo cxxxv. incip. Clarior & breuior, Bal. authen. quas actiones. C. de sac. san. eccles. ult. col. uer. tu dic. Imo. c. j. de consti. viij. col. uer. fatetur tamen. Do. de sanct. Gemi. c. sacrosancta. xxij. distinct. ij. col. ubi dicit, quòd Græci non possunt allegare præscriptionem contra Romanam ecclesiam respectu exemptionis superioritatis. Et in simili dixit do. Abb. c. ex gestis. de cle. non residẽ. ij. col. quòd cardinales non possunt præscribere, quòd Papa non faciat arduà sine eorum consensu. Et idem tenet Pau. de Cast. consi. suo cclxxx. incip. In facto præsenti. Adde Felin. d. c. cùm nobis. in princ. nu. 1. colum. 284.

præscriptio tribuit iurisdictionem: an uerò correctionem in corpus? Vide, quæ posui in litera I. §. iurisdictio acquisita per præscriptionem.

præscriptio an currat contra annuam solutionem: utputà si in uilis annis debes mihi decem, & cessaui petere, utrum istud debitum tollatur præscriptione? do. Abb. c. auditis. de præscri. ult. col. tangit istam difficultatem. Vide do. Alex. l. de pupillo. §. si pluribus. in prin. ff. de ope. no. nun. Adde Fel. d. c. auditis. uersi. ultimò, dum tangit Abb. ad. fi. nu. 33. col. 316.

præscriptio longißima, putà tanti temporis, de initio cuius memoria non est in contrarium, quando intelligatur sublata: do. Abb. dicit c. cùm ex officij. de præscri. iij. not. quòd talis præscriptio intelligitur sublata, quando lex prohibet præscriptionem. Idem tenet Ioan. An. c. cùm instantia. de censi. do. Abb. c. super eo. de paroch. Adde & intellige istud de lege communi: secus, si statutum; uel pactum tolleret præscriptionem in materia præscriptibili: quia non posset tollere præscriptionem longißimam, de initio cuius non est memoria in contrarium. Bald. l. j. C. ne rei do. & Bald. l. omnes. C. de præscript. xxx. anno. Adde Felin. c. cùm ex officij. de præscript. in princ. nu. 13. col. 324.

præscriptio an currat contra procurationẽ? & quid de præscriptione tanti temporis, de initio cuius non sit memoria in cõtrario? Vide §. procuratio debita episcopis.

præscriptio si habet ius commune contra se, an in ea requiratur titulus cum bona fide? do Abb. c. si diligenti. de præscrip. pen. col. tenet, quòd sic: & hoc etiam de iure ciuili: & sic notabis ex mente do. Abb. ibi, quòd in præscriptione habẽte cõtra se ius cõmune,

requiritur titulus cum bona fide, etiam in rebus laicorum. Et idē tenet Pet. de Anch. regula, sine possessione. de rēg. iur. in vj. xvj. col. uer. ex prædictis. Adde, quòd contrarium tenet Paul. de Cast. l. seruitutes. ff. de serui. iij. col. Tamen tu tene opin. do. Abb. quia æquior. Vide Felin. d. c. si diligenti. uer. cæterum pro apostillando nouiter. nu. 7. col. 349.

præscriptio currit contra Papam: & hoc in spectantibus ad eum speciali prærogatiua, seu in signum priuilegij singularis: do. Abb. c. cùm nobis. de præscri. j. col. uer. sed circa. & iiij. col. uer. quædam sunt. Bart. l. si publicanus. §. in uectigalibus. ff. de publica. j. col. uerb. uides. Bal. l. cùm proponas. C. de nauti. feno. ult. col. Spec. tit. de cau. pos. & proprie. §. quia uerò. uer. quid. Cy. l. j. C. noua uectigalia. do. Abb. c. cùm contingat. ubi Anto. de But. de fo. compe. Adde & intellige hoc sano modo. Primò cōcurrēte sciētia Papæ: secundò, dum modò sit præscriptum per tantum tempus, de initio cuius non sit memoria in contrarium. Ita do. Abb. locis præallegatis. Et idem firmat Anto. de But. c. peruenit. de censi. Et idem tenet Bart. d. §. in uectigalibus. Et hoc modo intelligas glos. c. j. de cleri. ægro. quæ dixit, quòd non præscribitur contra Papam in his, quæ sibi in signum specialis priuilegij reseruauit: quia illud intelligitur, quando non interuenit scientia Papæ. Ita do. Abb. d. uer. sed circa. Et idem tenent omnes d. c. j. de cleri. ægro. reprobata gl. ibi. Vide Felin. d. c. cùm nobis. de præscri. uersic. prima declaratio. nu. 2. col. 284. Adde, quòd si quis allegaret usum tanti temporis, cuius initij nō sit memoria: quia sufficeret, & usus ille induceret priuilegium: & sic non requiritur scientia Papæ, quando probaretur usus longissimi temporis, de initio cuius ignoratur. Et hoc modo limitabis suprà dicta, ubi dixi, quòd requiritur scientia Papæ: de quo uide gl. l. hoc iure. §. ductus aquæ. ff. de aqua quoti. & æstiua. & Ang. ibi. Et idem tenet Bal. c. j. quæ sint regalia. Ant. de But. c. peruenit. de censi. xxiiij. col. uer. per hoc apparet. Imo. d. l. si publicanus. §. in uectigalibus. Innoc. c. ij. de resti. in integ. Adde optimum text. c. j. de præscri. in vj. ubi in præscriptione tanti temporis, de initio cuius non sit memoria in contrarium, non est necesse probare titulum. Vide etiam do. Alex. consi. suo vj. Adde ad ista Fel. d. c. cùm nobis. de præscri. uer. sed aduerte bene. nu. 3. col. 285. ubi ponit multa in materia ista.

præscriptio currit contra principem, in his, quæ spectant ad ipsum in signum priuilegij singularis, aut specialis prærogatiuæ: de quo uide, quæ posui. §. præscriptio currit contra Papam.

præscriptio currit contra supremam potestatē imperatoris: do. Car. cle. præsenti. de censi. vij. q. & cle. pastoralis. de re iudic. §. illud. iij. oppos. Bal. rub. ff. de uete. iu. enucle. pe. col. uer. sed contra. Adde Felin. d. c. cùm nobis. de præscri. uersic. secunda declaratio. nu. 4. colum. 286.

præscriptio centenaria quomodo probatur? do. Abb. cùm nobis. de præscri. ij. col. uer. secundò principaliter. ponit multos modos: & primò per instrumenta & uiam constituti. Vide Bal. authen. quæ actiones. ulti. col. C. de sacrosanc. eccles. ubi dicit, quòd si in præscriptione centenaria sufficit probatio per præsumptiones: quia directa probatio est difficilis. Vide Felin. d. c. cùm nobis. uer. ulteriùs in quantum Abb. nu. 8. col. 287.

præscriptio non currit contra pœnas spirituales: glos. c. admonere. xxxiij. q. ij. uerbo, præsenti. quam sequitur Bal. l. j. C. qui accu. non pos. xxj. col. Adde Feli. c. cùm nobis. de præscri. uer. & scias, quòd in pœnis. nu. 13. col. 290.

præscriptio: an per eam acquiratur cura animarum in aliqua parte diœcesis per prælatum inferiorem, episcopo excluso? Vide, quæ posui in litera C. §. cura animarum.

præscriptio non extenditur ad iura similia: utputà facta & completa est præscriptio in uisitatione: ut quia quis præscripsit ius uisitandi, tamen non intelligitur præscripsisse procurationem. Ita Innoc. c. auditis. de præscri. ubi dicit, quòd præscriptio super uno iure, non extenditur ad aliud ius. Et idem tenet Bald. l. de quibus. ff. de legib. xx. col. Bart. l. j. §. si quis. ff. de itine. actuq; priua. Adde Fel. d. c. auditis. uer. cæterùm pro ordinanda. nu. 9. col. 297.

præscriptio qualiter interrūpatur? & hoc naturaliter? Ponit gl. c. illud. de præscri. & gl. consimilem habes §. potest. uerbo, interrupta. xvj. q. iij. Vide Cy. l. cùm notissimi. C. de præscri. xxx. anno. & Bar. l. naturaliter. ff. de usuca. Adde tu pro declaratione istius materiæ difficilis, quòd quandoq; præscriptio non currit, quandoq; dormit, quandoq; interrumpitur, ante quàm compleatur. Primo casu non currit præscriptio, quando nō potest res præscribi. Et de hoc habes casum c. cùm non liceat. de præscri. ubi etiam Scribentes. Secundo casu, præscriptio dormit, quando prælatus est negligens, uel aliter impeditus: de hoc habes casum: c. j. de præscri. & ibi Scribentes. Tertio casu, præscriptio interrumpitur, quæ est inchoata: & hoc fit duobus modis, naturaliter & ciuiliter: naturaliter interrumpitur præscriptio: & hoc, quādo requisita ad substantiam præscriptionis non concurrunt: putà, si est talis præscriptio, quæ de natura sui requirat titulum, bonam fidem & possessionem: de qua præscriptione habes c. j. de præscri. in vj. quia uno deficiente præscriptio interrumpitur. Potes etiam ponere exemplum in præscriptione longissima: putà xl, annorum, ubi requiritur titulus & bona fides. Et habes casum c. de quarta. de præscri. ubi si alterum istorum deficit, præscriptio naturaliter interrumpitur. Vide in materia ista do. Abb. d. c. illud. j. col. uer. qualiter autē. Adde, quia dixi, quòd in præscriptione requiritur bona fides: pone, quòd mala fides superuenit currente præscriptione, quo ad unum: sed quo ad alium, præscribens erat in bona fide: putà, præscribens putabat rem esse Titij, quæ erat Sempronij, an ista mala fides sic superueniens interrumpat præscriptionem, quo ad omnes? do. Abb. d. c. illud. ij. col. uer. uenio ad secundum. dicit, quòd præscriptio interrumpitur, quo ad omnes, ex quo scio me esse in mala fide. Contrarium tenuit ibi Ant. de But. ubi dicit, quòd currit præscriptio contra eum, contra quem erat bona fides: quia bona fides, quo ad illum, iuuat præscribentē, licet mala fides sit, quo ad alium. Idē tenet Sali. l. cùm notissimi. §. imo. C. de præscri. xxx. anno. pe. col. Vide Feli. d. c. illud. nu. 2. col. 228. & inde: ubi uidetur inclinare in opi. Ant. de But. quamuis non bene firmat. Adde, & quòd dixi, intellige solùm de interruptione naturali: de interruptione ciuili habes ī. §. præscriptio quando.

præscriptio, quæ est contra ius commune: Et sic, quòd resistit præscribenti, in ea requiritur titulus cum bona fide. Text. est c. j. de præscri. in vj. Adde tu, & restringe illum tex. multipliciter: & primò, quòd ubi præscribens acquisiuit ius non ex præscriptione, sed ex consuetudine: quia tunc non requiritur titulus. Ioā. And. c. fi. de consue. Felin. c. si diligenti. de præscri. uer. tertia restrictio. nu. 8. col. 350. Item restringe illum tex. quando ius commune, quod resistit præscribenti, resistit in genere & specie: secus in genere tantum. Bal. l. j. circa fi. C. de serui. Felin. d. c. si diligenti. uer. quinta restrictio. nu. 9. Ibidem. Item restringe illum text. in præscribente spacio xl. annorū: quia licet ius commune resistat, tamen præscriptio currit: quod tamen non bene firmo. Vide Fel. c. l. si diligenti. uersi. pro quo facit, quod scribit. nu. 10. col. 351. Item restringe illum textum in præscriptione tanti temporis, de initio cuius non sit memoria in contrarium: quia tunc præscriptio currit, etiamsi ius commune resistit. Spec. & Ioan. And. tit. de cau. pos. & proprie. §. quia uerò. uer. quid de colligentibus. ubi pulchrè loquuntur de ista præscriptione. Vide Fel. d. c. si diligenti. uer. nona & ultima. nu. 11. col. ead. ut suprà.

præscriptio an tollatur per solam impetrationem priuilegij? do. Abb. c. ueniens. de præscri. vj. col. uer. gl. in uer. renunciasse. dicit, quòd aut priuilegium habet formam contrariam præscriptioni, aut cō uenientem. Primo casu, aut præscriptio erat completa, & tunc per priuilegium uidetur renunciare præscriptioni. Secundo casu, si priuilegium non contratriatur præscriptioni, & sic præscriptio erat completa: & tunc non uidetur renunciare præscriptioni per impetrationem priuilegij, sed uidetur impetrare secundū titulum ad maiorem cautelam. Aut præscriptio non erat completa: & tunc per impetrationem priuilegij efficitur malæ fidei, & interrumpitur præscriptio. Adde Fel. d. c. ueniens. uer. ad glos. & Doc. uerbo, intentioni. nu. 3. col. 357.

præscriptio cum mala fide, etiam longissima, non currit hodie in rebus corporalibus, ubi requiritur possessio: quia ius canonicū corrigit ius ciuile in hoc. Ita do. Abb. c. fi. de præscri. iij. col. uer. aduerte. Et cum ista opi. do. Abb. transit ibi Feli. col. 359.

præscriptio cum mala fide an currat hodie de iure ciuili in rebus incorporalibus, ut in seruitutibus, aut actionibus personalibus? & an ius ciuile, quod permittebat præscriptionem xxx. annorū cum mala

mala fide, sit correctum per ius canonicum, etiam circa iura incorporalia & actiones? ut tex. c. fi. de præscri. Bar. l. sequitur. §. si man. ff. de usuc. dicit, quòd ius canonicum non corrigit ius ciuile in præscriptione, quæ currit in rebus incorporalibus, aut actionibus: quia in his casibus nō curat de bona, uel de mala fide. Et idem tenuit Host. d. c. fi. Adde, quòd contrariam opi. tenuit do. Ab. d. c. fi. vij. colum. uer. nunc uerò. & c. cura. de iure pa. circa fi. ubi dicit, quòd nulla præscriptio ualet absque bona fide, etiam in incorporalibus & actionibus personalibus. Idem tenet Ang. in repe. l. j. C. de iudic. ult. col. & d. l. sequitur. §. si man. Pe. de An. consi. suo inci. Pro arte. & consil. suo. inci. Visa prædicta. Bald. d. c. fi. ubi etiam Imo. xvij. colum. Felin. d. c. fi. quem uideas, in princ. colum. 359. Adde & limita istam communem opi. non habere locum, ubi lex daret actionem temporalem in meram pœnam de sui natura: quia tollitur finito tempore, etiam sciente debitore. Ita do. Ab. d. c. fi. iij. col. uer. ipse uerò. Secus, ubi lex daret actionem temporalem, non in meram pœnam, sed quia fuit sibi uisum hoc conuenire reipublicæ, ut est actio de dolo: quia si dolus interuenit ex parte alterius, tenetur satisfacere: domi. Ab. ubi ī. cessante dolo bene curreret præscriptio: de quo uide Fel. d. c. fi. uer. recipit tamen ista comunis. nu. 2. col. 360. Item limita istam communem opi. quia currit præscriptio contra creditorem, etiam sciente debitore: & hoc, quando debitor non est in culpa: putà, quia non erat obligatus offerre precium: do. Abb. d. c. fi. vj. col. uersi. ego. & ibi Felin. uersi. secunda declaratio. num. 3. col. 360. Item limita communem opi. in debitore, qui scit se debitorem esse ex sententia, quæ transiuit in rem iudicatam: quia præscriptio ualet contra sententiam, quæ transiuit in rem iudicatā: & sic præscribit contra ipsum creditorem: do. Abb. c. fi. x. colum. uer. sed circa prædicta. & hoc maximè, quando sententia præsumitur iniusta. Et idem, etiamsi essemus in dubio: quia non solùm præscribitur, sed etiam non potest fieri denunciatio, iuxta no. c. nouit. de iud. de quo uide Bal. c. si gs. si de feudo fue. controuer. Vide Felin. d. c. fi. uer. tertia declaratio. nume. 4. colum. 361. Item limita communem opi. quia præscriptio ualet contra actionem creditoris, & præscriptio statutaria, quæ est inducta à statuto abbreuiante præscriptionem iuris communis. Bar. l. omnes populi. ff. de iust. & iure. x. col. uer. ecce alia. & domi. Abb. d. c. fi. iiij. colum. uer. sed aduerte. Pe. de Anc. in repe. c. j. de consti. uer. item si statuto. Quod tamē intellige sano modo, si statutum præsumit contractum simulatum: ubi per Bart. & domi. Abb. in locis præallegatis. Vide Felin. d. c. fi. uer. quarta declaratio. nume. 5. col. 362. Adde & intellige istam præscriptionem inductam à statuto, currere contra creditorem, quando ipse creditor petit rem sibi debitam: secus est, si peteret rem suam. Felin. d. c. fi. uer. limita etiam tribus modis. Ibidem. nu. 6. Idem dic, si debitum sit iuratum: quia non tollitur per præscriptionem statutariam. Bar. l. nam & postea. §. si is, qui. ff. de iureiu. Felin. d. c. fi. uersi. limita secundò. nu. 7. ubi ī. col. ead.

præscriptioni an per pactum renunciari potest? domi. Abb. rub. de præscri. iij. colum. uer. ultimò hic quæro. tenuit, quòd nō. Et idem tenet Bar. l. nemo potest. ff. de leg. j. iiij. colum. uer. quærit Dy. & hoc propter fauorem publicum, & odium negligentis. Ita Barto. d. l. nemo potest. & Bal. l. centurio. ff. de uulga. & pupil. in fin. & authen. quas actiones. C. de sac. sanc. eccles. iiij. col. & l. fi. in prin. C. de temp. appel. Vide Felin. d. rub. uersicul. regulariter uidetur tenendum. num. 11. colum. 165. Adde, quòd contrarium tenuit Ioan. And. in addit. Specul. in rub. de rescri. ubi dicit, quòd imo præscriptioni renunciari potest per pactum. Et idem tenet Dyn. & Bal. & Imol. d. l. nemo potest. ff. de leg. j. Bald. l. j. C. de senten. quæ pro eo, quod inter. viij. colum. uer. fallit, si per pactum. Dic tamē, quòd communis opinio est, quòd per pactum præscriptioni renunciari non potest. Adde, quòd ista communis opinio fallit in aliquibus casibus, in quibus ualet pactum, per quod renunciatur præscriptioni. Et primo, quando quis renunciat præscriptioni præteritæ: quia illi renunciari potest. Bald. d. authen. quas actiones. Felin. d. rub. uer. fallit primò. num. 12. colum. 165. Item fallit, quando fit pactum, non, quòd nunquam præscribatur: sed, quòd præscribatur post certum tempus: quia ualet tale pactum. Felin. d. rub. uersi. fallit secundò. Ibidem, nume. 13. Item fallit in præscriptione x. uel xx. annorum: quia illi præscriptioni renunciari potest per pactum. Ratio est: quia est merè fauorabilis. Bar. l. j. ff. de usuca. do. Abb. d. rub. iij. colum. uer. quædam est præscriptio. Felin. d. rub. uer. fallit tertiò. ubi ī. num. 14. colum. ead. ubi tamen dicit, quòd contrarium tenuit Bald. in repe. l. cunctos populos. C. de sum. tri. & fide Catho. & Imol. d. l. nemo potest. Tu uide Felin. ibi. Sed ego teneo primam opi. quam tenuit domi. Abb. in rub. ut. ī. & Bar. ut ī. Item fallit, quādo per pactum renunciaretur præscriptioni cum iuramento. Innocen. c. significante. de pigno. Bar. l. si quis pro eo. ff. de fideiusso. ij. colum. uer. tertiò dixi. Felin. rub. de præscri. uer. fallit quartò. nu. 15. colum. 166. Item fallit, quando statutum ciuitatis hoc disponeret: & sic derogatur præscriptioni per statutum. Bal. l. receptitia. C. de consti. pecu. & ibi Sali. Felin. d. rub. uer. fallit sextò. num. 16. colum. ut ī. Item fallit, quia præscriptioni renunciari potest per pactum: & hoc, quando est pactum, quòd finita præscriptione iterum sit debitum illud, quod erat præscriptum: nam isto casu nunquam præscriberetur: & hoc modo per pactum erit renunciatum præscriptioni. Et istam cautelam docet Bar. d. l. nemo potest. de leg. j. & Bald. l. j. C. de caduto. in princi. Vide Felin. d. rub. uer. fallit septimò. nume. 17. colum. 167.

¶ Præsens quando quis dicatur? Ponit do. Abb. c. quoniam frequēter. ut lit. non contes. uer. sextò quæro. & post multa dicit, relinquendum arbitrio iudicis. Dic tu, quòd uario modo quis dicitur præsens: & hoc secundum diuersam materiam: de quo per glos. l. fi. C. de præscri. long. temp. & l. præsens. ff. de procu. & §. si quidem uersi. præsentes. authen. de fideius. Vide Bartol. l. in duobus. in fin. ff. de dolo. reis. Specul. tit. de præscri. uer. quando. Adde Felin. d. c. quoniam. uer. item in iudicio ille dicitur præsens. num. 10. col. 353.

præsens in iudicio etiam ex alia causa, quàm ex lite, an sit citandus? Vide, quæ posui in litera C. §. citandus non est, qui est præsens.

præsens in iudicio citari non debet, & iudicium agitatum contra ipsum, ualet. Ita Felin. c. j. de iudi. uer. ualet iudicium præsente non citato. num. 18. col. 16. Imo etiam sententia, ut per Felin. loco præallegato, col. 17.

¶ Præsentatio rescripti dat iurisdictionem iudici. Ita Fel. c. cæterùm. de rescri. uer. ualet processus. nu. 11. col. 419.

præsentatio iuris patronatus: an pro ea habenda à patrono, possit committi simonia. Felin. c. ad audientiam. el ij. de rescrip. uer. literæ non dant ius. nu. 12. col. 894.

præsentatio, quæ fit de clerico per plures patronos, debet fieri capitulariter: et non sufficit, quòd omnes consentiant separatim, sed est necesse, quòd sint congregati, & consentiant, tanquam collegium: de quo uide, quæ posui in litera A. §. actus, qui est celebrandus.

præsentatio, quàm facit clericus patronus beneficij ratione suæ ecclesiæ, habet uim electionis: secus est in præsentatione laici patroni. Imo. c. cùm autem. de iure patro. Adde Feli. c. cùm Bertoldus. de re iud. uer. & aduerte: quia licet electio. nu. 7. col. 564.

præsentatio clerici in beneficio iurispatronatus non spectat ad eum, ad quem uniuersitas bonorum trāsit, qui habet restituere fructus, uel eos computare in sortem, ut est creditor pignoris: de quo uide Felin. c. cùm Bertoldus. de re iudic. uer. ultimò habes ex gl. nu. 29. col. 578.

præsentatio clerici in beneficio iurispatronatus, an spectet ad maritum, qui habuit in dotem uniuersitatem bonorum? do. Ab. c. fi. de concess. præben. ult. col. uer. & fornat post multa. uidetur tenere, quòd præsentatio spectat ad uxorem, et non ad maritum. Et idem tenet Anton. de Butri. ibi, ult. colum. circa fi. & ibi Imol. in fi. Vide Felin. c. cùm Bertoldus. de re iud. uer. proximè allegato. col. 578. ubi dixit, quòd Do. de Rota tenent contrarium titu. de iure pat. x. in nouis.

præsentatio patroni, quam facit episcopo, est fructus iurispatronatus. Ita Felin. c. cùm olim. de maio. & obe. uer. in quantum Ab. assignat nouam. nu. 1. col. 1352.

¶ Præsentatus à uero patrono, nondū admissus, quale ius habeat ex tali præsentatione? Ponit do. Abb. c. cùm Bertoldus. de re iudi. iij. col. uer. oppo. secundò contra tex. & tandem concludit, quòd si patronus nullum alium præsentauit, sed perseuerat in prima præsentatione, quòd tunc præsentatus potest agere, ut episcopus compellatur

pellatur eum instituere: quia ius est sibi acquisitum ex præsentatione. Tex.d.c.cùm Bertoldus. Adde Felin.d.c.cùm Bertoldus.in prin.nu.1.col.562.

¶ Præsentia alicuius ubi requiritur de necessitate ad certum actum, non ualet,quod agitur in eius absentia.Ita gloss. c. causam matrimonij.de offi.del.uer.solummodò,Bal.l.j.xiij.col. C.qui admi.dicit,quòd si statutum requirit præsentiam propinquorum,quòd actus factus in absentia,non ualet: imò non potest ratificari. Adde Felin.d.c. causam matrimonij. uer. quarta declaratio est, ubi interuenit præsentia coniunctorum.nu.6.col.1095.

¶ Præsatio diuturna facta ex mera liberalitate,nõ ,ducit obligationem. Vide, quæ posui in litera O.§.obligatio an oriatur.

¶ Præsumere uerbum,quid significet.Fel.de testi.c. Iudæi. nu. 8. colum.680.

¶ Præsumpserit:istud uerbũ accipitur aliquando pro cõiecturatione:aliquando accipitur pro actu, qui sit præsumptuosè & temerariè contra uoluntatem superioris:do. Abb.c.decernimus.de iudic.ij.col.uer.no.secundò ex gloss.Et ideo si quis uenit contra canonem,qui præcipit,ne quid fiat,& qui utitur uerbo Præsumpserit,faciendo contra legem,uel canonem,nõ ex contemptu,sed per ignorantiam,istud uerbum non operatur contra tales, qui de natura illius uerbi Præsumpserit,est, ut præsumptuosè contrafaciat legi,uel canoni. Vnde si quid fecerit contra dispositionem cle.j. de priuileg.qui utitur isto uer. Præsumpserit, non ex contemptu,sed per ignorantiam,excusaretur,ut ibi per do.Car.xxxviij.q.ubi dicit ita consuluisse in facto, & quòd liberauit religiosum à pœna illius cle.Idem dic,quòd si quis ueniret contra text. c.episcoporũ. de priuileg.in vj.non præsumptuosè,sed per ignorantiam, excusaretur:de quo uide unum consilium Cald.ti.de sen.excom.consil. iiij. incip. sacerdos parochialis, qui erat in casu d. c. episcoporum. Adde Felin. qui idem tenet in rubr. de præsumptio. colum. 1026.

¶ Præsumptio legis facit ueram probationem. Gl. l. & tutor. C. de periculo tuto.

præsumptio iudicis nõ facit,nisi semiplenam probationem. Bal.rub. de præsum.ponit de multiplici genere præsumptionum. Vide etiam Bal. rub. de prob. ij. col. ubi ponit de præsumptione iuris & hominis: & quid sit indicium? & quid sit fama? & quid sit suspicio. Vide Fel.de hoc c.quantò. de præsumptio. uers.adde Bal.in rub.nume.2.colum.1055.parte ij. Adde,quòd gloss. d.c. quantò. quærit,an præsumptio sufficiat ad condemnationem, ubi enumerat tres species præsumptionis:quædam est temeraria,et hæc repellitur: quædam probabilis, & hæc inducit aliquando purgationem: quædam uiolenta, & hæc inducit quandoque sufficientem probationem ad sententiam. Vide domi.Abb. d.c.quantò.iij. colum.uersic.ex quibus conclude. ubi dicit, quòd non potest dari certa doctrina,quando præsumptio sufficit ad sententiam, quando ad semiplenam probationem,quando ad indicium,seu ad torturam: & sic limitat gloss. d. c. quantò. quia dicit,quòd præsumptiones assumunt nomen sibi secundum ipsarum potentiam. Adde Fel.d.c.quantò.ubi uideas ipsum ferè ad finem,ponentem multa de ista materia præsumptionum,quando probant.

præsumptio præsumitur ex tempore,uidelicet aliquando ex præsenti,aliquando ex præterito:de quo uide glo.c. scribam.de præsum. uer.ex priùs dictis. & ibi do. Abb.uer.in gl.ij. Adde Feli.d.c.scribam.uer.in gl.ij.in fi.nu.2.col.1058.

præsumptio uiolenta orta ex processu,uel aliunde,est sufficiens causa, ut iudex posit procedere ad sententiam diffinitiuam, etiam quòd talis præsumptio non sit,neque probata,neque allegata per partes:de quo uide,quæ posui in litera I.§.iudex potest procedere ad sententiam diffinitiuam.

præsumptiones trahuntur de tempore ad tempus,utputà ex bonis actibus præcedentibus præsumitur de uita futura: de quo uide Fel. c.mandata.de præsum.in prin.nu.1. col.1049. & ibi do. Abb. j. col.uer.no. quòd ex bonis actibus.

¶ Præter & Contra: istæ duæ dictiones æquiparantur,quando commissio requirit aliquid pro forma: do.Abb.c.causam. de re iudic. ij.colum. uer.oppono contra tex. domi. Abb. etiam c. Pisanis.de resti. spol. xiiij. colum. Secus,ubi commissio non requirit certam formam: domi.Abb.c.prudentiam.de offic.deleg.ij.colum. Adde Felin.d.c.causam.uer.æquiparantur Præter & Contra. nume. 4. col.493.

¶ Præuaricator quis dicatur.Fel.de cal.in rub.nu.2.col.948.

¶ Presbyter parochianus an possit compellere suos parochianos ad soluendum sibi omni anno aliquid? & hoc,quando non habet ecclesia sua sufficientem dotem ad sustentationem presbyteri. Vide domi.Abb.c.ueniens.el j.de testi.iiij.not.ubi dicit,quòd presbyter potest compellere parochianos ad soluẽdum in isto casu,per subtractionem sacramentorum. Allegat gloss. c. omnis.de consecra. distinct.j.Adde,quòd contrarium tenuit Ioan.And.Anton.de Bu. & domi.Abb.rub.de paroch.ubi dicunt,quòd presbyter non potest subtrahere sacramentum,sed bene poterit facere,quòd superior compellat parochianos ad soluẽdum oblationes,iuris remedijs.Idem tenet sanctus Thomas secunda secundæ,q.c.arti.iij. Lapus alleg. lxij. q. pe.colum. Adde Felin. d. c. ueniens.de testi.uer. not. quartò,ibi:consueueram.num.3. colum.614. parte ij. Et ista est communis opi.

presbyter debet gratis ministrare sacramenta.Felin. de simo.c.suam. nu.2.col.992.

presbyter habens tenue beneficium, an possit quærere uictum artificio.Fel.de simo.c.suam.nu.3.col.ead.

presbyter ebriosus:putà,qui pernoctauit: & sic digestionem non fecit,si celebrat missam,debet puniri. Felin.c.si constiterit.de accus. uer.no.tertiò. num.3.colum.779. Adde tamen,quòd si celebrat, etiam quòd non sit ieiunus,tamen conficit corpus Christi: glos.est c.liquidò.de consecr.distinct.ij.& uide gloss.c.ex parte.de cele.mis. Et adde, quòd presbyter debet celebrare missam ante prandium, & non post prandium. Vide gloss.c.à partibus.xxv.dist. Felin.loco allegato,num.3.colum.ut 5. Adde, an requiratur dominio,ad hoc ut presbyter possit celebrare missam? & dic,quòd nõ sufficit, si est facta digestio perfecta sine dormitione:do.Abb.c.si constiterit.de acc.ul.col.uer.no.gl.

presbyter,qui non uult dicere officium,etiamsi in mente gerit, quòd non diceret,nisi haberet præmium,committit simoniam. Vide gl. c.j.in gl.fi.de cle.nõ resid.in vj.do.Car.cle.j.de cele.missa.vj.not. Felin.c.suam.de simo.in prin.col.992.

presbyter parochialis potest absoluere homicidam in foro conscientiæ.Ita do.Abb.c.perpendimus.de sent.excom.Et est text.c. Deus, qui.& ibi Ant. de But. Et dic, quòd est uerum in homicidio simplici:secus in homicidio qualificato.Sed hodie episcopi reseruant istum casum.Adde Fel.d.c.perpendimus.in prin.col.1185.

¶ Primogenitus regis dicitur,qui natus est post dignitatem regalem patri quæsitam:de quo uide,quæ posui in litera F.§.filius regis.

primogenitus omnes excludit in successione dignitatis: putà,regno, principatu,comitatu,& feudo,quod sapit dignitatẽ: & hoc,quia dignitas non potest diuidi,ut uoluit gloss.c.si hæres.de testa.& c. licet.de u.t.Ioan.And.d.c.licet.do.Abb.c.dilecto.de iureiu.ij.col. uer.reges. Limita hoc, nisi ille primogenitus, qui deberet habere regnum,efficeretur stultus,uel furiosus:quia tunc alius frater succederet. Ita Bald.authen.hoc amplius.ij.col. C.de fideicom. Adde Felin.c.prudentiam. de offic. deleg. uer.ubi uerò est dignitas. nu. 6.colum.1115.qui idem tenet:& ibi dicit,quòd primogenitus excludit omnes, adeo quòd omnes descendentes ab eo gaudent iure primogenituræ.

primogenitus,qui succedit in dignitate, debet prouidere alijs fratribus secundum cognationem sanguinis.Ioan.And.& domi.Abb.c. licet.de uoto.Adde Car.consi.suo cxxxvij.inci. ad quendam. Pet. de Anc.consi.cccxxxix.incip.Pro maiori intelligentia.Old.cons. suo xciij.inci. Eleganter. Vide per Feli.copiosiùs.c.prudentiam. de offic.deleg.uer.allegato,col.ut 5.

primogenitus,qui natus est antè,quàm pater suus esset rex,princeps, uel dux,an dicatur primogenitus regis, uel principis? Dic, quòd non: quia ille dicitur primogenitus regis, qui natus est post adeptum regnum,non ante:gloss.est no. §. iam itaque.j. q. iiij. Adde Bar.l.cùm satis.in fi.C.de agri.& censi.lib.xj.gloss.l. imperiales. §.illud. C. de nupt. Disputatur per Alb. j. parte statu. q. clxxvij. Adde Felin.c.prudentiam. de off.dele. ubi multa ponit ad istã materiam,uer.quid si aliquis est natus.nu.8. col.1116.

primogenitus legitimatus non excludit secundogenitum legitimè natum.Ita dicit Ioan.An.reg.sine culpa.in Mer.ij.q.de reg. iu.in vj.

Adde,

Adde,quòd dubium est, quid in legitimato per subsequens matrimonium.Ioan.And.dicit in loco præallegato,quòd etiam talis nõ excludit secundogenitum, legitimè natum. Adde,quòd contra Ioan.An.est disputatio Floriani,quæ incipit,Baro quidam.Et adde, quòd Felin.c.prudentiam.de offic.deleg. uer. primogenitus legitimatus.num.9.colum.1116.tenet etiam ipse contra Io.And. Eum ibi uide.

primogenitus ex filio primogenito regis,an excludat patruum? Inn. c.grandi.de sup. negli. præla.in vj. uidetur tenere,quòd sic. Idem etiam tenet domi.Abb.consi.suo lxxxv.ubi dicit,quòd omnes descendentes à primogenito,gaudent iure primogenituræ,& excludunt patruum,Idem tenet Felin.c.prudentiam.de offic.deleg.uersic.ubi uerò est dignitas.nume. 6.colum.1115. Adde tu,quòd Paud. de Cas.l.maximum uitium.C.de lib.præteri.tangit q.istam: pone, natus est filius primogenitus regis, ex quo filio natus est filius, deinde pater moritur superstite auo, an filius primogeniti debeat habere regnum? an uerò secundus filius aui? & sic frater primogeniti? Bar.tenet authen.post fratres. C.de leg.hære. quòd secundus filius debeat succedere auo,& non nepos. Pau. de Cas. ibi tenet contrarium, quòd filius ex primogenito filio regis præmortuo,debet præferri alteri filio regis secundogenito, stante consuetudine,quòd primogenitus succedat.Et ita uidetur tenere Ol.consil.xciiij.inci.Eleganter.& Ioan.And.in addi. Specul.rub.de feu. & Bald.l.liberi.C.de oper.lib. Vide Cy.Bald.Salic.l.si uiua. C. de bo.mater.& per l.cùm antiquioribus.C.de iur.deli.& l.iij. C. de suis & le.& l.ex hoc iure.ff.de insti.& iur.& c. j. de fil. natis ex mat.ad mor.con.& l.tutela.ff.de leg.tut.Adde Pe.de Anc.c.licet. de uoto.& consil.suo lxxviij.incip.In Christi nomine: dicta facti narratio.Raph.Cu.l.cùm ita.§.fi.ff.de leg.j.Paul.de Cas. l. is potest.ff.de acqui.hæ.& consil.clviij.incip.In præsenti causa. Ioan. de Imol.& Domi.de sanct. Ge. d.c. grandi. de sup. negli. præla. in vj.

primogenitus succedit in regno patris:an istud habeat locum in filio primogeniti mortui ante patrem? Vide Ioan.And.in Specul.rub. de feu.ul.colum.Adde do.Abb.c.licet.de uoto.& Old. consil.suo ccxxiiij.inc.Istæ sunt allegationes. Vide Feli.c.auditis. de præscri. uer.consuetudo præferens.nu.15.col.299.

¶ Princeps an possit statuere contra ius diuinum, & nunquid circa ius gentium,uel naturale? Item,an circa ius ciuile, uel positiuum? Fel.c.quæ in ecclesiarum.de consti.uer.prima conclusio:princeps secularis.nu.2.col.126.

princeps potest interpretari ius diuinum, dum modò interpretetur in his,in quibus habet iurisdictionem, uidelicet in rebus prophanis.Fel.c.quæ in ecclesiarũ.de.const.uer.secundò limita,dum modò princeps.nu.17.col.131.

princeps secularis in illis casibus,in quibus potest statuere contra ius diuinum,debet exprimere causam rationabilẽ, propter quam motus est ad sic statuendum: quia aliàs in isto casu non præsumitur causa:nã inferior non debet tollere ius superioris sine causa aperta. Ita do. Abb. c.quæ in ecclesiarum.de const.uer.ego limitarem. Adde Feli.d.c.quæ in ecclesiarum.uer.limita tertiò, ut in casibus, in quibus.nu.18.col.ut 5.

princeps non recognoscens superiorem, an possit esse iudex in causa propria? Ponit Felin. c.cùm uenissent.de iudi.uer.in quantum ducunt Doc.nu. 5.col.103.

princeps potest supplere defectum libelli, adeo quòd coram principe potest etiam procedi sine libello. Host. Ioan.And.c.j. de libel. ob.Car.cle.sæpe.de uer.sig.xv.q.1mo.c. cùm uenissent. de institutio.x.col.uer.quart intellectus. Adde Felin. c.unico, de lit.contes.uers.fallit secundò coram Papa.nu.9.col.305.

princeps,uel inferior,an possit procedere parte non citata? Ponit domi. Abb. c.j. de causa poss. & propri. in ultimo no.ubi dixit eleganter,quòd si patri ius non competit,neque defensio,tunc nõ requiritur citatio,etiam per inferiorem. Et idem tenet c. olim. de re iudi.xij.col.do.Card.clem.pastoralis.de re iud.§.neq;.in j. oppos. Pau.de Cast.l.iij.§.si is.ff.quod quisq; iur. Adde Fel.c. qualiter & quando.de accusatio.el ij.§.debet.uersicu.utrùm autem princeps. nu.16.col.914.

princeps,qui non recognoscit superiorem, compellit interdum partes ad compromittendum.Ita Felin.rub.de treug. & pace. uersic. fallit secundò.num.3.colum.1369.Adde tu,an princeps possit indifferenter de iure compellere partes ad compromittendum? Felin.ibi non aperit. Sed quòd princeps non possit, facit totus titulus,quod metus causa. nam compulsus ad aliquid faciendum, potest agere ad rescindendum actum actione. Quod me. causa. ff. quod me. cau. per tot. Quare dic pro firma conclusione, quòd princeps potest compellere partes ad compromittendum in his, quæ pendent à potestate sua,utputà Papa potest in beneficialibus & alijs iurib ecclesiasticis:quia Papa in istis habet plenam potestatem,ut c.ad honorem.de autho.et usu pallij. In his uerò,quæ non dependent à plena potestate Papæ,uel principis,teneo,quòd causa subsistente non possit compellere partes ad compromittendum: quia unicuiq; ius suum debet reddere per sententiam legitimam,ut in prooemio Decretal.Adde,an causa legitima sit,quãdò partes diu litigauerunt? & dico,quòd sic: de quo uide tex. no.c. placuit.xc.distin.

princeps non potest punire offendentem ciuem suum extra territorium,etiamsi haberet bona ibi,Et hoc nec iudicando,nec statuendo.Felin.c.postulasti.de foro compe.uer.prima conclusio:Dominus certi loci.nu.7.col.233.

princeps tenetur de delicto subditorum suorum:& hoc,quando neglexit eos cogere ad satisfactionem.Feli.c.postulasti.de foro compe.uers.e istis tenementi.nu.8.Ibidem.

princeps potest facere statutum, quòd bona posita in suo territorio applicentur subdito suo offenso extra territorium.Ita Fel.c.postulasti.de foro compe.uer.tertia declaratio: Extra casus prædictos. nu.9.col.234.

princeps non potest statuere aliquid in causa matrimonij:tamen potest fauore filiorum imponere pœnas:de quo uide do.Ab. c.fin.de secun.nup.& Felin.c. quæ in ecclesiarum. de consti. uer. secundò limita,dum modò princeps.nu.17.col.131.

princeps obligatur ex contractu suo inito cum subdito, adeo quòd, si obligatio esset facta ratione dignitatis,successor obligatur ad iuris obseruantiam. Ita domi. Abb.c.j.de prob.in princ.& Cy.l.digna uox.C.de legi.Bald.c.j.de prob.Bald.l.fin.in fi. C.de transac. ubi dicit,quòd si Papa,uel imperator facit capitula cum ciuitatibus,quòd sint seruanda,nisi dolus interueniat: & Bald.l. ex imperfecto. C. de testu. ubi dicit, quòd æquitas, quæ in contractibus requiritur,suadeat, quòd princeps obligetur ad obseruantiam ipsius de iuregentium. Vide Bar.l.prohibere. §. planè.ff.quod ui, aut clàm.ubi dicit, quòd si rex donat aliqua, quæ non diminuunt ualde iurisdictionem suam,ualet donatio, & præiudicat successori. Bald.c.j.de na. feu. dicit, quòd princeps obligatur præcisè ex contractu suo.Vide per Felin.d.c.j.de prob. nume. 1. colum.371. ubi ponit multa in materia ista. Adde & pone, quòd si princeps faciat priuilegium,uel legem,uel statutum cum non subdito, quo casu uidetur facere contractum, an possit reuocare priuilegium, legem, uel statutum? Dic, quòd non.Ita domi. Abb.c.nouit.de iudic.viij.colum.uer. & no. Secus in subdito, cui princeps concessisset priuilegium,statutum,uel legem: quia ex quo nõ habet uim contractus,potest reuocare,ut dicit gloss.fi. regula, decet.de reg. iur. in vj.Spec. de instru. edit.§.nunc dicendum.in fi. Pet. de Anc. consil.suo ij.incip.Vt factum est. domi.Abb.d.c.nouit. loco præallegato: Bald.l.qui se patris.ix.colum.uer.sciàs.C.unde lib. Latissimè per Felin.d.c.j. de prob .uer. & istis adde elegantem doctrinam.colum.372.Adde tu ultra illud,quod dicit ibi Fel. quòd, si esset concessum statutum, uel priuilegium absenti, posset princeps ex causa reuocare,per ea,quæ habentur l. absenti. ff. de dona. Item lex transiens in priuilegium ecclesiæ non potest reuocari in eius præiudicium. Innoc.c.nouit.de iudi.Limita omnia prædicta, in quantum dicitur, quòd princeps obligatur ex suo contractu, quòd hoc est uerum, quo ad obligationem naturalem solùm: quia ius naturale princeps tollere non potest, ut insti. de iu. nat.gen.& ci.Innocen.& alij,c.quæ in ecclesiarum.de consti. secus est,quo ad obligationem ciuilem, ex qua non obligatur princeps,secundum domi.Abb.d.c.j.de prob.in princip. Anto.de Bu. ibi, & expressiùs Imo. Et ratio est: quia illa obligatio descendit à iure ciuili. Insti, de oblig. in princip. Et princeps iuri ciuili non

subiacet,l.princeps.ff.de legi. Adde tamen,quòd Bald. d.l. *princeps.tenet contrarium,quòd imò princeps obligatur ex suo contractu naturaliter & ciuiliter.* Adde Fel.d.c.j.de proba.*uer. modò aduerte:quia prædicta debent.num.3.col.373.ubi ponit plenè de q.ista.Limita etiam,quòd princeps non tenetur ex suo contractu,quando talis contractus esset in præiudicium subditorũ: quia contractus non tenet ipsis inuitis.*Host.*c.dilecti.de maio. & obe. ubi* Ioan.And. Ant.de Bu. do.Abb. Bald. *c. generali.ſi de feu.fue. contro.& l.quicunque.ult.colum.uer.deinde not.* C.de *ser. fugi. domi.* Abb.*d.c.nouit.viij.colum. loco prælegato.* Vide omnino Host.*c.quantò. de iureiu. ubi dicit, quòd pactum inter principes de remissione damnorum datorum,seu illatorum subditis, non ualeat in eorum præiudicium:&* Host.*in sum.de pœni. & remis.§. quibus,& qualiter.ad fi.uer.sed pone.dicit, quòd si finita guerra fieret pactum de rebus deprædatis hincinde,emptores,uel detentores illarum rerum non sunt tuti in foro conscientiæ.Et idem tenet* Pe.de An. *regula, peccatum. de reg.iu. in vj. ix.ch.r. uer.sed moueo unam q.Vide ad plenum per Felin.d.c.j. de prob. uer. secundò declara notabiliter.num.4.colum.374.Limita etiam circa contractum principis, quòd princeps non obligatur, quando contractus factus per principem,contineret magnam diminutionem iurisdictionis suæ.Ita Felin.d.c.j.de prob. uer. tertiò declara hanc materiam.Ibidem,num.5.& ibi multa adducit ad hoc propositum. Limita etiam, quòd princeps non tenetur ex suo contractu:& hoc,quando ex causa iusta uult uenire contra suum cõtractum factum cum non subdito,uel subdito:quia posset.Bal.l.ſi. ff.de sena.Felin.d.c.j.de prob.uer.quintò declara.num.6. colum. 375. Limita etiam,quòd princeps potest uenire contra suum cõtractum:& hoc,quando fuit inductus ad contrahendum aliquid, non bene informatus:domi.Abb.c.sicut.el j.de iureiu.iij. not. ubi dicit,quòd si Cardinales ante creationem Papæ aliquid statuunt, & pmittit qulibet,si fuerit electus,illud obseruare, si est in præiudicium dignitatis suæ,nõ tenetur electus obseruare. Et idem tenuit Cald.cons.suo iij.tit.de iureiu.Et hoc no.quòd principes,qui ante creationem suam faciunt promissiones,si sunt præiudiciales, non tenentur obseruare:de quo uide per Felin.d.c.j.de prob.uer. sextò declara.num.7.Ibidem.*

princeps an & quando possit conferre beneficium. Feli.*c. de hoc,de simo.nu.9.col.963.*

princeps potest interpretari sententias suas,& priuilegia,c.cùm uenissent.de iud. & ibi scribentes.Bal.l.bi,qui. C.de appel. Innoc.*c. olim.de uer.sig.*Lu.Ro.*l.j.ff.si cer.pe.vij.col.* Bal.*l.omni.C.de sanc.eccles.in fi.Feli.c.qualiter & quando.de accus.el j.uer.quartò nota,quòd.nu.29.col.827.*

princeps an possit obligare subditos suos per pactum, eis nolẽtibus, imò contradicentibus? Vide ẽ.§.princeps obligatur ex contractu. circa medium.

princeps est solutus legibus : non tamen est solutus dictamine rationis.Ita Fel.c.j.de consti.uer.quinta declaratio est,quòd licet princeps.nu.31. col.56.

princeps secularis potest per suam legem limitare, seu interpretari ius diuinum,ex causa:quia licet lex diuina dicat Non occidas,tamen in multis lex tollerat homicidium.Item lex diuina contentatur duobus testibus,uel tribus:tamen lex principis nõ tollerat hoc in multis casibus.De quo uide per Felin.c.quæ in ecclesiarum. de consti.uer.prima conclusio:princeps.num.2.colum.126.Et dico, quòd lex potest impetrare ius diuinum:dic,quòd habet locum etiam in consuetudine:& quod dixi in principe, habet locum etiam in populo:quia populus potest tantum in suo territorio,quãtum princeps in suo imperio:de quo per Feli.d.c.quæ in ecclesiarum.uer.allegato,col.ut ẽ.

princeps an possit authenticare scripturam non authenticatam , in præiudicium tertij? Vide,quæ posui in litera S.§.scriptura nõ authenticata.

princeps an possit præscribere contra imperatorem? Vide, quæ posui in litera C.§.ciuitas potest præscribere.

princeps,uel ciuitas,qui non recognoscit superiorem,si est negligens in ministranda iustitia, an Papa possit supplere negligentiam eorum? an uerò imperator? domi.Abb.c.licet.el j.de fo. compe. vj. colum.uer.sed pro eius. dicit,quòd Papa non supplet,sed imperator. Adde,quòd idem tenet Felin. c.cùm non liceat.de præscri.uer. decimò considera.num.12.colum.270.Adde,quòd contra hoc uidetur sentire ipsemet domi.Abb.c.nouit.de iudic.x.colum.ubi dicit, quòd non recognoscens imperatorem in superiorem, potest conueniri coram Papa:de quo etiam per Felin.d.c. cùm non liceat.uer.allegato.

princeps an possit alienare ciuitates sui regni? Vide Bart.l.prohibere.ff.quod ui,aut clàm.& uide domi. Cardin.consil.suo cxxxviij. incip.ad quædam.iiij.colum.Et ibi dicit, quòd princeps potest disponere de bonis regni sine consensu maioris partis baronum. Et dixit Hosti.c.dilectus.de maio. & obe, quòd princeps non potest alienare unam ciuitatem cõtra uoluntatem suorum ciuium.Et uide Old.consil.suo xciij.inc.Eleganter.in fi. Adde Felin. c. ad audientiam. de præscri.uer.de alijs uerò principibus.nu.4.col.273.

princeps an possit obligare iurisdictionem , quam habet in hominibus? Bar.l.ſi is,qui.§.fi.ff.de pig.dicit,quòd non,nisi ex causa arduæ.Vide Bal.de pace Constan.uerbo,obiectioni. Adde Felin.c.ad audientiam.de præscri.uer.allegato,col.ut ẽ.

princeps si destruit domum communem alicuius , propter delictum unius consortis,an teneatur soluere pretium alteri consorti absenti? Vide in litera R.§.res.

princeps , quando fuit causa, quòd ex sola sua uoluntate quis acquireret dominium,potest ex sua sola uoluntate auferre.Felin.c.quæ in ecclesiarum.de consti.uer. quinta declaratio est, quando princeps ex sua uoluntate.nu.48.col.146.

princeps potest auferre bona acquisita ex præscriptione, uel usucapione sine causa:quia talis modus acquirendi inductus fuit ab eo, & ab eo potest auferri,etiam sine causa. Felin.c. quæ in ecclesiarum.de consti.uer.allegato,col.147.

princeps an possit legitimare spurium in præiudicium uenientis ab intestato.Felin. c.quæ in ecclesiarum. de constitut. uer. & colum. præalleg.

princeps non potest reuocare dominium acquisitum de iure naturali:putà,ex contractu.Felin.c.quæ in ecclesia. de consti.uer. tertiò confirmatur. n.51.col.148.etiamsi princeps ipse contraxisset cum priuato.

princeps si possidet rem alienam,credens eam esse suam, & eam donet,ut suam,confirmatur donatio spacio quatuor annorũ in præiudium ueri domini.Fel.c.quæ in ecclesiarum.de consti.uer.septima & ultima declaratio.col.prædicta.

princeps si facit transactionẽ cum inimicis suis de damnis datis hincinde in bello,ad hoc, ne subditi possint amplius petere damna, utrium talis transactio noceat subditis? Ponit Felin. c. quæ in ecclesiarum.de consti.uer.secundò no.in hac materia. nu.53.col.149. Adde ad ista illa,quæ posui in litera C.§.ciuitas habens iura principis.quia sunt ualde utilia.

princeps si mandat aliquid faciendum, præsumitur, quòd moueatur ex causa rationabili: dato quòd non appareat causa : & ideo Cy. l.rescripta.C.de pre.impe. offe.iij.q. dicit,quòd si princeps mandat alicui,ut aliquem in furca suspendat,potest ille sine ullo peccato exequi . Adde, quòd istud tenet Felin. c. quæ in ecclesiarum.de consti.uer.quinta conclusio est, quòd in dubio præsumitur. num. 60.colum.151.Adde tu,in quantum Cy. dicit d.l. rescripta. quòd iudex debet suspendere illum , quem mandat suspendi princeps, quòd hoc non est uerum , quando iudex cognosceret, quòd princeps sententiam tulit, uel mandat ex iracundia : quia motus debet retardare executionem ipsius sententiæ,uel mandati.Ita notabiliter dicit gloss.c.cùm apud Thessalonicam.xj. q.ij. Et hoc modo limita Cy.d.c.rescripta. Adde & alios casus d.gl.c.cùm apud.

princeps obligatur ex suo contractu. Felin.c. quæ in ecclesiarum. de consti.uer.limita secundò,ut non procedat.ubi ẽ.num.62.colum. 152 . Adde tu , quòd princeps adeo obligatur ex suo contractu, quòd talis contractus habet uim legis.Ita Bar. l.donationes. C. de do.inter uirum & uxo.

princeps si mandat aliquid,ob quod timetur scandalum futurum,seu turbatio Christianitatis, uel magnum peccatum, non est ei obediendum.Feli.c.quæ in ecclesiarum.de consti.uer.limita quartò. nu. 64.col.153.

princeps potest uendere rem communem, quàm habet cum priuato, eo irrequisito:tamen ei debet dare partem pretij.Fel.c. quæ in ecclesiarum. de consti. uer. sexta declaratio est, quòd ubi princeps. nu.51.col.148.

princeps,qui non recognoscit superiorem,potest committere causas appellatione remota.Ita Felin.c.j.de rescrip.ij.col.uer.amplia secundò,etiamsi Papa.nu.2.col.361.Adde Bart.l.j.ff.à quib.appel. non licet.

princeps licet in concernentibus iurisdictionem uoluntariam imponat necessitatem alicui inferiori faciendi aliquid,non tamen uidetur astringere,ut delegatam, sed ut ordinariã iurisdictionem excitet. Felin.c.licet.§. in corrigendis. de offic.ordin.nume. 6.colum. 1264.

principes si sunt constituti domini per priuilegium Papæ, seu imperatoris in alia prouincia,ex quo sunt inuestiti per priuilegium, efficiuntur uicarij,& acquirunt potestatem legitimandi, restituendi fامæ,creandi notarios.Pau.de Cas.consil.suo ccxxv.incip.Super primo dubio.circa fi.Ang.cons.suo ccxiiij.In causa accusationis.iij.col. Adde Felin.c.cùm nobis.de præscri.uer.tertia declaratio:Licet reseruata principi.nu.6.col.286.ubi dicit,quòd in concessione facta magistratui, non comprehenduntur reseruata principi in signum priuilegij singularis.

principes fungentes in eodem loco pari imperio,si unus deliquit,uel contrahit in eo loco,intelligitur eo ipso se submittere iurisdictioni & imperio condomini.Felin.c.cùm inferior.de maio.& obed. uer.declarantur ista duobus modis.nu.3. col.1361. Adde tu,quòd hoc uerum est,quando ciuitas, uel princeps, aut rex, qui non cognoscunt superiorem,hoc faciunt non coacti:quia si uolunt, possunt se submittere iurisdictioni minoris,uel æqualis.Ita art. l. est receptum.ff.de iurisd.om.iud.Fallit in Papa:quia nõ potest se submittere l.sico:de quo uide,quæ posuit Felin.c.ecclesia sanctæ Mariæ.de consti.nu.5.col.241.

¶ Principalis persona an possit esse testis in causa? Vide, quæ posui in litera D.§.denunciator quando potest esse testis.

¶ Prior manualis,qui ambitu superioris amoueri potest,dicitur habere dignitatem,& potest dari iudex delegatus à Papa. Ita Felin. c.ij.de iudi.uer.gl.fi.nu.9.col.23.

prior fratrum Mendicantium dicitur habere dignitatem : & potest dari delegatus Apostolicus.Ita Felin.c.cùm olim.de maio. & obe. in prin.col.1351.Adde,quòd idem est in Guardiano fratrum Minorum,ut per Fel.ibi,d.c.cùm olim.in prin.nu.1.col.ut ẽ.

¶ Prioratus manualis licet conferatur semel alicui , uel per Papam conferatur,ut perpetuus,per hoc tamen non mutat naturam:imò eo uacante reassumit suam naturam pristinam.Fel.c.in nostra. de rescri.uer.nono no.quòd licet.nu.45.col.947.

¶ Priuata persona potest excommunicare suos malefactores:et hoc ex priuilegio sibi concesso à Papa.Felin.c.ex parte decani. de rescri.in prin.nu.1.col.949.

¶ Priuetur:licet hoc uerbum importet per sententiam, gloss. c.quicunq;.uer.innouetur. de hære.in vj.tamen prolatũ à testatore, importat ipso iure.Felin.c.Rodulphus.de rescrip.uersi. priuetur: licet hoc uerbum.nu.24.col. 998.

¶ Priuatio beneficij:si agitur ad priuationem beneficij,dicitur causa ciuiliter intentata.Fride.consi. suo xxiiij. Do.de Rota conclus. ccccij.inci.Item si committitur.Feli.c.super his.de accus.uer.ultimò no.quòd quando de crimine.nu.2.col.795.

¶ Priuilegium datum ad aliquid agendum,putà ad nundinas faciendas,quanto tempore perdatur,si non utitur priuilegio priuilegiatus.Bar.ponit l.filijs. C. de decurio. lib.x. Sed si datum est priuilegium ad non faciendum,non perditur statim,sed requiritur tempus quadraginta annorum:Doc.d.c.cùm accessissent.

priuilegium concessum alicui , in quo concessa est simpliciter facultas aliquid faciendi,si eo nõ utitur,cùm potest, perditur:secus est, quando priuilegium est concessum aliquid faciendi,& facultas faciendi est posita in expressa & libera uoluntate eius, cui facta est concessio:quia etiamsi non utatur,cùm possit,non amittit priuilegium:de hoc est gl.aurea c.ut priuilegio.glos.pen.de priuil. Adde Felin.c.cùm accessissent.de consti. uer. limita secundò hanc regulam.nu.26.col.187.

priuilegium concessum alicui cum clausula decreti,uel alia prohibitiua, non tollitur, nec per actum contrarium , nec per renunciationem partis,nec per præscriptionem:pone exemplũ: Papa concessit abbati per priuilegium,ut conferret beneficia,prohibendo, ne beneficia monastica conferat clericis secularibus:dato,quòd cõtra illud priuilegium longo tempore factum fuerit,tamen non est ei derogatum.Vide Do.de san.Ge.c.cùm de beneficio. de præben. in vj.ij. col.Adde Felin. c.cùm accessissent.de consti.uer.quartò limita,nisi in priuilegio.nu.30.col.191.

priuilegium non amittitur,si faciens contra priuilegium suum, protestatur,quòd non intendit ei renunciare : quia protestatio iuuat. Felin.c.cùm accessissent.de consti. uer. quintò limita,nisi faciens. num.30.col.191. Adde tu,quòd ille,qui uenit contra priuilegium suum,etiamsi non protestetur, non dicitur renunciare priuilegio suo,nisi quo ad actum illum tantùm,& pendentes ab eo : & non, quo ad alios actus,de quibus loquitur priuilegium. Ita Bar.l.ij.§. fi.ff.de decur.Cy.Salic.l.uoluntariæ.ff.de excu.tut.

priuilegium concessum ad pias causas,est irreuocabile.Ita Fel.c.nouit.de iudi.uer.in gl.in uer.quicunq;.nu.6.col.112.

priuilegium concessum alicui per principem,an ipse princeps possit illud reuocare,quandocunque sibi uidebitur,etiam post quàm est translatum dominium? Vide per Felin.c.nouit. de iudic.uer.dicit hic Are.considera bene.num.8.colum.113. & uer. nunc transeo. nu.10.col.116.

priuilegium concessum cuicunq; causa remunerationis , est irreuocabile. Ita Felin.c.nouit.de iudic.uer.in gloss.in uerbo, quicunq;. nu.7.col.112.

priuilegium concessum non subdito, nõ potest reuocari amplius per ipsum concedentem.Ita Felin.c.nouit. de iudic. uer. ex dicto ergo singulari Innoc.nu.9.col.114.Adde do.Abb.d.c.nouit.uer.quarta solutio.

priuilegium concessum ab inferiore principe, putà ab episcopo,ipse inferior illud priuilegium non potest reuocare. Ita Felin.c.nouit. de iudi.uer.limita secundò,ut non procedat.nu. 11.col.118.

priuilegium an reuocatur per principem? dic,quòd princeps potest reuocare suum priuilegium,etiam sine causa. Felin.c.quæ in ecclesiarum.de consti.uer.secundò confirmatur.nu.51.col.148. Adde tu, quòd princeps non solùm potest reuocare suum priuilegium, sed etiam antecessoris,sine causa, etiamsi ex eo esset quæsitum ius alteri.Fallit hoc,quando princeps recepisset pecuniam ex concessione ipsius:quia non posset reuocare. Ita Bald. l. qui se patris.xj. colum.uer. hoc scias.C.unde lib.Bartho.Cepo.de serui.tit.de uia.

Priuilegium qualiter perditur? Ponit Felin.c.cùm accessissent.de cõstit.uer.in gloss.pe.in fi.num.23.colum.185. Adde ad omnia, quæ sunt dicta per eum ibi,quòd priuilegium perditur,seu finitur,cessante causa,propter quam concessum est priuilegium.Ita Barto.l. Titia.§.usuras.ff.de leg.ij.Adde Bart.l.beneficiũ.ff.de const.prin. uer.quæro,quanto tempore.

priuilegium amittitur per contrarium actum, etiam unico actu : & hoc, quando priuilegium est natum ex statuto,uel lege,uel concessione principis : secus est , quando est quæsitum ex consuetudine: quia sicut unico actu non est quæsitum, seu inductum , sed pluribus,ita multiplici contradictione tolli debet.Felin.c.cùm accessissent.de const.uer.septimò limita,dum modò priuilegium. num. 20.colum.192. Adde ad prædicta,quòd uerum est,quòd priuilegium concessum personæ perditur unica contrauentione spontanea.Casus est c.pro illorum.de præben.& ibi domi.Ab.ij.colum. uer.ultimò no. Adde,quòd secus est, si priuilegium est concessum pio loco suæ ecclesiæ:quia tunc requiritur spacium xl.an. quemadmodum requiritur in præscriptione cuiuscunq; rei ecclesiasticæ.Ita.do.Abb.d.c.pro illorum.ij.col.

priuilegium concessum per principem cum clausula, quòd omnia habeantur pro expressis,uigore istorum uerborum non ueniunt,nisi quæ communiter solent exprimi:& non,quæ de raro solent accidere:pone,Papa,uel alius princeps cõcessit priuilegium, uel rescriptum, & posuit in eo clausulam istam Volumus , quòd omnia habeantur pro expressis : dic, quòd ex uerbis istis ueniunt solum ea,quæ consueuerunt exprimi , & intelligitur de consuetis communiter:secus,si de raro:quia per illa uerba illa non uenirent.Felin.c.cum M.de const.uer.secũda declaratio.nu.42.col.221.Adde Bar.l.scio.§.medico. j.op.ff.de an.lega.

priuilegium secundum speciale contra primum generale, an ualeat, etiamsi non faciat mentionem de primo? Ponit Felin.c.j.de rescri. uer.ualet secundum priuilegium.nu.3. col.362. Adde do.Abb. c. ueniens.de præscr.iiij.colum.uers.primum non tangunt hic Doc. Adde Felin.d.c.j.de rescri.uer.secunda dispositio.nu.10.col.369. ubi ad plenum tangit hunc articulum.

priuilegium & indulgentia qualiter differunt.Fel.de fi.instr.c. contingit.nu.4.col.918.

priuilegium continens idem, quod ius commune, debet ita intelligi, ut aliquid addat iuri communi.Felin.c.j.de rescr.uer. priuilegium continens prima facie idem,quod ius commune.num. 4.col.365. aliàs priuilegium esset frustratorium.

priuilegium ubi præiudicat alteri in iure quæsito, uel infert damnũ, tunc exponitur simpliciter ad terminos iuris communis,prout iacet.Ita Felin.c.j.de rescri.uer.declara duobus modis. num. 9. colum.367.Adde tu,quòd priuilegium principis intelligitur cõcessum sine præiudicio tertij: ideo non extenditur in damnum tertij, c.quamuis.de rescri.in vj. Bar.l. Gallus.§. & quid si tantùm.ff.de lib.& posthum.ul.colum.& l.impuberi.ff.de admi.tu.ij.no.Adde,quòd istud etiam procedit, quando priuilegium est concessum motu proprio. Ita Ioan.And.c.motu proprio.de præben.in vj.domi.Abb.c.j.de iudic.

priuilegium principis non tollit ius tertij. Felin.c.nonnulli.de rescri. uer.si autem priuilegium tollit ius commune. nume.12. col.784. Adde Bar.l. Gallus.§.& quid si tantũ.ff.de lib.& posthu. ult.col. & Pet.& Bar.l.impuberi.ij.no.de admit.tu.

priuilegium concessum ciuitatibus,an extendatur ad castra, uillas,et comitatenses? Ponit Felin.c.Rodulphus.de rescri. uersi.& ista faciunt.nu.10.col.987.

priuilegium clausum in corpore iuris,non tollitur per clausulam derogatoriam iuris,uel principis:ideo cautus sis tu,qui habuisti priuilegium à principe super immunitatem, ut id facias inseri in statutis.Ita Felin.c.j.de rescrip.uer.unum in propositis.num.12.colum.371.

priuilegium, quod utitur relatione ad aliud priuilegium per dictionem Iuxta, uel Prout, referendo se super eo, de quo in priuilegio concedentis,& clarè non constat,neq; certè, tunc priuilegium nõ ualet,licet illa relatio declaretur.Ita Felin.c.ex parte.el j.de rescr. uer.aliquando uerò priuilegium.nu.11.col.384.

priuilegium confirmatum talis.si dubitatur de modo, oportet ut exhibeatur illud,ad quod fit relatio:do.Ab.c.inter dilectos.de fi.instru.vj.col.uer.& hæc possent adduci. Adde ibi Fel.uersi.& iuxta hæc subdit hic magistraliter.Inn.nu.7.col.924.

priuilegium concessum personæ si dubitatur, an sit reale, uel personale,& sic,an transeat in successorem? Ponit Felin.c.mandata.de præsum.nu.3.col.1050.Vide Io.An. regula, priuilegium. de reg. iur.in vj.Bar.l.quia. ff. fol.ma.& uide ibi additionem, quam posui ad Fel.circa fi.col.eadem.

priuilegium cõcessum tibi & hæredi in singulari,de quo hærede intelligatur? Item, si priuilegium est concessum tibi & posteris, de quibus posteris? Item,si concessum est priuilegium tibi & tuæ generationi,de qua generatione intelligatur? Item,si concessum est priuilegium tibi & descendẽtibus de tua progenie, de quibus descendentibus intelligatur? Item,si concessum est priuilegiũ omnibus descendentibus,tam masculis,quàm fœminis, quæ filiæ fœminæ intelligantur? &, an ueniant maritatæ? De his omnibus & multis similibus,uide additionem,quàm posui ad Fel.c. mandata. de præsum.uer.in gl.iij.ibi,reseruata.circa fi.col.1051.

priuilegium an possit tollere præscriptionem,etiam centenariã? Vide 5.§.præscriptio an possit tolli per priuilegium.

priuilegium secundum an tollat primum habens clausulam derogatoriam,& utrùm sufficiat,quòd in secũdo priuilegio dicatur, Nõ obstantibus priuilegijs quibuscunq;,etiamsi essent talia,de quibus facienda esset mentio de uerbo ad uerbum, etiam quòd aliter non specificentur:an per ista sit derogatum primo priuilegio? Frid. de Senis tenuit,quòd sic,consi.suo xlvij.inc.habita super casu. & Io. de Ana.consi.suo lvj.inc.quæ in facto proponebantur. Inn.l.licitatio.§.earum.ff.de publica.do. Ale.cons.suo ccclvj.Nec arguendi sumus.viij.col.uer.octauò fortificantur. Et idem uoluit Bald.c. cùm dilecta.de rescri.circa fi.ubi dicit, quòd quando Papa nult,q; tenor obstãtium habeatur pro scripto de uerbo ad uerbum,quòd tunc nulla obstantia habet nocere rescripto. Adde tamen, quòd communis opinio est in contrarium,quòd nõ sufficit, quòd in secundo priuilegio dicatur, Non obstantibus priuilegijs quibuscunque,sed requiritur specifica mentio. Ita tenet Cald.tit. de priuile. consi.suo xj.inc.Habet ordo sanctæ Claræ.& do.Card.consi.liij. incip.Dominus Gregorius Papa.& idem tenet Frid.de Senis,sibi contrarius,consi.suo ccxxxiij.incip.Casus talis est:monasterium. Pau.de Cas.consi.suo cccxij.inci.Quoniam aditionem. & consil. suo liij.inci.Passus iste.do.Car.consi.cxxxvij.inc.Factum sic se habet. Adde,quòd do.Abb.c.cùm instantia. de censi. ij.col.nihil firmat, sed solùm dicit, quòd uerba primi & secundi priuilegij sunt bene consideranda: et secundum earum uim iudicandum,uel pro priuilegio,uel pro reuocatione. Vide Felin.c.accedentes. de præscri.uer.cæterùm super his remissiuè.nu.4.col.250. Adde tamẽ, quòd prima opi. potest saluari in aliquibus casibus: & primò, quãdo primum priuilegium habens clausulam derogatoriam,reuocatur per uiam legis, etiam quòd non fit facta mentio de uerbo ad uerbum:tamen primum priuilegium tollitur.Casus est cle.dudum.de sepul.in fi.Et expressè hoc tenet Io.An.c.j, de excef.prælat.in vj.Itẽ si stylus Romanæ curiæ haberet,quòd sufficeret,quòd diceretur in secundo priuilegio, Non obstantibus priuilegijs quibuscunq;,& sic mentio implicita, tunc tolleretur primum priuilegium per secundum.Ant.de But.cons.suo ij.Item, si secundum priuilegium cõcederetur motu proprio, tunc primũ tolleretur cum mentione implicita. Vide Felin. ad plenum in hoc,d.c.accedẽtes. de præscri.uer.alleg.& uer.soleo tamen.num. 5.col.251.Adde ad ista,quæ posui 8.priuilegia,quæ habent.

priuilegium canonis,si quis suadente.xvij.q.iiij.comprehẽdit omnes personas Deo dicatas,etiam non habentes ordines,& cõprehendit etiam moniales.Text.est c.de monialibus.de sent.excom.& ibi uide Fel.in prin.col.1202.& inde.

priuilegium generaliter concessum non includit casum contra rempub.& si includeret,non ualeret: pone, quòd princeps, uel ciuitas concessit alicui immunitates,tantùm tenetur ad collectas, quæ imponuntur ratione belli.Fel.c.causam,quæ.de rescri.uers.quinta declaratio.nu.17.col.613.

priuilegium utitiatur indistinctè per surreptionem non dolosam: & de hoc uide,quæ posui in litera S.§.surreptio non dolosa.

priuilegiũ cõcessum Iudæis,ut possint mutuare sup rebus alicuius,etiã furatis:intelligitur,quãdo ipsi ignorãt esse alienas,uel etiã furatas:secus,si sciũt: & ideo tenẽtur tũc eas restituere pro dicto prætio. Ita Fel.c.causam,quæ.de rescrip.nu.10.col.609.Adde tu,q; si princeps concedit priuilegiũ Iudæis retinendi res furtiuas sibi pignoratas, donec sibi pretium restituatur, tale priuilegiũ nõ afficit clericos,nec studentes:& ideo debent restituere perdito pretio, etiamsi ignorant ipsi Iudæi res furatas esse.Ita do.Abb.c. quod clericis.de fo. cõpe. viij.col.uer.ex hoc infero. Et per ista ampliatur, quod hic dicitur per Fel.quod no.perpetuò.

priuilegium principis concessum alicui,semper ita interpretatur, ut non noceat tertio.Ita Feli.c.causam,quæ.de rescri. uers.interpretatio priuilegij.n.10.col. 610.uide 5.§.priuilegiũ ubi præiudicat.

priuilegium enormiter lædens ecclesiam,non ualet. Felin. c.causam, quæ.de rescri.uer.& istis adde.nu.11.col. 610.

priuilegium, quod sapit beneficium, latissimè interpretatur: unde si princeps donat ciuitatem, uidetur donare comitatũ & districtũ. Ita Felin.c.causam,quæ.de rescri.uer.tertia declaratio.nu.12.col. 611. Adde tu,quòd priuilegium debet interpretari contra concedentem.Inno.c.cùm dilecti.de dona. Bal.l. nec auus.C.de emanci. lib.Pau.de Cas.l.beneficium.ff.de const.prin. ubi latissimè per do. Ias.May.præceptorem meum. Adde Feli.d.c.causam,quæ.uer.similiter dicit Bal.nu.13.Ibidem.

priuilegium, quod sapit beneficium: pone, quòd princeps concessit castrũ Titio & filijs suis,intelligitur etiam de nepotibus: quia latissimè interpretatur. Ita Felin.c.causam,quæ.de rescri. uer.similiter dicit Pet.de Anc.nu.13.col. ead. Adde tu,quòd Bar.l.quoties. C.de priuil.scho.li.xij.uer. no.singulariter. dicit, quòd priuilegiũ concessum Titio,& filijs suis masculis & fœminis, extenditur ad filias fœminas uirgines,uel uiduas,non ad maritatas: quia dicuntur de domo mariti.Idem tenet Lud.Rom.l.j.ff.ad Syl.

priuilegium

priuilegium lite pendente impetratum,an ualeat? do. Abb.c.causam, quæ.el ij.de testi.ij.colum.uer.gloss.ij.tenet,quòd non,etiamsi esset concessum motu proprio concedentis: quia princeps concedendo priuilegium motu proprio,non uidetur uelle præiudicare iuri alterius. Et ibi tenet idem Anton.de But.& Imol. Vide ibi Felin.uer.in gloss.pe.ibi,non ualeat.numer.2.colum.672.ubi latè examinat istum passum, & finaliter tenet opin. do. Abb. & aliorum. Adde tu,quòd ego inuenio Paul.de Cast.& Ang.& expressè do.Alexand.l.qui autem. ff. si quis cau. qui tenent contra Felin.& alios,uidelicet quòd si lite pendente princeps concedit priuilegium motu proprio,pars potest uti tali priuilegio,quamuis emanauerit lite pendente.Et ita limitant text.c. fi. ut lit. pen. & l.ij.C.eo.& l.tutor petitus.ff.de excom.tu.Tu tamen tene contrariam opinionem:quia priuilegium concessum pendente lite, etiam motu proprio,non nocet causæ pendenti,neq; parti aduersæ.Ita tenet latè Ioan.An.in addi.Specul.tit.de do.& contu. in fi.uer.porro,in addi.magna,incip.de hoc interesse.Idem tenẽt omnes d.c.causam, quæ. Et ista est communis opinio, à qua non recedas.Pro ista opin.facio tria fundamenta:primò, quia regula est,quòd princeps non uidetur præiudicare iuri tertio, nisi expressè diceret,etiamsi aliud faciat, uel scribat cum clausula, Motu proprio.Ita tenet Bald.c.ad aures.de rescript.do.Anton.de But. c.per uenerabilem.qui fi.sint leg.xxxiiij.col.do. Abb.c.j.de iudi. xiij.colum.Gemi.c.si propter.de rescript.in vj. ix.col. Hinc est, quòd in beneficialibus motus proprius principis non facit secundum impetrãtem præferri primo, nisi de eius literis mentio fiat. Ita do.Anton.de But.& Cald. c.mandatum. de rescript. & ibi Imol.pe.col.Hinc est etiam, quòd motus proprius superioris nõ præiudicat unioni factæ per ordinarium, etiam nondum sortitæ effectum, secundum Gemi.in repeti.c.postulasti.de rescrip.xxv. f. col.eò quia motus proprius non tollit ius quæsitũ alteri in rem, uel ad rem. Allegat gloss.iij.c.si non proprio. & ibi Ioan.Ant.de præben.in vj.Secundò moueor:quia motus proprius superioris, licet tollat uitium obreptionis,non tamen tollit alia impedimenta:gl.cle.si Romanus.de præb.uerbo,ualidam.Tertiò moueor uiua ratione:nam leges generales fiunt motu proprio principis,l. humanum.C.de legi.Bart.authent.quas actiones.C.de sac.san.ec. tenet,quòd non trahuntur ad lites pendentes, l. leges & constitutiones.C.de legi.§. j.authent.ut cùm de appell. cog. & §.j.authent.in medio lit.ne fiant sac.ussio.

priuilegium contrarium rationi,uel contra stylum & cursum priuilegiorum,est suspectum de falsitate:do.Abb.d.c.causam, quæ.de testi.j.col.uer.ultimò tene. Adde Fel.d.c.causam, quæ. uer.in gl. fi.ibi,rationabili.nu.11.col.678.

priuilegium quando impetratur super re litigiosa,an pars impetrãs debeat facere citari aduersarium suum? Vide, quæ posui in litera L.§.litigans ob beneficium.

priuilegium fori superueniens post,quàm quis præuentus est in citatione coram uno iudice,non eximit illum ab illo iudice. Ita dicit text. c. proposuisti.de fo.compe. & l si quis postea. ff. de iudic. Adde tu,quòd istud est uerum ita demum, quando priuilegium fori esset concessum ad postulationem partis: secus,si motu proprio superioris.Ita tenuit glo.l.qui autem.ff.si quis cau.& Bar. l.j.ff.de pœ.

priuilegium perditur propter delictum.Ita Fel.c.fi.de foro competen.uer.quomodo priuilegium perdatur delicto. nu.5. col. 254. ij.part.

Priuilegij quæstio si oritur incidenter,iudex inferior potest cognoscere.Ita Fel.c.cùm uenissent.de iud.uer.quintò dicit, quòd in hac materia.nu.1.col.ead.

priuilegij interpretatio si fit ab inferiore,præiudicat solùm præsentibus.Ita Fe.c.cùm uenissent.de iud.uer.allegato,col.ead.& inde.

priuilegij interpretatio debet fieri,dum modò minus lædat ius commune,quàm fieri potest.Ita Feli.c.j.de rescript.uers.secunda declaratio.col.365.Adde do. Abb.c.certificari.de sepul.iij.col.

priuilegij interpretatio regulariter fit strictissimè. Felin. c.causam, quæ.de rescript.uer.interpretatio priuilegij.numer.10.col.609. Adde tu,quòd priuilegium concessum per principem alicui contra ius commune,est strictè interpretandum, & non ampliandum.Ioan.de Imol.l.etiam. ff. fol.ma. Adde,quòd hoc uerum est, nisi concessum sit priuilegium contra legem priuatam, uel contra statutum:quia latissimè interpretandum. Ioan. An. Hostien. & alij,c.olim.de uerb.signi.

Priuilegio honorabili ecclesiæ omnes de ecclesia renunciare non possunt.Ita Fel.c.si diligenti.de foro comp.uersic.tertium corollarium.nu.16.col.218.

priuilegio dicitur renunciatum per actum contrarium factum contra ipsum priuilegium: & hoc ita demum uerum est, si actus ille sortitus sit effectum:aliter non: quia ex solo conatu non dicitur renunciatum ipsi priuilegio.Fel.c.cùm accessissent.de consti.uer. sextò limita,dum modò actus.nu.30.col.191.

Priuilegia Papæ nõ probant in factis antiquis,etiam in uerbis enunciatiuis,Do.de san.Gemi.c.si Papa.de priu.in vj.iij.colum. Adde Fel.c.cùm causam.de prob.uersic.& extendo prædicta ad priuilegia.col.554.Dic tamen,quòd in factis non antiquis ista non habent locum.Felin.d.c.cùm causam.uer.& extende.nu.5.col.554. & nu.6.col.555.

priuilegia si habent clausulam derogatoriam ad alia priuilegia, ad hoc,ut tollantur per priuilegium contrarium, non sufficit generalis clausula, Non obstantibus priuilegijs.Ita Feli.c.nonnulli.de rescrip.uer.amplia secundò.nu.4.col.772. Adde tu ista ad illam, quæ tacta sunt ibi per Fel.ut ueritas magis dilucidetur:& primò declarandum est,quot sunt species priuilegiorum. Vnde fac regulam,quòd priuilegium secundum non tollit primum habens clausulam derogatoriam,nisi de ea fiat mentio in secundo expressa, & ei derogetur.Ita Paul.de Cast.consil.suo cccx. j.incip.Quoniam adiectione non indiget.Secunda species priuilegiorum est, quando secundum priuilegium habet clausulam,Summotis alijs priuilegijs sub quacunq; forma loquentibus,etiamsi sint talia priuilegia,quòd de eis fit facenda mentio de uerbo ad uerbum,quæ uoluit pro expressis haberi:an tale priuilegium tollat primum habens clausulam derogatoriam? Vide Paul.de Cast.d. consilio suo cccxvj.incip.Quoniam.qui tenet,quòd non. Adde,quòd do. Abb.c.cùm instantia.de censi.tenuit,quòd sic. Tertia species priuilegiorum est.quando priuilegium est speciale: quia derogat generali,siue sit primum,siue sit secundum,licet nulla fit facta mentio de primo.Ioan. An. & alij c.ueniens. de præscript. Scribentes c. dudum.& c.quamuis.de præb.in vj No.regula, generali.de reg. iu.in vj.Adde tamen,nisi per generale priuilegium esset acquisitum ius alteri:Ita Barb.c.ueniens.de præscript.iij.col.uer.aduerte:hic sunt. Vide per Doct.c. j.de concef.præb.in vj.& c.j.de excef.præla.in vj.

priuilegia concessa episcopis,ut est quòd sententias eorum non legant,sed faciant legi per alium,uel similia, non extenduntur ad episcopos electos non consecratos. De quo uide, quæ posui in litera E.§.episcopus electus confirmatus.

priuilegia paupertatis.Primum est,quod ponit Bald.l.ij.§. si quis in iudicio.ff.si quis cau.ubi dicit, quòd si persona pauper non prosequitur appellationem propter paupertatem,est iusta causa dandi sibi biennium.Idem tenet Inno.c.ex ratione.de appell.Fel.idem tenet c.significantibus.de offic.deleg.uers.& tu notabis sex priuilegia. nu.5. col.1221. Secundum est, si statutum dicit, quòd non soluenti onera non reddatur ius.Fallit hoc in paupere. Bald.l.acceptam.C.de usur.Fel.præallegato loco idem tenet. Tertiũ,quòd administrator reipub.potest remittere collectam pauperi.Bart.l. omnes.C.de anno.& tribu.lib.x.Ant.de But.do. Abb c. scientes. de decimis.Felin.ubi 5.Quartum,ubi in rescripto est clausula.Et quosdam alios,non possunt conueniri pauperes. Bald.c. sedes.de rescript.Fel.tenet idem loco præallegato.

priuilegia principum motu proprio concessa,seruanda sunt,sicut sonant.Ita Fel.c.causam,quæ.de rescript.uer.& adde Ioan. An.nu. 14.col.612.

priuilegia principum per partem obtenta,strictè interpretantur.Ita Fel.d.c.causam,quæ.de rescript.uers.proximè allegato.col.613.

priuilegiorum uerba si sunt Papæ, interpretanda sunt secundum canones,non secundum leges.Fel.c.causam.de rescript. uers. quarta declaratio.nu.16.Ibidem.

¶ Priuilegiatus quando possit uti priuilegio suo contra pariter priuilegiatum?

uilegiatum? Vide per Bart.authent.quas actiones. C. de sacrosan. ecclef.j.col.uer.quandoq; quæritur.Ioan.An.c.j.de iure patro.in vj.Ant.de But.disput. incip.Clericus quidam.Bald.l.ij.C. de priu. fisci. & authent.habita.C.ne filius pro patre.xj.col.do.Abb.c.in præsentia.de proba.xij.col.uer. & quoniam iste articulus. & uide per Fel.d.c.in præsentia.uer.sed aduerte diligenter. nu.30.col. 451. Adde ad ista Bald. d. authent.quas actiones.iij.col.uer.quæstio stat in hoc.ubi de hoc latissimè Bart.l.uerum.§. item quæritur.ff.de minо.j.not.

priuilegiatus quando non potest uti priuilegio suo solus commodè, tunc priuilegium egreditur personam priuilegiatã, etiamsi per personæ necessariæ ad illum finem non sunt expressæ in priuilegio: quia intelliguntur inclusæ in priuilegio.Bald.ponit multa in ista materia,authent.habita.ij.col.C.ne fi.pro patre.Tu uide in simili gl.c.admonere.xxiij.q.ij. & gl.c.omnimo.xxxj,dist.ubi relicto usu alicuius rei, intelligitur pro se & uxore sua. Adde Felin. c. quàm sit.de Iudæ.in princ.nu.1.col.1068. & 1069.

priuilegiatus notoriè si citatur,an debeat comparêre ad allegãdum priuilegium suum? Vide Fel.c.cùm ordinem.de rescript.uersi. ad allegandum.nu.8.col.460. Adde, quæ posui in litera C.§.citatus,qui notoriè est priuilegiatus.

priuilegiatus notoriè si non comparet ad excipiendum, & allegandum se esse de illis,quibus exceptio declinatoria competit, & iudex procedit,an processus teneat? Fel.c.cùm ordinem. de rescr. uer.ex his apparet.nu.8.col.461.

priuilegiatus si impetrat aliud priuilegium,debet facere mentionem de primo priuilegio: & hoc,quando impetrat aliud priuilegium pinguius:aliter non ualet secundum priuilegium.Vide,quæ posui in litera G.§.gratia limitatè concessa.

priuilegiatus succedens non priuilegiato,contra quem erat inchoata præscriptio,an poterit uti priuilegio suo? do. Abb.c.de quarta.de præscript.viij.colum.uer.sed quæritur. Dic, quòd istam q. posuit gloss. authent. quas actiones. C. de sacrosanct. eccles. & quòd non firmat pedes:ipse autem do.Abb.ibi dicit,quòd priuilegiatus, qui succedit non priuilegiato, aut habet priuilegium, quod extinguit præscriptionem:aut, quod præscriptionem differt: aut, quod illam mutat. Primo casu priuilegiatus succedens non priuilegiato,non utitur priuilegio suo: secundo casu, quando differt,tunc utitur suo priuilegio:tertio casu priuilegiatus utitur iure priuati pro tempore præterito: pro futuro utitur priuilegio suo.Ista opin.do.Abb.est communis,quam tenent omnes d. authen.quas actiones.Vide Fel.d.c.de quarta.uersicul.dum ponit Abb. de priuilegiato.numer.38. col.204. Adde tu, quòd ista doctrina do.Abb.d. c. de quarta.fuit originalis. Cy. d. authent. quas actiones.quam tamen reprobat ibi Salic.v.colum.ubi dicit,si habens priuilegium,per quod tollitur præscriptio, succedit priuato,eo non utitur,l.si fundum.ff.de fun.dota. quantò minùs debet posse uti ille,qui habet priuilegium minùs patens. Adde,quòd miror,quòd Felin.d.c.de quarta.loco præallegato, non respondeat Salic.pro sustentatione opin.do. Abb. ibi, quæ est communis, ut dixi.Tu uerò sic poteris respondere: Ius non uult, quòd in totum tollatur ius præscribentis per istam successionem, sed bene,quòd differatur,uel mutetur.Ita Bald.& Fulgos.d.authent.quas actiones.Adde etiam,quòd opin.Cy.d.authent.& do.Abb.d.c.de quarta.potest probari à simili:nam princeps potest concedere debitori rescriptum, per quod differtur solutio & debitum: sed non potest concedere rescriptum, per quod in totum tollitur debitũ. Text.est l.quoties. & l.uniuersa.C.de preci.impe.offer.Ideo habens priuilegium, per quod in totum tollitur præscriptio,si succedit priuato,non potest eo uti: quia in totum tolleretur debitũ. Teneo ergo opin.Cy.& do.Abb.

priuilegiatus succedens non priuilegiato,quando poterit uti priuilegio suo? Felin.c.de quarta.de præscript.uer.allegato,colum.ut 5.remittit se ad Anton. de Butr.in disputatione sua incip.Stante statuto. Adde tu in materia ista Cy.Bald.Fulgos.authent.quas actiones.C.de sacrosanct.eccles.Bart.& alij l.cùm filius.§. in hac. ff.de uerb.oblig.Adde etiam Cy.Bald.& Fulgos. d. authent.quas actiones.ubi dicunt,quòd clericus, qui succedit laico, nõ per hoc poterit conueniri coram iudice laico,nec perdit priuilegium fori,etiamsi conueniatur ex persona laici,cui successit. Et uide glo. quæ idem tenet,c.clericum nullus.uerb.secularem.xj.q.j.Et idem tenẽt omnes c.quia. de iudic.Bald.Salic.l.j.C.si pen. appell.mors interue.do.Alexan.l.si constante.§ j.ff.sol.mat.Adde,quòd Imol. l.si eum hominem.ff.de fideiuss.limitat istud,ut procedat, quo ad instantiam de nouo inchoandam: secus,si instantia esset iam inchoata contra priuatum & cœptum iam iudicium:quia isto casu clericus tunc ex persona priuati,cui successit,potest cõueniri coram laico.Adde tamen,quòd istud non bene affirmo:sed tu cogitabis:quia quotidianum. Adde etiam ad ista, quòd, si res non priuilegiata peruenit ad priuilegiatos, assumit priuilegium eorum. Text.c.j.de iure patro.in vj.do.Abb.consil. suo ix. j. uol. incip. Hic cadunt quatuor dubia.

¶ PRO CONDEMNATO HABEATVR, intelligitur per sententiam. Fel.c.Rodulphus.de rescript.nu.25.uer. Ang.dat doctrinam. col.999.

¶ Pro confesso, intelligitur per sententiam. Fel.c.Rodulphus.de rescript.uer.careat uiribus.ibi,habeatur pro confesso.col.1002.

¶ Pro priuato habeatur,intelligitur per sententiam.Feli.c.Rodulphus.de rescript.ubi 5.col.1001.

¶ Probatio,quæ fit per testes, est dignior, quàm sit probatio, quæ fit per instrumenta: & ratio est:quia dicitur probatio uiuæ uocis. Fel.rub.de fide inst.in prin.col.877.

probatio quæ propriè dicitur.Fel.rub.de proba.nu.1.col.365.

probatio posita in præsumptione,an requirat ueram probationem. Ibidem,nu.2.col.ead.

probatio,ubi facta est mentio probationis per modum conditionis, an sufficiat probatio per coniecturas.Ibidem,nu.3.col.366.

probatio an propriè dicatur fieri per iuramentum.Ibidem nu.7.col. 369.

probatio an sufficiat,quæ præsumptiuè concludit? Vide Bart.l j.ff. si cer.pe.iij. col.uer. tertiò quæro. & l. fur est manifestus.ff. de fur.& l.certum.§ si fundum.ff.de confess.Bald.l.neq; natales.& l.fin.C.de proba.Adde Felin.c.quia uerisimile.de præsumpt.uer. in illo articulo, an sufficiat. numer. 6. colum. 1062. Et ibi posui additionem.

Probatio qualiscunq; requisita à lege,uel statuto,intelligitur de idonea:uide,quæ posui in litera V.§ uerba generalia.

probatio,quæ de sui natura est difficilis probationis, probatur per famam & coniecturas: uide, quæ posui in litera F. §. fama sola per se.

probatio actoris dicitur dubia, quando ex se & ex facto suo est dubia:& in isto casu habet locum text.c.in præsentia.de proba.qui dicit,quòd dubia probatio non releuat probantem: sed si est dubia ex facto rei,putà quia reus offuscat eam probando aliquid ex aduerso,ex quo probatio actoris redditur æquè nota, tunc non habet locum text.d.c.in præsentia.de quo uide do.Ab.d.c.in præsentia.iij.col.uers.no.ulteriùs. Adde Felin. d.c. in præsentia.uer. in text.ibi,non elidit. num.12. col.440. Adde, quòd ista procedunt in casibus ciuilibus: sed in criminalibus, ubicunq; intentio actori redditur dubia,hoc sufficit pro absolutione rei. Ita Bart.l. non solùm.§.sed ut probari.ff.de no.ope.nun. do.Ab. d.c.in præsentia.de proba.iij.col.uer.tenet Bart.ubi dicit,quòd exceptio rei reddẽs probationem actoris dubiam, eam penitus excludit.Adde Fel.d.c.in præsentia.uer.sed aduerte: q; prædicta. n.13. col.eadẽ.

probatio in genere facta,non prodest,quando quælibet species generis non consequitur illum effectum,ad quem proponitur. Ita do. Abb.c.in præsentia.de proba.iiij.col.uer.no.ulteriùs. Adde Feli. d.c.in præsentia.uer.in text.ibi,uerbum dubium.nu.14.col.441. Limita conclusionem istam primò in probatione, quæ non potest esse,nisi præsumptiua:putà de filiatione:quia sufficit probatio per præsumptiones.Casus est l.filium. ff.de his, qui sunt sui, uel alien.iur.gloss. c.transmissæ.qui fi.sint legi.in gloss.pe.Fel.d. c.in præsentia.uer.sed aduerte ultra omnes. nu.15. col.442.Item limita,ubi agitur de probandis indicijs:quia sufficit probatio uerisimilis.Felin.d.c.in præsentia.uersicul.secundò limita. num.16. Ibidem. Item limita,ubi probatio concludit ex præsumptione approbata à lege, utputà si testis dicit, scio, quia sum uicinus, sum coniunctus: nam lex præsumit coniunctum scire qualitatem coniuncti, l. octaui. ff. unde cogna. Bartol. l. j. ff. si cer.pet.& l. de ætate.ij.q. ff. de minо.Bald.l.j.C.de ser.fu.nam in

in istis probatio in genere procedit. Item limita, nisi probatio si cer.pet. & l.de ætate.ij.q.ff.de minо. Bald.l.j.C.de ser.fu.nam concludat à communiter accidẽtibus:quia in isto casu satis probatio concludit.Ita gloss.fin.l.neq; natales.C. de proba.ubi Bal. & uide glos.c.literas.de despon.imp.Felin.d.c.in præsentia.uer. quartò limita.Ibidem,numer.17.Item limita, ubi probatio in genere esset uerificabilis & conclusiua ab omni parte,quomodocunq; intellecta:quia si posset sustineri intentũ probantis, ualeret talis probatio.Ita Do.de san. Ge.c.j. ult.col.de pac.in vj.& Io.An.ibi.Fel.d.c.in præsentia. uer. quintò limita,nisi.ubi 5. nu. 18.col,ead.Item limita,quòd probatio facta per uerba æquiuoca, probat:& hoc,quando communis usus loquendi acciperet uerba in certa significatione:de quo uide Fel.d.c.in præsentia.uer.limita sextò.nu.19.Ibidem.

probatio, quæ fit per priuilegium, dicitur probatio euidentissima. Ita do. Abb.c.licet.de proba.iiij.colum.numer.11. Anton.de But. c.cùm inter.de re iudic.Felin.d.c.licet uer. nota undecimò.num. 10.colum.482.Et facit istud ad statutum,quod requirit euidentissimam probationem: quia probatio per priuilegium, dicitur euidentissima.

probatio ualet etiam nulla data dilatione.Ita Bartol.l. in crimine.in prin.ff.de adult.& l.fin.ff.de fer.in fin.uer.certè ex hoc apparet. & do.Abb.c.licet.de probat.v.colum.uers. sed circa hoc quæro. Imol.c.prudentiam.§.sexta.de offi.dele.Et ratio est: quia dilatio non est de ordine iudicij,de quo uide plenè per Feli.d.c.licet.uers. ex istis inferunt hic.nu.14.col.484.

probatio facta ante terminum assignatum partibus ad probandum, an ualeat? Vide per Felin.d.c.licet.de proba.in uer.allegato,col. ut 5.

probatio in iudicialibus non est fienda per præsumptiones & argumenta,sed clarè intentio agentis est deducẽda in iudicio:quia aliter non diceretur plena probatio.Bald.c.j § sacramenta.j.col.de consue.recti feu.Lud. Ro.l.j.C.de test.mili. Adde ista ad statuta, quæ faciunt mentionem de probatione: quia intelligitur de propria.Ita Bart.l.iij.§.hæc uerba.ff.de neg gest.Et adde,quod dixit Bald.c.j.§.conuenticula.s. de pa.iur. fir. ubi dicit, quòd probatio imperfecta,uel priuilegiata.quia aliàs sufficeret de iure communi,non comprehenditur in statuto,uel pacto.Ad le Feli.in materia ista rub.de proba.in prin.col.364.& inde.

probatio liquidissima est illa,quæ fit per præsumptiones, uel coniecturas à iure approbatas: & sic ille dicitur plenè probare, qui intentionem suam probat per præsumptiones legis.Ita Bart.l.absentem.ff.de pœnis.j.col.uer.uerso ad secundum. Vide Bald. l. si tutor.C.de peri.tuto. Adde Fel.rub. de proba.uersi. secunda conclusio.nu.2.col.365 ubi dicit, quòd ista limitantur, ubi probatio requiritur per modum conditionis; quia tunc non sufficit probare per coniecturas.

probatio manifestissima est illa,quæ fit per scripturam, uel per testes.Bald.l.si quis adulterium. ff. de adult. Idem tenet Angel.l.j. C.de test. mil. Adde Felin. rubr. de proba. uer. allegato, colum. eadem.

probatio si à lege exigitur cum aliquibus uerbis qualificatis, tunc non sufficit probatio semiplena cum iuramento, sed requiritur uera & propria probatio.Ita Arch.& Ioan.An.c.pia.de exceptio.in vj.& alij sequuntur ibi opin.istam.Et idem tenet do.Ab. c.cùm dilectus.de ordi.cogni.xij.col.uer.aduerte:quæritur primò.Vide plenè per Fel.rub.de proba.uers.tertia conclusio.nu.4. col.367.

probatio superflua an ualeat? Vide,quæ posui in litera S. §. statutũ quod exigit.

probatio astricta per statutum,uel consuetudinem,ad certam speciẽ probationis,putà per instrumentum tantùm, uel per testes tantùm,an ualeat? Vide,quæ posui in litera S.§ statutum, quod restringit facultatem probandi.

probatio iusta resultans partim ex instrumento,partim ex testibus, facit,quòd testes,possunt produci, publicatis attestationibus,mixti cum instrumentis:de quo uide plenè per Fe.c.ij.de proba.uer. septimò intellige.nu.16.col.397.Et ista ueniunt ad limitationem eorum,quæ habentur c.fraternitatis.de testi.

probatio inualida de iure,an per statutum possit fieri ualida? Vide, quæ posui in litera S.§.statutum faciens ualidam probationem.

probatio,quæ fit per testes,illi renunciari non potest.Fallit, nisi sit iuratum.Fel.c.si diligenti.de fo.compe.uer.primum corollarium. nu.2.col.212.

probatio legitima non est,quæ fit per unum testem cum iuramentõ: gloss. est c.at si clerici. de iudic.uer. legitima. & gloss. l. cùm de mdebito,ff.de proba.Doct.l.fin.C.si mu.ma.se dix. Adde Felin.c. prudentiam de offic.deleg.§.sexta.uer.uirtùm probata denunciatione.nu.16.col.1119.

probationes factæ coram iudice appellationis, appellatione deserta,non ualent,tanquã factæ coram incompetenti iudice.Ita Ant. de But.& Abb.c. quoniam contra.de proba.Adde, nisi fuisset dubium de appellatione, & fuisset pronunciatum appellatione nõ deserta,& non appellatum, quia ualent probationes. Ita Imol. c.in præsentia.de proba.Felin.c.cùm contingat. de offici. deleg. uer. secundò nota, quòd istæ probationes. numer. 9. colum. 1214.

probationes admissæ contra præsumptionem iuris & de iure, ualent: do. Abb. c. cùm contingat. de offic. deleg. uer. ex quibus potes. iij. colum. Ad le Bartol. l. inter stipulantem. § j j.colum. ff. de uerb. oblig. Ludo. Roma. l. si duo. ff. de acquir. hæredit. Anton. de Butr. c. quia plerique. de immuni. eccles. ult. colum. & c. cùm dilecta. de rescript. Imol. c. quartò. de præsumpt. Bald. notabiliter in simili, quem uideas, l. filium. xviij. colum. uer.quia feci mentionem.C.fami. hercisc. Felin. d.c. cùm contingat.uer.& in quantum do.Abb.dicit,quòd probationibus.nu.10. Ibidem.

probationes factæ in iudicio pro libertate,multùm sunt priuilegiatæ:& hoc modo poteris ampliare text.c.fi.de re iud.qui text.loquitur in sententia lata in fauorem libertatis:quia fauorabilis:et sic non solùm habet locum in sententia,sed etiam in probationibus. Vide per Fel.c.ex literis.de proba.uers.in text.ibi, pro libertate.nu.4.col. 402.

probationes rei sunt fauorabiliores, quàm probationes actoris, etiamsi non sunt pares: gloss. singul. c. clerici. lxxxj. distinct. quæ uult,quòd plus credatur duobus laicis pro clerico accusato, quàm duobus clericis deponentibus contra clericum accusatum. Et ex istis dicit do.Abb.c.tertio loco.de proba j.col.uer. & nor. quòd reus.quòd iudices non debẽt de facili proponere testes actoris,sed debent potius errare in absoluendo, quàm errare in condemnando. Adde Fel.c.iij.de proba.uers.ultimò no.quòd ubi probationes.nu.; col.402.

probationes imperfectæ an probent? pone,quòd sint duæ probationes semiplenæ,an coniunguntur,ut faciant plenam probationẽ? do.Abb. c.cùm causam.de proba. iij. colum. uer. sed circa. dicit, quòd si sunt probationes diuersæ, quæ tamen tendunt ad unum, si sunt commissibiles & sufficientes ad inducendum animum iudicis,quòd plenè probant: & hoc habet locum etiamsi sint probationes diuersi generis, utputà unus testis cum fama: si autem istæ probationes non sunt commissibiles, quia tendunt ad diuersa, tunc non probant. Ibi uide latè per eum. Bartol. l. admonendi. ff. de iureiur. ix. colum. uers. his præmissis quærit, utrùm duæ semiplenæ probationes faciant unam plenam probationem: & finaliter concludit, quòd duæ semiplenæ faciant unam plenam: & dicit, quòd est casus c. fin. de succes. ab intest. Idem tenet Bald. l. ij. ff. de excusa. tuto. Bald. l. ij. C. quorum appell. non reci. Adde Felin.d.c.cùm causam.uers.gloss fin.ibi,multa tuuant.nu.9.col.556.Limita istud non procedere: & hoc, quando tales probationes,quæ sunt coniungendæ,essent in sua specie imperfectæ:putà,quòd fama esset probata per unum testem, & fuga per unum testem:etiam isto casu istæ duæ probationes imperfectæ non coniunguntur.Ita Bal.l.si quis. §.j ff.de edendo. Adde Fel.circa istam limitationem,d.c.cùm causam.uer. limita ista.nu. 11.col.557.

probationes & articulos in dubijs iudex debet admittere magis, quàm respuere. Vide 5.§.publicatio sola testium,circa fi.

probationes omissæ in causa principali, possunt produci in causa appellationis à diffinitiua: tamen fallit in aliquibus casibus: de materia

materia uide, quæ posui in litera A. §. appellationis causa dif/finitiua.

probationes omissæ in causa principali, non possunt produci in causa appellationis ab interlocutoria: de quo uide, quæ posui in litera A. §. appellatio ab interlocutoria.

probationes si sunt subtractæ per aduersarium, adeò quòd quis non potest probare, an subtrahens debet perdere causam? Innoc. c. intimauit. de testi. tenuit, quòd sic. Et idē tenet Ang. l. j. §. si reus. ff. de eo, per quem fac. erit. Adde, quòd contrarium tenuit Bald. d. c. intimauit. & l. prouidendum. C. de postul. do. Abb. c. cùm causam. antepen. col. uer. ego dicerem. de testi. Pet. de Anch. consilio suo cccl xxxj. incip. In casu præmisso. Adde Felin. d. c. cùm uenerabilis. de except. uer. fortius dixit Imol. numer. 21. colum. 60.

¶ Procedere de facto: si commissio dicit, Procedas de facto, quid importat? Bart. consilio suo incip. Punctus quæstionis uertentis. dicit, quòd poterit iudex procedere sine causæ cognitione, & sine probatione, etiamsi rigor iuris repugnet. Vide Feli. c. olim. de accusa. uers. quid autem, si dicatur in commissione. nu. 6. col. 938.

¶ Processiones: an clerici, uel religiosi teneantur uenire ad processiones, quando sunt uocati ab episcopo diœcesano? Ponit Fel. c. dilectus. de offi. ordina. uer. circa undecimum, de processionibus. nu. 7. col. 1282.

¶ Processus factus coram iudice, qui habet iurisdictionem elidibilē, si hoc scit, non ualet processus: domi. Abb. c. si duobus. de appell. v. col. uer. uenio ad secundum. Felin. ibi, uer. circa secundum membrum. numer. 11. col. 702. Adde & limita istud, quòd si ipse iudex ignorat se habere iurisdictionem elidibilem: quia tunc ualet processus. Ita do. Abb. loco prælegato, etiam si pars sciebat. Innoc. c. ij. de dilatio. Ioan. An. regula, scienti. de reg. iu. in v j. Bald. l. si quis. C. de episc. aud. gloss. singul. cle. ij. ut lite pend. uerbo, competente. ibi do. Card. Imò uidetur, quòd processus ualet, etiamsi iudex scit se habere iurisdictionem elidibilem: quod tenuit do. Card. d. cle. ij. iij. q. & ibi do. Abb. & Imol. j. col. Est uerum, quòd do. Abb. d. c. si duobus. tenuit contrarium, ut ī. retuli. Vide Felin. d. c. si duobus. uer. limita conclusionem, nisi iudex. nu. 12. Ibidem. Adde & conclude in materia ista quotidiana, quòd si exceptio, per quam iurisdictio elidi potest, est notoria, quòd processus est nullus. Vide Felin. d. c. si duobus. uer. primò, nisi exceptio. nu. 13. colum. ut suprà. Item si pars præsens in iudicio scit exceptionem competere absenti, & tacet per dolum, tunc non ualet processus. Ita do. Abb. d. c. si duobus. v j. colum. uer. ad tertium. & ibi Anton. de Butr. & Felin. uer. secundò restringe. nu. 14. Ibidem.

processus an sit nullus, eò quia ordo iuris non sit seruatus? Vide, quæ posui in litera O. §. ordo iuris non seruatus.

processus factus coram duobus iudicibus habentibus iurisdictionem ordinariam, nec recognoscentibus se, ut superior & inferior, an ualeat? Vide in litera C. §. citatus coram duobus iudicibus.

processus nullus: de eo non est fienda mentio in secundo rescripto. Vide de hoc, quæ posui in litera R. §. rescriptum, quod non facit mentionem.

processus factus post appellationem: de eo non est fienda mentio in secundo rescripto: de hoc uide, quæ posui in litera R. §. rescriptū, quod non facit mentionem.

processus agitatus uigore primi rescripti reuocati per secundum, ualet, donec excipiatur de secundo per partem. Ita Felin. c. cæterùm. de rescript. uer. ualet processus factus. nu. 11. col. 419.

processus agitatus coram iudice reuocato, tenet: pone, quòd pars impetrauit secundum rescriptum, per quod reuocatur primus iudex, tamen post præsentationem rescripti comparent parentes coram isto iudice reuocato: dico, quòd processus ualet, & tenet. Ita Fel. c. cæterùm. de rescript. uer. quartum corollarium. num. 15. col. 421.

processus agitatus coram iudice reuocato, ualet, etiamsi sciat de reuocatione sua aliūde, quàm per exceptionem partis. Fel. c. cæterùm. de rescript. uer. extensio prima. nu. 17. col. 422.

processus iudicis ualet, qui habet defectum impeditiuum suæ iurisdictionis non occultum, si non opponatur. Fel. c. scifcitatus. de rescript. nu. 4. uer. ualet processus. col. 539. Adde, quòd contra tenuit do. Abb. d. c. scifcitatus. uer. in iij. q.

processus factus contra contumacem, dicitur summarius. Bart. l. j. C. quo. appell. uer. gloss. sol. Fel. c. causam, quæ de testib. uer. quartò restringe. nu. 11. col. 626. Vtrùm talis processus probet in alio iudicio contra eundem, uide, quæ posui in litera A. §. acta contra contumacem facta.

processus quando potest diuidi per iudicem? Vide latissimè per Fel. c. cùm uenisset. de testi. uer. ultimò per illum text. col. 694.

processus factus per excommunicatum, quamuis nullus, interrumpit præscriptionem: do. Abb. c. cùm inter. de except. iiij. col. uers. primum dictum. Adde ibi Fel. uer. dum dicit Abb. quòd processus factus. nu. 17. col. 47.

processus factus coram iudice, cui commissa est causa ultra unam dietam sine derogatione, ad c. statutum. de rescript. in v j. est nullus, etiamsi pars aduersa non comparuerit ad allegandum nullitatem rescripti. Ita do. Abb. c. olim. de except. ij. col. uer. secunda quæstio. Felin. d. c. olim. idem tenet uer. dum dicit Abb. ij. q. num. 3. col. 79. Adde, quòd idem est, etiamsi pars comparēret & consentiret expreßè, uel tacitè, trahi ultra unam dietam: quia processus est nullus, per text. d. c. statutum. in fin. & pulchrè do. Car. consilio suo lxxij. incip. Omnis à me charitas. Ratio est: quia hodie ista impetratio ultra unam dietam, est ipso iure nulla, & consensus partis sequens non potest ualidare illam: gloss. d. c. statutum. uerbo, committantur. Adde Feli. d. c. olim. in uer. antè dicto, col. eadem.

processus factus cum excommunicato, an sit nullus? do. Abb. c. exceptionem, de except. v j. col. dicit, quòd processus ualet cum excommunicato antè quàm excipiatur, per c. pia. de except. in fin. Contrarium tenuit Angel. l. j. C. de tempo. appell. in princ. Adde Fel. d. c. exceptionem, qui uidetur transire cum do. Abb. uer. item in quantum gl. hic. nu. 45. col. 143.

processus Papæ factus contra subditum non citatum, etiam de plenitudine potestatis, non ualet: & hoc etiam in notorijs. Ita do. Abb. c. cùm olim. de re iudic. v iij. colum. uer. do. Anton. dicit. & idem tenet do. Abb. c. j. ij. colum. de causa poss. & propri. Bald. l. fin. C. de legi. ubi etiam Paul. de Cast. Oldr. consilio suo xliij. Feli. d. c. cùm olim. uer. Non est citandus necessario absens. numer. 11. colum. 470 Adde & restringe suprà dicta tribus modis: & primò: quia sunt aliqui casus, in quibus potest admitti citatio, non solùm per Papam, sed etiam per inferiorem. Et qui sunt isti casus, uide per do. Alexand. l. de unoquoque. ff. de re iudic. Felin. d. c. cùm olim. uer. recipiunt tamen ista tres declarationes. numer. 13. colum. 476. Item restringe secundò: quia licet in criminalibus sententia non potest ferri contra absentem, tamen fallit in Papa. Felin. d. c. cùm olim. uers. secunda declaratio. numer. 14. colum. 477. Item restringe tertiò, ubi materia esset talis, quòd in ea possit princeps præiudicare alicui inuito. Vide Felin. d. c. cùm olim. uer. tertia declaratio. ubi ponit multa exempla, numer. 15. colum. eadem.

processus factus per literas surreptitias, irritatur: sed factus contra formam mandati irritus nunciatur. Felin. c. cùm dilecta. de rescri. in princ. nu. 1. col. 679.

processus factus à iudice excommunicato, an semper sit nullus? dic, quòd non: quia oportet, quòd pars probet, quòd sit publicè excommunicatus: de quo uide, quæ posui in litera I. §. iudex, qui est inhabilis.

processus factus contra absentem, est nullus: & hoc, quando iudex nullam habet iurisdictionem: do. Abb. c. si duobus. de appell. iiij. colum. uer. primo casu. Bald. l. si qui. C. de episcop. audi. Bartol. l. iij. ff. de iudic. Vide Felin. d. c. si duobus. uer. Circa quatuor membra. nu. 7. colum. 700. Adde & limita prædicta, nisi talis iudex pronunciasset se iudicem competentem, & non fuit appellatum: quia ualet processus: do. Abb. d. c. si duobus. v. col. uersic. sed sup. ubi Ant. de But. Innoc. c. ij. de dilatio. Bar. l. ij. ff. si quis in ius uoc. ij. colum. uer. procedo. Quod tamen intellige sano modo, dum modò sit talis persona, quæ possit prorogare iurisdictionem non sui iudicis tacitè, uel expreßè: secus est in clerico, qui

qui non potest per comparitionem prorogare iurisdictionem iudicis, c. si diligenti. de foro compet. & tunc nullus est processus, etiam contumaciæ punitiuus: do. Abb. d. c. si diligenti. ult. col. uer. quæro. & ibi Ioan. And. & Anton. de Butr. Philip. d. c. si duobus. x. col. quamuis Bart. tenuit contrarium, & malè, d. l. iij. ff. de iudi. Vide Felin. d. c. si duobus. uer. limita hæc, nisi pronunciasset. ubi ī. numer. 8. colum. 701. Item limita, quando pars litigasset coram ordinario non suo, & nihil opposuit: quia ualet processus: secus coram delegato: & hoc, quia priuatus consensus non potuit attribuere iurisdictionem habenti. Anton. de Butr. d. c. ij. de dilatio. v iij. & xij. col. & Philip. d. c. si duobus. Felin. ibi, in uers. Limita secundò istud membrum. ubi ī. numer. 9. colum. eadem. Item limita, quo ad processum contumaciæ punitiuum: quia si iudex ignorat defectum suæ iurisdictionis, ualet processus: & hoc, si pars comparendo potuit prorogare iurisdictionem non sui iudicis tacitè, uel expreßè, ut suprà in alio casu. Ita do. Abb. d. c. si duobus. Vide Felin. ibi uersic. tertiò limita, quo ad processum. numer. 10. Ibidem.

processus delegati impediti impedimento iuris non occulto, ipso iure est nullus: de hoc uide Fel. c. scifcitatus. de rescri. uersic. Considera bene, dum tenet Abb. nu. 5. col. 546.

processus potest pronunciari nullus parte absente per iudicem. Fel. c. causam, quæ. de rescri. in prin. col. 599.

processus ualet, si iudex processit ordinariè ubi debebat procedere summariè, ex ui mandati. Ita Fel. c. cùm dilectæ. de rescri. uer. pro prædictis bene facit. nu. 7. col. 694.

processus inualidus potest ratificari per partes. Feli. c. significasti. de foro compe. uersic. tene menti. l. ij. C. communia utriusq; iud. nu. 7. col. 245.

processus iudicis pronunciantis super exceptionibus præiudicialibus in principali causa, an ipso iure sit nullus? Vide per Felin. c. exhibita. de iudic. uer. utrùm processus. numer. 6. colum. 152.

processus simultaneus super principali & exceptionibus præiudicialibus, an sit nullus? Ponit Felin. c. exhibita. de iud. uers. postea, & tertiò, subdit Aret. nu. 7. col. 153.

processus iudicis reseruantis exceptiones præiudiciales ad merita causæ, si proceditur super principali, an ualeat. Vide per Felin. c. exhibita. de iudic. uersiculo allegato, colum. eadem. & inde. Et uide, quæ posui in litera E. §. exceptiones dilatoriæ præiudiciales reseruatæ.

processus publicatio an sit de actis? Vide per Fel. c. quoniam contra. de proba. uers. quid autem de publicatione processus. num. 9. col 517. & inde.

processus non præsumitur authenticus pendente appellatione: & hoc intellige de processu agitato in causa principali. Ita do. Abb. c. quoniam cōtra. de proba. xij. col. uer. ego in effectu. Et idem tenet Ant. de But. ibi, & Imol. Innoc. c. in præsentia. de renun. Vide latiùs per Fel. d. c. quoniam contra. uers. prima conclusio: Pendente appellatione. nu. 22. col. 525.

processus præsumitur ritè factus, postquam sententia transiuit in rem iudicatam, siue lata sit sententia in præsentem, siue in absentem, siue de recenti, siue non. Ita do. Abb. c. quoniam contra. de proba. xv. colum. uer. secunda est opinio. & ibi Imol. Anton. de Butr. c. in præsentia. ix. colum. de re nun. Ludo. Roma. l. sciendum. xxiiij. colum. ff. de uerb. oblig. Adde Felin. d. c. quoniam contra. uer. quarta conclusio. Postquam sententia. nu. 31. col. 533. Limita cō clusionem istam, quòd si pars dicit, solennitates processus non fuisse seruatas, quòd admitteretur ad probandum. do. Abb. d. c. quoniam contra. xv j. col. uer. si tamen pars uult. & ibi Anton. de Bu. ubi etiam Fel. uer. limita uno modo. nu. 33. col. 534. ubi multa adducit pro ista opi.

processus an præsumatur ritè factus, ex quo iudex in sententia sua dicit, Viso libello, Visa litis contestatione: do. Abb. c. quoniam contra. de proba. xvij. colum. uer. nunc quæro. tenet, quòd non: & ratio est, quia notarius non intelligitur rogatus de hoc. Idem tenet Innoc. ibi, & Bald. Anton. de Butr. & Imol. qui dicunt, quòd quotidie allegatur istud dictum Innocent. quòd notarius non facit fidem, nisi de eo, de quo fuit rogatus, etiamsi in instrumento plura continerentur. Adde Felin. d. c. quoniam contra. uer. quinta conclusio: Quamuis in sententia. numer. 34. colum. 535. Ista intellige sano modo, nisi notarius scriberet omnia acta, & subscriberet se: quia præsumeretur pro rectitudine processus. Ita do. Abb. d. c. quoniam contra. xviij. col. uer. sed quantum. & ibi Fel. uers. fallit primò ista conclusio. nu. 35. col. ut ī. Item etiam intellige ista, nisi iudex in sententia diceret, Viso libello, Visa litis contestatione: & sententia esset lata præsentibus partibus, & tacentibus: quia præsumeretur pro rectitudine processus, & acta probarent. Ita do. Ab. d. c. quoniam contra. xviij. col. uer. adde etiam huic opinio. & ibi Innoc. Bart. authent. si quis in aliquo. C. de eden. in fi. Salic. ī. emancipationem. C. de fide instrum. uer. in contrarium facit. & ibi Bald. Adde Felin. d. c. quoniam contra. uer. fallit secundò. numer. 36. col. 536.

processus nullus non facit desinere rem esse integram. Imol. c. constitutus. xij. col. de rescri. Adde Fel. c. causam, quæ. el j. de testi. in prin. nu. 2. col. 623.

¶ Procuratio an debeatur episcopis uisitantibus diœcesim suam? An uerò ipsi episcopi debeant uisitare sumptibus suis, uide, quæ posui in litera E. §. episcopus an debeat uisitare.

procuratio non debetur episcopis non uisitantibus: de quo uide, quæ posui in litera E. §. episcopus si non uisitat.

procuratio debita episcopis pro uisitatione, an possit præscribi, adeò quòd ipsi subditi non teneantur ad solutionem procurationis? do. Abb. c. cùm ex officij. de præscript. iiij. colum. uer. quæro, nunquid. ponit multa circa difficultatem istam, uidelicet an indistinctè sit prohibita præscriptio procurationis? & finaliter concludit, quòd procuratio non potest præscribi, nec in totum, nec in parte. Adde tu & fac regulam, quòd contra ipsam procurationem non currit præscriptio. Text. est c. cùm ex officij. & c. cùm instantia. de censib. Speculat. titul. de legato. §. superest. uer. illud quoque. Hostien. in summa, titul. de censib. §. ex causa. do. Card. & Imol. clemen. j. de censib. Felin. d. c. cùm ex officij. uer. cæterùm ut intelligas. numer. 9. colum. 321. Adde & limita istam regulam, uidelicet quòd in modo soluendi procurationem bene potest præscribi: putà, quòd soluatur in pecunia potius quàm in uictualibus procuratio: nam in hoc ualeret præscriptio; quia si per longum tempus esset facta solutio procurationis in pecunia, ualet præscriptio. Specul. & Ioan. An. ibi d. titu. de legato. §. superest. d. uer. illud. circa princip. Vide Felin. d. c. cùm ex officij. uer. limita primò, dum modò. numer. 20. Ibidem. & uide, quæ posui in litera E. §. episcopus uisitans diœcesim. ubi teneo contra opin. istorum, ut inferiùs melius patebit. Item limita prædictam regulam, quòd præscriptio bene currit contra procurationem, quo ad tertium: non, quo ad episcopum: & hoc, quia unus potest præscribere contra clericos diœcesis: quia tenentur soluere pro præscribente: de quo uide Felin. d. c. cùm ex officij. uer. limita secundò, dum modò. ibi. numer. 11. Ibidem. Item limita prædictam regulam: quia præscribitur procuratio: & hoc quando alius prælatus diceret se præscripsisse potestatem uisitandi subditum alterius episcopi: nam talis præscriptio potest induci. Text. est d. c. cùm ex officij. Hostien. in summa in titul. de censib. d. §. ex causa. Et dic, quòd hoc non solùm potest fieri à prælato extraneo, sed etiam à subdito ipsius episcopi: do. Abb. d. c. cùm ex officij. v. nota. Vide Felin. d. c. cùm ex officij. uer. limita tertiò, nisi. numer. 12. colum. eadem. Item limita prædictam regulam, quando esset præscriptio tanti temporis, de initio cuius non sit memoria in contrarium: quia bene talis præscriptio currit contra procurationem. Vide Felin. d. c. cùm ex officij. uer. limita quartò. numer. 13. colum. 324. ubi adducit multas opin. prò & contrà. Item limita prædictam regulam in procuratione debita ex alia causa, quàm ex causa uisitationis: quia contra talem procurationem currit præscriptio. Imol. cle. c. de censibus. ultima colum. & ibi do. Card. q. xiij. Et idem tenet do. Abb. d. c. cùm ex officij. ix. colum. uersicul. ego plus. & Felin. d. c. cùm ex officij. uer. limita quintò, nisi allegetur. num. 14. colum. 325. ubi dicit, quòd procuratio est debita aliquando ratione consuetudinis, uel oneris: & sic contra istam procurationem currit præscriptio, ut suprà. Item limita prædictam regulam in procuratione debita de iure speciali: putà, quòd prælatus inferior, qui iure speciali uisitaret: quia isto casu procuratio

potest

potest præscribi, & sic contra talem prælatum inferiorem præscribi potest circa procurationem. Imol. d. cle. j. de censib. ult. col. & ibi do. Card. d. q. xiij. Vide Fel. d. c. cùm ex officij. uers. limita sextò, dum modò. Ibidem, nu. 15. Item limita prædictam regulam in parte procurationis: quia bene præscribitur contra partem procurationis, non contra totam. Et hoc tenet expreßè Arch. c. fi. de censib. in v j. uer. iterare. Innoc. & Ant. de But. & Imol. d. o. cùm ex officij. Sed contrarium tenuit Ioan. An. d. c. fin. de censib. in v j. & do. Abb. d. c. cùm ex officij. iiij. col. uers. quæro, nunquid. Vide Fel. d. c. cùm ex officij. uers. limita septimò. num. 16. col. 326. Adde, quòd Benedictus papa XII. fecit solennem constitutionem inciuas electionis. in qua posuit & taxauit quotam procurationis in omni genere ecclesiarum: & ibi apparet, quòd non est licitũ accipere pecuniam pro prandio: & sic confunditur opinio do. Abb. consilio suo vij. ij. uol. De quo uideas, quæ posui in litera E. §. episcopus uisitans diœcesim suam an poßit pro prandio. Item non est licitum accipere aliquid ultra taxam, etiam à uolente: ut d. constitutione, uas electionis. quam Francisc. Pauinus posuit in suo tractatu Visitationis, de uerbo ad uerbum, & glossauit.

procuratio an poßit haberi in pecunia, non in uictualibus: & sic accipere pecuniam pro prandio? Vide 5. §. procuratio debita episcopis. Et uide, quæ posui in litera E. §. episcopus uisitans diœcesim suam an poßit pro prandio.

procuratio debita ex alia causa, quàm ex causa uisitationis, bene potest præscribi: uide 5. §. procuratio debita episcopis.

procuratio debita ex priuilegio, uel de iure speciali, utputà quòd prælatus inferior poßit uisitare, contra talem procurationẽ curit præscriptio. Vide 5. §. procuratio debita episcopis.

procuratio an poßit remitti per episcopum: do. Abb. c. cùm ex officij. v. col. uers. idem ponit quæstionem istam. & concludit, quòd prælatus, dum uisitat, potest remittere procurationem expreßè, & tacitè. Est uerbum, quòd Hostien. ibi tenuit, quòd non potest remitti. Innoc. autem ibi tenuit, quòd pacto potest remitti procuratio in parte, non autem in totum. Feli. d. c. cùm ex officij. uersic. dum postea ex prædictis. nu. 17. col. 327. tenet, quòd non potest fieri remißio procurationis, nisi in iiij. casibus. Primò, quãdo fit remißio non in totum: secundò, quando fit remißio compositionis in modo procurandi: gloss. cle. ij. de censi. uerbo, compositionis. tertiò, quando procuratio debetur iure speciali, non iure communi: quartò in remißione procurationis, quam faciunt legati: ibi uide latè per Fel. an hoc sit uerum, quòd legati possunt remittere procurationem sine authoritate Papæ, d. c. cùm ex officij. uer. quartus casus. numer. 18. Ibidem. Et posui latè in litera L. §. legatus Papæ.

procuratio debita legatis sedis Apostolicæ non potest præscribi. Ita do. Abb. c. accedentes. de præscript. j. col. uers. not. quòd ualet. gloss. clemen. j. de censi. uerbo, exemptione. Imò neq; exemptio generalis excusat à procuratione legatorum, ut d. gloss. & text. est l. neminem. C. de sacrosanct. eccles. & text. c. nulde. xciiij. distin. Adde Fel. d. c. accedentes. uer. exemptio, quamuis generalis, non excusat. nu. 3. col 250.

procuratio non potest præscribi contra legatum sedis Apostolicæ: et sic clerici non possunt præscribere contra legatos sedis Apostolicæ circa procurationes non soluendas. Ita Abb. c. accedentes. de præscript. ij. col. uersic. quæro hîc. Adde, quòd Ioan. de Ligna. c. accedentes. aliter dixit limitando illum text. uidelicet quòd clerici non possunt præscribere contra legatos: sed bene aliqui clerici possunt præscribere contra alios clericos, adeo quòd ipsi non teneantur soluere, sed totum spectet ad illos clericos, cõtra quos fuit præscriptum. Dic tamen, quòd istud dictum Ioan. de Ligna. reprobat ibi do. Abb. & do. Card. ibi. Adde, quòd do. Abb. consilio suo xcv. incip. quædam ecclesia. j. uol. sequitur istud dictum Ioan. de Ligna. & etiam consilio suo xxv j incip. In quæstione. ij. uol. Vide ad plenum per Felin. d. c. accedentes. uersic. cæterùm limitauit Ioan. de Ligna. nu. 6. col. 254. ubi dicit, quòd excusandus esset, qui teneret, quam partem uellet. Adde tamen, quòd si essent aliqui clerici, qui haberent certa bona pro suis necessitatibus in aliqua ecclesia, & alia bona illius ecclesiæ remanent prælato, isti clerici non tenentur soluere, sed solùm prælatus. Ita do. Abb. d. c. accedentes. limitando illum text. ij. col. uers. opp. contra text. & Felin. ibi uers. ulteriùs, in quantum Abb. hîc. nu. 7. col. 155.

procuratio debita legatis sedis Apostolicæ si est remissa clericis alicuius ciuitatis per priuilegium Papæ, si multi clerici eximerentur per tale priuilegium, alij clerici illius ciuitatis possent appellare. Ita do. Card. c. accedentes. de præscr. & ibi do. Abb. ult. col. uersic. ex his infertur. ubi etiam Felin. nu. 8. uer. tertia conclusio. col. 257. Adde & limita, nisi Papa concessisset priuilegium exemptionis motu proprio: quia tunc appellare non licet. Ita do. Abb. loco præallegato, & Old. consil. suo xxij. Vide Fel. d. c. accedentes. uersi. quarta conclusio. nu. 8. col. ut 5.

¶ Procurator agens in primo libello procuratorio nomine, licet postea simpliciter in iudicio compareat, intelligitur etiam procuratorio nomine comparêre: quia præsumitur repetita illa qualitas. Fel. c. cùm M. de constitut. j notabili. ibi, adde, quod uoluit num. 1. col. 198. Tu adde Bal. l. etiam. C. de fideicommiss. & in practica Papiensi, uer. Simeon Spleta. Adde, quid dicendum in procuratore constituto ad contrahendum, an debeat exprimere nomen domini? dic, quòd non, quãtum pertinet ad ipsum dominum: quia præsumitur, quòd uigore mandati præcedentis faciat: sed si ageretur de aliqua differentia inter dominum & aliam tertiam personam, bene requiritur, quòd agat nomine domini, & quòd exprimat nomen ipsius domini. Ita Bart. l. si pupilli. §. item si procuratori. ult. col. uer. quæro extra gl. ff. de neg. gest. & Bar. l. post dotem. iij. col. uersi. secundò, quòd procurator. ff. sol. mat. & l. qui aliena. §. si is, qui. ff. de acqui. hære. Bald. d. l. etiam.

procurator datus simpliciter ad fideiubendum, potest renunciare beneficio de duobus reis, & beneficio de fideiussoribus. Ita Felin. c. cùm M. Ferrar. de constitut. uersi. ex quo consuluit Ludo. Roman. 5. col. 201. Adde Bart. l. si fraudator. in princip. de his, quæ in frau. credi.

procurator habens potestatem obligandi dominum ad certam quantitatem, etiam conditione taxatiua, potest ipsum obligare ad cambia soluenda pro illa quantitate, si de cambijs est consue udo in loco. Felin. c. cùm M. Ferrar. de constitut. uersi. & colum. proximè alleg.

procurator datus post litis contestationem, non potest constituere alium procuratorem. Fel. c. cùm M. Ferra. de consti. uersic. sed contra prædicta tenet Bart. nu. 9. col. 203. Et de hoc est gl. c. j. de procu. in v j. uerbo, ab eo.

procurator potest sine dubio protestari nomine domini. Feli. c. cùm M. Ferrariensis. de constitu. uer. hanc conclusionem limita. nu. 56. col. 223. Et an requiratur speciale mandatum, ibi uide. Adde, quid de coniuncta persona, quæ agit pro coniuncta sine mandato, an poterit protestari pro coniuncta persona? Ibi uide Fel. & quæ posui in litera C. §. coniuncta persona potest agere.

procurator constitutus per dominum, qui iurauit non reuocare eum, an ipse dominus poterit illum reuocare? Fel. c. cùm M. de constit. uersic. secunda conclusio: Protestatio. nu. 61. col. 225. Adde gl. not. c. fi. de procu. in v j. uer. reuocatus. & ibi scribentes. Bart. l. cùm precariò. ff. de preca. Et quid in alijs dependentibus à uoluntate mera aliter: putà, promisi, uel protestatus sum non reuocare testamentum, an poterit reuocari? Vide Bartol. d. l. cùm precario.

procurator non potest admitti in causa criminali: & si admittitur, iudicium est nullum, etiamsi non opponatur. Felin. c. sciscitatus. de rescript. uers. sed contra opinionem communem. num. 4. col. 539. Adde, quòd idem tenet Bart. l. penul. §. ad crimen. ultima col. uer. quæro, quid si procurator. ff. de publ. iud. & Bald. l. ita demum. ij. col. uers. sed quid dicemus. & l. licet. iij. col. uersi. sed quo ad secundum membrum. C. de procurat. Bald. l. falsus. xij. col. uersic. uenio modò. C. de furiis. Adde Bart. l. filiusfamiliâs. §. ueterani. in fine, de procurat. qui facit differentiam inter procuratorem, qui totaliter esse non potuit, & alium procuratorem. Adde etiam, quòd Papa, uel imperator de potestate ordinaria non potest procuratorem admittere ex parte rei in causa criminali. Text. est c. ueniẽs. de accus.

procurator datus ad audiendam sententiam, poterit tamen appellare: quia hoc est uicinum mandato. Do. de Ro. tit. de procu. la ij. in antiquioribus. Adde Fel. c. causam, quæ. nu. 6. de re iud. uer. sic etiã dicit Rot. col. 494.

procurator

procurator si uult appellare ab executione excessiua facta contra dominum, oportet, quòd habeat speciale mandatum ad hoc: aliter nõ admittetur: de quo uide, quæ posui in litera A. §. appellans ab executione excessiua, si est procurator.

procurator si uult producere exceptiones, quas postea si non posset probare, dominus ueniret condemnandus ex forma statuti, tunc talis procurator non admitteretur, nisi haberet speciale mandatum ad hoc: de quo uide, quæ posui in litera A. §. appellãs ab executione excessiua, si est procurator.

procurator potest expelli à iudicio semper: de quo uide, quæ posui in litera E. §. exceptio, Tu non posses esse procurator.

procurator quamuis non admittatur ad disputandum in causa criminali super ipso crimine, tamen admittitur ad opponendum exceptionem contra accusatorem, uel contra iudicem. Bartol. l. pe. §. ad crimen. ff. de public. iudic. Archid. c. criminali. v. q. iij. Felin. c. meminimus. de accusat. uers. not. ibi, excusaret. numer. 9. colum. 784. Adde ad ista, & fac conclusionem: & primo, In actione populari, ubi non uenit imponenda pœna corporalis, procurator admittitur ex parte rei, secus ex parte actoris, l. licet. ff. de proc. ubi Bartol. Limita, nisi quis agat pro priuato interesse, l. penult. ff. ne quid in loco public. Limita secundò, nisi lis esset contestata: quia cùm agens sit dominus litis, potest procuratorem constituere. Felin. d. c. meminimus. uer. limita primò, nisi quis agat. nu. 10. Ibidem. Item ubi agitur de crimine ciuiliter, admittitur procurator: quia tunc cessant omnes rationes. Felin. d. c. meminimus. uer. secunda conclusio: Vbi agitur. Ibidem, numer. 11. Item procurator non admittitur, ubi agitur de crimine criminaliter: tamen tertius potest pro interesse suo defendere accusatum, l. si seruus. ff. de public. Vide Cyn. l. j. C. de bonis dam. Felin. d. c. meminimus. uer. tertia conclusio. ubi 5. numer. 12. colum. eadem. Item admittitur procurator in causa criminali: & hoc, quando principalis per se comparêre non potest: utputà, quando uniuersitas accusatur, uel monialis, c. unico, de status mo. in v j. Bartol. l. cancellato res. C. de re mil. lib. xij. Archid. xj q. j. in summa: Felin. d. c. meminimus. uer. quarta conclusio. numer. 13. colum. 785. Adde, quòd quando uniuersitas accusat, uel accusatur, potest cõstituere procuratorem. Bartol. l. ij. ff. de quæst. circa fin. Item in causa criminali ad proponendam exceptionem non concernentem crimen: de quo uide Felin. d. c. meminimus. uer. quinta conclusio. numer. 14. Ibidem. Item, ubi reus est in uinculis, potest procurator constitui in causa criminali. Do. de Rota cõclusione 296. incip. Item licet Bald. l. minimè. C. de appell. Contrarium tenuit do. Card. & Abb. d. c. meminimus. de accusat. & ibi Felin. uer. sexta conclusio est: Vbi. numer. 15. colum. ut 5. Adde, quòd Bald. l. seruum quoque. §. publicè. ff. de procura. dicit, quòd reus carceratus potest per procuratorem comparêre: tamen ad quosdam actus, & ad quosdam non, ut in tortura & litis contestatione. Vide etiam Bald. l. eos. §. quid. C. de appell. Et dicit etiam Bald. d. §. publicè. quòd exceptionem peremptoriam non poterit fortè opponere, sed dilatoriam sic. Adde Specul. titul. de procurat. qui tenet, quòd ad merita causæ admittitur procurator, quando reus est in carcere: secus, si non est carceratus. Et idem tenet Cyn. l. reos. & ibi Bald. C. de accusat. & Ioan. Andre. in Specul. titulo de procurat. §. j. imò quilibet extraneus, & fortiùs coniuncta persona.

procurator in causa criminali potest constitui ad unum articulum: putà ad uidendũ iurare testes. Innoc. c. ex parte. de testi. ubi Ant. de But. xv. colum. uer. uenio ad secundum. Pet. de Anch. consil. suo cclxvij. inci. Plenè & subtiliter. Fel. c. meminimus. de accus. uers. ulteriùs præter hæc. nu. 16. col. 786.

procurator in causa criminali potest constitui: & hoc, quando crimmalis causa incidit cum ciuili. Do. de sancto Gem. c. ex antiquis. liiij. dist. ij. col. uer. nota primò. Fel. c. meminimus. de accus. uer. itè adde in materia. nu. 17. col. ead.

procurator admittitur in causa criminali: & hoc, quando accusatus de uulnere dicit, quòd uulnus non est mortale, tunc si dubium est, an uulnus sit mortale, uel non, admittitur procurator: tamen si apparet uulnus mortale, processus erit nullus. Bart. l. prætor. in princ. ff. de damno infec. Bald. l. eleganter. §. penultimo, ff. de edendo. Felin. c. meminimus. de accusat. numer. 18. uer. item uide Bartol. colum. eadem.

procurator utrùm poßit prorogare iurisdictionem iudicis delegati, de tempore ad tempus: gloss. c. cùm olim. el j. de offic. deleg. uerbo, protinus. tenuit, quòd sic: tamen doctores ibi reprobant glo. & Bald. l. nam & nocere. ff. de pac. ubi dicit, quòd procurator non potest prorogare solutionem, nisi sit datus cum libra. Adde tu Felin. d. c. cùm olim. uer. in eadem gloss. ibi, si iudex. num. 8. col. 1199. ubi expreßè dicit, quòd procurator cum libera, poterit prorogare iurisdictionem iudicis delegati de tempore ad tempus. Adde, quòd idem sentit do. Abb. d. c. cùm olim. iij. col. uersi. & nota hoc ultimum.

procurator excedens fines mandati, nõ obligat dominum, nisi sciat, ut 5. §. procurator, qui fines. Adde & limita, ut nõ habeat locum in criminalibus. Text. c. fin. de homi. in v j. Bald. l. cùm mandati. C. manda. Adde, quòd Bal. limitat illum text. l. non ideo minus. ultima col. C. de accus. uidelicet quòd ubi est in potestate mandatarij, excedere fines mandati, dominus non obligatur: secus, ubi nõ erat in potestate mandatarij: quia tunc bene obligatur dominus. Et ibi ponit exemplum: pone, dominus dixit, Percutias talem baculo, quem tamen percußit gladio, ex quo excesßit fines mandati, si eum interfecit, quòd dominus non tenetur: & si est clericus, quòd non est irregularis. Adde, quòd Fel. c. cùm olim. j. de offic. deleg, uersic. in eadem gloss. ibi, de tempore ad tempus. nu. 9. col. 1199. transit cum ista opin. Bal. Ego credo, quòd malè dicat Bart. quia text. d. c. fi. de homicid. in Sexto, dicit apertè, quòd licet mandans expreßè inhibeat ne occidat, uel mutilet, tamen si mandatarius fines mandati excedit, irregularis efficitur mandans: quia mandando in culpa fuit, & hoc cogitare debuerat: & sic cogitabis.

procurator datus ad audiendam sententiam, uel ad comparendum in iudicio duntaxat, potest appellare: & hoc, quia appellare est uicinum mandato. Domi. de Rota tit. de procur. in antiquioribus. ij. decisione. Paul. de Cast. consil. xxv j. incip. In Christi nomine: uiso puncto. Adde Fel. qui multa cumulauit in materia ista, c. cùm olim. el j. de offic. deleg. uer. fallit quartò in casibus gloss. nu. 11. col. 1200.

procurator admittitur ad agendum cum cautione rati, quando est dubium de mandato. Tex. l. non solùm. §. qui alieno. ff. de procur. l. j. C. eo. & c. j. eodem titul. do. Abb. c. coram. de offic. deleg. uer. & fortè gloss. Adde Felin. d. c. coram. uers. quando faciens dubium de mandato. numer. 7. colum. 1206. Et ibi dicit, quòd regula ista fallit, quando per cautionem non est plenè consultum aduersario. Et istud idem tenet Bartol. d. l. non solùm. §. qui alieno. uer. tertius casus.

procurator, qui post contestationem litis constituit alium procuratorem, & de mandato istius dubitatur, debet admitti cum cautione rati, & in cautione debet cauere, quòd procurator primus habebit ratum, & non dominus. Bart. l. de curatore. j. col. ff. de curabo. dam. Ioan. An. & Domi. de san. Gemi. c. is, qui. de procur. in v j. & Pet. de Anch. ibi. Adde Fel. c. coram, de offi. deleg. uer. proximè allega. col. ut 5.

procurator ex generali mandato non potest prorogare iurisdictionẽ alterius iudicis: Doct. c. cùm olim. el j. de offic. deleg. Fallit hoc, si haberet generale mandatũ cum libera. Item, si prorogat sciente & patiente domino: quia ualet prorogatio, Felin. c. P. & G. de offi. deleg. uersiculo, procurator ex generali mandato. nu. 11. col. 1228.

procurator ad negocium speciale non potest substituere: quia uidetur electa industria personæ. Ita do. Abb. c. fin. §. cæterùm. de offi. deleg. Idem tenet Felin. d. c. fin. §. cæterùm. ij. notabi. numer. 7. col. 1240. Limita, nisi forma mandati sit adeo limitata, quòd per substitutum mutari non poßit. Ita Bartol. & Salic. l. quod quis. C. de procurat. Adde Felin. d. c. fin. §. cæterùm. uer. numer. & colum. prædictis.

procurator si est contumax in comparendo, an propter eius contumaciam poßit deueniri ad secundum decretum. Innoc. c. j. ut lite non conte. tenuit, quòd sic. Vide do. Abb. ibi, v j. colum. uers. secundò dissrepat. ubi tenet contra Innoc. Tamen opin. Innoc. tenuit Bald. & Ang. l. j. §. si procurator. ff. si quis ius di. non ob. Adde, quòd Bartol. l. quamuis. ff. de dam. infect. & l. iij. C. de procur. tenuit,

nuit, quòd propter contumaciam procuratoris non poßit procedi ad ſecundum decretum. Et ſic contra Innocent. iſtam opin. Bar. tenuit do. Abb. d. c. j. ut lite non conteſta. uerſ. ſecundò diſcrepat. Anton. de Butr. & Imol. d. c. j. Adde, quòd idem tenet Felin. d. c. j. ut lite non conteſt. uerſ. nihilo minùs tene opin. Abb. numer. 3. colum. 312. Fallit hoc, ubi dominus fuit requiſitus, & miſit procuratorem, qui fuit contumax: quia iſto caſu opinio Innoc. poſſet procedere. Felin. d. c. j. ubi 5. colum. 313. Fallit etiam, quando dominus ſciuit contumaciam procuratoris, & eam non purgauit. Felin. ubi 5. colum. eadem. Fallit etiam, quando eſſemus in caſu, quando ficta contumacia domini ſufficit: ubi uide per Fel. col. ut 5. quia tunc procederet opin. Innoc.

procurator ſi eſt contumax, an propter eius cõtumaciam poßit deueniri ad primum decretum contra dominum: do. Abb. c. cùm deputati. de iudic. uerſ. & per hoc dubito. tenet, quòd non. Adde, quòd contrarium tenet Bartol. l. iij. C. de procur. uerſ. ultimò not. & do. Alex. ibi. Adde Felin. c. j. ut lit. non conteſt. qui idem tenet uerſic. remanet ergo ex prædictis. col. 313.

procurator in actione populari admittitur, ubi non uenit pœna corporalis ex parte rei, non autem ex parte actoris. Fel. de accuſat. c. meminimus. nu. 10. col. 784.

procurator admittitur, ubi agitur de crimine ciuiliter. Ibi, nu. 11. col. eadem.

procurator ſi eſt contumax propter caſum fortuitum, dominus excuſatur. Ita Bartol. l. j. §. ſi procurator. ff. ſi quis ius di. non obtẽ. j. col. uerſic. tamen ſi procurator. do. Abb. c. j. ut li. non conteſt. iiij. col. uerſ. hoc præmiſſo. Adde Fel. d. c. j. uerſic. excuſatur dominus. nu. 5. col. 313. Limita, dum modò ſit talis caſus, quòd dominus potuiſſet illum adducere ad ſui excuſationem, ſi in perſonam ſuã contigiſſet. Bart. l. cùm filius. §. in hac. ff. de uerb. oblig. Feli. idem tenet d. c. j. loco præallegato. Limita etiam, niſi procurator potuiſſet ſubſtituere alium, & non ſubſtituit: quia tunc non excuſaretur dominus. Vide per Feli. d. c. j. nu. col. & uerſ. antè dictis. ubi multa poſuit in materia iſta.

procurator ſi eſt uerus contumax ab initio, non repellitur dominus ab appellando. Ita Bartol. l. j. §. ſi procurator. ij. col. uerſ. ex prædictis. ff. ſi quis ius dic. & ibi ponit rationem. Idem tenet do. Abb. c. j. ut lite non conteſt. v j. colum. uerſ. tertiò dicit Bart. Adde Feli. d. c. j. uerſic. ſi procurator eſt uerus contumax. numer. 6. colum. 314. qui idem tenet, ſed procedit multùm intricatè: quare fuit mihi uiſum in hac difficultate ponere additionem iſtam: & hoc, quia inuenio, quòd multi tenuerunt iſtam opinionem, & multi etiam tenuerunt contrarium: quamuis Felin. ibi tranſeat, nihil addendo, neq; declarando: imò confuſè proceßit. Adde ergo pro dilucidanda ueritate, & dic, quòd Bartol. & omnes tenent, quòd ex uera contumacia procuratoris non perdit dominus beneficium appellandi. Ita tenuit Bartol. d. l. j. §. ſi procurator. ff. ſi quis ius dic. ij. colum. uerſ. ex prædictis. Bartol. l. j. §. finali, ff. quando appell. ſit. & l. final. ultima colum. ff. de in integrum reſtit. & l. neq; infantes. ff. de fideicommiſ. liber. Anton. de Butr. d. c. j. ut lite non conteſta. ix. colum. do. Abb. ibi, v j. colum. uerſicul. tertiò dicit Bart. Bart. Cepola in cautela lxxxv j. Adde tamen, quòd Spec. limitat hoc titul. de appell. §. j. uerſ. illud, dum modò appelletur infra decem dies, qui currunt à tempore ſententiæ, non autem à tempore ſcientiæ domini. Idem tenet Innocent. d. c. j. & Anton. de Butr. v iij. col. & Imol. ibi in ultimo notabili. Adde tu, & tene contrarium, quòd eſt æquius, prout tenet Gemi. poſt Lapum c. j. j. col. uer. ex iſto. de confeß. in Sexto. & do. Abb. d. c. j. vij. col. ad finem: ſequitur Angel. conſilio ſuo cclviij. incip. tutor. ultima colum. & d. l. j. §. fin. ff. quando appell. ſit. Domi. de Rota deciſio. xv j. incip. Item quòd appellatus. & deciſ. ccclxiij. incip. Ex hoc inſurrexit.

procurator, qui omiſit appellare propter negligentiam, nocet domino, Ita Bartol. l. j. §. ſi procurator. j. colum. uerſicul. ſi uerò. ff. ſi quis ius dicen. do. Abb. c. j. ut lite non conteſta. v j. colum. uerſ. tertiò dicit Bartol. Felin. d. c. j. uer. ſi procurator eſt uerus contumax. numer. 6. colum. 314. Adde & extende, quòd etiam procedat, quando procurator appellauit, ſed non petijt apoſtolos infra terminum iuris. Ita tenet Bald. d. c. j. v j. colum. ut lit. non conteſt.

procurator, qui omiſit appellare propter negligentiam, nocet domino, ut 5. §. proximo. Adde, quòd hoc fallit, quando procurator non eſt ſoluendo: quia ſi dominus non poſſet conſequi ab eo interesse ſuum, poterit appellare ipſe dominus. Ita do. Card. c. j. ut lit. non conteſt. Adde Felin. ibi, d. c. j. uerſ. cæterùm, dum dixit. numer. 7. colum. 315. qui uidetur reprobare opin. Card. quamuis poſtea eam ſequatur: ſed quia nihil boni dicit, ideo dic tu, quòd pro opin. Card. quòd quando procurator non eſt ſoluendo, tunc negligentia procuratoris non nocet domino in non appellando: tenuit gloſſ. l. j. §. fin. ff. quando appell ſit. & gloſſ. authent. hodie. C. de appell. quas gloſſ. Felin. loco præallegato adducit, & illam gloſſ. d. l. fin. ibi Bartol. tenuit: & alij ſequuntur: Bal. & Sal. d. authent. hodie. etiam tenent gloſſ. illam. Idem tenet Bald. l. ab eo. C. quomodo & quando iudex. do. Alexand. conſil. ſuo ccxxxvij. incip. Viſis proceſſibus. Adde tamen & intellige hoc ſanè petita priùs reſtitutione & obtenta, non autem ipſo iure. Ita limitat Bald. c. ſignificante. de appell. ult. col. & Salic. d. authent. hodie. uer. ſed dubium. Limita etiam, quando procurator omiſit appellare fraudulenter, ut ex actis apparet: tunc non præiudicat domino: ſecundum Bart. & alios, d. l. j. §. fin. ff. quando appell. ſit. Bal. d. authent. hodie. & d. l. ab eo. Ant. de But. d. c. j. do. Alex. d. conſil. ſuo, iiij. & v. col.

procurator, qui gerit aliquid nomine domini procuratorio, non obligat dominum ad aliquod illicitum, uel ad pœnam. Ita do. Abb. c. j. ut lit. non conteſt. vij. colum. uer. ad ſecundum, utrùm. Adde Felin. d. c. j. uer. Circa ſecundum membrum. numer. 8. colum. 317. & ibi dixit, quòd procurator datus generaliter, non cenſetur datus ad illicita? &c, quòd dominus non incurrit in pœnam c. eum, qui. de præb. in v j. ex facto procuratoris: quod no. perpetuò, & non obliuiſcaris.

procurator generalis poteſt obligare dominum ad pœnam, uidelicet promittendo pœnam, quæ erat conſueta promitti, putà in uenditione. Ita Bartol. l. ſi procurator. in princip. ff. de iure fiſ. Adde Felin. c. j. ut lite non conteſt. uer. ſecunda declaratio. numer. 10. colum. 319. Intellige ſano modo, dum modò pœna apponatur, dum actus eſt in fieri: ſecus, ſi actus eſſet deductus in eſſe. Angel. l. apud Celſum. §. in has. ff. de do. except. Vide per Felin. d. c. in loco præallegato, colum. ut ſuprà. Intellige etiam iſta, dum modò appoſitio pœnæ adeo ſit de ſubſtantia actus, quòd ſine ipſa non poßit expediri actus: ſecus, ſi poßit expediri. Ioan. An. c. ſolet. de ſentent. excom. in v j. Vide per Felin. d. c. j. ut lit. non conteſt. uer. reſtringe ſecundò. numer. 11. colum. 320. Adde ad iſta do. Abb. c. ij. de preca. ubi limitat iſtud de pœna, quòd debet intelligi, quòd procurator poßit promittere pœnam, quæ uenit ex natura contractus: ſecus, ſi eſſet præter naturam contractus. Et ibi uide, quid in prælato, an poßit promittere pœnam, & obligare eccleſiam ſuam & ſucceſſorem, quando contrahit.

procurator ſi facit aliquid, quod ſit illicitum, ſi dominus ex poſt facto tacitè, uel expreßè ratum habuit illud, quod fecit procurator, tunc actus procuratoris nocet domino. Lap. alleg. cxvij. Domini. de ſancto Gemi. c. eum, qui. de præben. in v j. Adde Felin. c. j. ut lit. non conteſt. uer. tertia declaratio. numer. 12. colum. prædicta. Adde, quòd idem erit, ſi procurator aliquid facit præſente domino & tacente: imò plus, ſi eſſet falſus procurator, & præſente domino gereret ſe pro procuratore, & dominus taceret: quia tunc actus procuratoris, quantumcunq; falſi, noceret domino. Ita. Felin. d. c. j. ut lite non conteſt. uerſi. quarta declaratio. nu. 13. col. præalleg.

procurator quando noceat domino confitendo in iudicio? Vide, quæ poſui in litera C. §. confeßio procuratoris an noceat domino.

procurator, ſi erat excommunicatus tempore conſtitutionis, uidelicet quando fuit conſtitutus procurator, ipſa conſtitutio eſt nulla ipſo iure ſine ope exceptionis. Ita Specul. titulo. de procura. in princip. Ioan. And. & Anton. de But. c. poſt ceßionem. de proba. & ibi do. Abb. d. c. poſt ceßionem. xiiij. colum. uer. ſed circa hoc. Adde Felin. d. c. poſt ceßionem. uerſ. prima concluſio. numer. 20. colum. 428. Limita iſtam concluſionem primò, quòd ſi procurator facit ſe abſolui, & dominus certificatus de abſolutione ſi perſeuerat in ſua uoluntate, quòd ualet iſta conſtitutio ex nouo conſenſu:

ſenſu: imò non requiritur nouus conſenſus expreſſus, ſed ſufficit tacitus. Ita do. Abb. d. c. poſt ceßionem. xiiij. colum. uerſ. quòd ſi conſtituens, quamuis ibi Anton. de Butr. tenuit, quòd nouus conſenſus requiratur, tamen Felin. d. c. poſt ceßionem. tenet opin. do. Abb. Eum uide in prædicto uerſ. Et pro opi. do. Abb. facit dictum Innocent. c. ex parte decani. de reſcript. ubi dicit, quòd tacitus conſenſus facit quem procuratorem: & eſt bonus textus c. fin. de iureiurando, in Sexto. Et notabis iſtud: quia ſi non apparebit de ſcientia abſolutionis, non ſufficeret, quòd dominus non commiſiſſet uoluntatem. Et hoc eſt: quia à principio illa conſtitutio fuit erronea. Eſt uerum, quòd do. Abb. d. c. poſt ceßionem. xiiij. colum. tenuit, quòd ſi dominus perſeuerat in conſenſu erroneo, & poſt factum habet ratum geſtum per ipſum procuratorem, quem poſtea ſciuit excommunicatum, quòd ualet: ſed Felin. aliter ſentit ibi d. c. poſt ceßionem. uerſ. ſecundò declara. numer. 21. colum. 429. Limita etiam iſtam concluſionem, quia non habet locum in alio procuratore inhabili: putà in minore & milite: quia conſtitutio à principio non eſt nulla, ſicut eſt in excommunicato: & ſic ualet iudicium agitatum cum minore & milite, ſi non opponatur. Bartol. l. exigendi. j. colum. uerſ. & ſic not. C. de procura. & l. filiusfam. ff. eo. §. ueterani. Adde Felin. d. c. poſt ceßionem. de probat. uerſ. tertiò declara & limita. numer. 22. colum. ut ſuprà.

Procurator inhabilis poteſt exercere officium procuræ, ſi non opponatur, & ualet iudicium agitatum cum eo. Fallit in procuratore inhabili ratione excommunicationis, ut per Felin. c. poſt ceßionem. de probat. uer. prædicto, col. ead. & uide 5. §. præced. qui incipit, procurator, qui erat excommunicatus.

procurator, ſi fuit excommunicatus poſt mandatum procuræ, & ſic poſt, quàm iudicium cum eo cœptum eſt, illa excommunicatio non inhabilitat mandatum, neq; annullat acta: & hoc ita demũ uerum eſt, niſi opponatur. Ita Ioan. An. & Anton. de But. c. poſt ceßionem. de proba. & Fel. d. c. poſt ceßionem. uer. & not. quòd excommunicatio ſuperueniens. nu. 23. col. 429.

procurator occultè excommunicatus, ſi gerit negocia alterius, eius geſta ſunt nulla. Ita do. Abb. c. poſt ceßionem. de probat. xiiij. col. uerſ. ſed annecto quæſtionem. Idem tenet ibi Ioan. And. & Ant. de Butri. Adde Felin. d. c. poſt ceßionem. uerſ. ſecunda concluſio: Geſta cum procuratore. numer. 24. colum. præd. Limita iſtam concluſionem non procedere in procuratore excommunicato occultè, qui gerit aliquid ratione publici officij: quia ualent eius geſta. Ita Innocent. c. cùm dilectus. de conſue. & ibi Ioan. An. & Pet. de Anch. & do. Abb. d. c. poſt ceßionem. ultima colum. uerſ. hoc non placet hìc. & idem tenet c. ueritatis. de dolo & cõtuma. in fin. & c. paſtoralis. §. uerum. v. colum. uerſ. quædam geri poſſunt. Adde Felin. d. c. poſt ceßionem. uerſ. prædicto, col. 430. & adde do. Abb. c. fi. de procu. v. col. uerſ. in gl. ibi.

procurator inhabilis ſi ratione ſuæ inhabilitatis damnificat dominum ſuum, putà ex nullitate geſtorum, dominus poterit agere contra procuratorem: & hoc, ſi dominus, qui eum conſtituit, ignorabat inhabilitatem: & ratio eſt, quia ſe ingerit in officio ſibi interdicto. Ita Ioan. An. c. fin. de procu. & ibi do. Abb. j. col. uerſic. in gl. j. ibi.

procurator excommunicatus conſtitutus cum poteſtate ſubſtituendi alium procuratorem, non poteſt ualidè alium procuratorem conſtituere, præſuppoſito, quòd conſtitutio de ipſo procuratore excommunicato ſit ipſo iure nulla. Ita do. Abb. c. poſt ceßionem. de proba. ult. colum. uer. ſed quæro de quæſtione. ubi etiam Imol. & Bartol. l. j. §. item acquirimus. ff. de acquir. poſſe. Adde Felin. d. c. poſt ceßionem. uerſ. tertia concluſio. numer. 25. colum. 431. Limita iſtam concluſionem, niſi eſſet conſtitutus procurator excommunicatus ad ſubſtituendam certam perſonam: quia iſto caſu talis procurator, quantumcunque ſit excommunicatus, poſſet ſubſtituere: ſecus, ſi eſſet conſtitutus generaliter ad ſubſtituendũ. Ita do. Abb. d. c. poſt ceßionem. ult. colum. d. uerſ. ſed quæro. Verum eſt, quòd Anton. de But. ibi tenet, quòd indiſtinctè poßit ſubſtituere, ſiue ſit generaliter conſtitutus, ſiue ad certam perſonam: de quo uide per Fel. d. c. poſt ceßionem. uerſi. alleg. col. ut 5.

procurator poſt litem conteſtatam an teneatur docere de ſuo mandato? do. Abb. c. quoniam contra. de proba. xxv. colum. uerſ. uenio nunc finaliter. tenet, quòd procurator poſt litem conteſtatam tenetur de mandato docere: & ibi dicit, quòd iſta fuit opin. Innocent. Item tenet ibi Anton. de Butri. & idem tenet Bartol. l. licet. C. de procura. in principio. Adde, quòd gloſſ. d. c. licet. & gloſſ. l. Pomponius. §. rati. ff. de procurato. tenent contrarium: & Salic. d. l. licet. ij. colum. uerſ. ſed tunc. ubi etiam Bald. & Paul. de Caſt. iſtam opinionem tenet Ioan. An. & Imol. d. c. quoniam contra. & Anton. de Butri. c. cùm M. Ferrarienſis. de conſti. xij. colum. Et ratio eſt, ſecundum eos: quia ex quo fuit admiſſus procurator uſque ad conteſtationem litis, uidetur quòd ſit in quaſi poſſeßione officij procurationis: & propter hoc ille, qui opponit, hoc debet probare, & non procurator docere de mandato ſuo, ex quo eſt in poſſeßione. Et iſtam partem tenet etiam Felin. d. c. quoniam contra. uerſic. ſeptimò quæro, ſecundum omnes hic. numer. 53. colum. 546. Tu dic, quòd de hoc eſt optima gloſſ. c. j. de elect. in Sexto, quæ uidetur tenere, quòd in iſto caſu iudex ex officio ſuo poterit compellere procuratorem exhibere mandatum, quamuis Salic. d. l. licet. aliter intelligat illam gloſſ. Sed do. Abb. loco præallegato dicit, quòd glo. illa modificat dictum Innoc. & ſic tenet, quòd iudex poßit procuratorem compellere ex officio ſuo. Adde Bart. in materia iſta d. l. licet. & dic, quòd iſta habent locum etiam in iudice, ut per do. Abb. loco præallegato, & Felin. ubi ſuprà.

Procurator non poteſt reuocari poſt conteſt. li. niſi cauſa cognita, ut c. ij. de procur. in v j. Adde, quòd iſtud habet locum in procuratore ad iudicia, ſed procurator ad negocia poteſt quandocunque liberè reuocari. Fel. c. ex parte decani. de reſcript. uer. & aduerte: quia non capitur. nu. 27. col. 969.

procurator, qui non habet mandatum, an poteſt repelli ex officio iudicis, etiamſi pars non petat? Vide, quæ poſui in litera I. §. iudex ex officio ſuo.

procurator ſine ſpeciali mandato domini, non poteſt interpretari libellum productum à domino. Ita Fel. c. cùm ueniſſent. de iud. uer. poteſtas interpretandi. nu. 2. col. 102.

procurator, ſi facit litis conteſtationem, an ualeat? Ponit Felin. c. paſtoralis. de iudic. uer. in gl. quòd iſte text. procedat in procuratore. nu. 2. col. 125.

procurator intelligitur reuocatus per mortem conſtituentis re integra: fallit tamen in multis caſibus, de quibus uide in litera M. §. mandatum procuratoris. Et etiam, quando dicatur res integra ibi, unde poterit agere ſupra lites nouandas.

procurator datus ad lites motas & mouendas non poteſt cognoſcere de mouendis ex iure nouo, quod nondum erat cognitum tempore, quo fuit conſtitutus procurator. Domi. de Rota deciſi. ccccxiij. incip. Fuit dubitatum. Adde Felin. c. relatum. de officio deleg. uer. ſexto: Delegatus ad cauſas. nu. 8. col. 1104. Adde, quòd ſecus eſt in delegato: uide, quæ poſui in litera D. §. delegatus ad lites.

procurator non poteſt reuocari, ubi factus eſt primus actus, qui ſolet fieri poſt conteſtationem litis, ubi lis non conteſtatur. Vide per Fel. c. inſinuante. de offic. deleg. uerſic. in quantum Abb. dicit. nu. 16. col. 1149.

procurator in rem ſuam quis dicatur? Ponit gloſſ. c. j. de procur. in Sexto. uerbo, in rem. Adde, an appellatione procuratoris in materia odioſa, uenit talis procurator? Vide gloſſ. l. qui ſtipendia. C. de procurato. uerbo, ſuam. & ibi Bald. Vide etiam gloſſ. l. j. in gloſſ. ij. ff. de procura. & ibi Bald. Adde Felin. c. licet. de officio deleg. uerſ. quis dicatur procurator in rem. numer. 3. colum. 1187. Adde quòd eſt quæſtio, quando aliquis eſt procurator in rem ſuam, quomodo poſſumus cognoſcere? de quo uide Bar. d. l. qui ſtipendia. C. de procurat. & uide per Felin. d. c. licet. ubi 5. colum. eadem. Adde, ſi procurator datus in rem ſuam, intentat actionem utilem nomine domini, qui eſt excommunicatus, quòd repelliturⁿ. Ita do. Abb. d. c. licet. in fin. & gl. c. j. de iure pa. in v j. Adde Fel. d. c. licet. ubi ſuprà ead. col.

procurator quamuis in ſententia iudicis ſit aliquis nominatus, utputà dicit iudex, ſententia lata contra Titium procuratorem Sempronij: talis denominatio non probat quem eſſe procuratorem.

Innoc. c. cùm in iure. de offic. deleg. Ang. authent. ut sponsa. largi. §. & hoc insuper. ij. colum. uer. sed nunc quæro. Adde, quòd istud habet locum in quocunq; instrumento enunciante aliquem esse procuratorem: quia ei non creditur: & ideo cauti notarij in instrumento proponunt ista uerba, Se uidisse instrumētum procuræ à tali notario rogato. Et ita in terminis dicit Bald. rub. C. de fide instrum. v j. colum. Adde ad ista, quòd uidelicet sententia pronuncians quem procuratorem, etiam non nocet domino absenti & ignoranti: quia ipse dominus poterit quandocunq; opponere ipsi procuratori, quòd non erat procurator: quia talis denominatio facta in sententia, non nocet dommo. Innoc. c. super literis. de rescript. Specul. titul. de syndico. §. j. uers. quid si iudex. Bartol. l. licet. C. de procurato. ij. colum. uers. secundus casus principalis. Bald. l. falsis. xj. colum. C. de fur. do. Abb. d. c. cùm in iure. ij. colum. uers. uenio ad tertium. Adde Felin. d. c. cùm in iure. uers. sententia enuncians. numer. 14. colum. 1194.

Procurator, contra quem post litem contestatam opponitur, si non habet mandatum, quis habet probare, ipse procurator, an opponens? Bartol. l. licet. C. de procurat. ij. colum. uers. secundus casus. dicit, quòd procurator debet docere de mandato. Et idem tenet Innocent. c. quoniam. de prob. & ibi do. Abb. pe. colum. Sed contrà tenuit glos. l. Pomponius. §. rati. ff. de procura. & ibi Angel. Bald. & Salic. d. l. licet. Innocent. c. j. de elect. in v j. uers. absentia. Imol. d. c. cùm in iure. de offic. deleg. Adde Felin. plenissimè d. c. cùm in iure. uers. in quantum Doct. dicunt. numer. 15. col. 1195.

procurator constitutus ad agendum, uel ad litigandum cum non certa persona, an potest reuocari, etiam non facta noticia reuocationis, nisi ipsi soli procuratori, an uerò est fienda etiam alijs? Ponit Fel. d. c. ex parte decani. de rescript. uersic. quarta regula: quando procurator. nu. 23. col. 965.

procurator reuocatus si non fuit certioratus de reuocatione, & fecit expensas causæ procurationis, adeò quòd damnum patitur, non obstante reuocatione poterit agere contra dominum actione mandati ad interesse. Ita Fel. c. ex parte decani. de rescript. uers. postremò. nu. 26. col. 968.

procurator constitutus cum pacto, uel iuramento facto ab ipso constituente de non reuocando ipsum procuratorem, an poterit eum reuocare? Vide, quæ posui in litera D. §. dominus, qui constituit procuratorem.

procurator constitutus ad renunciandum causa permutationis cum iuramento de non reuocando, an poterit reuocari? Vide, quæ posui in litera D. §. dominus, qui constituit.

procurator constitutus cum iuramento ad renunciandum, simpliciter, an potest reuocari? Vide, quæ posui in litera D. §. dominus, qui constituit.

procurator reuocatus, licet reuocationem ignorauerit, tamen non potest facere actum, qui non potest expediri, nec sortiri effectum citra consensum dommi, putà non poterit transferre dommium: quia per procuratorem reuocatum non transfertur dominium. Ita Felin. c. ex parte decani. uer. fallit secundò dicta regula. nu. 14. col. 957.

procurator constitutus ad renunciandum beneficio, si reuocatur, et ipse ignorat reuocationem, ualet renunciatio. Felin. c. ex parte decani. uer. excipiuntur tamen ab ista fallentia. numer. 15. colum. 959.

procurator constitutus ad renunciandum beneficio, si reuocatur & ignorat, ille licet ignorat reuocationem, si dominus constituens renunciat, ualet renunciatio domini, & non procuratoris: & hoc modo limitabis cle. j. de renun. Ita Felin. c. ex parte decani. de rescript. uers. limita secundò d. cle. j. num. 16. col. 960.

procurator constitutus ad recipiendam pecuniam mutuò, si recepit ipsam pecuniam mutuò, sed in instrumento non dicitur quòd acceperit, sed solùm dicit se recepisse, an talis confessio noceat domino, adeo quòd poterit ex tali instrumento agi contra dominum, si non probatur de receptione pecuniæ: do. Abb. c. si cautio. de fide instrum. iiij. colum. uers. sed circa. tenet, quòd non. Et idem tenet ibi Anton. de Butr. & Imol. & idem tenet Bartol. Bald. Paul. de Cast. l. ij. §. fin. ff. si cer. pet. Bartol. l. à diuo Pio. §. sed si emptor. ff. de re iudic. Frideric. de Senis consilio suo liij. Paul. de Cast. consil. suo ultimo: Pet. de Anch. Do. de sancto Gemi. c. qui generaliter. §. fin. de procura. in v j. do. Abb. c. cùm olim. de offic. delega. ij. colum. Adde Felin. d. c. si cautio. uers. secundò quæruntur hic do. Anton. numer. 86. col. 1011. Adde ad ista, quæ posui j. §. procurator si confessus est se mutuò recepisse. & §. procurator constitutus à domino.

Procurator constitutus à domino ad recipiendas solutiones à debitoribus, & ad eos quittandum & liberandum, si talis procurator confitetur se recepisse solutiones, non præiudicat domino, confitendo, nisi appareat de solutione. Ioan. Andr. in Specul. titul. de testibus. §. j. uers. sed pone: Aegi. Adde Felin. c. si cautio. de fide instrum. uersicul. & ista habent locum. numer. 87. col. 1012.

procurator laicus an possit constitui in spiritualibus actibus? Vide, quæ posui in litera L. §. laicus an possit esse procurator.

procurator si confessus est se mutuò recepisse, non agitur contra dominum, nisi probetur numeratio. Bartol. Paul. de Cast. l. ij. ff. si cert. pe. Pet. de Anch. Domi. de san. Gemi. c. qui generaliter. §. fin. de procur. in v j. Ludo. Rom. l. prædicta, ff. de acquir. posse. Ioan. An. in addi. Specul. titul. de teste. §. j. uer. sed pone: Aegidi. Angel. l. ij. C. de quadri. præscript. Anton. de Butr. do. Abb. c. si cautio. de fide instrum. Imol. l. si ita stipulatus. §. Chrysogonus. ff. de uerb. oblig. Paul. de Cast. consilio ulti. Adde Felin. c. cùm olim. el j. de offic. deleg. uer. si procurator confessus. num. 3. col. 1196. & inde. Adde tu, & dic, quòd in illo primo dicto Fel. d. c. cùm olim. tenenda est opi. Bart. l. ij. ff. si cer. pet. quam posuit etiam à diuo Pio. §. si emptor. ff. de re iudic. do. Alexand. d. l. ij. si cer. pe. Et est communis opin.

procurator constitutus si est à domino cum clausula ad recipiendam pecuniam mutuò, & confitendum recepisse, ualet confessio contra dominum: quia aliàs illa uerba nihil operarentur. Ita Bald. Paul. de Cast. l. ij. ff. si cer. pe. & Paul. de Cast. consilio suo ultimo. Adde tu, quòd Bartol. d. l. ij. in fin. tenuit contrarium, uidelicet quòd talis confessio non noceat domino: & sic, quòd dominus non obligatur ex tali confessione. Adde Felin. c. cùm olim. el j. de offic. deleg. uers. fatentur tamen isti primi. numer. 3. colum. 1197. ubi uidetur sequi opin. Barto. d. l. ij. & ibi intricatè loquitur esfundendo multa uerba: tamen non bene declarat, quæ fuerit mens Bartoli, & quæ fuerit communis opin. Adde tu, & dic clarius, quòd Bartol. d. l. ij. & fin. dicit, quòd si dominus diceret in instrumento, Facio te procuratorem ad accipiendum pecuniam mutuò, & confitendum te recepisse pecuniam, quòd dominus non obligatur. Istam opin. Barto. tenet Anton. de Butr. c. si cautio. de fide instru. Adde tu, quòd magis communiter alij tenent contrarium, ut Bald. Fulgos. Paul. de Cast. d. l. ij. Angel. Ioan. de Imol. Paul. de Cast. l. si debitorem. ff. de solut. do. Alexand. d. l. ij. Et hoc modo intelligas Felin. d. cùm olim. qui satis confusè loquitur. Et ista est communis opi. reprobata opi. Bart. l. ij. Adde Fel. ad omnia.

procurator constitutus ad uendendum, utrùm possit uendere, & transferre dominium habita fide de precio, pecunia tunc non interuenientes? do. Abb. c. cùm olim. el j. de offic. deleg. ij. colum. uers. nunquid procurator. dicit, quòd si est procurator ecclesiæ minoris, uel fisci, non potest talis procurator transferre dominium, per l. si procurator. ff. de iure fisci. Sed si est procurator alterius, & generalis, quòd potest, per l. cuicunque. ff. de institu. si est procurator specialis, & tunc distinguit, ut per eum ibi. Adde Bartol. l. à diuo Pio. sed si emptor. ff. de re iudic. uer. quæro, an ille. ubi magis clarè loquitur, quàm do. Abb. & diffusiùs. Et cum Bartol. concordant omnes. Bald. l. inciuile. ff. de rei uen. & Bald. l. si non donationis. C. de contrahend. emp. do. Abb. c. ij. de preca. in fin. Bald. l. j. C. de hære. uel act. uend. gloss. l. j. C. de fide instrum. & iur. hastæ fisca. lib. x. & ibi Bartol. & Bald. l. cùm uendente. C. ubi cause fisca. Bart. l. alio. ultima col. ff. de alimen. lega. Ang. l. ij. ff. de iurisdi. omnium iud. Adde Fel. d. c. cùm olim. uer. procurator ad uendendum. nu. 5. col. 1198.

procurator, qui fines mandati excessit domino sciente, & non contradicente, an obliget ipsum dominum? gloss. c. cùm olim. el j. de offic. deleg. uerbo, protinus. tenet, quòd sic: & ibi do. Abb. Anto. de Butr. c. contingit. ult. colum. de transact. Ioan. An. c. cùm quis. de sentent. excommunicat. in v j. & ibi Domi. de sancto Gemi. j. colum. Andr. de Iser. c. unico. §. pe. de probi. feu. alien. per Frider. Anton. de Butr. c. cæterùm. in fin. de iudic. Imol. l. j. §. item si uolunt ate. ff. sol. mat. & l. sæpe. ult. char. ff. de re iudic. Domi. de sancto Gemi. c. qui ad agendum. de procura. in v j. Adde latissimè per Felin. d. c. cùm olim. uer. gloss. in uer. procurator. num. 6. colum. 1199.

procurator an possit esse testis in causa, in qua est procurator? do. Abb. ponit c. insuper. de testi. v. colum. uer. uide Bart. in l. differre. Vide gloss. c. Romana. gloss. pe. de testi. in v j. Ant. de Butr. c. cùm à nobis. de testi. Bart. l. differre. §. idem. j. col. uer. idem decreuerūt. ff. de iure fisc. Adde Fel. d. c. cùm à nobis. uers. de procuratore autem. nu. 14. col. 710.

procurator qui habet multas causas coram uno iudice, potest comparère coram illo iudice, & dicere, Compareo generaliter pro omnibus meis causis coram uobis pendentibus. Ita Bartol. l. si finita. §. Iulianus. ff. de dam. infect. ij. colum. uer. sed quid. Adde Felin. c. imputari. de fide instrum. uersic. ultimò dicit hic do. Anton. nu. 11. col. 979.

procurator constitutus ad acceptandum possessionem beneficij, an debeat habere speciale mandatum? Ponit Felin. c. nonnulli. de rescript. §. sunt & alij. (aliàs est. 6.) numer. 11. uer. scias tamen. col. 826.

procurator falsus impetrans literas ad lites sine speciali mandato, non impugnatur: & hoc, quando causa committitur auditoribus Rotæ. Fel. c. nonnulli. de rescript. §. sunt & alij. uer. fallit quartò regula. nu. 13. col. 831.

procurator falsus, qui impetrauit rescriptum tantùm ad lites ex certa scientia Papæ concessum, ualet. Feli. c. nonnulli. §. sunt & alij. de rescrip. uers. fallit septimò, ubi princeps. nu. 15. col. 833.

procurator falsus quot modis dicatur? Felin. c. ex parte decani. de rescript. uer. in gloss. uerbo, procurator. numer. 4. colum. 951. remittit se ad do. Abb. ibi: & ad Bald. & alios, ut ibi. Adde tu, quòd falsus procurator est ille, qui petit aliquid, ut procurator, cùm non sit: & si consequitur, quod petijt, fit obreptio: & sic incidit in crimen falsi. Ita Bartol. l. si autem. §. item. ff. de neg. gest. Adde ad ista, quòd appellans se doctorem, cùm non sit, punitur pœna falsi. Bartol. l. eos. §. qui se pro milite. ff. de fal. Adde, quòd istud ita demum uerum est, quando se appellat doctorem, & aliquem actū facit doctori congruentem: secus, si simpliciter se doctorem appellat. Ita limitat Bartol. illum §. qui se pro milite. l. quisquis. C. de aqu. educt. lib. xj. Adde Bartol. l. reddatur. de profes. & medi. lib. x. Vide Bald. l. data opera. C. qui accusa. non poss. Et hoc modo intelligas in procuratore. Et an dominus possit ratificare gesta falsi procuratoris, uide 5. §. procurator falsus.

procurator falsus si gerit negocia domini scientis, & non contradicentis, an facit dominus sibi præiudicium? Ponit Felin. c. ex parte decani. de rescript. uer. subdit iuxta hoc. nu. 5. col. 952.

procurator si facit aliquid in iudicio ante receptum mandatum, an ualeat? Vide Fel. c. sciscitatus. de rescript. uer. adde etiam in materia. nu. 14. col. 547.

procurator datus ad agendum cum pacto, ut non liceat eum reuocare, tamen pacto non obstante possum eum reuocare: imò, si pœna esset apposita: quid, si esset iuratum? Ita Feli. c. edoceri. de rescript. uer. & dum Abb. dicit non ualere. num. 7. col. 672. an ista habeant locum in spiritualibus? Vide Fel. loco præallegato, nu. et col. præallegatis.

procurator an debeat scire suam reuocationem per certam noticiā, uel sufficiat, quocunq; modo sciat? Vide quæ posui in litera R. §. reuocatio procuratoris.

procurator si habet plenum mandatum ad agendum & defendendū, tamen non poterit impetrare literas ad lites. Feli. c. nonnulli. de rescript. §. sunt & alij. col. 815.

procurator impetrans rescriptum, per quod petit causam committi alicui creditori, non indiget speciali mandato. Feli. c. nonnulli. de rescript. numer. 13. colum. 831.

procurator, qui habet plenum mandatum, potest illud, quod poterit, si haberet mandatum cum libera: quia ista duo æquiparantur. Ita Fel. d. c. nonnulli. de rescript. §. sunt & alij. nu. 3. col. 815. col. 833. & inde. Ideo procurator, qui habet plenum mandatū, debet posse impetrare literas ad lites: quia potest requirere speciale mandatum. Fel. d. §. sunt & alij. uer. præterea quòd habēs mandatum & generalem administrationem. num. 3. col. prædicta. Adde tu, an habēs plenum mandatum, uel cum libera, possit donare? Vide do. Abb. c. petitio. ij. col. uer. in gloss. j. de procur. Adde, an procurator constitutus sub hac forma, ut faciat omnia ea, quæ ipse constituēs in propria persona potuisset facere, an uideatur habere potestatem explicandi & exigēdi specialia mandata: de quo uide Bart. l. si procurator. C. de procur. uer. idem forte. & do. Abb. c. fin. de dila. in fi. Adde ad ista: pone, procurator est constitutus ad certa negocia, & postea subijcitur clausula, Promittens ipse constituēs habere ratum, quicquid procurator suus fecerit, an uideatur ex hoc concessa libera? Vide Bar. & alios, l. j. ff. de offi. procu. cæsa. & Bart. l. procurator cui libera. ff. de procur.

procurator constitutus, & in mandato ipsius sunt enumerati aliqui casus requirentes speciale mandatum, & posita postea est clausula generalis, an talis procurator poterit impetrare literas ad lites. Fel. ponit c. nonnulli. de rescript. §. sunt & alij. in uersic. amplia secundò, etiamsi in mandato. n. 4. col. 816. ibi eum uide: quia est casus, qui sæpius posset euenire de facto: & scribentes in materia ista fuerunt contrarij.

procurator falsus: an gesta per ipsum posit dominus rata habere? Vide, quæ posui in litera G. §. gesta per falsum procuratorem.

procurator falsus impetrans literas ad lites sine speciali mandato, etiamsi offerat cautionem rati, non sufficeret: quia ratihabitiò nō trahitur retro, ubi requiritur mandatum ab initio. Fel. c. nonnulli. de rescript. §. sunt & alij. uer. regulariter autem ratificatio. numer. 8. colum. 824. Adde, quòd factum falsi procuratoris potest tacitè & expressè ratificari per dominum: do. de Rot. decis. ccccxxiiij. incip. Si habens. & decis. ccccliX. incip. Fuit dubitatū. & decis. ccccliX. incip. Per prædicta nōt. Adde, quòd fallit in aliquibus casibus: & primò, ubi est statutum, quòd procurator non habens mandatum non admittatur ad agendum. Bal. l. si uxorem. ij. colum. uers. prædicta sunt uera. C. de condi. inser. Item si procurator illegitimus, de cuius mādato dubitatur, fuerit admissus cum cautione rati aduersario protestante, scilicet nisi apparuerit non habere mandatum: quia eius gesta non possunt ratificari per dominum inuito aduersario. Casus est l. inter quos. §. qui alieno. ff. de dam. infect. Ita Lud. Ro. in sing. uer. procurator. & uer. tu habes. l. si tutor. Adde ad ista illa, quæ posui circa materiam istam in litera R. §. ratificatio. Adde ad istas fallentias Bart. l. obseruare. ff. de offic. proconf. & leg. In materia ista uide, quæ posui in litera R. §. ratificatio domini regulariter.

procurator falsus, si impetrat rescriptum ad lites, non solùm rescriptum est nullum, sed etiam talis impetrās tenetur in expensis: & etiam tenetur pœna falsi. Fel. c. nonnulli. de rescrip. §. sunt & alij. uer. amplia septimò. nu. 9. col. 825.

procurator falsus, qui non habet mandatum, potest tamen impetrare literas ad beneficia. Felin. c. nonnulli. de rescript. §. sunt & alij. uer. fallit primò in impetrante literas. nu. 10. col. 825.

procurator constitutus ad acceptandum beneficium, debet habere speciale mandatum, ad hoc: tamen sufficit, quòd mandatum dicat generaliter ad acceptandum beneficium, licet non dicat de tali beneficio. Fel. c. nonnulli. de rescript. §. sunt & alij. uersic. scias tamen circa prædicta. nu. 11. col. 826.

procuratoris reuocatio, etiam non intimata, ualet, quando agitur solùm de præiudicio constituentis. Fel. c. ex parte decani. de reser. uer. fallit tertiò ista secunda regula. nu. 18. col. 961.

procuratoris reuocati gesta an potest dominō ratificare? Vide, quæ posui in litera R. §. reuocatio procuratoris, & non intimata.

procuratori reuocato si soluitur: dico ignoranti reuocationem, liberatur soluens, etiam quòd iste sit actus, ad cuius essentiam requiratur uoluntas domini: & hoc fauore liberationis. Fel. c. ex parte decani. de rescript. uer. secundus casus. nu. 17. col. ut 5.

procuratorem si quis constituit pro se, & alijs præsentibus non contradicentibus, ualet procuratoris constitutio. Ita Feli. c. ex parte decani. de reser. uer. & scias, quòd si quis constituit. n. 6. col. 952.

procuratores,seu œconomi cleri non possunt remittere,seu liberare unam ecclesiã,& aliam aggrauare.Ioan.An.c.nulli.de reb.eccl. non alien.do.Abb.consilio suo xxiiij.incip.In nomine Domini. ij.uol.Adde Fel.c.accedentes.de præscript.uer.ultimò, dum tangit Abb.nu.8.col.258.

procuratores si duo sunt dati ab eadem persona per duo instrumenta,neq; apparet,quod instrumentum sit factum antèa,nullum ex ipsis instrumentis facit fidem:& per consequens,datio procuratoris est nulla:de quo est gl.in simili c.si quis iusto.de elect.in vj. uerbo,nominatus.Ioan.An.in Spec.tit.de procur.§.ratione.uer. item quòd licet plures.Domi.de sanct.Gem.c.si duo.iij.colum.de procur.in vj.Adde,quòd conclusio ista procedit, nisi in uno instrumento daretur minor potestas,quàm in alio.Bal.l.falsis.xiij. col.uer.scias etiam.C.de fur.Item procedit ista conclusio, nisi in aliquo istorum instrumentorum fuisset dictum, quòd per hoc nõ intendit reuocare aliquem alium suum procuratorem.Ioan.An. d.uer.item quòd licet plures.Adde Fel.c.imputari.de fide inst.in princ.nu.1.col.977.& inde.

procuratores plures dati in solidum,cum clausula, Quòd nõ sit melior conditio occupantis: pone,quòd unus sit contestatus litem, & alter producit testes, an productio ualeat? uidetur dicendum, quòd non,ex quo unus cœpit uti officio procurationis,per tex. c.si duo.de procur.in vj Vide per do.Abb.c.in nomine Domini. de testi.viij.col.uer.ultimò ponit.Adde, quòd maius dubium est, an statim talis receptio non ualeat, an uerò sit annullanda ope exceptionis? de quo uide ibi do.Abb.& Fel.d.c.in nomine Domini.uer.septimò quæritur iuxta prædicta.nu.36.col.577.

¶ Prodigus:an contra eum currat præscriptio? uide s̄. §. præscriptio an currat contra pupillum.

prodigus potest per procuratorem contestari litem.Ita Fel.c.pastoralis.de iudic.uer.uniuersitas potest procuratorem.circa princ. nu.3.col.126.

¶ Proditor etiam si est constitutus in dignitate, uel sit nobilis, debet puniri ita acriter,ac si esset rusticus:uide, quæ posui in litera D.§ dignitas est tanti roboris.

proditor quis dicatur? dic,quòd ille dicitur proditor, qui habet unũ in corde,& aliud in uerbis.Pet.de Anch.d.c. de homi.Idem de percutiente socium in uia Idem dic de offendente sedentẽ in mensa.Bar.l.respicientibus.ff.de pœn.§ delinquunt. Adde,quòd Pe. de Anch.cle.j.§. quia uerò. de statu mona.dicit, quòd ille etiam dicitur proditor,qui secreta sibi commissa reuelat. Adde Feli.in materia ista,c.j. de homi.in princ.nu.1.col.1113.& seq.

proditor fugiens ad ecclesiam,an gaudeat immunitate? Vide,quæ posui in litera H.§ homicidium commissum.

¶ Producens instrumentum in iudicio,uidetur confiteri omnia contenta in eo esse uera,etiam contra se:& ex ipsis potest condemnari.Innoc.c.cùm uenerabilis.de except.do. Abb.d.c.cùm uenerabilis.x.col.uersic.uenio ad secundum.ubi dicit, quòd quando quis sine dolo & ignoranter produxit instrumentum,quòd postea probatur falsum, non debet iudex secundum illud iudicare: quia ex quo ignoranter fecit,nõ debet ex hoc puniri: postea xij. col.dicit,quòd producens scienter instrumentum,etiam si sit falsum,uidetur fateri omnia contenta in ipso instrumento, & debet condemnari in eo,quod facit instrumentũ contra ipsum producentem.Idem tenet Bart.l.post legatũ ff.de his, quib.ut indig. ij.col Bart.l.scripturæ.C.de fide instr.in prin. Pet.de Anc.consi. suo ccxviij.Fel.d.c.cùm uenerabilis.uer.prima conclusio: Producentes instrum.nu.22.col.60. Adde, quòd non solùm producens uidetur fateri contenta in instrumento,sed etiam uidetur approbare personam tabellionis,adeo quòd contra ipsum non poterit opponere:de quo uide additionẽ,quam posui ad Fel.d.c.cùm uenerabilis.d.uers.col.ead.Adde,quòd in quantum dixi,quòd producens instrumentum uidetur fateri omnia contenta in eo, quòd ista conclusio limitatur non habere locum,nisi in uerbis instrumenti depositiuis,non enunciatiuis.Ita Bald.d.c.cùm uenerabilis.de exce.v.col.& ibi Fel.uer.limita dupliciter.nu.23.col.ut s̄.

producens testes in iudicio,amplius eos reprobare non potest: & hoc circa personam: secus est in dictis:de quo uide, qud posui in litera T.§.testis semel approbatus.

producens falsos testes in iudicio, si dicit se nolle eis uti, excusatur à falso.Bart.l.si falsos.C.de fal.do.Ab.c.præsentium.de testib.Adde ibi Fel.nu.11.secunda conclusio.col.720.& inde.Et uide,quæ posui in litera T.§.testis,qui reputatur falsarius ex depositione sua.

producens in iudicio saccum instrumẽtorum, talis productio ualet, neq; dicitur probatio incerta,ex quo est restricta ad contenta in sacco.Imol.c.imputari.de fide instrum.Spec.& ibi Innoc.An.tit. de fide instr.§ uidendũ.uer.item no.Adde Fel.d.c.imputari.uersi. ultimò dicit hîc do.Ant.nu.11.col.979.

producens instrumentũ in iudicio,quo uult uti,si protestatur se uelle uti in parte & partibus,an teneatur edere? Vide,quæ posui in litera I.§.instrumentum suum.

¶ Productio instrumentorum an potest fieri post conclusionem in causa? Vide,quæ posui in litera I.§.instrumentorum productiones.

productio iurium & actorum,utputà instrumentorum & similium, an possit fieri coram notario solo absque præsentia iudicis? do. Abb.c.quoniam contra.de proba.viij.colum.uer.nunquid autem sufficiat.tenet,quòd sic:& idem tenet Bart.l.si finita.§.Iulianus. ff.de damno infecto.iij.col uer. iuxta prædicta. & l.eos.§. super his.C.de appell.in fi.Salic.d.l.eos.§.super his.uer.item nota. Pet. de Anch.c.j.de appell.in vj.v.col.Fel.d.c.quoniam contra.uersi. expedita materia gloss.num.38.col.539.ibi tenet contra do.Abb. & alios,ut hîc.Adde,quòd contrarium,uidelicet quòd non sufficiat acta produci coram solo notario,tenent Hostien. Anton.de Butr.& Imol.ibi d.c.quoniam contra.Bald.l.ij.in princip. C. de eden.Bart.l.si quis.C.de accus.Vide per Felin.latissimè.d.c.quoniam contra.uer.contrariam partem.nu.39.col.540.& ibi dicit, quòd ista est uerior opin.pro qua facit l.iudices.C.de fide instru. l.si quando. C.de testi.ubi dicitur, quòd in productione instrumentorum requiritur causæ cognitio, & cùm produci debeant, pars debet esse præsens,uel citata : de quo uide Felin.c. quoniam contra.uer.& pro ista parte.num.40.colum.ut s̄. Limita prædictam conclusionem,quòd si productio est facta solo notario parte contraria præsente & consentiente,quòd ualet.Imo.d.l.si finita.§.Iulianus & eum sequitur Fel.d.c.quoniam contra.uer.& tenendo hanc partem.nu.uers.& col.præ ibis.Item limita prædictam conclusionem quando notarius esset deputatus ad recipiendas scripturas,quæ producuntur: quia productio ualet facta à notario solo.Fulg.l.hac consultissima.C.de testa.Host.Anton.de Butr.d.c.quoniam contra.Fel.idem tenet ibi.uer.secundò limita. uer.prox.col.ead.

productio tertia testium impedit dari quartam sine solennitate legali,non autem dilatio tertia: quia non impedit quartam dilationem: & hoc, quia non est timor subornationis in dilatione, sed bene in productione:do.Abb.c.in causis.de testi.ij.col.uer.ille tamen intellectus.Et idem tenet in authent. qui semel. C.de prob.ij. colum.uers.circa primum quæritur.& Bald. l.j.ij.colum. C.de dila.Quod tamen intellige sanè,uidelicet quando testes sunt examinati: quia si essent factæ plures productiones testium, & non essent examinati testes,non impediretur quarta & quinta productio dari etiam sine solennitate legali.Ita do. Abb. d.c.in causis.iij.col.uer.& ex hac ratione.Adde Fel.d.c.in causis.uer.gloss. j.ad fin.ibi,uel dic.nu.2.col.643.Fallit hoc,quando pars producens nominauit multos testes:tamen non produxit omnes simul, sed fecit tres productiones:postea uult facere quartam, non admittitur sine solennitate:do.Abb.c.in causis.iij.col.uer. quidam autem.

productio quarta testium non admittitur,ubi est renunciatum testibus:do.Abb.c.in causis.de testi.j.col.uer.& hoc uerum.& Bart. authent.qui semel.C.de prob.iij.col.uer.circa secundũ.Quod intellige de testibus,qui poterant produci tempore renunciationis: sed si illos producere non poterat pars,eò quia ignorabat,renunciatio non nocet.Ita Bar.expressè in loco præallegato.Adde Fel. d.c.in causis.uer.in ea.gl.ibi,& hoc.nu.3.col.prædicta.

productio quarta si datur sine solennitate legali,an ualeant attestationes? dic breuiter,quòd si nõ fuit appellatum,quòd ualent: do. Abb.c.in causis.de testi.ult.col. uer. quæro, quid si detur. & uer. nunc uenio.Idem tenet Bart.authent.qui semel.C.de prob.iij.col. uer.quæro,utrùm.Adde Felin.d.c.in causis.uer.item in quantum. Innoc.nu.4.col.644.

productio facta de scripturis contrarijs,quæ habet nocere producẽti, an talis productio possit reuocari per producentem? & dic, quòd non:quia est acquisitum ius aduersario,cui præiudicaretur, si fieret reuocatio.Spe.& ibi Io.An.ti.de instru.edi.§.uidendum. uer.quid si aliquid.Inno.c.cùm olim.de censi.de quo uide latè per Fel.c.imputari.de fide instrum.uer.septima & ultima declaratio. nu.7.col.978.

productio quarta testium non datur seruata solùm solennitate, c.ultra tertiam,sed oportet, quòd petatur inter tempora constituta, l.j.C.de dila.canonizata iij.q.iij.§.spacium. de quo uide do.Abb.d. c.ultra tertiam.de testi.ij. col.uer.item scias.& ibi uide Felin.uer. no.primò,quòd quarta productio.nu.5.col.848.

¶ Professio facta in monasterio, operatur quatuor effectus: de quibus uide per Fel.c.cùm deputati.de iudi.uer.no.quatuor effectus. nu.4.col.144.

professio an tollat instrumentum? utputà,quis cõdidit testamentum, & reliquit bona sua sub fideicommisso,et ingreditur religionem, & fecit professionem, an intelligatur, quòd dies fideicõmissi sint impleti? Vide Barto.l.cùm pater.§.hæreditatem.ff.de leg.ij.Adde Felin.c.licet.de offi.dele.uer.dixit Bar.per prædicta.l.cùm pater. nu.2.col.1186.& ibi ponit multa in q.ista.

professio facta per dolum tenet,neq; uitiatur.Tex.c.constituit.xx.q. iij.gloss.c.ex parte,uerbo,causa.& c.dudum.uerbo,spes.de conuer.coniug.domi.Ab.c.cùm dilecti.de empt. & uendit.iij.colum. uer.sed excipe casum.& c.cùm dilectus.ij.colum.uer.no.gloss.simul.quod metus causa.Ioan.And.c.scripturæ.de uoto.Specul.ti. de rest.in integ.uer.sed nunquid.ubi dicit, quòd talis deceptus nõ potest petere restitutionem in integrum: quia in spiritualibus cessat deceptio.& sanctus Tho.secunda secundæ,q.clxxxvj.articul. ix.dicit, quòd licitum est religioso inducere aliquem ad ingrediendũm religionem blandis uerbis, dum modò non inferatur mendacium: quod not.contra istos religiosos, qui sæpius in tali causa faciunt contra præceptum sancti Tho. Adde & limita prædicta, quòd ubi interueniret dolus, ut deciperet quemlibet prudentem, professio non teneret. Ita Innocen. d. c. cùm dilectus. quod met. cau.ubi expressè domi.Abb.ult.colum.uer. & dicit hîc Innocen. & ratio est,quia talis dolus ex toto tolleret consensum: & multum facit ad hoc illud, quod dicit Anton. de Bu. c. sicut ex literis. de iureiur.ubi dicit, quòd professio facta in magno calore iracundiæ non ualet. Adde Felin. c.in præsentia. de probat.uer.secundò scias,quòd propter huiusmodi fraudes.nume.10. colum.439. ubi cumulauit multa ad ista.

¶ Professus dicitur propriè ingressus religionem,aliter non. Ita Felin.c.cùm deputati.de iudi.uer.tu uerò circa hoc.nume.2. colum. 144. & uide ad ista,quæ posui in litera I. uer. ingressus religionem.

¶ Prohibitio perpetua an tollit actum factum post prohibitionem: putà,matrimonium? Vide Felin. c. ex parte.de consti. uer. quartus casus est,quando sumus.num.6.col.329.Adde,quæ posui in litera M.§.Matrimonium contractum contra prohibitionem.

¶ Prohibitus alienare,an possit locare ad longum tempus? Feli.ponit c.plerunq;.de rescrip.in fine.col.712. Adde,quæ posui in litera L.§.locatio ad longum tempus.

prohibitus uendere frumentum contra territorium,non poterit uendere panem in quantitate notabili:Fel.de Iudæ.c. ad liberandum. nu.5.col.1078.& inde.

prohibitus alienare, si alienat uendẽdo, an ualeat talis alienatio? Pe. de Anch.consil.suo ccl.inci.Ex his,quæ superiùs narrata sunt.dicit,quòd talis uenditio non ualet,& quòd imputetur emptori:& postea subdit, quòd hoc habet locum in prælato : secus in alienatione alterius prohibiti. Adde, quòd si Papa interdicit alienationem alicui prælato,tamen iste alienat, dicas, quòd alienatio facta per prohibitum alienare,etiamsi hoc ignorat,non ualet. Tex. est c.j.uerbo adijciebatur.de conces.præben.in vj.& ibi Do.de san. Gemi.Ludo.Rom.l.is, cui bonis.vj.colum.de uer.ob.& ibi dicit, quòd gesta per prodigum,cui interdicta erat alienatio,etiamsi nõ fuit ei intimata,non tenet.Felin.idem tenet c.uenerabili. de offic. deleg.uer.quid si prohibitus.nume. 4.colum.1218. Adde,an soluentes istos prælatos,quibus interdictum est,ne alienent,utrùm liberentur? dic,quòd sic.Tex.l.si urbana.ff.de condi.inde. do.Abb. c.qualiter.de elec.uer.ex quo inferunt Doctores. Bar.trac.de tyranno.vij.q.Ant.de But.c.in literis.pen.charta,de restitu. spoliat. Pet.de Anch.consi.suo clxxxviij.incip.Visis consilijs. Adde Feli. d.c.uenerabili.uer.prædicto,col.ut s̄.& seq.

prohibitus alienare si alienat,non transfert dominium. Innoc.c.si.de accus.et ratio est, quia talis prohibitio habet uim legis,ex quo est. prohibitus prælatus alienare per Papam: secus est in prohibitione priuati,l.ea lege.C.de condi.ob causam. Adde Felin.c.uenerabili.de offi.deleg.uer.gloss.in uerbo,alienationes.nu.5.col.1219. Adde, quando prohibita alienatione trãsferatur dominium post alienationẽ? Vide per scribentes c.Raynaldus.de testa.l.filiusfamilias.§.diui. ff. de leg.j. Limita, nisi alienaret bona,quæ seruando seruari non possunt.Ita do.Abb.d.c.uenerabili.de offi. deleg. ult. col.uer.gl.uer.alienationes.gl.c.j. de cleri.ægro. in vj.in gl.fi.& gl.c.abbatibus.xij.q.ij.Bar.l.si oleum. ff. de dolo. ubi dicit,quòd res litigiosæ, quæ seruando seruari non possunt, debent uendi. Et tenet gl.c.is,cui.de elec.in vj.in gl.iij. Vide per Feli. d.c. uenerabili.prædicto uer.& col.

prohibitus probare potest facere positiones: quia confessio non est probatio propria.Felin.c.ij.de proba.uersi. tertia conclusio. nu. 12.col.395.

¶ Proijciens rem in mari, an præsumatur habere illam pro derelicta? Vide do.Abb.c.cùm dilecti.de accus.ij.col.uer.in gloss.Bar.l. falsus. §. si iactum. ubi dicit, quòd proijciens rem sine aliqua demonstratiõe amoris,præsumitur habere illam pro derelicta. Adde Felin.d.c.cùm dilecti. uer.utrùm autem sit præsumendum. nu. 6.col.847.

¶ Promissio nuda an obligat promittentem? Ponit Felin.c.j.de pac. uer.quinta declaratio.nu.11.col.1402.

promissio facta de stando dicto creditoris, uel aduersarij, an ualeat? Ponit Felin.c.si diligenti.de fo.compe.uer.alius casus.num.13.colum.216.Adde tu:pone,quòd quis in instrumento promisit,quòd uolebat stare iuramento aduersarij de interesse & expensis, uel etiam promisit per stipulationem stare dicto simplici aduersarij, an ualeat talis conuentio? Vide Bar.l.iusiurandum,quod ex conuentione.in princip.ff.de iureiu.Bald.authen.iubemus. C. de iudic.& l.j. ij. colum.C.de senten. quæ pro eo. Adde Bart. consilio suo incip.Quidam habens bona communia. Adde tu,quòd magis communis opinio est,quòd talis conuentio ualeat: sed si malè declaretur , aduersarius posset peti reduci illam conuentionem ad arbitrium boni uiri . Adde , an ista conuentio transeat ad singularem successorem? Vide Guliel.de Cu. l. cùm debitoris. C.de iudic.

promissio nuda quot modis accipi potest? Felin.de pac.c.Antigonus. nu.11.col.1402.

promissio de usuris soluendis non obligat,nisi sit iurata. Felin.de iureiur.c.debitores.nu.1.col.1132.

promissio nuda est inefficax de iure canonico:& idem de iure ciuili. Dic nuda,quando non interuenit stipulatio:quia regulariter non habet effectum,l.cùm de indebito ff.de prob.Dic etiam nuda promissio,quando non est expressa causa,c.si cautio.de fid.inst. quia non obligat de iure canonico . Et hoc modo limitabis tex. c. j. de pac. & c. iuramenti. xxij. q.v. ubi dicitur,quòd pactum nudum obligat : intellige,si exprimitur causa : aliàs præsumitur per errorem promisisse. Ita do.Abb. d.c.si cautio. de fide instru. ij.col. uers.nunc intro.& ibi Fel.in princi.col.981.& inde. Adde,quòd ista regula procedit non solùm,quando promissio nuda est redacta in publico instrumento:sed etiam, si esset facta per simplicem confessionem,uel scripturam priuatam.Ita do.Abb.d.c. si cautio. ij.colum.uer.ex his cõcludo.& ibi Ant.de Bu.& Imol.ubi etiam Fel.in princ.nu.2.col.982. Adde,quòd contrarium tenuit Hosti. uidelicet, quòd si est facta nuda promissio per scripturam priuatam, seu confessionem, quòd tunc obligat, sed malè. Adde etiam, quòd ista regula procedit, ubi est facta promissio cum stipulatione,sed non est expressa causa:quia non oritur obligatio. Io.And. in Spec.ti.de confes.§. nunc uidendum. uer. sed quæ est ratio. & Ludouic.Roma.l.generaliter. ff. de uerb. obligat. Et idem tenet domi.Abb.d.c.si cautio.ij.colum.uersicul. quandoque cautio. ubi Anton.de But.& Felin.uersic.ampliatur secundò. num.3. col. 982. Adde,quòd fallit regula ista in aliquibus casibus: & primò,

si quis promitteret donare decem: ista promissio ualeret: quia liberalitas donandi est causa. Ita domi. Abb. d. c. si cautio. ij. colum. uersicul. secus, si dixisset. & ibi Felin. uersicul. regula autem istius. colum. ead. nume. 4. Item fallit regula ista, quando quis promittit dare aliquid loco pio, etiam quod nõ exprimat causam, ualet promissio, & obligatur: domi. Abb. d. c. si cautio. ij. col. uersic. idem uidetur. Et hoc habet locum, etiamsi talis promissio non fieret in ultima uoluntate. De quo uide Felin. d. c. si cautio. uersicul. Cognosceretur etiam donatio. ibidem, nume. 5. Item fallit ista regula in causa liberatoria: quia ualet sine adiectione causæ. Bart. l. tale pactum. in princip. & ibi gloss. ff. de pact. domi. Abb. d. c. si cautio. iij. colum. uersicul. fallit regula prædicta. & ibi Anton. de Butri. & Imol. & Felin. uersicu. fallit tertiò. nume. 7. colum. 983. & ibi posui additionem. Item fallit in reali: quia si rem meam cõfiteor, tunc, etiam quòd non sit adiecta causa, ualet confessio. Ita domi. Abb. d. c. si cautio. iij. colum. uersicul. fallit secundò. & ibi Felin. uer. fallit quartò. nume. 8. Ibidem. Item fallit ista regula in ultima uoluntate: quia confessio sine causa ualet: quia inducit saltem legatum, qualitercunque proferatur ab existente in extremis, putà nutu, uel alio modo: domi. Abb. d. c. si cautio. iij. colum. uersicul. fallit tertiò. & ibi Felin. uer. fallit quintò. nume. 9. colum. 984. Item fallit in confessione facta in iudicio: quia præsumitur deliberatè facta: & ideo ualet sine expressione causæ: domi. Abb. d. c. si cautio. iij. colum. uersicul. fallit quartò. ubi Anton. de But. Imol. & Felin. uersic. fallit sextò in confessione. nume. 10. colum. eadem. Adde, quòd contra istam opinionem istorum Doctorum tenuit Ioan. And. in Specu. ti. de confes. §. nunc uidendum. in addi. incip. Rofredus. ubi dicit, quòd confessio sine causa, non nocet in iudicio. Vide Bald. l. si quis. C. de excep. & l. cùm precum. C. de liber. leg. Archi. & Domi. de sancto Gemi. c. fina. de iureiuran. in vj. Vide Felin. latè d. c. si cautio. uersicul. sed contra istam fallentiam. nume. 10. colum. prædic. Item fallit ista regula, quia confessio nuda ad minus semiplenè probat, si aliqua causa allegatur per agentem: domi. Abb. d. c. si cautio. iij. colum. uer. tertio quæritur. Specul. tit. de confes. §. nunc uidendum. uer. sed nunquid. Anton. de But. & Imol. d. c. si cautio, quamuis Flo. l. in bonæ fidei. C. de rebus credi. tenuit contrarium, & malè. Vide Felim. d. c. si cautio. uer. fallit septimò. nume. 12. colum. prædict. Item fallit ista regula in confessione scripta, quæ haberet causam conjecturalem: domi. Abb. d. c. si cautio. iij. colum. uer. secundò gloss. quærit. Felin. ibi uer. fallit octauò. nume. 13. colum. 985. Item fallit ista regula in confessione geminata: quia, quamuis sine causa, probaret. Felin. d. c. si cautio. uersicul. fallit nonò. ibidem, nume. 14. Item fallit in confessione nuda, facta in instrumento guarentigiato: quia probat. Bald. l. sicut. j. colum. C. de repudi. hæredi. Felin. d. c. si cautio. uersicul. fallit decimò. nume. 15. colum. eadem. Item fallit ista regula in stipulatione conditionali: quia nuda promissio obligat. Barto. l. cùm præsens. ff. si cert. pet. Vide Felin. d. c. si cautio. uersicul. fallit undecimò. ibidem, nume. 16. Item fallit ista regula, quando præcessit causa, & postea secuta est stipulatio. Felin. d. c. si cautio. uersicul. fallit duodecimò. ibidem, nume. 17. Item fallit ista regula in promissione nuda, facta coniunctæ personæ de re parua: quia obligat. Felin. d. c. si cautio. uersicul. fallit decimo tertiò, nisi concurreret. nume. 18. colum. 986. Item fallit ista regula in promissione nuda, facta causa renunciandi. Fel. d. c. si cautio. uer. fallit decimo quartò. nume. 19. colum. suprà. alleg. Item fallit ista regula in promissione nuda, facta ex certa scientia. Felin. d. c. si cautio. uer. fallit decimo quintò, nisi notarius. ubi suprà. nume. 20. Item fallit in promissione nuda, facta ex causa: putà, ex obligatione naturali, uel remuneratiua antidorali: quia obligat. Feli. d. c. si cautio. uer. fallit ultimò. nu. 21. Ibidem.

promissio nuda facta causa remunerandi, ualet. Vide, quæ posui. §. promissio nuda. uer. item fallit ista regula in promissione nuda facta causa remunerandi.

promissio nuda facta ex certa scientia, ualet. Vide, quæ posui §. promissio nuda. uer. item fallit ista regula in promissione nuda facta ex certa scientia.

promissio nuda ex obligatiõe naturali, ualet. Vide, quæ posui §. promissio nuda. uer. itẽ fallit in promissione nuda facta ex causa, putà ex obligatione.

promissio nuda in stipulatione conditionali, obligat. Vide, quæ posui §. promissio nuda. uer. item fallit ista regula in stipulatione conditionali.

promissio incerta, siue ex parte creditoris, siue ex parte debitoris, est inefficax ad agendum, & taxabitur arbitrio iudicis. Felin. c. cùm iuramento. de homici. ij. no. nume. 2. colum. 1119. Adde, quòd fallit, ubi agitur de æquitate canonica, iij. q. j. c. sunt nonnulli. Felin. col. eadem.

promissio fidei. Si uenit quis contra finem datam, an sit priuandus beneficio, sicut si esset periurus? Vide, quæ posui in litera V. duobus paragraphis, uidelicet §. uiolator fidei. & alio §. uiolator.

¶ *Promittens factum alienum, ad nihilum obligatur, nisi specificè promiserit se curaturum & facturum. Insti. de inuti. stip. §. si quis. Adde, quòd hoc fallit, quando quis promisit cum iuramento factum alienum: quia etiam si simpliciter promisisset, tamen teneretur, & obligaretur ad operam præstandam. Ita domi. Abb. c. ex rescripto. de iureiur. in fi. Vide ibi Felin. uer. in gloss. fi. nu. 17. colum. 1156. Idem tenet Bar. l. si quis pro eo. ff. de fideiusso. pe. colum. uer. sextò dixit. Angel. & Imo. l. inter stipulantem. in princi. ff. de uerb. ob. Anton. de Bu. c. cùm contingat. de iureiur. xij. colum. Adde, quòd illud est uerum de iure ciuili: sed secus est de iure canonico: quia promittens factum alienum de iure canonico, etiamsi non iuret, & simpliciter promittat, tamen tenetur semper: imò obligatur ad faciendum, & curandũ, quantum in se est, quòd illud fiat, quod promisit. Anr. de Bu. c. ex literis. ij. & c. sicut. & c. gemma. de spons. Vide tu Fel. d. c. ex rescripto. uer. et ista essent utilia. nu. 18. col. 1157.*

¶ *Promotus ad sacros ordines, si est homicida, uel bigamus, uel habet aliquod impedimentum, quod impediat exercitium officij, qa quantumcunq; occultum, debet ipse promotus pandere suum impedimentum. Felin. c. scifcitatus. de rescrip. uer. Limita sextò & ultimò. nu. 8. col. 541.*

¶ *Proprium nomen expressum in dispositione, an faciat semper, q; res non transeat ad successorem? pone, unus iurauit habenti dignitatem aliquid facere: pone, moritur ille, succedit alter: utrum iuramentum transit ad successorem? Adde in simili, iudex condemnauit unum in expensis, & dixit, quarum taxationem mihi Petro referuo: finito officio an poterit taxare successor? Dic, quòd, quãdo materia subiecta hoc exigit, transibit ad successorem, non obstante, quòd proprium nomen sit expressum. Et idem erit, ubi nomen dignitatis est expressum: quia aliquando non transibit ad successorem dispositio. Et hoc modo limitabis tex. c. quoniam abbas. de offic. deleg. Et de hoc uide Bar. l. terminato. C. de fructi. & lit. expens. & domi. Abb. c. j. quod metus causa. & d. c. quoniam abbas. Vide per Felin. d. c. quoniam abbas. de offic. deleg. uer. capio illud dictum do. Abb. nu. 3. col. 1084.*

¶ *Prorogatio coram delegato potest fieri semper de tempore in tẽpus. Ita Felin. c. de causis. in princip. de officio deleg. nume. 1. colum. 1041.*

prorogatio facta tempore non finito, nõ ualet, etiamsi dicatur, Prorogamus ad tempus tale incipiendum isto finito: & sic partes non possunt prorogare, nondum finito tempore. Vide per Felin. c. de causis. de offi. dele. uer. quarta declaratio. nu. 4. col. 1043.

prorogatio: in prorogatione sufficit tacitus consensus partium, putà, per acceptationem termini transcendentis metam & iurisdictionem iudicis delegati. Ita Felin. c. de causis. de offi. dele. uer. sexta declaratio. nu. 5. col. 1044.

prorogatio: in prorogatione de tempore ad tempus requiritur consensus iudicis: secus in prorogatione de re ad rem, uel de persona ad personã. Ita Felin. c. de causis. de offi. dele. uer. nu. & col. præd.

prorogatio: utrùm in prorogatione sufficiat tacit⁹ consensus? Moderni c. cùm olim. el j. de offic. deleg. dicunt, quòd non, per l. j. ff. de iudic. ubi tex. dicit, loquẽdo de prorogatione, quòd oportet, quòd se subijciant, & consentiant: & sic dicunt, quòd Subijcere, intelligitur factis & uerbis consentire: & sic dicunt, q; per ista regritur expressus consensus. Et do. de Rota decisio. ccclxxxiij. incip. Si iudex. (& est ti. de offi. del.) dicunt, q; in prorogatione de loco ad locũ regritur expressus cõsensus. Vide p Fel. d. c. cùm olim. in prĩ. nu. 1. col. 1196. ubi satis inter dentes loquitur: tamen uidetur inclinare in istã opinionẽ, q; per tacitũ cõsensum posit fieri prorogatio.

tio. Adde tu, quòd domi. Abb. d. c. cùm olim. j. colum. uersicul. ex quo infero. tenet, quòd sufficiat tacitus consensus in prorogatione: tamen Felin. ibi dicit, quòd Moderni ibi dicunt, quòd opi. domi. Abb. est falsa, per d. tex. d. l. j. ff. de iudic. Adde tu, quòd pro opinione domi. Abb. faciunt no. per Bar. l. si conuenerit. ff. de iurisdict. omnium iud. j. colum. uer. si uerò. ubi notabiliter dicit, quòd quando opponuntur aliæ exceptiones dilatorio, antè quàm opponatur exceptio iudicis, quòd ampliùs opponi non potest, cùm censeatur consensisse in personam iudicis: & si omissa exceptione incompetentiæ iudicis opponatur, quòd actor sit excommunicatus, uel seruus, uel aliter inhabilis, non habet ampliùs locum pœnitentia, nec declinatoria iudicis, per l. susceperit. in prin. ff. de iudic. Ecce ergo, quòd prorogatio potest fieri per tacitum consensum ante contest. lit. Et illam opinionem Bartol. omnes ibi sequuntur.

prorogatio ordinarij an requirat expressum cõsensum? Ang. l. quæro. ff. de fol. tenuit, quòd sic. Et idem tenet Domi. de sanc. Ge. c. statutum. §. in nullo. de rescript. in vj. in notabilibus. Contrarium tenuit Arch. & Io. An. c. ut litigantes. de offic. ord. in vj. & Imo. d. l. quæro. Adde Fel. d. c. cùm olim. de offi. deleg. el j. uer. amplia etiam in ordinario. nu. 2. col. 1196.

prorogatio de persona in personam, an potest fieri in delegato? Vide, quæ posui in litera I. §. iurisdictio delegata non potest prorogari.

prorogatio non potest fieri in causa appellationis: & ratio est, quia appellatio debet esse gradatim. Bal. ti. de pace Constan. uer. secundum mores. Felim. c. P. & G. de offi. dele. uer. item no. quòd in causa appellationis. nu. 7. col. 1227.

prorogatio in causa criminali mota per uiam inquisitionis, non potest fieri. Ita Bald. l. j. C. de fica. quia in prorogatione requiritur consensus utriusque partis, l. j. ff. de iudi. Ioan. de Ana. c. ad petitionem. de accus. vj. colum. Fran. de Are. tenet contrarium c. j. de iudic. in ultima char. & adducit rationem: quia quando agitur de præiudicio duorum, requiritur eorum consensus: sed quando tractatur de præiudicio unius, sufficit eius consensus. Idem tenet Sal. l. j. C. ubi de crimine agi opor. ulti. colum. uer. quæro, quando iudex. & l. j. C. de iurisdic. omnium iudic. ix. q. Vide per Felim. c. P. & G. de offic. deleg. uer. in causa autem criminali. nume. 9. colum. 1227.

prorogatio coram arbitro non potest fieri. Bal. repeti. l. ex compromisso. ff. de arbi. vij. q. quia non habet iurisdictionem, sed notionem, l. ait prætor. ff. de re iudic. Adde Felin. c. P. & G. de offi. deleg. uer. procurator ex generali mandato. nume. 11. colum. 1228.

prorogatio facta de incompetenti iudice per errorem, non ualet: gl. est c. P. & G. de offic. deleg. Fallit, quando esset facta prorogatio per uniuersitatem, uel populum: ut putà, quia litigarent coram incompetẽti iudice per errorem: quia ualet talis prorogatio. Bal. l. ij. C. quæ sit longa consuetu. Feli. d. c. P. & G Idem tenet uer. error litigantium. num. 13. colum. ut s̃. Fallit etiam, quando iudex prorogatus per errorem pronunciasset se iudicem competentem: quia si ab ista sententia non fuit appellatum, ualebit talis prorogatio. Innocen. c. super literis. de rescrip. Barto. l. ij. ff. si quis in iusuoc. non ier. ij. colum. uer. quæro, quid si non fuit. Adde tu & limita dictum Imol. & Barto. ut procedat in illo, qui per comparitionem potest prorogare: secus est in clerico, quia non potest: imò si est contumax, processus est nullus, per tex. c. si diligenti. de fo. compe. & Bal. d. l. ij. iij. colum. Iuxta hoc quærit Bal. d. l. de utili q. pone, potestas fecit citari aliquem pro delicto, qui erat clericus: tamen potestas ignorabat eum esse clericum: & quia erat contumax, bannuit eum ex forma statuti: nunquid occidens clericum sic bannitum, excusetur ab homicidio, stante statuto quòd bannitus posit impunè occidi? Arguit ad partes, & finaliter determinat, quòd sic, scilicet quòd excusetur. Adde, quòd Ioan. And. istam quæstionem latè disputauit in regula, quod quis. de reg. iur. in vj. ubi refert idem fuisse decisum. Idem tenet Alb. de Ros. iiij. parte statu. q. xxvj. & seq. quæ incipit, Quærit antè ipse Gandinus. & sequitur domi. Alexan. in consi. suo ccccxxx. inci. Attenta dispositione statuti. iiij. colum. Adde, quòd contrarium notabiliter tenet ipsemet Bald. sibi contrarius, l. j. C. si à non compe. iud. ubi tenet, quòd non excusetur, qui occidit clericum bannitũ, quamuis ignorauerit esse clericum. Sequitur domi. Alexan. sibi contrarius, consilio suo ccccxlij. inci. Visis dubitationibus. Adde tamen, quòd prima opinio plus placet, & est tenenda: quia in criminalibus quando uariæ sunt opiniones, semper tenenda est illa pars, quæ tendit ad absoluendum, l. interpretatione. & l. sanctio legum. ff. de pe. Secundò: quia ad hoc, quòd quis teneatur de homicidio, requiritur, quòd homicidium sit dolo commissum. Ita dicit Bart. l. quid ergo. §. pœna grauior. iij. colum. ff. de insa. Bal. l. omnes populi. xvij. colum. ff. de iusti. & iure. Ang. & Pau. de Cas. l. j. ff. de legi. Pau. de Cas. l. si seuerior. C. de insa. Sed quælibet causa excusat à dolo, ut l. si quis. ff. de iurisdicti omni. iudi. Et quãuis iste posset esse in aliqua culpa, tamen in criminali lata culpa non æquipæratur dolo: gloss. l. in actionibus. uerbo, non ob culpam. ff. de in litem iur.

prorogatio iudicis non solùm impeditur per errorem facti, sed etiam per errorem iuris. Vide, quæ posui in litera E. §. error non solùm facti.

¶ *Proxenata an possit esse testis in causa, in qua fuit mediator? Ponit Ant. de Bu. c. dilectorum. de testib. cog. & c. insuper. de testib. v. colum. domi. Abb. c. fraternitatis. de cler. non resid. in fi. Adde Felin. c. cùm à nobis. de testib. uer. de proxeneta autem. nume. 16. colum. 710.*

proxenetæ non compelluntur ferre testimonium, nisi ambæ partes consentiãt: sed si ambæ partes consentiunt, ut non testificentur, tamen etiam non compelluntur. Adde, quid erit, si una pars uult, quòd proxeneta testificetur, altera uero cõtradicat: isto casu proxeneta non compellitur indistinctè: tamen poterit testificari, secũdum do. Abb. c. pe. de testib. cog. j. col. uer. tu de hoc. Et dicit, quòd habebit illam fidem, quam uidebitur iudici. Adde contra do. Abb. in isto casu, quòd proxeneta possit testificari parte una uolente, & altera contradicente, tenuit gloss. §. his. uerbo, quòd si neque. authen. de fide instrum. & uidetur, quòd sit tex. cum gloss. pe. c. j. de testi. in vj. Adde Felin. d. c. pe. de test. cog. uer. in gloss. magna. nume. 2. col. 872.

¶ *Protestans si concedit alteri, quod sibi de iure non competit, acceptans factum uidetur acceptare qualitatem. Adde tu, quòd inuenio Bar. l. si. §. Item si prædixerit. ff. nau. caup. stab. qui facit distinctionem, quòd si nautæ, uel caupones protestantur, antè quàm recipiant hospites in hospitio, tunc siue consentiant, siue non, stat protestationi: quia imputetur eis, quare steterunt: & tamen hoc beneficium competit ex l. ipsis hospitibus: & sic isti caupones concedebant id, quod sibi de iure non licebat. Et Bar. loco prælegato dixit, quòd talis protestatio ualet: & hoc contra Felin. d. c. cùm M. v. fallentia, d. colum. s. allega. Quare pro uera intelligentia istius difficultatis dicas sic, quòd protestatio facta præsenti et tacenti, non sufficit, quo ad inducendã obligationem, uel ad tollendum ius commune: glos. est ibi d. l. fi. §. item si prædixerit. Bar. idem tenet l. non solùm. §. morte. ff. de noui operis nun. Canonistæ d. c. cùm M. ferrariensis. de consti. Sed contrà: imo protestatio facta præsenti & tacenti, habet uim specialis renunciationis. Casus est l. fideiussor. la ij. ff. qui satis. cog. Adde, quòd uerum est hoc, quantum ad tollendum priuilegium: quia de facili admittitur priuilegium, l. eius militis. §. militia missus. ff. de testa. mili. Sed quantum ad obligationem, & ius commune, procedit, quod superiùs dictum est, ubi dixi, quòd protestatio facta præsenti & tacenti, non sufficit. Quod nota.*

¶ *Protestatio: protestationis materiam uide plenè per Fel. c. cùm M. Ferrar. de consti. ubi procedit per quinque conclusiones cum suis appendicibus, incipiendo à n. 27. usq; ad nu. 28. col. 217. Vide in summario d. c. cùm. M. Ferrariensis.*

protestatio clandestina non iuuat. Bald. in tractatu schismatis, xiiij. col. Et hoc uerum, nisi fieret ex iusta causa. Imo. l. post contractũ. ff. de dona. Adde Fel. c. consuluit. de offi. deleg. uersic. secundò not. quòd prælati. nu. 21. col. 1143.

protestatio, quàm facit pars, quòd intendit opponere contra personam testium, publicatis testibus, non requirit cõsensum iudicis, aut partis. Felin. c. præsentium. de testi. in prin. nu. 1. col. 717. & inde.

protestatio facta in iudicio in productione instrumētorum, aut aliarum scripturarum, cum clausula, Produco in parte, & partibus facientibus pro me, an releuat protestantem? Vide, quæ posui in litera I. §. instrumentum productum in iudicio.

protestatio, quæ inducit peccatum, si est facta in matrimonio carnali, seu spirituali, an ualeat? Vide 7. §. protestatio contra substantiam contractus.

protestatio contra substantiam contractus, uel contra accidentalia, uel naturalia contractus, uel contra sequentia cōtractus, facta, an ualeat. Fel. c. cùm M. de cōsti. uer. reliqua, quo ad istam cōclusionē. n. 75. col. 232. & inde. remittit se ad Ant. de Bu. & Imo. ibi. Ad de tu, & uide consilium do. Abb. consil. suo lxxiij. inci. Omnipotentis, &c. in negocio Guidonis Pauli. ij. colum. & ibi inuenies exempla, quæ dicantur substantialia, & quæ accidentalia contractus.

protestatio tollitur per factum contrarium protestationi: & hoc est regulare: & ita pro regula uidentur communiter præsupponere omnes scribentes, d. c. cùm M. de constitutio. Et si uis uidere de materia protestationis latius, uide Bu. & Ioan. de Imo. d. c. cùm M. de consti. & Innoc. & Ioan. And. c. Cumana. de elect. ubi etiam Ioan. de Lign. & Io. Mona. in regula, in genere. de reg. iur. in vj. & c. fin. de condi. appo. & per Hosti. in summa, in tit. de consti. §. & quando. uer. & quia de protestatione. & per Bartol. & omnes, l. non solùm. §. morte. de ope. no. nunc. & l. pacta nouissima. C. de pac. & ibi Bar. Bald. & Mod. Bartol. Bald. l. item quia. ff. de pac. & l. j. C. de lit. contes. & l. Titia. §. pœna. ff. de uerb. oblig. Bartol. l. pro hærede. §. Papinianus. & l. qui aliena. §. fi. ff. de acqui. hæred. ubi etiam Moder. Bald. l. j. iiij. col. C. de his, quæ pœnæ nomi. & in tractatu de schismate, quem posuit in rub. C. si quis aliquem testm. prohi. Pet. de Ancha. cle. j. de excef. præla. qui tamen refert uerba, d. §. morte. Feli. c. cùm M. de consti. uersi. scias tamen unum casum. nu. 78. col. 234.

protestatio an possit tollere illud, quod est consecutiuum facti: pone exemplum de tex. c. diaconi. xxxiij. distinc. ubi protestatio non impedit id, quod uenit consecutiuè ad sacrum ordinē: uidelicet continentiam. Ideo si diaconus protestatur nolle seruare continentiam, non uadet talis protestatio, ex quo est contraria consecutiuis. Tamen intelligas istud, quando istud consecutiuum oritur ex dispositione iuris communis, cui non potest protestans derogare: secus, si factum dependet à uoluntate protestantis: quia protestatio uadebit. Felin. c. cùm M. Ferrariensis. de consti. uer. proximè allega. col. ut 5. & seq.

protestatio facta de consensu ambarum partium, euanescit in causa matrimoniali: pone, quòd ambæ partes fecerunt protestationem, quia per actum, quem faciunt, non intendunt cōtrahere matrimonium: tamen si post contracta sponsalia sequitur copula, tunc tollitur protestatio: do. Abb. & alij c. tua nos. de spon. & c. per tuas. ad fi. de condi. appo. Feli. c. cùm M. de constit. uersic. fallit quartò. nu. 79. col. 235.

protestatio: In foro cōscientiæ an ei stetur, & hoc, quando mens ipsius protestantis est declarata, licet fecerit actum contrarium protestationi: pone exemplum: fuit unus, qui protestatus est, quòd nolebat contrahere matrimonium, posita per aliquem actum contrahit: dico, quòd non obligatur, quo ad Deum, si dicit se non habuisse animum recedendi à protestatione: De quo Felin. c. cùm M. Ferrariensis. de consti. uer. fallit. quartò. nu. & col. præalleg. & domi. Abb. c. tua. de sponsa.

protestatio econuersò an potest fieri procuratori? dic, quòd sic, in casibus, in quibus scientia procuratoris nocet domino. Feli. cùm M. de cōsti. uer. hanc conclusionem limita, ut non habeat locum. nu. 48. col. 221.

sententia in causa matrimonij licet non transeat in rem iudicatam, tamen post decem dies præsumitur pro iustitia huius sententiæ. Do.Abb.c.lator. de re iud.ij.colum.uersic.tertiò. Et idem tenent Arch. & Domi. de sancto Gemi. in summa,ij.q.vj. Et plus dicit Innoc.c. tenor. de re iudic. quòd iudex non debet de facili audire appellantem post decem dies,etiam in causa matrimonij. Quod etiam tenet do. Abb.ubi suprà, & ibi etiam Ant.de But.& Imol. Vide do. Abb.c. cùm inhibitio.de clandesti.desponsa.& c.fraternitatis.de frigi.& malef.pe.col. Adde Felin.d.c.lator.uersi.quinta declaratio.nu.6.col.prædicta.

sententia in causa matrimonij licet non transeat in rem iudicatam, tamen si pars, quæ habuit sententiam pro se contrahit matrimonium post decem dies,qui dantur ad appellandum,ualet:& proles inde secuta est legitima, etiamsi istud matrimonium secundum inualidaretur,& primum confirmaretur. Paul.de Cast.consi.suo cclxiij.Adde Fel.d.c.lator.de re iud.uer.sexta declaratio:Quamuis.nu.7.col.430.

sententia in causa matrimonij licet nõ transeat in rem iudicatam, tamen post decem dies transit in rem iudicatam, quo ad instantiam causæ:dom. Abb.c.lator. de re iud.ult.col.uersi.quartò dico.Idem tenent ibi Ant.de But.& Imo. & Felin. uersi. septima declaratio.nu.8.col.ut suprà.

sententia lata in causa separationis thori,an transit in rem iudicatã. Io.An.c.ex literis.de diuor.Contrarium tenuit,& malè,do. Abb.c.lator.de re iud.ult.col.uer.quintò.Et opi.Io.An.tenuit do.Card. d.c.ex literis.iiij.oppos. Host.in summa,tit.de diuor.§. quot modis.vj.col.uer.quintus.Adde Fel.d.c.lator.uer.octaua declaratio. nu.9.col.431.

sententia in causa matrimonij, quantum ad expensas,transit in rem iudicatam: quia etiamsi post decem dies querelatur sententia,& doceatur de errore ipsius sententiæ, tamen expensæ non restituuntur,in quibus reus fuit condemnatus. Ioan. And.cap. cùm uenerabilibus.§. porro.de sen. excom.in vj. & ibi Domi.de san. Gemi. j. colum. Vide Felin.c.lator.de re iud.uer.nona declaratio.num. 10.colum. 432.

sententia in causa matrimonij spiritualis transit in rem iudicatam. Text.est c. cùm dilecti.de electio.in fin.gloss.j.c.j.de concess.præben.Host.in summa,ti.de re iud.§.quot sunt eius species.v.colum. uer.sed nunquid.Domi.de sanct.Gemi.c.ordinarij.§.j.in fi.de off. ord.in vj. Fel.c. lator.de re iud.uer.decima, & aurea declaratio. num.11.col. præalle. Adde,quòd uidetur dicendum contrarium. Ratio est,quòd sicut non transit sententia in rem iudicatã,in causa matrimonij carnalis,ratione peccati: idem debet dici in causa matrimonij spiritualis. Tu uide Fel.c.lator.uer. si diceretur contra.ibi,etiam imminet.nu.12. Ibidem.ubi respondet ad istud motiuum.& ad alias rationes,Fateor tamen, quòd iudex poterit inquirere ex officio suo de titulo beneficij:de quo uide Fel.ubi ſ.uide;quæ posui in litera B. §.beneficium:pone,quòd quis.

sententia arbitri est nulla quando lata est contra ius, utputà, contra leges,uel canones:de quo uide, quæ posui ſ. §. sententia lata contra ius commune.

sententia lata contra falsum procuratorem est nulla:tamen potest ratificari per consensum domini superuenientem: Do. Abb.c.j.de re iudi.viij.colum.uer.redeo nunc. Idem tenet Barto.l.licet. C. de procu. Quod intellige,dum modò ille possit esse procurator. Ita Bar.ibi. & Abb.d.c.j.loco præallegato. Vide Bar.l.iij.§.falsus.ff. rem rat.hab.Adde Felin.d.c.j.uer.circa ea,quæ pulchrè.num.17. colum.396.

sententia in causa criminali an sit mittenda executioni infra decem dies,qui dantur ad appellandum? Do. Abb.c.ij.de re iud.j.colum. dicit, quòd non. Idem tenet Bald.l.j.C.si à non compe.iud. Et ibi Bald.dicit, quòd in quatuor casibus potest sententia mitti executioni infra decem dies: primò, ubi reus est confessus: secundò,ubi crimen est notorium: tertio, ubi ex sola confessione indicia sunt adeo clara, quòd negari non potest:quarto, ubi crimen est adeo atrox, quòd celeritatem desiderat. Et adde, quòd dom.Abb.cap. querenti. de offic.deleg.ij.colum.dicit,quòd regulariter iniquum est exequi sententiam criminalem infra decendium: & Barto.l. qui ultimò.ff.de pœnis. & Bart.l.non ratum.ff. de appella.Bald. l.si quis. §. his.ff.de iniusto test. Barto.l.si qua pœna. ff. de uerb. sig. Sal.l.addictos.C.de episc.aud.ubi Bald. & Ange. Adde Felin. dicto cap.ij.de re iud.uersic.in quantum Abb. concludit.num.3. colum.398.

sententia, quæ transiuit in rem iudicatam,an de ea possit uictor petere confirmationem? Do.Abb.d.c.ea, quæ.de re iud.iij.colum. uersic.aut sententia. tenet, quòd sic.Et etiam hoc poterit petere coram inferiore: nam quòd coram Papa, non est dubium. Et istud tenuit Inno.cap.j.de confirma.uti.uel inuti. Bart.l.si expressim.in fin.ff.de appel.Nec obstat,si diceretur,quòd possessori non est prodita actio. Insti.de actio.§.ij.& c.examinata. de iudi.quia illud habet locum, quando possessor non inquietetur, uel diffametur, sed timẽs contradictorem potest petere confirmationem sententiæ. Vide Felin.dicto cap. ea, quæ.in prin.num.1.colum. 410.& inde. Adde quòd Innoc.dixit, quòd confirmatio sententiæ semper peti potest coram Papa, uel principe: sed ab inferiore non potest peti,nisi quando moueatur quæstio uictori,uel diffametur:& sic,si est in pacifica possessione,non potest petere cõfirmationem sententiæ. Ita Innoc.c. causam el ij. qui filij sint legi. uer.item not. Vide Felin.d.c.ea, quæ.uer. limita etiam mirabiliter.Innoc.num.2.colum.413.Adde etiam,quòd princeps non poterit confirmare sententiam,quæ transiuit in rem iudicatam, quæ est nulla ex uitio nõ purgabili per principem: putà,quia lata contra ius naturale,ut cùm non apparet,quòd pars fuit citata,ut cle. pastoralis.de re iud.Ita do.Abb.d.c.ea, quæ.in fi.Vide Fel.ibi uer. secunda differentia est,nu.3.col.ut ſ.

sententia nulla ex uitio non purgabili per principem, non potest confirmari per ipsum principem. Vide ſ. §.sententia,quæ transiuit in rem iudicatam.

sententia iniqua lata per iudicem, an transeat in rem iudicatã, adeo quòd uictor sit tutus exceptione rei iudicatæ? Ponit Fel.c.nouit.de iudi.uer.tertia conclusio:ubi uitium.nu.6.col.110.

sententia iniqua lata per iudicem secularem,quæ transiuit in rem iudicatam, an possit retractari talis sententia per denunciationem factam coram iudice ecclesiastico? Ponit Fel. c. nouit.de iudi. uer. allegato.Et ibi tenet,quòd passus iniusticiam per sententiam iudicis non auditur, nisi appellet:quia ius ciuile & canonicum concorditer sic disponunt:& hoc de mente Bal.ut ibi per Felin.Adde tu, quòd hoc dictum Bal.est contra casum l.quia imò sententia,à qua non fuit appellatum,potest absq; ulla appellatione retractari: & sic nunquam transit in rem iudicatam. De hoc est casus l. admonendi. ff. de iureiur.ubi Scribentes dicunt, quòd si sententia iniqua est lata uirtute iuramenti necessarij delati in defectum probationum, per probationes repertas de nouo,retractabitur sententia, etiam quòd non sit appellatum.Adde,quòd in casu d.l.admonendi. pulchrum est uidere, an actor possit agere ex integro, absq; eo,q; petat restitutionem in integrum. Vide per do.Alex.d. l.admonendi.j.col. Adde, q; Ful.ibi dubitat.Sed pone,q; requiratur restitutio in integrum,usq; ad quantũ tempus possit peti:uide per do.Alex.d.l.admonendi.ij.col.Adde, q; illud,quod dixi in sententia, habet etiam locum in transactione.Ita do.Alex.d.l.admonendi.iij.col. Adde ad ista,q; sententia lata ex priuilegiatis probationibus,potest semper retractari,superuenientibus nouis probationibus

tionibus meliorib.Ita Inno.c.tua nos. de coha.cle.& mulie. Adde etiam,q; xij.sunt casus, in quibus sententia nunquã transit in rem iudicatam, etiamsi non sit appellatum:quos enumerat Lud.Ro.d. l.admonendi.ff.de iureiur.Canonis.c. Bertoldus.de re iudi. Adde alium casum uide singularem, quem ponit Bal.l.cùm allegas.iij. oppos.C.de usur.

sententia absolutoria ab instantia iudicij: an in ea sit exprimenda causa? Ponit Fel.c.examinata.de iudi.uer.an in sententia absolutoria.num.9. col.135. Adde tu,quòd Bal.l.penul.ult.colum.C.de consti.pe.dixit, quòd semper in sententia, quæ defertur propter contumaciam,debet fieri mentio de contumacia.Et adde illa,quæ dicta sunt ibi d.c.examinata.per Fel.adde Bar.l.qui Romæ.§.duo fratres.ff.de uerb.oblig.

sententia super inepto libello, est nulla. Ita Fel.c.examinata.de iudi. uer.adde.Lu.Ro.l.uinum.nu.14. col.139. Tu uide,quæ posui in litera L.§.libellum ineptum,quia faciunt multum ad ista.

sententia absolutoria ab instantia,dicitur interlocutoria. Ita Felin.c. examinata.de iudi.uer.absolutoria ab instantia.nu.17. col.142. Adde tu, quòd Io.An.in Spe.tit.de offi.iud.§.deseruit.uer.quid si opponẽs.dicit, si reus absoluitur ab obseruatione iudicij propter ineptam actionem,quòd dicitur interlocutoria.Et hoc tenet Ioan. And.post alios,d.c.examinata. Arch.xx.dist.§.j.uer.in absolutione.Adde,quòd Pet.de Anch.cle.fin.de appel.dicit, quòd iudex appellationis pronunciat super instantia,scilicet,q; appellans appellare non poterit: quia absorbet non solùm instantiã,sed etiam causam principalem:cum accedat ad naturam diffinitiuæ,non interlocutoriæ.Vide Bal.l.ij.C.si aduer.rem iudi.& authen.hoc sacramentum.C.de iura.cal. Adde Bald.authen.qui semel.C.quomodo & quando iudex.iiij.colu.qui dicit, quòd habet uim diffinitiuæ, quando per eam imponitur silentium perpetuum,ut in casu illius authen.aliàs autem est interlocutoria.Ita dicit ipse d.authen.ulti. col.uer.ibi,ab obseruatione. Adde,q; inuenio,q; quælibet interlocutoria respectu illius actus potest dici diffinitiua: gloss.reputata singularis.l,generaliter.C.de reb.cre. Adde glo.authen.de litigio. §.ad excludendas. Bald.l.intra utile.ff. de mino. Adde,q; dubium est,an tales diffinitiuæ sententiæ, quæ feruntur pendente iudicio, ut in absolutoria ab obseruatione iudicij,habeant uim diffinitiuæ in effectu,quo ad hoc,ut solennitates requisitæ in platione sententiæ diffinitiuæ, requantur in dicta sententia absolutoria iudicij,uel in alijs tactis,per Fel.d.c.examinata.ibi,num.16.uer.tu uerò.col. 141. Vide Bar.l. Titia.ff.de accu.Io.de Imo.l.stipulationum aliæ. de uer.obli.in prin.

sententia lata post instantiam statutoriam, est nulla, sicut lata post triennium datum à iure communi. Vide per Fel.c.uenerabilis.de iudi.uer.tertiò limita,nisi.nu.16.col.161.

sententia lata post instantiam à iure communi datam, uel à statuto, an sit nulla, quando reus confessus est crimen post ipsam instantiam? Vide per Fel.c.uenerabilis.uersic.quarto limita.nume.17. Ibidem.

sententia lata à iudice, qui non informauit se de meritis causæ propter breuitatem temporis,an ualeat? Vide,quæ posui in litera I.§. iudex potest ferre sententiam in hunc modum.Et no.quia est pulcherrima cautela.

sententia in possessorio est quasi diffinitiua. Ita tenet Fel.c.fin.de iud. uer.& no.unum incidenter.nu.7.col.168.

sententia lata ad consilium sapientis:talis sententia non ualet,si consilium nondum est deductum, seu productum in actis. Vide per Felin.c.si pro debilitate.de offic.deleg.uersi. fallit primò.num.7. colum.1039.

sententia nulla:partes possunt per pactum renunciare nullitati sententiæ,& possunt se obligare,quòd nõ opponeretur per aliquam illarum de nullitate sententiæ. Ita Felin.d.c.de causis.de offi.deleg. uersi.quarta conclusio est:quòd partes.nu.7.col.1044.Adde,q; hoc fallit in aliquibus casibus, quos enumerat Felin. loco præallegato,col.1045.

sententia lata contra ius commune,uel cõtra canones,est nulla. Tex. est c.j.de re iud.ubi do. Abb.in prin. etiam plus dicit,q; sententia lata contra rationem legis loquentis in alijs terminis,est nulla.Ita do.Abb.ibi,v.col.uersi.quid autem.ubi Ant.de But.& etiam c.cũ speciali.de app.vij.col.Adde, q; Bal.l.ij.C. quando prouo.non est necessaliter dixit. Et idem dixit Cyn.l.j.C.de legi.Sed tu tene opi. do.Abb.& uide Fel.d.c.j.de re iud.in prin.nu.1.col.384.Item adde,q; sententia lata contra legem municipalem, est nulla. Do.Ab. d.c.j.vj.col.uersi.sed quæro.& Barto.& Ang.idem tenent l.cùm prolatis.ff.de re iud. Bal.c.cùm causa.de re iud.Fel.d.c.j.uer.amplia secundò,etiam si.nu. 2.col.385. Quod tamen intellige sano modo, nisi etiam statutum extrauagans à uolumine statutorum: quia bene ualeret sententia lata contra illud:Do.Abb.loco præallegato.Bar.d.l.cùm prolatis. Est uerum,q; do. Abb.prædicto loco dixit,q; si statutum extrauagans esset ualde notum,q; tunc non liceret ferre sententiam contra illud. Idem tenet Lud.consi.suo ccxij. ult.col.& Bar.l.omnes populi.ff.de iust.& iu.in fi. Vide Fel.d.c. j.uersi.secundò,nisi esset statutum.nu.2.Ibidem:ubi non bene firmat istam opin.do.Abb.sed ego teneo opi.do. Abb.Item sententia lata contra consuetudinem notoriam,est nulla: do. Ab.d.c.j.de re iud.vj.col.uer.quæro,quid.Bal.l.ij.C.quæ sen.sine ap.rescin.Bar. l.de quibus.ff.de legi.Fel.d.c.j.uersi.amplia tertiò.nu.4.col.386. Tamen si esset iudex,qui ignoraret consuetudinẽ loci,ualeret sententia: de quo uide Fel.d.c.j.uersi.limitatur hæc ampliatio.nu.5. col.387. Item sententia arbitri lata contra leges,uel canones,aut constitutiones,est nulla:gloss.l.diem.§.stari.ff. de legi. uerbo,iniqua.Imol.c.j.x.col.de const.Et hoc etiam habet locum in arbitro iuris.Bart.l.fi.C.de iudi.Felin.d.c.j.uersi.amplia quartò. num.6. col.eadem. Item sententia lata contra ius,est nulla,etiam si in aliquibus casibus posset saluari:Do.Abb.d.c.j.iiij.col. uersic.exemplum. De quo uide Fel.ibi,uer.amplia quintò.nu.7.Ibidem.Item sententia est nulla, etiamsi partes consentirent,q; iudex ferat sententiam expresso errore iuris. Bald.l.j.C.de iurisd.om.iud. Fel.d.c. j.uer.amplia sextò.num.8.col.388. Adde,& intellige illud,quod suprà dixi de sententia lata contra ius, q; sit nulla: q; istud uerum est, dum modò error iuris sit expressus in sententia:gl.d.c.j.de re iud.& ibi do.Card. Anto.de But.& Imo. & Felin.uer. modò nouindecim limitationes.num.9.col.389. Item intellige,q; sententia lata contra ius,est nulla,cum expresione erroris:sed si aliam causam nõ erroneam haberet, tunc sententia non esset nulla. Do. Abb. d.c.j.iij.col. uersi.nam hoc casu. & Inn.c. in presentia.de renun. in fi.Et hoc uerum est,etiam si causa non erronea esset contra ius litigatoris, ut per do.Abb.loco præallegato.& Fel.d.c.j.uersi.limita secundò, nisi causa.Ibidem,nu.10. Item intellige,q; sententia cum expresione erroris est nulla, quando habet unum capitulum indiuisibile: sed si plura habet capitula,bene ualeret,quo ad alia capitula:sed solum corruit illud capitulum, in quo expressus est error: Do.Abb.d.c.j.iiij.colum.uersic.si autem.Et idem tenet Bar.l.ij.C.de re iud.Fel.d.c.j.uer.limita tertiò,nisi,nu.11.col.391. Item intellige, q; sententia cum expresione erroris est nulla,quæ est lata contra legem, uel decretalem statuatam in corpore iuris: secus, si est lata cõtra legem uel decretalem extrauagantem. Ant. de But.do.Card.& Imo.d.c.j.Bar.Ange.& alij,d.l.cùm prolatis. Felin.d.c.j.uer.limita quartò.nu.12.Ibidem.ubi ponit multa circa materiam istam.Item intellige,q; sententia cum expresione erroris est nulla, quando error apparet expresè in sententia:secus,si occultè hoc diceretur.Fel.d.c.j.uer.limita quintò, dum modò.nu. 13.col.393.Item intellige,q; sententia cum expresione erroris est nulla, quando error expressus facit ad causam:secus, si error expressus esset extra merita causæ. Felin.d.c.j.uer.limita sextò,nisi error.nu.14.col.394.Item intellige,q; sententia cum expresione erroris est nulla,quando expressus est error circa ius clarũ:secus, si esset expressus error circa ius nõ clarum: Do.Ab.d.c.j.iiij.col. uersi autem. Bar.l.j.C.de emen.codi.pe.col. do.Abb.c.cùm Bertoldus.de re iud.xiij.col.uer.secunda lectura. Fel.d.c.j.uer.limita septimò.nu.15.col.prædicta.ubi plura ponit.

sententia lata contra extrauagantem, non est nulla:& hoc,quando de illa probabiliter potest dubitari, & superior non fuit consultus. Ita Bart.l.cùm prolatis.ff.de re iud.Et idem tenuit Ant.de But. do.Car.& Imol.c.pastoralis.de fi.instr.Do.de san.Gem.c.in tantum.pe.col.xxj.dist. Fel.d.c.pastoralis,uer.ultimò per istum text. nu.4.col.940.ubi dicit,q; ista est communis opi.Adde,q; contra istam communem opi.facit,quod not.do.Ab.d.c. pastoralis.j.col. uersi.& hæc faciunt ad quæstionem.Tamen tu tene opi.Barto.& aliorum:quia communis: quam limita, ut hic in aliquibus casibus:&

bus: & primò, quando extrauagans est producta in iudicio in forma publica: ut putà, sua bulla, adeo quòd de ea non potest dubitari: & isto casu sententia contra eam lata, est nulla. Ita do. Car. d. c. pastoralis. & Fel. ibi uer. & ista est communis opi. nu. 4. col. ut ſ. Limita secundò, quando de extrauaganti dubitatur, & pars, quæ produxit eam in iudicio, petit ut iudex cõsultet superiorem: quia si lata est sententia sine consultatione, esset nulla. Bal. d. c. pastoralis. & Fel ibi uersi. retenta erga opi. communi. nu. 6. Ibidem. Item limita, & tertiò, quando sententia est lata contra extrauagantẽ ualde notabilem: quia etiamsi non est in corpore iuris, tamen sententia esset nulla, & communis opi. non haberet locum. Ita dom. Abb. d. c. pastoralis. j. col. uersi. si autem est. Bald. l. leges sacratissimæ. C. de legi. ij. q. Felin. d. c. pastoralis. uer. secundò declara. nu. 7. colum. 940.

sententia lata contra statutum non insertum in corpore, seu uolumine statutorũ, non est nulla: secus, si est lata contra statutum iam diu obseruatum. Ita do. Abb. cap. pastoralis. de fide instr. ij. colum. uer. & facit. Ioan. And. in Spe. tit. de execu. sen. §. iusta. uersi. nulla ratione. Bald. in disputatione, statuto cauetur. Bart. l. cùm prolatis. ff. de re iud. Adde Fel. d. c. pastoralis. uer. tertiò declara. nu. 8, colum. 941.

sententia lata contra sententiam principis, non est nulla, etiam si dicatur, q. sentẽtia principis faciat ius, ut dicit do. Car. c. in causis. de re iud. de quo uide Fel. c. pastoralis. de fide instru. uersi. quartò declara. nu. 9. Ibidem.

sententia lata contra decisiones Rotæ, non est nulla: do. Card. c. pastoralis. de fide instr. Domi. de san. Gemi. c. duobus. de rescrip. xij. col. in vj. Fel. d. c. pastoralis. uersi. & idem est de decisionibus Ro. Ibidem, nu. 10.

sententia lata contra regulas cancellariæ Apostolicæ, ualet. Fel. c. pastoralis. de fide instru. uersic. & idem credo de regulis. numer. 11. Ibidem.

sententia: si opponitur sententiæ, q. sit lata per falsos testes, uel falsa instrumenta, ei statur, donec pendet cognitio. Fel. c. accepimus. de fide instru. uersi. in tex. ibi, sententiam. nu. 10. col. 915.

sententia appellationis: in ea est exprimenda causa: de quo uide, quæ posui in litera I. §. iudex appellationis in sententia sua debet exprimere causam.

sententia potest pro parte ualere, & pro parte non: & hoc, quando habet plura capitula separata: & ideo iudex appellationis potest sententiam primi iudicis pro parte infirmare, & pro parte confirmare. Bar. l. fi. de iurisd. om. iu. do. Abb. c. cùm Ioannes. de fide instru. iij. col. uer. item in ultima parte. Adde ibi Fel. uer. secundò restringe dictam ampliationem. nu. 20. col. 960.

sententia ualida potest inualidari per iudicem ex causa: et hoc, quando dicta sententia occultatur: de quo uide, quæ posui in litera A. §. appellatus iussus à iudice ut exhibeat sententiam.

sententia diffinitiua si fertur per iudicem ex præsumptione uiolenta, debet ipse iudex multum temperare sententiam: & maximè non condemnare ad pœnam corporalem, neq; etiam ad pœnam pecuniariam grauẽ. Ita do. Abb. c. afferte. de præsum. ij. col. uer. inducitur præterea. Et hoc fuit dictum Inn. c. quia uerisimile. de præsum. Idẽ tenet do. Car. Ant. de But. & Imo. d. c. afferte. Old. consi. suo cxcij. inci. Viso diligenter. do. Ab. c. ij. de cohabi. cleri. & mulie. Et quòd sola suspicio non sufficiat ad condemnationem, tenet Domi. de san. Gemi. c. habuisse. xxxiiij. dist. j. no. Vide Bald. l. fin. C. de proba. & uide Felin. d. c. afferte. uersi. no. quartò tex. notabilem. num. 6. colum. 1036. Adde & limita prædicta non habere locum, quando iudex haberet præsumptionem uiolentam, quam lex approbaret expreßè, utputà quando quis fuit accusatus, & fuit indicta sibi purgatio: quia si deficit in purgatione, poterit condemnari etiam capitali pœna, si crimen hoc mereretur. Ita do. Abb. c. accedens. de accusa. ij. col. uer. & ideo ultra alios, quia talis præsumptio probatur à lege, ut deficiens puniatur. Vide bonum text. c. de hoc. de stmo. Vide Bald. d. l. fi. C. de proba. j. col. & Fel. d. c. afferte. uersic. sed ista limita. nu. 7. colum. 1037. Item limita, quando iudex haberet præsumptionem uiolentam: quia posset punire infamiam, imponendo ei pœnam pecuniariam modicam, uel etiam corporalem, non grauem, putà fustigationem. Fel. d. c. afferte. uersi. secundò limita. Ibidem, nu. 8. Item limita in casu c. j. de homi. quia omnis uiolenta suspicio sufficit: & hoc propter atrocitatem illius criminis. Felin. d. c. afferte. uer. tertiò limita non procedere. Ibidem, nu. 9. Item limita, quando iudex haberet uiolentißimam præsumptionem: quia tunc posset ferre sententiam diffinitiuam usq; ad mortem. Ioan. And. in Spec. tit. de prob. §. fi. uer. xiij. Vide do. Abb. c. tertio loco. de prob. v. col. uer. sed ego addo. Vide Lu. Ro. l. excipiuntur. ff. ad Syl. ubi etiam Bal. & ibi Lu. Ro. declarat, quomodo debemus intelligere ibi Bald. Vide etiam pro declaratione Bar. l. fur est. in prin. ff. de furt. ubi ponit exempla, quando quis posit puniri ex uiolentißima præsumptione. Adde Felin. in materia ista latè d. c. afferte. uersic. quartò limita. nu. 10. col. 1037.

sententia non transfert ius, sed declarat. Ita dicit glo. c. cùm uenerabilis. de except. in glo. pe. & glo. c. nonne. viij. q. iiij. & glo. c. quomodo, xj. q. iij. & ibi Arch. & plus dic, quòd etiam sententia non transfert dominium: dom. Card. & Imol. c. proposuit. de concess. præben. xij. col. uer. generaliter autem. Bar. l. ex hoc. ff. de iusti. & iur. Felin. d. c. cùm uenerabilis. uer. dum dicit gloss. quòd sententia non transfert. nu. 28. col. 66. Adde tamẽ, quòd si post sententiam sequatur traditio rei, quòd tunc bene transfertur dominium per ipsam sententiam: glo. Insti. de off. iud. in gl. fi. in prin. Imo. in rub. ff. de re iud. quod intellige sanè in his, quæ sunt merè corporalia: secus in incorporalibus, ut est ius eligendi & præsentandi: ga sententia transferet dominium sine traditione. Inno. c. cùm nostris. de concess. præben. uer. si autem. Bald. l. traditionibus. C. de pac. Vide Fel. d. c. cũ uenerabilis. de except. uer. oportet tamen. nu. 29. Ibidẽ.

sententia nõ transfert dominium. Vide ſ. §. sententia non trasfert ius.

sententia arbitri non transfert dominium. Bald. l. fi. §. fi. in fi. C. cõmunia de leg. Fel. c. cùm uenerabilis. de except. uer. not. secundò, quòd sententia arbitri. nu. 30. col. 67.

sententia in actione personali transfert dominiũ: & hoc, quando res est adiudicata pro debito. Vide Fel. c. cùm uenerabilis. de except. uer. no. tertiò, quòd in actione personali. nu. 31. col. ut ſ.

sententia declaratoria requiritur in pœnis ipso iure incursis. Felin. c. Rodulphus. de rescrip. uer. sed declaratoria sententia. nu. 35. col. 1007. Fallit hoc, quando factum esset adeo notorium, q. nulla fuset opus declaratione. Fel. c. Rodulphus. de rescr. uer. limita prò prædicta. nu. 37. col. 1009.

sententia declaratoria excõmunicationis incursæ à iure latæ, est nulla, si non præcesßit partis citatio. Fel. c. Rodulphus. de rescr. uersi. citatur etiam pars, quando fit. num. 41. colum. 1015. Fallit hoc, quando sententia excommunicationis fit super excessu notorio: quia tunc non est opus citare excommunicatum. Ita Felin. loco prædallegato.

sententia declaratoria excõmunicationis si feratur, potest ab ea appellari. Ita Fel. c. Rodulphus. de rescrip. uer. & appellari potest. nu. 43. col. 1016.

sententia arbitri quando infamat? Ponit Fel. c. irrefragabili. §. cæterùm. de offi. ordina. nu. 12. col. 1274.

sententia Papæ præualet sententiæ concilij, nisi ubi de fide agitur. Ita Fel. c. j. de pac. in prin. nu 1. col. 1396.

sententia nulla an per partes potest ratificari? Vide Fel. c. significasti. de so. com. uer. tenementi. nu. 7. col. 245. Adde do. Abb. c. significasti. xij. col. uer. secundo principaliter. Adde tu do. Abb. c. examinata. de confir. uti. uel inuti. ij. no. ubi dicit, quòd d. l. ij. habet locum circa confirmationem sententiæ nullæ, quando nullitas potest deduci in pactum: aliter non. Et uide Fel. d. c. significasti. uersi. secundo declara dictis do. Abb. nu. 8. col. 247. Adde Fel. c. cùm ex officij. de præsc. uer. non obstat dictum Inn. nu. 33. col. 337. ubi addit aliqua in materia ista.

sententia lata contra præsentem non citatum, ualet, dum modò habeat intelligentiam de dicta sententia, quòd sit ferenda per iudicem. Ita Felin. c. j. de iudi. uer. no. etiam, quòd si citatio. nu. 22. col. 18.

sententia, quæ debebat ferri per iudicem in una hora, si est lata in alia, non ualet. Ita Felin. c. j. de iudi. uer. no. etiam, quòd si citatio. nu. 22. col. 18.

sententia in causa feudi lata à iudice ordinario, non data negligentia domini feudi, an ualeat? Vide Fel. c. cæterum. de iudi. uersi. an autem, si ordinarius. nu. 5. col. 56.

sententia lata in fauorem monasterij, an ualeat, etiamsi iudicium intentatum sit sine consensu prælati monasterij? Vide per Fel. c. causam. de iud. uersi. utrum sententia lata. nu. 6. col. 83.

sententia lata pro falso procuratore, an dominus maior posit illam ratificare? Vide per Fel. c. causam. de iudi. uersi. sed à maior. nu. 7. colum. 84.

sententia notoriè iniusta, an ualeat. Fel. tangit remißiuè c. si quando. de offi. deleg. in prin. nu. 1. col. 1054. Adde tu, quòd communiter tenetur per scribentes, c. inter cæteras. de re iud. & per Inn. c. fraternitatis. de frigi. & per dom. Ant. de But. c. suam. de pœ. & per Bald. l. j. pe. col. uer. sed quid. C. ne filius pro pa. quòd notorietas iniustitiæ reddit sententiam nullam. Adde, q. Ino. c. quia plerunq; de immu. eccl. dicit unum singulare dictum, quòd, si pars, pro qua lata est sententia, cõfitetur eam iniustam, debet retractari Fortius dicit dicit ipse, quòd retractanda est, ubi notoriè cõstat de eius iniustitia: & maximè de iure Canonico: quia non debet permittere quem retinere rem cum peccato. Et ista est cõmunis opi. Adde tu, quòd pulchrum est uidere, utrùm sententia lata contra ius litigatoris, quæ transiuit in rem iudicatam, posit retractari, uel aliquo remedio subueniri parti, cõtra quam lata est sententia. Host. c. ij. de pur. uul. tangit istam difficultatem, et dicit, quòd licet non debeat iure ordinario retractari, potest tamen peti restitutio in integrum ex causa generali, ut c. ex literis. de in inte. resti. & l. j. ff. ex qui. cau. ma. Et idem sentit gloss. l. fideiussor. §. in omnibus. ff. man. Et istam opi. Host. Canonistæ communiter sequuntur d. c. ij. Adde, q. Doctores iuris ciuilis tenent contra Host. & dicunt, q. quando sententia est lata cõtra ius litigatoris, si transiuit in rem iudicatam, ex quo facit ius inter partes, non potest tolli istud ius. Ita Bart. l. ij. C. quando prouo. non est necef. Et adde no. per Scribentes. l. j. C. de condi. indeb. Adde & limita, quòd si à principe petatur hoc restitutio in integrum, & concedatur, quòd ualet cõcessio: nam solius principis est hoc concedere, ut est tex. l. diui. ff. de pœnis. & ibi Barto. Nam sententia facit ius inter partes, ut c. cùm inter. de re iudi. & l. res iudicata. ff. de reg. iu. Inferior à principe non potest tollere ius parti quæsitum, ut l. j. & ij. C. senten. re. non pos. Et istud in terminis tenuit dom. Abb. d. c. ij. de pur. uul. in fin. Adde ad ista, quòd do. Alex. l. ij. C. quando prouoc. non est necef. in apostilis suis ponit quatuor limitationes, in quibus etiam sententia lata contra ius litigatoris, est nulla ipso iure. Adde dom. Abb. c. j. de re iudi. ij. col.

sententia in possessorio est quasi diffinitiua: glo. c. consultationibus. de offi. deleg. uerbo, restitutionem. & alibi gl. c. cùm ad sedem. de resti. spo. dixit, q. erat diffinitiua: & alibi glo. dixit, q. erat interlocutoria: ut c. cùm uenissent. de insti. Vide per Felin. d. c. consultationibus. uer. in ea. gl. ibi, quasi diffinitiuè. nu. 2. col. 1065.

sententia lata præcedente citatione nulla, aut inualida, nulla est, & sic non transit in rem iudicatam. Ita Felin. c. gratum. de offi. deleg. uer. no. ibi, negotium sit quasi. nu. 4. col. 1108.

sententia ordinarij lata ultimo die iurisdictionis, ualet, licet non debeat iudicare. Do. Abb. c. & si Christus. de iureiur. Bar. l. eum qui. de iurisdi. om. iudi. Vide per Fel. c. consuluit. de offi. dele. uer. glo. in uer. exequi. nu. 17. col. 1142.

sententia arbitratoris, uel arbitri, lata de nocte, an ualeat? Vide, quæ posui in litera A. §. arbitrator an poßit.

sententia diffinitiua lata de nocte, an ualeat? Vide, quæ posui in litera I. §. iudex an poßit.

sententia interlocutoria lata de nocte, an ualeat? Vide, quæ posui in litera I. §. iudex an poßit.

sententia non fertur contra confessum, sed præceptum: intellige tamen de confesso uerè, & non fictè. Vide de materia ista, quæ posui in litera C. §. confessus in causa ciuili: & ibi habebis multa bona in materia ista: & ibi dico, quis dicatur uerè confessus, & quis fictè confessus: quia contra fictè confessum bene fertur sententia. Et ideo bene not.

sententia lata per iudicem: an poßit illam legi facere per notarium? Videtur dicendum, quòd non: ut est tex. c. fi. de re iudi. in vj. Adde, quòd Ia. But. Bal. & Sal. l. hac consultißima. C. qui testa. fa. pos. tenent, quòd qualibet iudex committere potest lectionem sententiæ suæ alteri, dum modò dicat post quàm est lecta: Et ita absoluo, uel condemno. Adde, q. idem tenent Domi. de san. Gemi. & Phil. d. c. fi. de re iudi. in vj. Adde, quòd idem tenet Fel. c. super quæstionum. de offi. dele. uer. gl. in uerbo, causæ finem. nu. 7. col. 1160. & multa allegat pro opi. istius materiæ, & finaliter dicit ipse, & teneo, quòd aliam per alium potest legi sententia, si post quàm est lecta, iudex dicat, Et ita pronunciamus. Et in hoc residet. Adde tu ad istud, quod dicit Fel. ibi, Ita pronunciamus, q. teneo, q. malè dicat: ga etiã si consuetudo potest tollere istã solemnitatẽ in legendo, & sic q. notarius posit legere sententiam ex mandato iudicis, ut tenet Iac. But. Bald. & Sal. d. l. hac consultißima. C. qui testa. fa. pos. Arch. ij. q. j. Domi. & Fel. d. c. fi. tamen iudex post quàm est lecta sententia debet dicere, Et ita absoluo, uel condemno: & sic non sufficit dicere generaliter. Ita facio, uel pronũcio. Et ita tenet Sal. d. l. hac consultißima. j. colu. uer. item per istum text.

sententia si est confirmata per lapsum fataliũ, ad quem pertinet executio, an ad primum iudicem, an ad secundum? Vide, quæ posui in litera E. §. executio sententiæ ad quem pertinet.

sententia lata ad dicta peritorum, an ueniat retractanda, si producantur postmodum peritiores affirmantes contrarium. Ioan. Ant. tenuit, quòd sic, in Specu. titu. de homi. §. j. uersi. sed pone. Bald. l. si ab hostibus. §. fi. ff. col. matrimo. do. Anto. & Imo. c. proposuisti. de prob. Flor. l. si dominus seruum. ad fin. ff. ad leg. Aqui. Ange. l. quòd si nolit. §. manci ium. ff. de ædi. edic. Bald. dicit, quòd hoc uidit in facto, in addi. Spec. tit. de confes. Bald. & Sal. l. testium. C. de testi. Fel. d. c. proposuisti. de prob. uersi. quarta conclusio: Si apparet, quòd. nu. 10. col. 413. & ibi dicit, quòd ista est communis opi. Adde, quòd do. Abb. d. c. proposuisti. iij. col. uer. tertiò circa hoc cadit dubium. tenet contra communem opi. & dicit, quòd uerum est, quòd sententia lata ad dicta peritorum debet retractari, quando retractaretur per probationes ueras confundentes præsumptiuam probationem: sed quòd præsumptiua probatio tollit aliam præsumptiuam, q. hoc non probatur iure, nisi sit probatio iuris & de iure: tamen non est recedendum à cõmuni opin. Et uide in materia ista Felin. d. c. proposuisti. de proba. uer. prædicto, col. ut suprà.

sententia arbitratorum non transit in rem iudicatam: dom. Anto. de But. cap. Quintauallis. de iureiur. vj. colum. Et idem tenet Felin. c. proposuisti. de proba. uer. allegato: ibi, ad idem, quod no. do. Ant. nu. 12. col. ut suprà.

sententia lata ad consilium sapientis, potest reuocari propter consilium sapientioris. Ita Anto. de But. c. proposuisti. de prob. Bald. c. si pro debilitate. de offi. deleg.

sententia an sit nulla, quando testes non sunt publicati? Vide, quæ posui in litera T. §. testes si non sunt publicati.

sententia an retractabitur probata falsitate testium, & instrumentorum? Vide, quæ posui in litera F. §. falsitas testium.

sententia an retractabitur, probata corruptione iudicum absq; falsitate? Vide, quæ posui in litera C. §. corruptio iudis.

sententia lata prætextu falsorum testium, uel instrumentorum, ualet. Glo. c. licet. de proba. uer. post sententiam. & Arch. c. & si cognitio. xxv. q. ij. Ioan. An. posuit istam q. c. cùm uenerabilis. de except. Vide Fel. d. c. licet. uer. quarta conclusio: sententia lata. nu. 31. col. 495. & do. Abb. ibi, x. col. uer. quarta quæstione. Et adde, quòd ista conclusio fallit, quando sententia esset lata ex falsis probationibus factis contra absentem. Ita Bar. l. diuus. ff. de re iud. in prin. Ant. de But. & Imo. d. c. licet. de prob. Imo. c. cùm dilecta. de resc. iiij. col. uer. pro hoc incidenter. Bar. l. seruo inuito. §. cùm prætor. ff. ad Trebellia. Vide Fel. d. c. licet. uersi. fallit primò ista conclusio in sententia lata. nu. 32. col. ut ſ. Adde, q. etiam fallit ista conclusio in sententia lata contra minorem: quia est ipso iure nulla. Ant. de But. & Imo. d. c. licet. Barto. d. l. diuus. ff. de re iudica. in prin. Sed contrariũ tenuit Ange. l. qui Romæ. §. duo fratres. ff. de uer. obli. Sal. l. ij. C. si ex fal. alleg. Imo. c. cùm Bertoldus. de re iud. v. col. uer. decimus casus, dicit, q. opi. Bartol. d. l. diuus. est mirabilis, & elegans: sed opi. Ang. est uerior in iure. Fel. d. c. licet. uer. fallit secundò. nu. 33. col. 496. uidetur sentire cum Bar. Fallit etiam ista conclusio in decreto: quia si interponitur decretum ex falsa probatione, siue contra absentem, siue contra præsentem, decretũ est ipso iure nullũ. Ant. de But. d. c. licet. Imo. l. cũ uerò. §. subuentũ. ff. de fideicom. lib. Bart. l. fi. iiij. col. C. si ex fal. instru. Bar. d. l. diuus. Adde Fel. d. c. licet. uer. fallit tertiò. Ibidem, nu. 34.

sententia lata ex falsis probationibus, tenet: sed potest retractari per quatuor media. Primò, per uiam restitutionis in integ. l. diuus. ff. re iudi. Tamen istud remedium expirat lapso quadriennio, c. j. & ij. de resti. integ. dom. Abb. c. licet. de prob. x. colum. uersi. iiij. q. Adde, quòd Imol. dicto cap. licet, dicit, quòd oportet, quòd ista causa sit finita intra quadriennium: & sic non sufficit fuisse petitam restitutionem. Et hoc habet locum contra minorem, & ecclesiam, ut ibi per do. Abb. Vide Felin. d. c. licet. uersi. quarta conclusio, num. 31. uer. proxi. col. 496. Secundum remedium ad tollendam sententam falsam, est actio in factum: & hoc, quando agitur ciuiliter ad interesse contra falsos testes: & competit ista actio usq; ad xxx. annos, & non datur restitutio in isto casu: & ratio est, quia non retractatur sententia. Ita do. Abb. d. c. licet. xij. colu. uer. & si uult agere ciuiliter. Vide Felin. ibi, uer. secundum remedium. nu. 36. col. 497. Tertium remedium ad tollendam sententiam falsam: quia ille, qui habuit illam contra se, potest accusare criminaliter falsarios: & durat ista actio xx. annis, ut l. querela. C. de fal. Et hoc modo intelligas c. cùm uenerabilis. de exce. do. Ab. d. c. licet. xj. col. uer. aut uult agere criminaliter. Vide Fel. ibi, uer. tertium est remedium, nu. 37. col. ead. Quartum remedium est, quando quis excipit de falsitate sententiæ contra petentem executionem ipsius sententiæ: quia perpetuò auditur: do. Abb. d. c. licet. x. col. uer. aut uult quis. Adde Fel. d. c. licet. uer. quartum remediũ. ibi, nu. 39. col. prædicta.

sententia lata super parte petita, an ualeat? pone, q; pars petit multa, & iudex pronunciat solùm super duobus, uel tribus, & de reliquis petitis nihil dixit, nec absoluendo, nec condemnando: an in alijs uideatur absoluisse? &, utrũ sententia pro parte ualeat? Do. Abb. c. cùm inter. de re iud. vj. col. uer. & circa hanc. prosequitur materiam istam per tres col. Adde, & concludendo dic, quòd sententia regulariter debet ferri super toto, & non super parte: aliàs non ualet. quod sentit ibi d. c. cùm inter. Ioan. And. Ant. de Bu. do. Abb. & Imo. & Fel. uer. de sententia, quando pro parte ualet. nu. 5. col. 484. Adde, quòd ista regula fallit in multis casibus: & primò, quando pars petijt multa in diuersis capitulis: quia iudex isto casu potest ferre plures sententias: imò iudicando in uno capitulo, non uidetur condemnare, nec absoluere in alijs. Bald. l. ij. C. de re iud. ij. col. Pet. de Anc. in regula, ea, quæ xvij. col. uer. sed ego. Idem tenet Fel. d. c. cùm inter. uer. fallit primò. nu. 6. col. ut ī. Item fallit ista regula: quia sententia lata super parte ualet: & hoc, quãdo certa pars fuit petita ex una causa, reliqua ex alia. Do. Abb. c. cùm inter. vij. col. uer item per hanc. ubi Ioan. An. Fel. ibi uer. fallit secundò regula. nu. 8. col. 486. Item fallit ista regula: quia ualet sententia pro parte: & hoc, quando instantia periret super una parte lite pendente. Ita do. Abb. d. c. cùm inter. vij. col. uer. fallit in duobus. Bart. & Bal. l. j. C. si aduer. rem iudica. Fel. d. c. cùm inter. uer. fallit tertiò. nu. 9. Ibidem. Item fallit ista regula: quia sententia super parte lata, ualet: & hoc, quando libellus est oblatus contra plures, si iudex fert sententiam contra unum, ualet: & tunc nõ uidetur sententiatum contra alios: quia à quolibet uideatur pars petita. Do. Abb. d. c. cùm inter. viij. col. uersi. secundus casus. Bart. l. de uno quoq; ff. de re iud. in prin. Felin. d. c. cùm inter. uer. fallit quartò. col. 487. nu. 10. Item fallit ista regula: quia sententia pro parte ualet: & hoc, quando pars petijt unam quantitatem in uno capitulo, & iudex tulit sententiam cum dictione taxatiua, utputà, fuit petitum centum, & iudex dixit, Condemno Titium in quinquaginta tantùm: quia in residuo uidetur eum absoluere. Do. Ab. d. c. cùm inter. viij. col. uer. tertius casus. Bar. d. l. j. C. si aduer. rem iud. Fel. d. c. cùm inter. uer. fallit quintò. nu. 11. col. 488. Item fallit ista regula: quia ualet sententia pro parte: & hoc, quando pars petijt generaliter multa: utputà, peto administrationem, uel rationem tutelæ, uel peto iura episcopalia: tunc, si partes fuerunt prosecutæ certas species solùm, sententia lata super illis, ualet, & super alijs non uidetur iudex absoluisse, nec condemnasse. Ita dom. Abb. d. c. cùm inter. viij. col. uer. secundus casus. Et ibi plus dicit, q; si partes fuerunt prosecutæ oĩa in generali petitione, q; ualet etiã sententia pro parte: & hoc, quando illud totum petitum erat diuisibile. Vide do. Ab. ubi ī. & Fel. d. c. cùm inter. uer. fallit sextò. ubi suprà, nu. 12. col. prædicta. Item fallit ista regula: quia etiam sententia pro parte ualet in causa appellationis: quia potest iudex confirmare sententiam primã in parte, & in reliquo infirmare. Host. c. placet. de conuer. coniu. Ant. de But. & Imo. d. c. cùm inter. Vide Felin. ibi, in uersic. fallit septimò, Ibidem, num. 13. Item fallit ista regula, quando lata est sententia super toto petito: quia ualet pro parte super qualitatibus petitis. Bart. l. j. C. si plu. Vide Felin. d. c. cùm inter. uersi. fallit octauò. nume. 14. Ibidem. Item fallit ista regula: quia sententia lata pro parte, ualet: & hoc super accessorijs, utputà in expensis. Bald. l. fin. C. quando prouo. non est ne. uer. minus, quàm. & ibi Sal. Vide Felin. d. c. cùm inter. uersi. fallit nonò. nu. 15. col. 489. Item fallit ista regula: quia sententia lata pro parte, ualet: & hoc, quando pars confessa est partem debiti: quia potest iudex facere præceptum in ista parte cõfessata: super reliquo casu uentilabitur. Fel. d. c. cùm inter. uer. fallit undecimò. nu. 16. col. ea. Item fallit ista regula: quia sententia lata pro parte, ualet: & hoc, quando de consensu partium iudex cognoscit super parte. Bar. l. si conuenerit. ff. de re iud. Fel. d. c. cùm inter. uer. fallit duodecimò, quando de consensu. nu. 17. Ibidem. Item fallit ista regula: quia sententia lata super parte, ualet: & hoc, quando pars aduersa super una parte fecit exceptionem peremptoriam: quia si iudex pronunciat super una parte, uidetur admisisse exceptionem, & tacitè absoluere reum ratione ipsius exceptionis, & postea condemnare dictum reum in parte alia. Barto. l. si plures. j. col. ff. de fideiusso. Fel. d. c. cùm inter. uer. fallit tertiodecimò, quando iudex. nu. 18. Ibidem. Item fallit in sententia arbitri: quia lata super parte, ualet. Ioan. And. d. c. cùm inter. uer. quarta opi. Vide ibi Felin. uersi. fallit quartodecimò & ultimò. nu. 19. col. 490. ubi multa dixi.

sententia arbitri an ualeat, lata pro parte? Vide ī. § sententia lata super parte petita.

sententiæ si quis stare promisit, tamen ab ea poterit appellare. Vide Bart. l. ji. ff. de præto. stip. ubi dicit, quòd nulla plenitudo uerborum tollit appellationem, uel reductionem ad arbitrium boni uiri. Adde Felin. c. causam. de re iud. uersi. limita communem opin. nu. 3. col. 493.

sententiæ appellatio in dubio intelligitur de diffinitiua, nõ de interlocutoria. Ita gloss. l. j. § biduum. ff quando appel. fit. gloss. c. cùm olim. de testi. in glo. fi. Et idem tenet Imo. rub. de sen. & re iud. Et ideo si ex forma statuti debet solui gabella de sententijs, uel ex forma statuti, non potest appellari, intelligitur de diffinitiua. Bald. addi Specu. rub. de sen. ij. colum. Bald. & Albe. l. ex causa. § nunc. ff. de mi. Adde Felin. rubri. de re iudi. uersic. scias etiam, quòd appellatione sententiæ. numer. 7. colum. 375. ubi ponit multa alia similia.

sententiam diffinitiuam an iudex ordinarius, uel delegatus possit reuocare, uel corrigere, aut declarare? Adde, & fac regulam, quòd iudex, siue sit ordinarius, siue delegatus, non potest sententiam suam diffinitiuam reuocare. Per text. l. iudex postquam. ff. de re iudi. Fel. c. qualiter & quando. de accusa. el j. uersi. secundus principalis articulus. num. 23. col. 824. Adde, quòd ista regula fallit in aliquibus casibus: & primò, respectu declarationis, seu interpretationis: quia quilibet iudex potest declarare, seu interpretari suam sententiam diffinitiuam, etiam post quàm lata est. Do. Abb. d. c. qualiter & quando. j. colum. uer. & in hoc. ubi Ant. de But. & Ioan. de Ana. Vide gloss. § bis ita. xxxv. quæst. ix. Bart. l. ab executore. ff. de dam. infec. ij. colum. Vide Felin. d. c. qualiter & quando. uersic. fallit primò. Ibidem: ubi latè de hoc: quod tamen intellige sano modo, dum modò talis declaratio, uel interpretatio sit congrua: secus, si non adaptaretur ad uim, & substantiam uerborum: Bald. d. l. ab executore. ubi omnes, & Bald. l. hac lege. C. de sen. ex breuic. reci. Felin. dicto cap. qualiter & quando. uersic. secundò limita. num. 25. colum. 826. Dic etiam, quòd si ista declaratio seu interpretatio, non potest fieri à successore in magistratu, quòd ille iudex, qui tulit sententiam, sit ille, qui declaret, aut interpretetur. Bald. d. l. hac lege. pe. colum. Felin. d. c. qualiter. uersic. tertiò ultra Doct. limita. Ibidem, num. 26. Dic etiam, quòd iudex potest semel interpretari suam sententiam, & non licet ei pluries interpretari. Bald. d. l. hac l. circa fi. Felin. d. c. qualiter. uer. quartò limita. num. 27. colum. 827. Item fallit prædicta regula: quia iudex potest sententiam suam diffinitiuam corrigere incontinenti. Felin. d. c. qualiter. uersic. fallit secundò prædicta

dicta regula. numer. 30. colum. 828. Item fallit prædicta regula, quando ille, pro quo est lata sententia diffinitiua, fatetur, q; sit iniusta in totum, uel in parte: quia iudex poterit diffinitiuam suam reuocare. Innoc. c. quia plerq; de immuni. eccle. circa fin. j. colum. dom. Abb. c. is qui. de sponsa. Cy. Bart. authen. sed iam necesse. C. de do. ante nup. Felin. d. c. qualiter. uersic. tertiò fallit prædicta regula. num. 32. colum. 831. Item fallit, quando contra sententiam, quæ transiuit in rem iudicatam, essent probationes receptæ parte non opponente: quia idem iudex ordinarius poterit sententiam retractare. Innoc. c. cùm dilecta. de rescr. Imo. & Ant. de But. ibi. Inno. d. c. cùm Bertoldus. de re iud. Felin. d. c. qualiter. uersi. quartò fallit prædicta regula. num. 33. colum. 832. Item fallit prædicta regula, quando iudex ordinarius, uel delegatus tulit sententiam super instantia, ut quia absoluit partes ab obseruatione iudicij: tunc poterit iterum cognoscere de causa: do. Abb. cap. examinata. de iudi. ulti. col. & ibi Ioan. And. & Ant. de But. Fel. d. cap. qualiter. uersic. quintò fallit, ubi iudex. num. 34. colum. 834. Item fallit prædicta regula, quando pars implorat officium iudicis nobile, ad hoc, ut petat restitutionem in integrum: quia poterit ipsemet retractare sententiam. Fel. d. c. qualiter. uer. sextò fallit. Ibidem. nu. 35. col. 834. Item fallit prædicta regula in principe: quia poterit retractare suam sententiam diffinitiuam: do. Abb. & alij, d. c. qualiter & quando. de accus. Fel. ibi uersi. septimò fallit prædicta regula. nu. 36. col. 835. Item fallit prædicta regula in sententia diffinitiua nulla: quia iudex ordinarius potest eam reuocare. Et quomodo intelligatur hoc, uide Fel. d. c. qualiter. uersi. octauò fallit. Ibidem, nu. 37.

sententiam nullam solus Papa confirmat. Felin. c. significasti. de foro comp. uersi. istis iunge Bald. nu. 9. col. 247.

sententiam iniustè latam in causa criminali iudex non debet exequi. Ange. & Imo. l. à diuo Pio. ff. de iudi. ult. char. Pone, quòd princeps interrogatus de hoc, rescribit, quòd omnino illa sententia sit exequenda. Bart. d. l. à diuo Pio. § sententia. dicit, quòd iudex debet exequi, & obedire principi. Et idem tenet And. de But. & Imo. cap. j. de offi. ordi. Adde, quòd pulchrum est uidere, quomodo consulendum est iudici in isto casu, quando iudex uidet, quòd sententia est iniusta, & urget mandatum principis. Vide Fel. c. pastoralis. § quia uerò. de offi. deleg. num. 15. col. 1175. & inde. Vide Fel. etiam d. c. consanguinei. de re iud. uer. & quod iudex, uidens sententiam iniustam. nu. 8. col. 462. Adde, quòd sunt tres casus, in quibus sententia lata in causa criminali potest retractari, etiamsi transiuit in rem iudicatam absq; beneficio, uel gratia principis. Primò, quando sententia fuit lata ex præsumptionibus, & superuenit alia præsumptio fortior. B. d. et Ang. l. si adulterij. C. de adul. & ibi Sal. & do. Alex. l. si ab hostibus. ff. sol. mat. iiij. col. Felin. d. c. consanguinei. uer. sunt tamen tres casus. nu. 9. col. ut ī. Ibidem. Secundus casus est, quando reus est condemnatus, eò quia occidit Titium, quẽ constat uiuere: tunc sententia retractabitur statim. Bart. l. absente. ff. de pœnis. ult. colum. Bald. l. j. C. de confes. ix. colum. uer. sed quid dices. Est uerum, quòd aliqui tenuerunt, quòd etiam isto casu consulendus est princeps. Ita Sal. l. j. C. qui accusa. vj. colum. Vide Felin. dicto cap. consanguinei. uersi. secundus casus. nu. 10. Ibidem. Tertius casus est, quando lata est sententia contra absentem. De quo uide Felin. c. consanguinei. uersi. tertius casus. num. 11. col. 463.

sententiæ ordinariorum si sunt contrariæ, quæ sententia præualet? Vide, quæ posui in litera O. § ordinarij, si sunt discordes.

sententiæ tres latæ conformes, an possint dici de nullitate: utputà, quòd sint latæ ab incompetenti iudice? gloss. cle. j. de re iud. tenet, quòd non. Contrariam gloss. habes cle. unica, de sequest. pos. & fruc. in glo. fi. Et do. Abb. reprobat illam glo. ibi d. cle. j. & Pet. de Anch. Adde tu, & dic, quòd gloss. fi. in cle. unica, loquitur, quando tres sententiæ cõformes essent latæ ab incompetenti iudice. Ita declarat Anto. de But. & Imo. c. j. de confir. tui. uel inuti. Sed ubi prima sententia esset lata ab incompenti iudice, & secunda à competenti, & eius sententia transiuit in rem iudicatam, tunc non potest dici de nullitate ratione primæ sententiæ: quia purgatum est eius uitium per secundam sententiam. Adde Felin. dicto c. ea, quæ. de re iud. uersi. obstant prædictis duo. nu. 2. col. 412.

sententiæ contrariæ: quid de duabus sententijs contrarijs eodem die latis, an ualeant? Felin. c. capitulum. de rescr. uer. de duabus. ibi, & ibi dicit idem de duabus sententijs. nu. 15. col. 879. Adde tu, quòd Bar. l. j. C. quando prouo. non est necess. & l. nam & postea. § sed si damnetur. ff. de iureiur. tenet, q; duæ sententiæ contrariæ ualent: dic, q; quando quæritur, an sententia secunda lata cõtra primam, ualeat, q; magis communis opi. glo. & Doc. d. l. j. C. quando prouo. non est necess. & c. inter monasterium. de re iud. & c. pastoralis. in prin. de rescr. est contra Bar. quia si etiam secunda sententia sit lata in noua instantia, non ualebit, ut per Doct. locis prædelegatis. Adde, quòd hoc uerum est, exceptis tamen quibusdam casibus, quos enumerat dom. Alexan. d. l. nam & postea. § sed si damnetur. j. col. Adde, quando sententia contra sententiam potest ualere, & in quibus casibus? Vide per Bal. l. ij. ff. de iureiur. per Ant. de But. l. ab excommunicato. iij. col. de rescrip. per Ioan. de Imol. l. j. ff. de re iud.

¶ *Separati à matrimonio per falsos testes, uel corruptos, debent iterum coniungi, etiamsi transiuerunt ad secunda uota: de quo uide, quæ posui in litera M. uer. matrimonium separatum.*

¶ *Separatio thori: si sententia sit lata in ipsa separatione, an transeat in rem iudicatam. Vide suprà, § in sententia lata in causa separationis.*

¶ *Sepulchrum maiorum quod dicatur? putà, quis dixit in testamento suo, uolo sepeliri in sepulchro meorum maiorum: & pater & auus suus sunt sepulti in alio loco, de quibus intelligit testator? Vide Old. consi. suo xxv. incip. Thema tale est. Adde Fel. c. super eo. de testi. nu. 6. col. 684.*

sepulchrum sit religiosum ex sola authoritate superioris. Ita Felin. c. quantò. de iudi. uer. circa glo. in fi. nu. 4. col. 27.

¶ *Sequlturæ electio, quæ fit cum pacto etiam in loco, ubi aliàs de iure sepeliri debebatur, inducit simoniam. Fel. c. ad audientiam. el ij. de rescrip. uersi. fallit primò in electione sepulturæ. nume. 9. colum. 893.*

¶ *Sequax quis dicatur. Fel. de homici. c. sicut dignũ. nu. 16. col. 1127.*

¶ *Sequestrum potest fieri in beneficialibus. Felin. c. olim. de rescrip. in prin. col. 722. Et hoc, quãdo reus est absens. col. 723. Et idem, si est beneficiatus, & non uult seruire beneficio: quia superior debet facere sequestrum saltem quo ad hoc, ut officium eius non negligatur. Ita Felin. d. c. olim. uersi. considera bene, dum uult Abb. nu. 1. colum. 723.*

sequestrum: utrum in eo transeat possessio? Vide Fel. c. examinata. de iudi. uer. in glo. ij. utrum. nu. 10. colum. 136. ubi copiosè examinat quæstionem istam. Adde tamen Barto. l. licet. ff. deposi. qui dicit, q; sequestratio tollit possessionem, si fit de uoluntate utriusq; partis: secus, si iussu iudicis. Et uide Bar. l. si oleum. ff. de dolo. in prin. ubi dicit, q; quando res deponitur apud sequestrum, licet perdatur possessio, non tamen amittitur cõmodum possessionis. Adde Bald. l. j. C. de probi. sequ. qui dicit, quòd rei sequestratione, quæ fit partium consensu (quia fieri dicitur potius gratia actoris, quàm rei) perditur possessio. Ego teneo istam opi. Bart. & Bald. reprobata opi. Fel. ibi, d. c, examinata. col. ead.

sequestrum an interrumpat præscriptionem? Vide, quæ posui in litera P. § præscriptio si interrumpitur per sequestrum.

sequestrũ: an quis possit facere præsentationẽ pendente sequestro in beneficio iurispatronatus? do. Abb. c. examinata. de iudic. vj. col. ponit quæstionem istã, & dicit, q; de mente Host. & Ant. de But. est, q; sequester non possit præsentare, eò quia nõ possidet: & postea concludit ipse, q; facta sequestratione, nec ille, qui priùs possidebat, nec sequester, possint præsentare: & ratio est, quia præsentatio cõputatur inter fructus, si sequester præsentabit, quomodo restituet fructus uictoriam obtinentis? Adde, quòd communis opi. est in contrarium, quòd imò sequester possit præsentare. Ita tenet Inn. d. c. examinata. do. de Ro. tit. de elect. iiij. in antiquis: do. Card. cle. j. de sequest. pos. & fru. x. no. Et istud etiam tenet Felin. c. cùm Bertholdus. de re iud. uersic. quintò, quia idem tenet. in fi. nu. 29. col. 579.

¶ *Seruitus habens causam discontinuam, & sic non perpetuam, nec continuam, non acquiritur per præscriptionẽ: do. Abb. c. de quarta. de præscr. viij. colum. uer. si autem. & ibi Imo. glo. l. seruitutes. ij. ff. de serui. Barto. l. j. ff. de aqua plu. arc. §. denique. ubi Angel. Felin. d. cap. de quarta. uer. est alia regula. num. 41. colum. 205.*

Adde, quòd hoc fallit in aliquibus casibus: & primò, quando seruitus discontinua esset præscripta per spatium tanti temporis, cuius initij memoria non existit: do.Abb.d.c.de quarta.loco præalle. Felin.d.c.de quarta. uer. allegato.col.ead. Item fallit, quando seruitus discontinua esset præscripta cum titulo concesso à domino, qui titulus si non potest probari per testes, tamen potest probari per coniecturam: utputà, quia præscribens usus sit seruitute domino patiente x.uel xx.annis.Inn.c.si diligenti.de præscr. & ibi do. Abb.v.col.c.peruenit.de censi.in fi. Bar.d.l.j.§.deniq;.ff.de aqua plu.ar.uer.item oppono.Felin.d.c.de quarta.uersi.fallit secundò. Ibidem,nu.41.Item fallit, quando seruitus discontinua præscribitur cum titulo uero, sed nō habito à domino, sed à tertio: quia ualet præscriptio. Paul. de Cast.l.seruitutes. la ij.ff.de serui. Felin. d.cap.de quarta. uersi. fallit tertiò, ubi seruitus.nume.41.colum. 206.& seq.

seruitutes an acquirantur per præscriptionem? do.Abb.c.de quarta. de præscr.viij.colum. uersi.quæro principaliter de duobus.dicit, quòd si seruitus, de qua agitur, habet causam continuam & perpetuam, sicut est seruitus aquæductus, quæ sine intermißione ducitur, quòd tunc talis seruitus acquiritur per præscriptionem: putà x.annorum inter præsentes, & xx.inter absentes, etiam sine titulo.Et ibi dicit, quòd inter seruitutes & bona immobilia est ista differentia: quia in rebus immobilibus requiritur titulus, ad hoc, ut currat præscriptio: sed in seruitutibus non requiritur titulus, sed sufficit solus usus, dum modò non ui, aut clàm, nec precario, sciente domino, & non contradicente. Ita dom.Abb.dicto cap.de quarta, viij.colum.ubi suprà, & c.j.de præscri. Bart.l.j.§.j.ff.de iti. actuq; priua. Et adde, quòd communiter tenetur, quòd in seruitutibus non requiritur titulus. Innoc. dicto cap. de quarta. & gloss.c.cùm ecclesia.de cau.pos.& proprie.gloss.& Bart.l.seruitutes. ij. ff. de serui. Adde & limita istam communem opin. non habere locum, quando præscriptio est contra ius: quia tunc requiritur titulus, c.j. de præscr.in vj. Et idem puto de iure ciuili, etiam quòd non habeamus legem, quæ hoc dicat. Vide dom.Abb. d.cap de quarta.ix.colum. uer.ego uerò. Item limita communem opi. non habere locum, quando præscribitur ususfructus: quia in eo præscribendo requiritur titulus. Est text.l. fin. C. de præscri. long temp.Barto.l.iusto errore.§.non mutat.ff.de usuca. Et ratio est quia usufructus inter immobilia computatur: Barto.d.§.non mutat. Item limita communem opinionem non habere locum, quando obligatur persona ad aliquod seruitium: quia requiritur saltem titulus putatiuus per lapsum longi temporis: do. Abb. dicto cap.de quarta.ix.colum.uer.limita tertiò. Item limita communem opin.non habere locum, quando præscribitur contra ecclesiam: quia licet non requiratur titulus, requiritur tamen tempus xl.anno. Ita dom.Abb.dicto cap.de quarta.ix. colum.uersic. quartò limita. Adde, quòd cum ista opin. do.Abb.transiuit Felin. dicto cap.de quarta.uersic.quomodo autem per præscriptionem. nume.40. colum.205. Adde etiam, quòd in quantum do.Abb. dicit, quod quando præscribitur contra ecclesiam, non requiritur titulus, sed tantum tempus xl. anno. Bald.tamen l.seruitutes. la grande, ff. de seruit.tenuit contrarium: uidelicet quòd quando priuatus uult præscribere seruitutem contra ecclesiam, oportet, quòd alleget titulū: & sic uult, quòd non poßit præscribi, uel acquiri seruitus contra ecclesiam, nisi doceatur de titulo, etiamsi allegaretur præscriptio xl. an. quæ est sufficiens contra ecclesiam, ut d.c.de quarta.Et illam opi.Bal.d.l.seruitutes.sequuntur omnes ibi: & fuit obtentum aliàs in facto.Et hoc no.quia sæpius in practica: & uide ibi additionem ad Fel.uer.& circa limitationes datas.Ibidem,nu.41.

¶ Seruus, qui reputabatur liber, si efficiatur iudex ordinarius, uel delegatus, an sententia ab eo lata teneat? Vide, quæ posui in litera D.§.delegatus seruus.

¶ SI: ista dictio facit conditionem.Bart.l.testamentum. C. de insti. & substi.j.colum. Et de hoc est casus.l.si mihi & Titio.in prin.ff. quando di.leg.ce. Vide Felin.c.ex parte.de rescri.uer.scias etiam, quòd aliquando in literis Papæ.nu.10.col.383.

¶ Sigillum episcopi, aut alterius principis, si conceditur per ipsos principes alicui honestæ personæ, poterit sigillare omnia, quæ pertinent ad ipsum principem, uel episcopum: do.Abb.c.ij.de fi. instru.ult. col.uer.uenio ad quartam.Adde ibi Fel.uersic. secunda conclusio ualet.nu.37.col.901.

sigillum appositum in priuilegio, uel in instrumento non confecto manu publica, si est fractum, inducit præsumptionem maximam falsitatis contra ipsum instrumentum, uel priuilegium: dom. Abb. capitu. inter dilectos. de fi. instrum. vj. colum. uersic.& ex hoc. Adde ibi Felin. uersi. item corruptio sigilli.num.5. col.922.

sigillo alieno potest quis sigillare: & hoc, si proprium non habet: dom. Abb.cap.ij.de fide instrum.ix.colum.uer.nunc uenio ad secundum principale. ubi etiam Innoc. & alij. intellige hoc, dum modò exprimat, se alieno sigillo sigillare.Vide Felin.d.c.ij.uersic. prima conclusio: potest quis.num.34.col. 901. Adde & limita istam communem opin. non habere locum in magnis rebus, aut in contractibus: quia necesse est sigillare proprio sigillo. Felin. dicto cap.ij.uersi. secundò intellige.num.35.Ibidem.Item limita, quòd uerum est, quòd quis potest sigillare alieno sigillo, dum modò de uoluntate illius, cuius est: alias non: & hoc debet exprimere. Bald.d.c.ij.& ibi Ant.de But.ubi Felin.uer.tertiò intellige. Ibidem,nu.36.

sigillis non creditur: & hoc, quando nomina illorum, quorū nomine sigillata sunt, penitus sunt ignota: gl.c.j.lxxxix.dist. Si autem habetur aliqua cognitio sigillorum, uel sigillantium, & nō agitur de alterius præiudicio speciali, creditur sigillis, dū modò sint quinq;: do.Abb.c.quod super.de fi.instru.ij.col.uersi.gloss.iij. Aut agitur de præiudicio tertij, & non creditur: do.Abb. loco præalleg. & ibi Io.An.Adde Fel.d.c.quod super his.uer.in glo.in uerbo, ignota.nu.7.col.933.

¶ Signum notarij requiritur in instrumentis: dom.Abb.c.j.de fi.instru.iij.col.uer.dicit tamen.Adde Fel.uer.item requiritur signum notarij.nu.13.col.884.

signa alterius si quis usurpauerit, qua pœna puniatur? Vide Bar.in tractatu De insignijs. Bal.l.j.C.quæ res uen.Io.de An.c.accedens. de crimi.fal. Ant.de But.c.cùm dilectus.de exces.præla.Adde Fel. c.tertio loco. de proba.in prin. nu.1.col.414.Et idem dic de sigillo, ut ibi per eum.

¶ Silentium impositum per iudicem parti, ut non poßit agi ultra talem terminum in causa matrimoniali, nō ualet: quia semper potest agi. Fel. c.accepimus.de fi.instru.uer.& idem, si esset grauamen.nu.8.col.915.

silentium potest imponi per iudicem parti: putà, quòd non poßit accusare ultra talem terminum: uel etiam, quòd non poßit impugnare rescriptum, uel instrumentum: de quo uide Bar.l.Titia.circa fi ff.de accu. Adde Felin.c.accepimus.de fi.inst.uerbo, in text. ibi, si uerò.nu.6.col. 914. Vtrùm requiratur bina monitio? uide per Felin. loco præallegato, colu.ut suprà. Adde, an istud habet locum in damnum ecclesiæ? Vide Felin.d cap. accepimus.uer.sed istud declara.num.7.col.præalle. & seq.Vbi ponit, quòd si prælatus cum conuentu distulit comparêre, quòd silentium non nocebit.Item ubi grauamen, uel ubi continua læsio, non nocebit silentium. Fel.d.c.accepimus.uer.& idem, si esset grauamen. nume.8. col.915.

¶ Simile: similia sunt illa, quæ sunt idē in qualitate. Bal.in addi.Spe. tit.de dispu.& allega.§.similia.& l.j.in fi.C.quæ sit long.consue. Fel.c.translato.de consti.x.uer.in glo.col.84. Adde Bart.l. quod Nerua. in uer.oppo.ff. deposi. ubi quærit, quæ dicantur similia, ponendo exemplum de lata culpa.

simile an sit idem? Ponit Fel.c.capitulum.de rescri.uer.nullum simile.nu. 4.col.859.

similia: de similib.ad similia procedendū est: de quo uide do.Abb.c. translato.de consti.j.col.uer.nam quotidie allegatur tex. Vide etiam Fel.d.c.translato.uer. et quæ dicantur similia.nu.11.col.84. Adde & amplia regulā istam: quia habet locū etiā in pœ.Ita Fel. c.translato.uer.& ampliatur ista.nu.& colum.præd. Fallit tamē in aliquib. casibus enumeratis per Fel.d.c.translato. uer. sunt tamen certi casus.nu.12.col.85.Item not.arg.à simili, quando est aliquis casus, in quo lex, seu constitutio trahitur ad præterita.Fel.d. c.translato.uer. item non arguitur à simili.nu.& col.præallegat. Item si diceretur in statuto, quòd statuta intelligantur ad literam, prout iacent: quia non fit extensio ad similia. Felin.d.c.translato.uer.

to.uer.prædicto, col.ut suprà.Item si constitutio læderet ius naturale in aliqua parte, non proceditur de similibus ad similia.Fel.c. translato.uer.idem, si statutum læderet.nu.& col.prædictis.Item, si constitutio imponeret pœnam priuationis, non proceditur à simili: quia illa non imponitur, nisi ubi lex expreßè hoc dicit.Fel.d. c.translato.uer.prædicto, & col.

¶ Simonia an cadat in Papam? Vide, quæ posui in litera P.§. Papa an poßit inuolui in crimine simoniæ.

simonia committitur in iure patronatus, utputà si patronus pro præsentatione, quam facit de certo clerico ad episcopum, si ab ipso clerico habuit aliquid pro præsentatione facienda, committit simoniam ille clericus.Casus est c.ueniens.el j.de testi.& ibi do.Ab. ij.not.Adde Felin.d.c.ueniens.in prin.colum.613.& c.iij.de iudi. nu.2.col.25.

simonia non solùm committitur in dando, sed etiam in remittendo: utputà, quis mihi debet xx. remitto illa xx.si faciat mihi collationem de tali beneficio, remittendo committo simoniam: quia remittere est dare: de quo uide Fel.latè c.ueniens.de testi.uer.no.tertiò.nu.2.col.præalleg.

simonia committitur in acquisitione hospitalis, si fit interuentu pecuniæ, sicut fit in acquisitione ecclesiæ: de quo uide.quæ posui in litera H.§.hospitalis acquisitio.

simonia cōmissa in ordine, quis poßit dispensare? Vide, quæ posui in litera E.§.episcopus, & sic inferior à Papa, posset dispensare.

simonia cōmissa in beneficio curato, seu dignitate, uel simplici, quis disponat? Vide, quæ posui in litera E.§.episcopus, & sic inferior.

simonia an sit committenda in sacramentorum necessarijs? Vide dom. Abb. cap.dilectus.de simo.el ij.uersi.gloss.j.& ibi Fel.num. 2.col.993.

simonia quando committatur aliquid dando? Felin.c.ex tuæ.de simo. nu.3.col.980.

simonia non solùm committitur in beneficio spirituali obtinendo, sed etiam in qualibet administratione rerum ecclesiæ: de quo uide Felin. capitu. consulere.de simo.ibi, tertiò not. nume.1. colum. 1022.

simonia committitur pro ingressu monasterij: & hoc, si pro tali ingressu promittitur aliquid, utputà si pater, dum uiueret, uel moriens in testamēto diceret, Relinquo tali monasterio, putà cētum, si receperit filiam meam in monacham: Ita glo.c.non satis.de simo. Et ibi dom.Abb.qui dicit, quòd si pater, uel alius ingrediens monasterium deducit hoc in pactum, quòd diceret, dabo centum, si recipiatis me in monachum, uel monacham, quòd simonia est: sed si pater puellæ, uel ipse ingrediens purè pro deuotione offerat monasterio, tunc non committitur simonia. Item dicit, q. si monasterium non habet, unde uiuat, ut quia facultates non sunt, moniales poterunt dicere intrare uolenti, Amice ducas tecum, quia non sunt hic, facultates. Et idem tenet Fel.d.c.non satis.in prin.num.1. colum.962.& inde. Adde tu ad dilucidationem istius dubij, quòd Bar.l.ij.C.de insti.& substi.tenet, quòd dicere, Relinquo monasterio centum, si receperit filiam meam in monacham, quòd talis cōditio est turpis, & reijcitur, & legatū remanet purum: et sic Bar. reputat illam conditionem turpem: quia inuitare monasterium ad recipiendū, est simonia: ut per eum d.l.ij.& glo.d.c.non satis. Sed aduerte: quia ipsemet Bart.tenuit contrarium l.Titio centum.§.j. ff.de condi.& demon.scilicet quòd monasterium non debet habere relictum: quia tale relictum est nullum: nam, secundum eum, nō est uerum, q. illa conditio, Si monasterium acceperit talem in monacham, sit turpis: imo continet quid honestum. Vnde quoties cōditio est honesta, sed ad illā inuitari spe lucri, est turpe & inhonestum, tunc legatum, uel institutio est nulla, l.illæ. et quod ibi no.ff. de hære.inst.Sed ita in proposito nostro. Et ideo, secundum eum, cautela est, quòd relinquatur monasterio pro alimentis illius monachæ: nam tunc dispositio facta pro tali causa, bene ualet, si reditus monasterij non sunt sufficientes.Et istud uult glo.d.c.non satis.& ibi do.Abb.& alij. Et hæc opin.est uera, & magis communis.Vide do.Alex.d.l.ij.C.de inst.& substi.in fi.Et adde, quòd pater isto casu posset alienare bona iacentia sub fideicommisso pro filia, quam uult ponere in monasterio, si monasterium non habet reditus sufficientes ad alimenta. Bart.authen.res, quæ.C. commu. de leg.

simonia commissa in rebus, in quibus ius diuinum adhæret, & in rebus merè positiuis, qualiter aboletur per pœnitentiam. Fel.de simo.c.mandato.nu.9.col.1040.

simonia in spiritualibus non inducit expreßionem illius, quod inest: putà, renunciatum est uni beneficio cum pacto, ut habeatur aliud. Vide Felin.c.ad audientiam.el ij.de rescri.uersi.exprimere, quod inest.nu.8.col. 892.

simonia causatur ex sola promißione. Fel.c.nobis. de simo.nume.2. col.990.

simonia est crimen publicum: ideo auditur quilibet de populo.Vide, quæ posui in litera E.§.ecclesia si offenditur.

¶ Simoniacus non dicitur intrusus. Felin.c.in nostra.de resc.uer.sed declara, ut latiùs.nu.13.col.919.

simoniacus potest puniri per iudicem secularem. Vide, quæ posui in ista materia in litera I.§.iudex secularis potest punire.

simoniacus non dicitur intrusus. Fel.c.in nostra.de rescr.uer.sed declara, ut latiùs.nu.13.col.919.

simoniacus in ordine, si est secretus, an audiens diuina ab eo sic peccat? Vide Felin.c.accusatum.de simo.uersi.circa primum.colum. 961.

simoniacus est infamis infamia iuris: gl.ij.c.j.de testib.in vj. An uerò sit infamis ipso iure, an uerò requiratur sententia? dom. Abb.c.ex diligenti.ij.col.uer.puto.dicit, quòd est infamis per sententiam: sed Fel.ibi uidetur tenere contrarium.

simoniacus, qui fuit prouisus à Papa, an contra eum poßit inquirere ordinarius? Vide, quæ posui in litera O. §. ordinarius potest inquirere.

simoniacus, qui commisit simoniam cum Papa, an sit tutus, quo ad Deum? et, utrùm uitium simoniæ purgatur per authoritatem Papæ? gl.c.ex parte.el j.de offi.dele.tenet, q. sic: et hoc in simoniacis, quia prohibita: secus, in prohibitis, quia simoniaca, ut in sacramentis. Arch. & Dom.de san. Gemi.c.j.xij.dist. Io. de Ana.c.j.de simo.Sed do.Abb.tenet contrarium c.extirpandæ.§.quia uerò.de præben.in fi.in repe.ubi dicit, q. licet Papa non ligatur in aliquibus, tamen ligatur, qui deliquit cum eo.Vide Fel.c.de cætero.de re iudi.uersi.de simonia uerò commissa.nu.18.col. 421.

simoniacus in ordine recipiendo est suspensus, non solùm ab illo ordine simoniacè recepto, sed etiam ab omnibus alijs ritè receptis. Fel.de simo.c.per tuas.nu.2.col.1016.

simoniaci dicuntur hæretici. Fel.in rub.de simo.quem uideas omnino, quia multa ponit ibi circa hoc, in prin.col.959.

¶ Singulares de collegio habentes rem cōmunem, ut singuli, an poßint uti re communi, aut super illa disponere? Vide, quæ posui in litera R.§.res communis.

¶ Singuli de collegio an possunt esse testes in causa collegij? Vide, quæ posui in litera T.§.testes: & sic illi, qui sunt de uniuersitate.

singuli de uniuersitate an poßint esse testes in causa uniuersitatis? Vide, quæ posui in litera T.§.testes: & sic illi, qui sunt.

¶ SOCIETAS mala facit aliquem suspectum. Felin.c.nulli.de accus.nu.1.col.762.

¶ Socius an poßit testificari pro socio? Vide dom.Abb.c.insuper.de testi.ult.col.uer.dubitatur etiam. Vide ibi Ant.de But. Inn.c.iij.de testi. Ange.l.si duo rei.ff.si quis cau. Adde Fel.d.c.insuper.uersic. quintò quæritur.numer.14.colum.597. ubi dicit, quòd si est socius omnium bonorum, non potest testificari pro socio: secus, si est socius in parte.Et idem tenet do. Abb.d.c.insuper.loco præallegato.

socius criminis an poßit testificari contra sociū eiusdem criminis? & utrùm testimoniū socij in crimine admittatur? Vide gl. c.ueniens. el j.de testi.uerbo, cōfeßio.& ibi Bal.l.dictantibus.C.de testi.Vide Lu.Ro.sing.suis: Cy.l.fi. C.de quæst.dom.Abb.c.j.de confes.ij.col. uerb.soluit glo.ij.& ibi Ant.de But. Vide Fel.d.c.ueniens.uer.gl. in uer.confeßio.nu.18.col.620.

socius criminis non est admittendus ad testificandum: tamen si admittitur, facit aliqualem præsumptionem. Barto.l.maritus. ff. de quæstio.Felin.c.suborta.de re iud.uersi.fallit quintò in casu.num. 18.col. 618.

¶ Solennitas, quæ requiritur in aliquo actu, si est commissa, non reddit actum nullū ipso iure, sed ope exceptionis, etiā si lex dicat, Nō ualeat actus omissa solennitate.Ita Bart.l.uniuersa.C. de precibus impe.

impe.offe. & idem tenet Bal.l.non dubium.pe.col.C.de legi. Ad de Fel.c.quoniam frequenter. aliàs est §. nu.3. ut lit.non contest. uersi.tu uerò attende.col.546.

solennitas extrinseca an præsumitur, utputà quòd publicata sit sententia, uel quòd instrumentum sit exemplatum authoritate iudicis parte citata. Hosti.Io.An.Bal.Anto.de But. & Imo. c. Albericus.de testib. dicunt, quòd solennitas extrinseca non præsumitur interuenisse, nisi lapsum sit longum tempus: quia isto casu præsumitur interuenisse: & hoc maximè habet locum propter difficultatem probandi. Et uide gloss.l.ij.ff.de fi.instru. ubi dicit, quòd si una pars producit instrumentum ab originali iam diu, licet non appareat de citatione partis, tamen præsumitur, quòd pars fuerit citata. Et uide Ange. l.sciendum. de uer.obli. qui idem tenet: & uide Barto.l.qui in aliena.§.j.ff. de acqui.hæ.uer.quæro, quid. & uide bonum text.c.peruenit.cum gloss.fin.de emp. & uen. & ibi dom.Abb.ij.colum.uer. secunda sol. ubi expreßè dicit no. gloss. quòd excursu magni temporis præsumitur solennitas extrinseca. Idem tenet Bald. l. si filius.C.de pe.hære. ubi ponit de clerico, qui non habet titulum: quia præsumitur ex cursu magni temporis: de quo uide Imo.c.ex frequentibus. de insti. & Pet.de Anch. regula j. de reg. iu. lib.vj. Ioan. de An.c. licet Heli. de simo.xciiij. colum. & uide ad plenum Felin.d.c. Albericus.de testi.uer.item in quantum dicit hic solenniter.num.3.col.795. Adde, quòd contra istam communionem opi.tenuit do.Car. & do.Abb.d.c.Albericus.iij.col.uer. quæro.ubi dicunt, quòd ista solennitas non præsumitur interuenisse, etiam ex cursu longißimi temporis: quia est solennitas, quæ debet præcedere, quæ non potest interuenire in publicatione: & allegant isti glo.l.unica,C. de fid.instru. & iure hastæ fisc.lib.x. Adde tu pro conclusione, si factum est recens, & in instrumento publicationis solennitas nõ exprimitur, tunc præsumitur solennitatem non interuenisse, l.quæcunq;.§.interdum.ff. de publica. secus, si solennitas est expressa in facto recenti, quia præsumitur interuenisse. Bal.l.ex his.ij.col.C.de test.mili. Si uerò factum est antiquum, & solennitas non est expressa, tunc præsumitur solennitas interuenisse p rationes superiùs dictas. Et ista est cõmunis opi.reprobata opi.do.Car. & do.Ab. Et idem tenuit Fel. d.c. Albericus.uer. sed quantũ ad propositum.ibi, nu.4.col.796. Adde tu, q; solennitas extrinseca non præsumitur ex cursu temporis longißimi, ubi cadit possessio, uel quasi: aliàs sic. Casus est c.ea noscitur.de his, quæ fi.à præla.sine consen. Et sentit Ioan. An.d.c. Albericus. Et hoc modo intelligas Bar. & alios, d.l.qui in aliena. §.j. & Ange.l.filius.C.de pe.hære. Adde, quando dicatur longum tempus? Docto.d.c. Albericus.dicunt decennium. Tu dic, quòd quãdo agitur de graui præiudicio alterius, oportet, q; sint decursi triginta anni. Imo.d.c.peruenit.de emp. & uen. Felin.d.c. Albericus.uer.est autem longum tempus.nu.5.col.797.

solennitas requisita à iure canonico in alienationibus rerum ecclesiasticarũ, non potest diminui per consuetudinem: do.Ab.c.cùm causa.de re iud.vj.col.uer. no.bene hanc glo. Idem tenet ibi Io. And. Et est text.c.quæ in ecclesiarum.de consti. Vide etiam do.Abb.c. nulli.de re.eccle.non alie. Et ista est communis opi. Vide Felin.d.c. cùm causa.uer.cæterùm in quantum prædicti ponunt.num.11.col. 439. Adde, quòd ista cõmunis opi.fallit in multis casibus: & primò, ubi esset consuetudo tanti temporis, cuius initij non esset memoria: do.Car.cle.ij.de reb.non alie.iiij.col.uer.octauò quæro. Et hoc intelligas, nisi lex expreßè reprobaret omnem consuetudinẽ. Ita do.Card.d.cle.ij.in fi. Vide Fel.d.c.cùm causa.uersi.fallit primò.nu.12.col.ut 5. Item fallit ista communis opinio, ubi esset consuetudo, quòd prælatus inferior ab episcopo, possit alienare sine consensu capituli: quia ualet talis consuetudo. Cal. consi.suo in tit. de consue. Et idem tenet Inno.c.nulli.de reb.eccle.non alie. Contrarium tenuit ibi Hosti.in summa, eod.tit.§.iij.uersi.in rebus. & Arch.c.in uenditionibus.xvij.q.iiij. Vide Fel.d.c.cùm causa.uersi. fallit secundò, num.13.colum.440. Item fallit ista communis opi. quando consuetudo permitteret, quòd prælatus solus possit infeudare bona consueta dari in feudum: quia ualet. Lud.Ro.consi.suo lxx. Felin.d.c.cùm causa.uersi.fallit tertiò.Ibidem.num.14. Et dicit ibi Felin.uersi. prædicto, quòd isto casu solus prælatus potest concedere in feudum rem ecclesiæ consuetam infeudari sine solennitate & absq; consuetudine. Adde, quòd pro ista opinione Felin.est Barto.in terminis, l.pater filium.§.quindecim.ff.de leg. iij. ubi dicit, quòd res semel alienata, uel data in emphyteusim, dicitur facta alienabilis. Adde tamẽ, quòd quando res data in emphyteusim, est reuersa, & declarata per prælatum, quòd sit incorporata ad mensam episcopi, uel prælati, quòd tunc non possit alienari. Barto.l.si uacantia.C.de bo.uac.lib.x. & Ioan.de Imol. c.ut super.de rebus eccle. non alie. Item fallit ista communis opin. quia consuetudo potest inducere, quòd bona ecclesiæ possint concedi in emphyteusim, etiam pro heredibus extraneis. Paul. de Cast.l.etiam.ff.fol.ma.j.colum.uerbo, hoc uerum. Felin.dicto cap. cùm causa. uersi. fallit quartò. nume.16.colum.eadem. Item fallit ista communis opin. ubi consuetudo episcopalis curiæ præscripsisset certum modum in alienationibus fiendis. Bald.l.fin.§.necessitatem. C. de bo.quæ lib.vij.colum.uer.tu considera. De quo uide Felin.c.cùm causa.uersi. fallit quintò, num.17. colum.440. Item fallit ista communis opi. ubi consuetudo induceret non super iure disponente in alienatione fienda de rebus ecclesiæ: sed super forma, siue modo obseruandi: quia ualet talis consuetudo. Bald.authen. hoc ius.C.de sac.sanct.eccle.iiij. colum. Vide Felin. dicto cap.cùm causa.uersi. fallit sextò, nisi.ibidem, nume.18. Item fallit ista communis opin. quia consuetudo potest facere aliquid alienabile in bonis ecclesiasticis, quod aliàs non erat. Et hoc uerum, quando ista consuetudo ad minus esset inducta spatio xl.anno. Vide Felin.d.cap.cùm causa.uersi.fallit septimò.ibi, nume.19. colum.441. Item fallit ista communis opi. ubi consuetudo disponeret, quòd episcopus, uel alius prælatus pro reparatiõe diciuius ecclesiæ alienaret bona ecclesiæ: quia ualeret talis alienatio non requisito capitulo. Ant. de But.c.ea noscitur.de his, quæ fi.à præla.ij.colum.uer. sed quæro. Felin.d.c.cùm causa.uer. fallit octauò, nisi fieret.nu.20.col. prædicta. Item fallit ista communis opi. ubi consuetudo induceret, ut solennitates requisitæ in alienat ionibus rerum ecclesiasticarũ non requirerentur: & sic prælatus possit alienare non seruatis solennitatibus requisitis: & maximè hoc habet locum in solennitatibus leuibus. Felin.c.cùm causa.de re iud. uer.fallit nonò, nisi. Ibidem, nu.21. Item fallit ista communis opin. ubi consuetudo induceret, ut in alienatione rerum ecclesiasticarum talis solennitas non requiratur. Fel.d.c.cùm causa. uer.fallit decimò.nu.22.col.442. Item fallit ista communis opi. ubi consuetudo adderet aliquid solennitatibus requisitis in alienatione rerum ecclesiasticarum, non autem diminueret: quia ualeret talis cõsuetudo. Sal.d.authẽ.hoc ius.in prin. Vide Fel.d.c. cùm causa.uer. fallit undecimò.nu.23.col.ut 5. Item fallit ista cõmunis opinio, ubi consuetudo approbaret alienationem factam non solenniter: & hoc, quando pretium est uersum in utilitatem ecclesiæ: quia tunc ualet talis alienatio. Ita glo.ij.c.cùm causa. Est uerum, quòd dom. Abb.ibi reprobat istam glo.in fi. Vide Fel.d.c.cùm causa.uer. fallit duodecimò & ultimò. nu.24.col.ead.

solennitas extrinseca an præsumatur interuenisse in actu: & hoc, quando actus probatur per instrumentum? do.Abb.c.sicut.de re iud.vj. col.uer.exemplũ de solennitate extrinseca.dicit, q; solennitas extrinseca regulariter non præsumitur: et alleg.l. quicunq;.ff. de publica. Et idẽ expreßè tenet ibi Ang. Et idem tenet Fel.d.c.sicut.uer. extrinseca solennitas.nu.26.col.538. & seq. Adde, q; ista regula fallit, ubi in instrumento fit mentio de solennitate extrinseca: & est poßibile, q; talis solennitas potuit interuenire tempore confecti instrumenti: quia statur tunc instrumento sic asserenti. Ita do.Ab.d.c.sicut.vj.col.uer.his præmißis, & ibi ponit exemplum. Inn.c.quoniã contra.de probat. An.de Bu. & Imo.c.in præsentia. de renun.pe.col.do.Car.d.c.Albericus.de testi.ij.col. Vide Fel.d.c. sicut.uer.fallit primò dicta regula.num.27.colum.539. ubi ponit multa exempla ad hoc. Per quæ probatur, q; solennitas extrinseca præsumitur interuenisse, quando in instrumento fit mentio de tali solennitate. Item fallit ista regula, quãdo nihil fuit allegatũ per partem aduersam contra solennitatem extrinsecam: quia pro ea præsumitur: dom. Alexan.l.sciendum.ff.de uer.ob. Imo.c.cùm dilectus. de consue.vj. col. & cap. in præsentia. de renun.ultima colum. Felin.d.c.sicut.uersi. fallit secundò dicta regula. nume.28. col.541. Item fallit ista regula, quando actus est factus iam longo tempore: quia præsumitur pro solennitate extrinseca, quòd præcesserit. Ange.d.l.sciendum. Bar.l.qui in aliena. ff. de acquir. hæ. ubi

hæ.ubi Ange. & Imol. Ideo præsumitur pro clerico, quòd rectè sit institutus, quando diuturno tempore tenuit ecclesiam: dom. Abb.c. illud. de præsump. ubi etiam Hosti. do. Card. & alij. Vide Felin. d.c. sicut.uersi. fallit tertiò propter temporis diuturnitatem. num. 29. colum. 542. Item fallit ista regula in actu modici præiudicij, facto à uiro bono & docto: quia præsumitur pro solennitate extrinseca. Innoc.c.j. de cle. pereg. Felin. d.c. sicut. de re iud. uer. fallit quartò dicta regula in actu modici. num. 34. colum. 548. Item fallit ista regula in actu, qui fit cum pecunijs: quia præsumitur factus ab eo, cuius interest. Bart. l. cùm seruus. ff. de uerb. ob. Felin. d. capitu. sicut. uersi. fallit quintò in actu, qui fit cum expensa. nume. 35. Ibidem. Item fallit ista regula in solennitate extrinseca, quæ communiter & ut plurimùm solet interuenire in actu: quia pro ea præsumitur, quòd interuenerit, etiamsi aliter non appareat. Ioan. And. in Spe. titu. de em. & uendi. §. j. uersi. nunc formam. Old. consilio suo ccxvij. incip. Super eo. Felin. dicto capitu. sicut. uersic. fallit sextò in solennitate. num. 36. col. præalleg.

solennitas intrinseca regulariter præsumitur interuenisse in actu: & hoc, quando actus probatur per instrumentum: dom. Abb.c. sicut. de re iud. vj. colum. uer. intrinseca uerò. Bart. ubi gloss. l. sciendum. ff. de uerb. ob. Felin. d.c. sicut. uersi. intrinseca solennitas. num. 37. colum. 549. Adde, quòd ista regula fallit, ubi lex uult, quòd ista solennitas extrinseca probetur: quia non præsumitur tunc: dom. Abb. d.c. sicut. viij. colum. uersi. an autem. Felin. uersic. fallit primò, secundum But. ibidem. num. 38. Item fallit ista regula, ubi ius præcipit interuenire scripturam: quia tunc non præsumitur pro solennitate, ea deficiente: ratio est, quia uidetur, quòd ius præcipiat, quòd per eam solennitas probetur: dom. Abb. dicto cap. sicut. viij. colum. uersic. item ubi ius. Felin. ibi. uersi. fallit secundò, ubi ius. num. 39. col. ut antè. Item fallit ista regula, quando actus probatur per testes: quia si ipsi testes non dicunt expreßè de solennitate intrinseca, tunc non præsumitur pro ea: quia regula, quæ dicit, q; solennitas intrinseca præsumitur, solùm dicit, quãdo actus probatur per instrumentum: secus, si per testes. Bart. l. j. C. de usu. & ibi alij. Felin. latè d.c. sicut. uer. fallit tertiò, quando actus. Ibidem. nu. 40. Item fallit ista regula, quando agitur de solennitate extrinseca materiali, ut est pretium: quia illud non præsumitur interuenisse, nisi expreßè appareat. Cy. l. j. C. de contrahen. emp. Bar. d. l. sciendum. Fel. d.c. licet. uer. fallit quartò & ultimò. nu. 41. colum. 550.

solennitas iudiciorum partes tollere possunt: sed ille non erit iudex, sed arbiter: & sententia non meretur uocari. Vide per Felin. cap. de causis. de offic. deleg. uersi. prima conclusio sit. num. 6. colum. 1044.

solennitates iuris an possunt remitti per partes tacitè, uel expreßè. Vide, quæ posui in litera L. §. libellus an poßit omitti.

¶ Solicitator causæ an poßit esse testis in illa causa? Ponunt do.m.de Rot. deci. cxlix. Item, quòd solicitator. in nouißimis. Adde Felin. cap. cùm à nobis. de testi. uersic. de solicitatore autem. nume. 15. colum. 710.

¶ Solidus quid sit? & quot solidi faciunt unam libram? Ponit Felin. cap. conquerente. de offic. ordi. in prin. num. 1. colum. 1279. Adde tu ultra allegata ibi per Felin. quòd etiam gloss. tangit quæstionem istam l. fi. ff. de in ius uo. Ex qua habes ex prima parte ipsius gloss. quòd solidus & aureus idem important in iure: quam gloss. ibi Barto. sequitur. Adde, quòd septuagintaduo aurei faciunt unam libram auri: & in hoc ultra ibi alleg. per Felin. uide gloss. §. nos autem. insti. de Attil. tu. & §. fin. insti. de pœna te. liti. & cap. ij. in gloss. fi. ubi Doct. de male. & capitu. fin. ubi Doct. de deci. Hodie autem aurei, quibus utimur, putà Veneti, sunt minoris ponderis, & ducatus non est, nisi octaua pars unciæ, secundum Bart. l. quoties. C. de suscep. & arca. lib. x. dom. Abb. dicto capitu. conquerente. & cap. nulli. de iudi. Quæ sit utilitas hoc scire, ponit Felin. ibi, dicto capitu. conquerente. colum. ut suprà, quem poteris uidere & notare: quia aliquando ista habetis de facto. Adde, quòd libra argenti ualet x. an secundum Alber. d.l. fin. ff. de in ius uoc. Ponit etiam Ioan. Fab. d. §. nos autem. Insti. de Atti. tuto.

¶ Solummodò, Tantummodo, Tantùm: hæ dictiones quid importent? Fel. de fi. instr. c. contingit. num. 3. colum. 918.

¶ Soluens ecclesiæ, putà x. ex consuetudine: ista est causa sufficiens ad inducendam obligationem, adeo quòd ille obligatur in posterum ecclesiæ ad præstandum: de quo est tex. c. ueniens. el j. de testi. & text. c. ad Apostolicam. de simo. Per quos text. limitabis Barto. l. cùm de in rem uerso. ff. de usu. & do. Abb. c. peruenit. de censi. ubi isti dicunt, quòd quis non obligatur ad solutionem census ex longa præstatione, nisi adsit titulus: aut tantum tempus, de cuius initio non sit memoria in contrarium: quia hoc limitatur, quando est solutum ecclesiæ ex consuetudine. Vide dom. Abb. d. cap. ueniens. iiij. not. Et adde Felin. ibi, uersi. no. quartò. ibi, consueuerant. nu. 3. col. 614.

soluens debitum ignoranter, quod erat extinctum per præscriptionem, potest illud repetere: quia dicitur soluere in debitum, ex quo soluens erat tutus præscriptione. Ita do. Abb. c. ad aures. de præsc. j. col. uer. no. ultimò. & tenet Bar. l. si. ff. rem ra. hab. & ratio est, quia obligatio naturalis, quæ remansit apud creditorem, est imefficax. Bart. d. l. fi. Vide Fel. d.c. ad aures. uer. dum dicit Abb. tutum præscriptione. nu. 4. col. 216. Adde, quæ dixi, q; remanet obligatio naturalis apud creditorem post præscriptionem: dic, q; hoc uerum est in contractibus: secus est in criminibus: quia in ipsis præscriptio ipso iure perimit obligationem, l. sed si unus. ff. de miur. Et dic, q; idem est, si statutum tollit obligationem naturalem: quia in totũ extinguitur. Bal. l. bene à Zenone. ubi Ang. C. de qua. præscr. Bald. c. ecclesia sanctæ Mariæ. de consti. in fi. Adde Fel. c. ad aures. uer. limita tamen per Bar. nu. 5. col. 217.

¶ Solus de uniuersitate quando poßit impedire ipsam uniuersitatem, ne faciat aliquid? Vide, quæ posui in litera A. §. actus ne fortiatur effectum.

¶ Solutio brauiorum cereorum an inducat, seu arguat subiectionẽ? Fel. de re iud. c. cùm Bertoldus. nu. 27. col. 576.

solutio census pro certa re, tanquam emphyteutica, an faciat eã præsumi esse talem. Fel. ibidem. nu. 28. col. 577.

solutio debiti an præsumatur facta, ex quo instrumentum debiti reperitur cancellatum apud debitorem? Vide, quæ posui in litera I. §. instrumentum debiti repertum.

¶ Sors: an sorte lis poßit dirimi, etiamsi causa sit prophana? Ponit Fel. c. capitulum. de præsc. num. 21. uer. sed an sortibus. colu. 882. Adde tu Bart. l. si quis duobus. C. commu. de leg. Bar. l. huiusmodi. in fin. ff. de leg. j.

sors: an in beneficialib. sit locus sorti? Vide per Fel. d.c. capitulum. de rescri. uersi. sed an de sortibus. nu. 21. col. 882.

sorte an poßit dirimi Papatus: putà, est quæstio inter duos contendentes de Papatu? Ponit Fel. c. capitulum. de resc. uer. alleg. col. 883.

sorte lis an sit dirimenda. Ioan. And. posuit c. licet. de proba. ibi uide do. Abb. col. xiiij. uer. tertia opin. ubi dicit, quòd si utraq; pars cõcordat, ut lis sorte dirimatur, quòd potest dirimi: si pars una dissentit, quòd non est dirimenda sorte: Bar. l. si duo. ff. uti pos. dicit, quòd nunquam res sorte dirimitur, nisi quando dubium est in iure. Bald. dicit, quòd res non dirimitur sorte, nisi in casibus à iure expreßis. Eum uide l. meminimus. C. quando & quibus quar. pars deb. lib. x. Adde Felin. d.c. licet. uer. gloss. in uerbo, uti poßidetis. nu. 44. col. 503.

¶ SPIRITVALES pœnæ: an cõtra illas currat præscriptio? Vide, quæ posui in litera P. §. præscriptio non currit contra pœnas spirituales.

¶ Spiritualia an laici præscribere poßint? Vide, quæ posui in litera L. §. laici an poßint acquirere.

¶ Spolians si agit possessorio, suspenso petitorio, & contra ipsum lata est sententia in possessorio, si uult redire ad petitoriũ, non auditur, nisi priùs reficiat expensas, & restituat rem cum fructibus: dom. Abb. c. significauerunt. de testib. ij. col. uer. & uide no. Adde Felin. ibi, uer. & istis adde do. de Ro. nu. 8. col. 743. Et uide multa bona, quæ posui in materia ista in litera A. in duobus §§. scilicet §. actor, qui fuit spoliatus. & §. actor spoliatus. quia uidebis omnia ibi, quæ possunt dici in difficultate ista.

¶ Spoliatio omnium bonorum facta à tertio, habet locũ in iudicio, quando agitur criminaliter contra spoliatum. Tex. c. frequens. de resti. spol. in vj. dom. Abb. cap. accedens. el ij. ut lit. non contest. ij. colum. uersi. & ex prædictis. Adde Felin. dicto cap. accedens in prin. nu. 1. colum. 333. qui ampliat illum text. dicto cap. frequens.

quòd

quòd hoc est uerum, quando à spoliato excipitur contra tertium non spoliantem: secus autem, quando excipitur contra spoliantẽ, uel eius consanguineum, uel amicum: quia tunc sufficit spoliatio rei particularis, ex quo uerisimiliter orta est inimicitia capitalis. Adde, q, idem tenet do. Abb. loco præalleg.

¶ Spoliatus si agit possessorio, suspenso petitorio, & pro eo habuit sententiam in possessorio, debet habere executionem sententiæ respectu fructuum, etiamsi contra eum lata sit sententia in petitorio: &, an cum bona conscientia poßit retinere istos fructus, ex quo contra ipsum lata sit sententia in peritorio, uide, quæ posui in litera A. §. actor, qui fuit spoliatus.

spoliatus, qui habuit sententiam contra se in possessorio, si uult redire ad petitorium, an debet reficere expensas, antè quàm audiatur? Vide, quæ posui in litera A. §. actor spoliatus si agit possessorio.

spoliatus non est quis beneficio suo, nisi priùs sit citatus. De quo uide, quæ posui in litera E. §. executor ad beneficia non tenetur.

spoliatus an debet restitui, si spoliator uult probare incontinenti de dominio, uel quòd nunquam ipse spoliatus poßideret, uel poßidere posset? Vide, quæ posui in litera E. §. exceptio perẽptoria, quã excipiens. & §. exceptio, Tu non poßides.

spoliatus non restituitur ante omnia: & hoc, quando speratur oriri scandalum: gloss. cap. in primis. ij. q. j. & gloss. summæ, iij. q. j. Felin. cap. ij. de præscrip. uersi. sextò propter scandalum. nume. 2. colum. 180. Vide gloss. c. ad petitionem. de accusa. uerbo, restituendus.

spoliatus beneficio, quando ei obstat notorius defectus tituli, ad hoc, ut ipsi petenti restitutionem non subueniatur? Vide, quæ posui in litera D. §. defectus notorius tituli.

spoliatus beneficio si impetrat aliud, debet de illo facere mentionem. Fel. c. in nostra. de resc. uer. spoliatus beneficio. col. 913.

spoliatus à iudice an ante omnia sit restituendus, sicut si esset spoliatus à priuato. Felin. ponit c. ecclesia sanctæ Mariæ. de consti. uer. sextò no. quòd licet spoliatus. nu. 30. col. 256. Et uide, quæ posui in litera I. §. iudex, qui spoliauit.

spoliatus à iudice non petit restitutionem, prout petit spoliatus à priuato: & ratio est, quia præsumitur pro iudice. Fel. c. dilectus. el j. de rescr. in prin. nu. 1. col. 731 & inde. Adde, q, cõtra hoc est tex. c. conquerente. de rest. spoli. & ibi do. Ab. uersi. ultimò tene menti, ubi dixit, q, contra iudicẽ iniustè spoliatẽ potest agi possessorio recuperandæ, sicut contra priuatum, pro solutione: ibi uideas do. Abb. d. c. conquerente. ult. no. & uide pleniùs per Fel. d. c. cùm dilectus. de rescr. uer. allegato, col. 732.

spoliatus à iudice non petit restitutionem contra eum, prout petit cõtra priuatam personam: & ratio est, quia præsumitur pro iudice: glo. c. in præsentia. vij. q. j. in fi. & tenet Arch. c. quia præsulatus. j. q. iiij. Archi. c. hoc quippe. iij. q. vj. & c. quorundam. lxxiiij. dist. Et ibi dicit, quòd spoliatus à iudice, non debet restitui: sed debet cognosci, an iustè, uel iniustè sit spoliatus. Adde, quòd idem tenet Felin. c. cùm causa. de offi. deleg. in princi. numer. 1. col. 1123. Adde, quòd fallit, quando iudex procedit extraiudicialiter, & nõ ut iudex: quia spoliatus ab eo hoc modo debet restitui ante omnia ut est tex. c. conquerente. de resti. spolia. & ibi do. Abb. & Ant. de But. Arch. Domi. c. notum. ij. q. j. & ibi tenet Felin. d. c. cùm causa. nu. 2. col. 1123. Secundò fallit, quando notoriè constat de iniustitia: utputà, quia iniustè notoriè quis fuit spoliatus à iudice: & etiamsi iudicialiter spoliasset, posset agere contra eum, & ante omnia esset restituendus, ij. q. ij. in sum. ad fin. Adde Felin. d. c. cùm causa. uersic. primò autem fallit. num. & colum. prædictis. & ibi multa allegat. Tertiò fallit, quando iudex iudicialiter procederet, sed non habebat iurisdictionem. Et ita tenet dom. Abb. d. cap. cùm causa. ij. colum. uer. item no. Adde Felin. d. c. cùm causa. uersi. tertiò fallit, nisi iudex. num. 3. colum. antè dicta. & de his omnibus uide latißimè per eum d. capitu. cum causa. colum. 1123. 1124. & 1125.

spoliatus & restitutus quando intelligatur, quòd uerè sit restitutus? Vide, quæ posui in litera R. §. restitutus non dicitur.

spoliatus propter crimen, antè quàm contra eum inquiratur de crimine, debet restitui: & tandiu poßidere, quamdiu caruit possessione: do. Abb. c. uenerabili. de offi. deleg. ij. col. uer. & dicit hic Vincent. Feli. idem tenet d. c. uenerabili. uer. gl. in uerbo, plenariè. nu. 2. colum. 1218. Limita prædicta, nisi esset periculum aliquod in mora: utputa quia esset magnus dilapidator: uel, si esset prælatus, & esset hæreticus: quia talis non debet restitui: glo. c. in nomine Domini. xxiij. dist. Adde Felin. d. c. uenerabili. uersi. limita, nisi esset. num. & col. præalleg.

¶ Sponsa per uerba de præsenti, si efficitur monacha, an amittat medietatem dotis, stante statuto in ciuitate aliqua, q, si uxor decesserit sine filijs, dimidia suarum dotium remaneat apud maritum: an tale statutum habebit locum in illa, quæ adhuc non fuit traducta ad domum uiri, nec carnaliter cognita. Vide, quæ posui in litera M. §. maritus an lucretur.

¶ Sponsalia contracta per uerba de præsenti, non ueniunt in materia odiosa, appellatione matrimonij, uel mariti, uel uxoris. Vide, quæ posui in litera V. §. uxoris appellatione.

sponsalia iurata possunt dissolui sine aliquo peccato: dom. Abb. cap. ij. de spons. in ult. colum. uersi. in glo. fi. & ibi Felin. uer. in glo. fi. nu. 16. col. 740.

¶ Spurius non doctoratur: Do. Car. proœmio Cle. ij. col. Vide Fel. c. quantò. de magis. uer. secunda conclusio. nu. 2. col. 104.

spurius quis propriè dicatur. Vide, quæ posui in litera F. §. filius ex adulterio & incestu natus.

spurij non ueniunt appellatione coniunctorũ, nec possunt agere pro coniuncta persona. De his omnibus uide, quæ posui in litera C. §. coniunctus si sit.

spurij quando possunt succedere? Ponit Fel. c. nonnulli. de resc. §. sunt & alij. uer. excipiuntur ab ista. num. 19. col. 838. Adde Bar. l. fi. j. col. uer. quæro. ff. de his, qui. ut indig.

¶ STALLVM in choro, uocem in capitulo, pulsatio campanæ: isti sunt modi, per quos traditur possessio. Quid autem importent isti modi tradendæ possessionis, uide dom. de Rot. decis. ccccxxij. incip. Fuit dubitatum. in nouißimis: dom. Abb. c. ij. pen. colum. de consue. Felin. c. ne Dei. de simo. in prin. numer. 1. colum. 1032. Et dic, quòd per talem installationem acquiritur possessio canonicatus, non autem præbendæ. Vnde spoliatus non poterit dicere, se spoliatum præbenda. Fel. ubi s.

¶ Statuentes possunt tollere statutum iuratum propria authoritate. Fel. c. cùm acceßissent. de const. uer. & quòd statuentes poßint propria autoritate. nu. 11. col. 178. Ista materia fuit semper mihi uisa difficilis. Ideo dic hoc modo: quòd, quando iurauerunt singuli seruare statutum, hoc casu iuramentum concernit obseruantiam singulorum: ideo si isto casu collegium deliberat tollere statutum, non peccant singuli postmodum cõtrauenientes: sed iuramentum stringit eos ad obseruantiam etiam collegialiter: dico, q, non sine metu periurij possuni etiam collegialiter conuenire. Et hoc tenuit do. Abb. c. dilecto. de præb. ult. col. Quicquid dicant alij scribentes, teneo hoc pro constanti.

statuentes an poßint recedere à statuto confirmato per Papam, aut per principem temporalem? & redire ad ius commune, non obtenta licentia à superiore? Felin. capitu. cum acceßissent. de consti. uersic. no. tertiò, quòd statuentes possunt recedere. num. 3. colum. 174.

statuentes an possunt tollere statutum, in quo est clausula decreti, uidelicet, Si secus actum fuerit, irritum sit, & inane? Fel. c. cum acceßissent. de const. uersi. tertia declaratio est. nu. 7. col. 176. Adde, q, etiam statuentes non possunt uenire contra statutum iuratũ, etiamsi impetrauerint dispensationem contra tale statutum cum clausula, Non obstantibus quibuscunq; constitutionibus & statutis: quia nisi sit facta expressa mentio de iuramento, talis dispensatio non tollit statutum. Ita glo. no. c. cùm non deceat. de elect. in vj. uersic. effectus. Et idem uidetur tenere Rota, decisi. ccxciiij. quæ incip. Item licet quis. Moder. dicto cap. cùm non deceat. Addè, quòd ista procedunt, etiamsi esset factum statutum in fauorem partis, ut ibi per Felin. d. c. cùm acceßissent. uer. facit gloss. in cle. nu. 8. col. 177.

statuentes possunt uenire contra statutum, quod habet clausulam irritantẽ: & hoc, quando illud statutũ haberet in se conditionẽ, quæ resolutione eueniente possent statuentes uenire contra statutum, etiam sine licentia superioris. Fel. c. cùm acceßissent. de const. uer. hanc declarationem, & prædicta. nu. 8. col. ut s.

statuentes

statuentes non possunt reuocare statutum, quod fecerunt cum authoritate superioris. Fel. c. cùm acceßissent. de consti. uersi. quarta declaratio est. nu. 9. col. eadem.

¶ Statutum ciuitatis nunquid ligat forenses etiam circa delicta: glos. c. à nobis. de senten. excom. tenet, quòd sic. Cum ista opi. glos. uidetur transire ibi Feli. in princ. col. 1183. Adde tu, quòd ista materia est multùm difficilis, alta, & profunda: ideo dubitatur, nunquid statutum ligat forenses? Bar. l. cunctos populos. C. de sum. tri. & fide ca. & in repe. l. de quibus. ff. de legi. ix. col. facit tria membra. Primò, quid in contractibus: secundò, quid in delictis: tertiò, quid in ultimis uoluntatibus. Adde, quòd Bar. in primo membro concludit, quòd in respicientibus ordinationem, & solennitatẽ contractus, debet attendi statutum loci in quo cõtractus celebratur: ideo si duo forenses faciunt contractum in ciuitate ista Venetiarum, ubi est statutum, quòd de contractu soluatur gabella, an forenses teneantur soluere? Videbatur dicendum, quòd non: tamen in contrarium est ueritas, per doctrinam Bar. ubi s. quia in respicientibus solennitatem & ordinationem actus, attenditur locus, in quo celebratur contractus. Idem tenet Bal. l. j iiij. & v. q. C. de contrahen. emp. Adde, quòd in iudiciarijs semper attenditur statutum illius loci in quo iudicium agitur. Bart. d. l. cunctos populos. & hoc etiam quo ad forenses. Adde, quòd in his, quæ respiciũt executionem, & condemnationem supra naturam contractus, attenditur statutum loci, in quo celebratus est contractus, & non, ubi agitur iudicium. Bar. d. l. cunctos populos. & hoc, ubi uerè celebratus est contractus, non fictè. Et istam opinio. Bar. tenent alij, & inter omnes Salic. d. l. cunctos populos. iij. col. Adde, quòd hoc fallit in dote, uel restituenda, uel lucranda, in qua semper attenditur statutum loci in quo maritus habet domicilium. Ita Bartol. d. l. cunctos populos. Secundum membrum principale, quid in delictis, an statutum ligat forenses? pone, Venetijs est statutum, quòd si quis furto surripuerit rem ualentem decem libras, suspendatur, forensis hic surripuit rem ualentem decem, an debeat suspendi? Bar. d. l. cunctos populos. facit duos casus, & tenet, quòd sic: quia ex quo iste forensis dabat operam rei illicitæ de iure communi, ideo potest puniri per pœnam statuti. Vide ibi Bart. latè de hoc. Contra Bart. tenet Ioan. And. c. ij. de consti. in vj. ubi Domi. de sancto Ge. Et idem tenet do. Abb. c. à nobis. de senten. excom. Et eam sequor: quia in uerum dura est opinio Bar. Tertium membrum principale, in ultimis uoluntatibus utrùm statutum comprehendat forenses? putà, in ciuitate ista Venetiarum est statutum, quòd testamentum poßit fieri cum duobus testibus, uel tribus: Primò fuit dubitatũ, an ualeat tale statutum? Istam quæstionẽ disputauit Iac. de Are. incip. secundum consuetudinem. Est inter consilia Bar. Finaliter concludit, quòd non. Idem tenet Io. And. in Spec. tit. de instru. edi. §. compendiosè. uer. sed nunquid. do. Abb. c. ij. de proba. Adde, & tene cõtrarium, quòd imò statutum ciuitatis potest minuere solennitatem numeri testium inducti à iure ciuili: secus, in numero inducto à iure gẽtium, uel diuino, ut est innumero duorum testiũ. De quo uide Paul. de Cast. & Rapha. Imol. l. iij. ff. de testa. Et ista est communis opi. Ad secundum dubitatur, an statutum comprehendat forenses existentes in loco? Ia. d. disputatione tenuit, quòd non: & idem tenet Old. consil. suo ccxlviij. contrarium tenet Cy. Bar. d. l. cunctos populos. Salic. & Ful. ibi. Bar. d. repe. d. l. de quibus. ff. de legi.

statutum prohibens forensem acquirere rem in loco, non comprehẽdit mulierem nuptam extra locum originis. Fel. c. j. de Spons. uer. sed unum no. perpetuò. ad fi. col. 732. & seq.

statutum an excludatur per argumentũ à simili, tam in materia odiosa, quàm in alijs materijs, & quid de argumento à contrario sensu? Vide, quæ posui in litera A. §. argumentum à simili.

statutum, aut lex, an poßit annullari iuramento? Vide Bar. l. omnes populi. ff. de iusti. & iu. iij. q. principali: Bal. l. pactũ, quod dotali. v. & xj. q. C. de colla. & l. nec patronus. & l. non dubium. C. de legi. xiiij. opp. Sali. authẽ. sacramenta. C. si aduersus uend. Fride. cõs. suo cclxxv. Pet. de Anch. repe. reg. ea, quæ. iij. q. principali. de reg. iur. in vj. Paul. de Cast. l. si quis pro eo. ff. de fideicom. do. Abb. c. cùm contingat. de iureiu. ult. col. & ibi Imol. xxxij. col. uer. nunc restat. Felin. c. ij. de sponsa. uer. item etiam circa hanc conclusionem. nu. 32. col. 746.

statutũ in casu uero habet locũ, in casu ficto nõ. Bal. l. ij. C. quo. ap. do. Car. c. is, qui. de spons. & dicit Bartol. l. ij. §. uoluntate. ff. sol. mat. quòd statutum requirens consensum, intelligitur de uero, non de ficto. Vide Feli. c. insinuatum. de simo. uer. in quantum Doc. tangunt. in princ. col. 970. Adde, & limita istud, nisi statutum loqueretur in materia iuris. Feli. d. c. insinuatum. uer. alleg. col. 971. Itẽ limita, nisi lex, uel statutum æquipararet casum uerum & fictum: quia isto casu statutum, si esset præter ius, extenderetur ad casum fictum Fel. d. c. insinuatum. uer. alleg. col. ut s. Item limita, nisi statutum esset elusorium: quod nõ intelligeretur etiam in casu ficto. Domi. de sancto Gemi. c. circa. de ele. in vj. ult. col. Fel. d. c. insinuatum. uer. tertiò limita. nu. 4. col. præd.

statutum, quod exigit superfluam probationem: putà, probatum est plenè per testes, uel instrumenta, sed statutum uult, quòd etiam iuretur. Dic, quòd tale statutum ualet, dum modò exigat istam probationem superfluam ex causa rationabili, & non nutritiua peccati. Et hoc modo limitabis text. c. ij. de proba. quam limitationem tenet Abb. c. ij. ij. col. uersi. ad primũ. Et idem tenet Io. An. in addi. Spe. tit. de instr. edi. §. compendiosè. uer. sed nunquid. Ant. de But. Imo. d. c. ij. & Fel. d. c. ij. de proba. uer. prima conclusio: Valet statutum, uel consuetudo. nu. 4. col. 391. Adde, & limita istam opinionem, dum modò ex tali statuto quis non ditetur cum aliena iactura. Ita Ant. de Bu. d. c. ij. Sed contrà tenuit ibi do. Abb. & Imo. Vide per Fel. latißimè d. c. ij. de proba. uer. sed hanc conclusionem. nu. 5. col. 392. Item limita istam opinionem, ut non procedat tale statutũ, quo ad clericos, uel ecclesias. Ita consuluit Pet. de Anch. consi. suo cclij. incip. suprà dictum statutum. & Ant. de Bu. dicit, ita se respondisse in facto, c. relatum. el j. de testa. j. col. Et idẽ tenet do. Abb. ibi. Adde Fel. d. c. ij. de probat. ubi s. col. ead. ubi ponit multas alias fallentias. Adde, quòd istud quod dictum est de statuto, habet etiam locum in consuetudine.

statutum etiam puniens non residentem, operatur, etiamsi absentia consummatur extra diœcesim. Fel. de fo. comp. c. postulasti. nu. 12. colum. 237.

statutum faciens ualidã probationem, quæ de iure est inualida, ualet, dum modò concurrat euidens necessitas, uel utilitas. Io. An. in addi. Spec. tit. de instru. edi. §. compendiose. Et idem tenet do. Abb. c. ij. de proba. iij. col. uer. uenio nunc ad secundum. & ibi Ant. de Bu. Bal. rub. C. de fid. inst. do. Abb. c. bona. el ij. de postu. præla. & c. j. de appel. Bal. l. j. iiij. col. C. de sum. tri. & fide Cath. Adde Felin. d. c. ij. de proba. uer. secunda conclusio. nu. 6. col. 393. Limita, prædicta non procedere, si statutum episcopi diminueret probationem iuris canonici: quia episcopus non potest facere statutum contra ius canonicum. Ita do. Abb. c. fi. de consue. viij. col. uer. sed pulchrũ est uidere. & Fride. de Se. consil. suo xvij. incip. quæstio talis est: nunquid constitutio episcopi. Fel. d. c. ij. uer. sed aduerte: quia ista conclusio. nu. 17. col. præalleg. Item limita, quòd istud non haberet locum, ubi statutum præstaret facilitatem delinquendi: quia tunc statutum non faceret ualidam probationem, quæ de iure est inualida. Felin. de hoc latißimè d. c. ij. uer. limita secundò, nisi tale statutum. nu. 8. Ibidem.

statutum, quòd detur fides libris mercatorum in fauorẽ suum in magna quantitate, non ualet, do. Abb. c. bona. el ij. de postu. præla. ult. col. uer. ulti. Adde Felin. c. ij. de proba. uersi. prædicto. nu. & col. prædictis. Adde etiam, quòd non ualet statutum, quòd libris mercatorum credatur contra eos in magna quantitate. Ita do. Abb. loco præalleg.

statutũ si diceret, quòd de certa re deberet stari iuramento alicuius, tamen posset probari contrarium. Felin. de proba. c. proposuisti. nu. 3. col. 409.

statutum potest inducere, quòd testamentum cum duobus testibus ualeat, etiam si consensus principis nõ accedat. Ita Bar. l. cunctos populos. C. de sum. tri. & fide ca. iiij. col. uer. tertiò quæro. Idẽ tenet do. Abb. c. ij. de proba. iij. col. uer. uenio nunc ad secundum. Adde Bal. l. fin. iij. col. C. de fideicom. Bald. Angel. & Imol. l. testamenti factio. ff. de testa. do. Alex. l. si non speciali. C. de testi. Felin. d. c. ij. de proba. uersic. ultimò, propter istam conclusionem. nu. 9. col. 394. Limita istam opi. dum modò clarè appareat, consuetudinem fuisse inductam ex causa noua, & rationabili. Ita do. Abb. d. c. ij. iiij. col. Adde tamen, quod contra Bart. & do. Abb. & alios

C tenuit

tenuit Ioan. And. in addi. Spec. tit. de inst. edi. §. compendiosè. & Old. consil. suo ccxlviij. incip. Proposita consuetudine. Adde Feli. d. c. ij. uer. sed. aduerte: quia contra Bar. nu. 10. col. antedicta: ubi dicit, quòd opi. Bar. & do. Ab. est uerior: & ibi adducit rationes, quas tu poteris uidere.

statutum, quòd homicidium puniatur pœna pecuniaria, & non pœna mortis, an ualeat? Vide, quæ posui in litera H. §. homicidium an ualeat.

statutum dicit, Omnis, qui occidit, occidatur: dic, quòd si aliquis ex culpa leui, uel lata, aut causaliter aliquem occideret, tamen non debet occidi. Ita dicit do. Car. c. lator. de homi. & ibi Fel. uer. extra gl. dicit hic. in princ. col. 1130. Adde tu, quòd pro hoc facit doctrina Bar. l. fi. per gl. ibi. ff. quod quisq; iuris. ubi dicit, quòd statutũ pœnale semper debet intelligi habere in se clausulam, si delicta dolo commissa fuerint. Adde etiam doctrinam Bar. l. j. in prin. ij. col. uer. uenio ad tertiam partem. ff. ad Turpil. quam sequitur Ro. cõsil. suo cxlv. incip. In inquisitione. & consil suo clj. incip. In proposita quæstione. Item adde, quòd statutum puniens homicidium, uel aliud delictum, corporaliter, intelligitur semper, si dolo sit cõmissum delictũ, non si casualiter, etiamsi culpa interuenerit, l. cùm autem. §. excipitur. ff. de ædil. edic. Et idem sentit Bar. l. quid ergo. §. pœna. iij. col. uer. nam quoniam. ff. de insti. Bald. l. omnes populi. xvij. col. ff. de iusti. & iu. & l. data opera. iiij. col. C. qui accusare non pos. & rep. l. cunctos populos. pen. col. C. de sum. trini. & fide Catho. & l. quicunq; C. de ser. fug. vj. col. & c. fin. de consti. & l. ij. ubi Salic. C. de noxa. Angel. l. qui cum telo. C. de sica. & l. j. & ibi Pau. de Cast. ad fin. ff. de legi. Salic. l. pen. C. de sic. Pau. de Cast. consil. suo cxc. inci. In casu incarceratorum. do. Alex. consi. cclxxxij. incip. Videtur in casu proposito. Et dicit Pau. de Castr. l. si seuerior. post Bald. & Sali. ibi, C. de insti. quòd habuit casum de facto, de quodam, qui proiecit lapidem rixando, & percussit transeuntem, & occidit: iudex capitosus inhæsit uerbis statuti loquentis, quòd qui hominem occidit, decapitetur. Dicit Pau. de Cast. quòd nisi ostendisset authoritatem Bal. l. data opera. uix potuisset euadere illum, ne decapitaretur. Et ista etiam ponit Pau. de Castr. l. si fugitiui. ij. col. C. de ser. fug. refert & sequitur do. Alex. consi. suo cclxxxvj. incip. Post aditum. Adde, quòd do. Car. c. lator. de homi. & ibi Io. de Ana. refert accidisse semel de facto, cùm duo socij in una naui rixarentur inuicem, alter cum ligno, in quo erat ferriũ ad trahendum ramos arborum, percussit socium, & mortuus est, an debeat decapitari ex forma statuti superiùs relati? Dicit, fuisse consultum, quòd non: quia illud statutum debet intelligi de homicidio doloso. Ad hæc bene facit etiam, quòd si amicus, uel socius percutit amicum, uel socium, qui moritur, probata societate, uel amicitia, non punitur, tanquam homicida: gl. est. l. j. in glo. ij. C. ad leg. Iul. de sic. De quo dic, ut ibi no. Adde ad superiùs dicta, illud, quod refert do. Signorellus de Ho. consi. suo xxvij. incip. Statuto ciuitatis. penul. col. euenisse de facto, cùm quidam transiens uellet euitare canem ferocem, ne ipsum morderet, proiecit lapidem contra canem, in loco, in quo publicè iter fiebat, & sic erat in culpa, & hominem transeuntem percussit, & occidit, quòd tamen decapitari non debet uirtute statuti superiùs relati: quia, quamuis fuerit in culpa, non tamen fuit in dolo. Item adde, quòd in inferioribus terminis tenet do. Nellus tractatu bannitorum ij. parte, q. xxvij. ubi dicit pro statuto, quòd bannitus posset impunè occidi, dum esset bannitus quidam Titius, Ioannes credens quòd iste Titius esse bannitus, appensatè iuit ad eum occidendum, cùm ipse nõ esset ille bannitus, sed alius, quòd tamen ille occidens nõ debet decapitari uigore statuti, ex quo reuerà non fuit in dolo, quamuis fuit in magna culpa. Quæ decisio pro certo fortis est, & periculosa. Limita prædicta omnia, nisi statutum diceret, quicunq; occiderit quouis modo, uel qualitercunq;, decapitaretur: tunc non debet distingui, an dolo, uel culpa fecerit. Sali. l. ij. iiij. col. C. de noxa. Quod nota.

statutum non ualet, ut qui recipiantur in canonicos, soluant tantum proprandio: imò etiamsi diceretur, ut soluant aliquid, ad hoc, ut conuertatur in pios usus: secus est, si consuetudo hoc induxisset. De quo uide Felin. c. Iacobus. de fimo. uer. extra gl. Vt excusetur. nu. 1. col. 1035.

statutum extrauagans quam uim habeat? Felin. de senten. & re. iu. c. j. nume. 3. colum. 385.

statutum laicorum, per quod singulis annis est debita certa eleemosyna Fratribus, quòd non posit reuocari. Feli. c. ad Apostolicam. de fimo. ibi, secundò, dum modò. nu. 2. col. 1030.

statutum laicorum puniens contrahentem matrimonium turpiter, putà, sine cõsensu patris, an ualeat? Vide Fel. c. ecclesia sanctæ Mariæ. de consti. uer. quarta declaratio restricliua. nu. 59. col. 266.

statutum puniens contrahentem matrimonium cum hominibus alterius diœcesis, uel ciuitatis, an ualeat? Fel. c. ecclesia sanctæ Mariæ. de consti. uer. secundus effectus. nu. 62. col. 268.

statutum laicorum irritans contractum iuratũ, an ualeat? ponit Feli. c. ecclesia sanctæ Mariæ. de consti. uer. & ista uerba do. Abb. sunt notanda. nu. 65. col. 269.

statutum, quod annullat testamentum non insinuatum coram capitaneo ciuitatis, an habeat locum in clerico hærede instituto, qui si non facit insinuari testamentum, quòd sit nullum. Bald. in isto passu fuit sibi contrarius: nam l. testamenta omnia. ij. col. C. de testa. dicit, quòd si clericus institutus hæres, fuit citatus coram iudice laico, per legatarios petentes insinuationẽ legatorum, quòd uelet talis citatio: sed in authen. cassa. C. de sac. san. eccle. aliter dixit: pone, statuto ciuitatis cauetur, quòd nisi testamentum insinuetur infra sex menses per hæredem, sit ipso iure nullum: clericus fuit institutus hæres, & non insinuari fecit testamentum, quæritur, nunquid testamentum sit nullum? Et concludit, quòd non: quia statutum non astringit clericum. Et istam opi. secundam tenuit do. Abb. & alij, c. relatũ. el ij. de testa. Adde Fel. c. ecclesia sanctæ Mariæ. de consti. uer. ultimò non omisto. nu. 68. col. 271.

statutum laicorum an ualeat, quod uult, ut prædia, seu possessiones peruenientes ad ecclesias, teneantur ad onera imponenda à populo. De quo uide per Fel. c. ecclesia sanctæ Mariæ. de consti. uersic. quintò quæro. nu. 76. col. 276. Adde tu do. Abb. c. fin. de uita & hone clerico. ubi tenet quòd possessiones, quæ ueniunt ad ecclesias, si habent onus annexum perpetuum & inuariabile, quòd tũc transeant ad ecclesias cum oneribus suis: & ibi etiam impugnat opi. Bar. l. rescripto. §. sciendum. ff. de mune. & hon. Etiam per ista destruit cõsi. Bar. clxxx. incip. Si aliqua possessio. in quo Bar. tenuit, quòd possessio descripta in libris laicorum, si uenit ad ecclesias, eximitur ab onere collectarum. Sed do. Abb. dicit, quòd uidendum est, an onus sit perpetuum, & inuariabile. Quare cogitabis. Adde, quòd etiam fallit hoc in testatore: quia potest legare fundum ecclesiæ, & quòd pro dicto fundo teneatur soluere pro communi onera & collectas. De quo uide Felin. d. c. ecclesia sanctæ Mariæ. uer. sed retenta hac secunda opi. nu. 77. col. 278. Adde Felin. c. uerum. de fo. compe. in fi. col. 192. ubi dicit, quòd onera merè realia & perpetua, ecclesia debet soluere de possessionibus, aut de baronia, aut de comitatu: secus, si onera sunt personalia: quia ecclesia non tenetur soluere.

statutum, quod excludit fœminas à successione ab intestato extantibus masculis, an excludit mulierem monacham? Feli. c. ecclesia sanctæ Mariæ. de consti. uer. sextò quæro, utrùm stante tali statuto. nu. 77. col. 279. Adde do. Abb. c. quod clericis. de foro compe. x. col. qui tenuit contra Bar. l. fi. C. de pac. ut ibi: & opi. do. Abb. est communis, quam tenuit etiam Ang. l. fi. Et pro opi. do. Abb. tenuit Lud. Ro. Imo. do. Alex. l. stipulatio hoc modo concepta. ff. de uerb. oblig.

statutum, quod excludit fœminas extantibus masculis, ualet, dum modò fuerint dotatæ. Felin. c. ecclesia sanctæ Mariæ. de consti. uer. cæterùm, quia communiter. nu. 79. col. 280.

statutum, quod disponit, quòd existentibus masculis fœminæ nõ succedant, an comprehendat clericos, adeò, quòd clerici gaudebunt isto beneficio statuti? Fel. tangit hanc difficultatem c. ecclesia sanctæ Mariæ. de consti. uer. septimò quæro. nu. 80. col. 281. Adde tu ergo ex doctrina illa Fel. quòd statutum, quod disponit, quòd existentibus masculis fœminæ non succedant, porrigitur etiam ad clericos: quia tale statutum potest se habere ad commodũ, & ad incommodum clericorum. Et idem in terminis tenuit do. Abb. c. constitutus. de resti. in integ. Adde, quòd idem est in priuilegio concesso hominibus alicuius ciuitatis, uel castri: quia comprehenduntur clerici, licet non exprimantur. Ita Io. de Lig. c. clericus. de foro compe. & Bal. l. cunctos populos. C. de sum. trini. & fide Catho.

Adde, quòd idem est de statuto, quod disponit, quòd primogenito succedat secundo genitus: licet si sit clericus, non succedat: & hoc, quia potest se habere ad commodum, & ad incommodum. Adde, quid de consuetudine, quæ uult, quòd primogenitus succedat excluso secundo genito, an ualeat? Vide in litera C. §. consuetudo.

statutum laicorum, quod non disponit de ecclesijs, uel de clericis, nec in materia tangente priuilegia, uel iura illorum, sed simpliciter aliquid honestè disponit, utrùm debeat ualere, quò ad clericos, uel ecclesias? Fel. ponit c. ecclesia sanctæ Mariæ. de consti. uersic. octauò quæro: & est quæstio potissima. nu. 81. col. 282. Adde Sal. authen. casta & irrita. C. de sac. san. eccle. iiij. col. uer. nunc quæro. Vide consi. Soci. consil. suò lxxxj. incip. consultatione. circa fi. iij. col. & consi. cccxlj. incip. Circa primam difficultatem. uer. circa primam causam. ij. uol.

statutum laicorum, quod disponit, quòd instrumentum debet exequi sine libello, an liget clericos, uel ecclesiam, cuius causa agitur coram episcopo? Felin. c. ecclesia sanctæ Mariæ. de consti. uer. & ex hoc infert Bar. nu. 81. col. ut suprà.

statutum laicorum ligat clericos litigantes in foro ciuili in ordinatorijs, seu præparatorijs litis. Fel. c. ecclesia sanctæ Mariæ. de consti. uersi. tertius casus est, quando clericus. nu. 81. col. 84. Adde, quæ posui in litera C. §. clericus litigans coram iudice seculari. & in litera P. §. præpara.

statutum laicorum, in deciforijs litis, an ligat clericos litigantes coram iudice laico. Felin. c. ecclesia sanctæ Mariæ. de consti. uer. alleg. col. ead.

statutum laicorum, quod disponit, quòd certa solennitas adhibeatur in aliquo contractu, putà, in dondatione, uel cessione actionum, & sic, siue clericus contrahat, siue laicus, nõ ualebit actus, siue contractus, nisi solennitas sit seruata: & hoc idem erit in consuetudine. De quo uide in litera C. §. consuetudo quæ requirit. & in litera D. §. donatio facta cleri. Et adde Fel. c. ecclesia sanctæ Mariæ. de consti. uer. quartus casus est. nu. 81. col. præalleg.

statutum laicorum, quod concernit rem, putà, si dicat, quòd res dotalis non posit alienari, ligat clericos. Vnde si clericus emit, non ualet alienatio: quia mulier inhabilitabitur ad alienandum. Felin. c. ecclesia sanctæ Mariæ. de cõsti. uer. quintus & ultimus casus est. nu. 84. col. 285.

statutum laicorum, quod prohibet alienationem fieri in non subditum, an comprehendat clericum? Ponit Fel. c. ecclesia sanctæ Mariæ. de consti. uersi. nonò quæro iuxta proximè dicta. nu. 89. col. 288. Et adde, quæ posui 5. §. statuta laicorum contra libertatem ecclesiasticam.

statutum laicorum, quod prohibet expreßè, q, quis non poßit relinquere pro anima sua in præiudicium filiorũ, an ualeat? Ponit Feli. c. ecclesia sanctæ Mariæ. de consti. uer. ad idem adduco, quod not. Pe. de Anch. nu. 90. col. 289. Adde tu, q, statutum, quod prohibet, ut quis non poßit relinquere pro anima in præiudicium filiorũ, allegando tex. c. quicunq;. xvij. q. iiij. non ualet, per rationes adductas per Fel. col. prædicta. Adde tu aliam rationem: nam habeo, q, tex. d. c. quicunq;. xvij. q. iiij. procedit, quo ad legitimã, in qua magis fauetur filijs, quàm ecclesiæ. Ita probat tex. authen. si qua mulier. uer. legitima. ubi Bal. & Sal. ad hoc nõ. C. de sac. san. ecc. Sed, excepta legitimã, magis fauetur ecclesiæ et piæ causæ, quàm filijs. Istud probatur d. authen. uer. si. ubi Bald. & Moderni. ad hoc no. Istud etiam clarè probatur alia ratione: nam testamentum ad pias causas nutu conditum, tenet, & ualet: ut est glo. approbata c. cùm tibi. de re. quã no. & sequitur Bal. l. j. ij. col. C. de sac. san. ecc. Ang. & Mod. l. iubemus. C. de sac. san. eccle. Et tamen testamentum nutu conditum à patre inter liberos, non ualet, prout tenet Ang. & Mod. d. l. iubemus. & l. in fraudem. §. j. ff. de test. mili. Ideo concludo, q, non obstante statuto, poterunt fieri legatà ad pias causas pro anima, quamuis absorberent totam hæreditatem in detrimentum filiorum, excepta legitima tantùm, in qua magis fauetur filijs, ut hic. Et hoc modo intelligas tex. d. c. quicunq;. Aliàs autem fauetur magis piæ causæ, & ecclesiæ, ut 5. dictum est. Et hoc teneas tam in consulendo, quàm in iudicando.

statutum laicorum, quod prohibet generaliter omne commercium laicis in ecclesias, seu ecclesiasticas personas, an ualeat? Feli. c. ecclesia sanctæ Mariæ. de consti. uer. limitatur tertiò dicta conclusio. nume. 93. colum. 290.

statutum laicorum, quod disponit, quòd de omni relicto ad pias causas soluantur duo solidi certè fabricæ unius ecclesiæ, an sit cõtra libertatem ecclesiæ? Fel. ponit c. ecclesia sanctæ Mariæ. de consti. uer. decimò quæro, utrùm statutum. nu. 94. col. 291. Et ibi habebis, quòd statutum laicorum non præiudicat ecclesiæ, etiamsi eodem momento prodest alteri ecclesiæ.

statutum laicorum an poßit disponere circa mortuaria, utputà, in pompa funeralium? Ponit Fel. c. ecclesia sanctæ Mariæ. de consti. uer. & ex istis elici potest regula. nu. 95. col. ut suprà.

statutum laicorum, & diorum dominorum ciuitatum, in quo cauetur, quòd nullus poßit habere poßessionem alicuius ecclesiæ, siue beneficij, sine expressa licentia ipsorum dominorum, an ualeat? & utrùm tales statuentes sint excõmunicati? Ponit Fel. c. ecclesia sanctæ Mariæ. de consti. uer. undecimò quæro. nu. 96. col. 292.

statutum laicorum priuilegiatiuum ecclesiarum, an potest tolli per aliud statutum laicorum? Felin. c. ecclesia sanctæ Mariæ. de consti. uersi. duodecimò quæro. nu. 97. col. 293.

statutum laicorum, imponens pœnam consanguineis clericorũ propter inobedientiam ipsorum clericorum, an ualeat? Feli. ponit. c. ecclesia sanctæ Mariæ. de consti. uer. decimotertiò quæro. nu. 99. col. 294. Adde Bar. l. de pupillo. §. si quis ipsi prætori. ff. de noui oper. nun. x. q.

statutum editum contra concubinas clericorũ, an ualeat? Ponit Feli. c. ecclesia sanctæ Mariæ. de consti. uersi. decimosextò quæro. nu. 102. col. 296.

statutum laicorum an ligat clericos coniugatos? Vide Felin. c. ecclesia sanctæ Mariæ. de consti. uer. decimoseptimò quæro. nu. 103. colum. 298.

statutum laicorum, quod disponit, quòd debitum præscribatur per quinquennium, non habet locum contra ecclesiam. Ita Feli. c. ecclesia sanctæ Mariæ. de consti. uer. tertium exemplum patet ex dictis. nu. 104. col. 299. Adde tu, utrùm statutum, quod post certũ tempus non admittit creditorem ad agendum, ualeat, quòd saltem posset agi in foro ecclesiastico? Posuit Io. An. c. fi. de excep. in vj. Bald. c. si quis per triginta. si de feud. siue. contro. colum. x. Adde do. Abb. rub. de præscr. Vide Bar. l. sequitur. §. si uiam. ff. de usuc. quia ibi tenet unam opi. & l. omnes populi. ff. de iusti. & iur. tenet aliam. De materia ista uide ad plenum per do. Abb. c. quod clericis. de fo. cõp. & meliùs, quàm alibi, c. fi. de præscr. iij. et iiij. col.

statutum laicorum, quod dicit, qui uadit de nocte, soluat tantum, putà, decem. an includat clericos? Ponit Fel. c. ecclesia sanctæ Mariæ. de consti. uersi. quintum exemplum. nu. 104. col. 299.

statutum laicorum, quod uult, quòd iudæi fœnerantes non teneantur restituere pignus ei, qui probauerit se dominum rei pignoratæ, nisi priùs restituto debito, pro quo res fuit pignorata domino inscio, an tale statutũ liget clericos? Ponit Fel. c. ecclesia sanctæ Mariæ. de const. uer. quartum exemplum patet. nu. 104. Ibidem.

Statutum laicorum, quod disponit, quòd gabella soluatur de alienatione, uel donatione, an ligat ecclesiam? Vide Fel. c. ecclesia sanctæ Mariæ. de consti. uer. sextum & ultimũ exemplum. nu. 104 Ibid.

statutum laicorum, quod disponit de clericis, an comprehendat clericos in minoribus constitutos. Fel. tangit hoc c. ecclesia sanctæ Mariæ. de consti. uersic. quartò scias, quòd ea, quæ dicta sunt. nu. 110. col. 301. Et ex istis no. quòd priuilegia concessa clericis comprehendunt etiam clericos in minoribus.

statutum laicorum, quod uult, quòd in testamentis seruetur certa solennitas, putà, quòd si repudiatio hæreditatis non sit facta infra sex menses, intelligatur esse hæres legitimus, an comprehendat clericos. Vide Felin. c. ecclesia sanctæ Mariæ. de consti. uer. allegato. colum. 302.

statutum laicorum, quod disponit in causa matrimonij circa laudabilem solennitatem, si est factum ab habente potestatem, & nõ repugnat legi diuinæ, uel canonicæ, ligat in foro conscientiæ, adeò quòd obligat ad peccatũ, contrahentes, qui non obseruant statutum. Ita glo. j. c. quæ in ecclesiarum. de consti. & ibi Bald. sanctus Tho. secunda secundæ, q. xcvj. art. iiij. Io. An. c. ij. de uerb. signifi. in vj. Fel. c. j. de sponf. uer. quartò fallit. nu. 17. col. 725.

statutum non intelligitur strictè, si per hoc reddatur elusorium. Feli. c. Rodulphus. de rescrip. nu. 6. col. 979.

statutum si requirit trinã citationem, non sufficit una pro omnibus. Fel.c.cùm dilecta.de rescri.uer.amplia nonò.nu.9.col.697.

statutum si requirit, quòd instrumentum habeat nomen, pronomen, & cognomen, si aliter sit factum, non ualet instrumẽtum. Ita Feli. c.cùm dilecta.de rescrip. uer.prædicto ibi, & ideo dixit Nellus. nu.10.col.ut suprà.

statutum, si est in ciuitate, quòd iudex non posit cognoscere, nisi sit causa tantæ summæ, an debet fieri coaceruatio plurium summarum, ex diuersis actionibus debitorũ, ad iurisdictionem includendam? Vide, quæ posui in litera C.§.cumulatio actionum.

statutum est in ciuitate, quòd libris mercatorum credatur cum eorũ iuramento usq; ad summam tantam: pone, aliquis apparet debitor in libris: & multæ summæ, sed nulla de per se excedit summã taxatam per statutum, an debet fieri cumulatio, ad hoc, ne posit iurare? Vide, quæ posui in litera C.§.cumulatio actionum.

statutum, quòd aliquid soluatur pro receptione canonici, non ualet. Et quid de consuetudine. Felin.de simo.c.Iacobus.nu.2.col.1035. *Et ibi de differentia inter statutum, & consuetudinem.*

statutum, si dicit, quòd maleficia commissa in ciuitate puniantur arbitrio potestatis, istud arbitrium non extenditur ad maleficia cõmissa extra ciuitatem: quia est extraordinarium & contra ius cõmune. Felin. c.Rodulphus. de rescrip. nu.3.ibi, similiter dicit hic Bald.col.977.

statutum non intelligitur strictè, quando redderetur elusorium. Feli. c.Rodulphus.de rescr.uer.secũda regula: Quòd uerba.nu.5.col. 979. Adde tu, quòd, quando statutum aliàs nihil noui induceret, potest ex eo sumi argumentum à contrario sensu etiamsi ueniret ad correctionem iuris communis: & sic cessat regula glos.c.j.de æta.& quali.in vj.quæ dicit, quòd argumẽtum à contrario sensu non habet locum, nec in statutis, nec in legibus, ad corrigendũ ius commune. Adde, quod fallit illa regula, ubi statutũ nihil noui induceret, ne sit elusorium. Moder.l.senium.C.qui testa.fac.pos.

statutum uigens in terra mariti seruabitur post contractum matrimonium. Fel.de sponsal.c.j.nu.24.col.730.

statutum si denegat actionem, uel exceptionẽ, per hoc nõ impeditur pars implorare officium iudicis, si cõpetat. Fallit hoc quando statutum diceret, quòd nulla exceptio, uel defensio admittatur. Tunc enim non posset pars implorare officium iudicis. Ita Felin.c.ij.de offi.iud.uer.sequitur etiam ex his.nu.1.col.1290.

statutum episcopi potest addere iuri cõmuni, putà, imponendo nouã pœnam. Ita Fel.c.quod super his.de maio. & obe.uer. fallit septimò, quando statutum.nu.9.col.1333. Adde tu, quòd ista est cõmunis opi.à qua non recedas. Et.no.quòd licet per legem nouam inducatur melius remediũ, quàm per antiquam, non tamen tollitur remedium uteris legis: & sic facit, an, si per statutũ est imposita noua pœna pro delicto, intelligatur derogatum pœnæ iuris communis? De quo uide per Io.An.in addi.Spec.tit.de pœ.te.liti.in fi. & ti.de fur.in rub.in addi.per Cy.& Sali.l.si qui sepultura. ff.de sep.uio. & Bar.l.j.ff.ui bo.rap. Bald.l.data opera.viij.col. C. qui accu.non pos.Io.de Imo.l.ij.ff.de publi.iudi.

statutum episcopi non ualet, in quo cauetur, quòd ex pacto nudo agi non posit. Felin.c.j.de pac.uersic.nona declaratio.ibi, scias etiam nu.18.col.1404.

statutum inhabilitans fœminas in successione non nocet in bonis alibi sitis. Ita Fel.c.postulasti.de fo.compe.uer.item dũ inferunt prædicti.nu.4.col.231. Adde tu, quòd statutum, quod disponit, quòd extantib.masculis fœminæ nõ succedant, odiosum est, ut per Bar. l.cunctos populos.C.de sum.tri.& fi.Cath.viij.col.uer.& ideo dico.Et propter hoc restringendum? Quod est utile scire ad multa. De quo uide per Bald.& Sali.d.l.cunctos populos. & per Cy.& Bal.l.nõ sine.C.de bo.quæ lib.per Bal.& Sali.l.ij.C.de in ius uoc. per Bal.l.sancimus.C.de nup. Adde, an statutum excludens matrẽ à successione filij, extãtibus agnatis masculis, dicatur odiosum, & sic restringendum. Vide per Io.An.tit.de succes.ab intest.in addi. Spec.in rub.per Ang.consi.lxviij.incip.Martinus.

statutum, quod imponit pœnam, quæ habet diminuere statum personæ, utputà, quòd infamat, q, sit excõmunicatus, tale statutum operatur extra territoriũ statuentis. Fel.c.postulasti. de fo.comp.uer. pœna diminutiua status. nu.5.col.232. Fallit in bannito ex contumacia. Vide, quæ posui in litera B.§. Bannitus ex contumacia.

statutum, quòd delinquens in terris cõfœderatis posit puniri in loco statuti, ualet. Ita Fel.c.postulasti.de fo.compe.uer.quarta declaratio.nu.10.col.235.

statutum episcopi puniens non residentem in beneficio suo, operatur, etiamsi absentia consumatur extra diœcesim episcopi statuentis. Felin.c.postulasti.de foro compe.uer. ultimò seruit ista decretalis.nu.12.col.237.

statutum an semper extendatur ad causam similem? Vide, quæ posui in litera L.§.lex, uel statutum an posit semper extendi.

statutum laicorum, quod non habet concursum legis diuinæ, uel canonicæ, an obligat ad peccatũ non obseruantem? Vide per Feli.c. nam concupiscentiam.de consti.uersi.quid autem de conueniente. nu.13.col.92. Adde tamẽ ad intelligentiam istius quæstionis illud, quod posui in litera T.§.lex canonica, uel ciuilis.& §.lex, uel statutum. Et in litera V.§.ueniens contra legem.

statutum disponens idem, quod ius cõmune, censetur ius cõmune. Vide Bar.l.j.col.ff.ad l.Fal.Ant.de Bu.c.j.de rescrip. Adde Felin.c. pastoralis.de fide instru.in prin.nu.2.col.939.

statutum loquens de instrumẽtis, an comprehendat testes? Vide, quæ posui in litera T.§.testes an comprehendantur.

statutum loquens de filijs, an comprehendat filias? Vide, quæ posui in litera F.§.filiorum appellatione.

statutum factum sine causa iusta, & apparenti, in præiudicium tertij, tenet, quandiu toleratum est ab illo, contra quem factum est: & ideo eo querelante, uel supplicante, reuocabitur. Ita Fel.c.cùm omnes. de consti.nu.3.uer.secunda cõclusio: Statutum factum sine iusta.col.97. Et istam conclusionem intellige ueram, cùm tale statutum est factum præciè contra certam personam: secus est, si esset generale: utputà quia diceretur, Extantib.masculis fœminæ nõ succedant: uel diceretur, quòd filia dotata non succedat: quia ista casu non posset dici statutum iniquũ: de quo per Fel.d.c.cùm omnes.uersi.hanc conclusionem intellige ueram. Ibid. nu.4. Et adde ista ad illa, quæ posui ẽ.§.statutum, quod fit specialiter.

statutum contra antiquam cõsuetudinem ecclesiæ, quod omnibus est cõmune, ualet, dum modò fit ad utilitatem ecclesiæ. Ita do.Abb.c. cùm omnes. de consti.ij.col.uer.sed si statutum. Vide ibi Feli.uer. in gl.j.ibi, in præiudicium.nu.6.col.ut ẽ.

statutũ episcopi in concernentib. ecclesias inferiores, non ualet, nisi illi, de quorum interesse agitur, cõsentiant, uel ad minus sint præsentes: do.Abb.c.fi.de ferijs.ij.col.uer.ego puto. Adde Feli.c.cùm omnes.de consti.uersi. adde Fride.consi.xvij.col.v.nu.11.col.102.

statutum principis secularis circa ius diuinum, aut naturale, an possit statuere aliquid, putà declarando, uel limitando? Vide Felin.c. quæ in ecclesiarum.de consti.nu.2.col.126. Et uide, quæ posui in litera P.§.princeps potest interpretari. & §. princeps non potest statuere.

statutum creat notarios: & sic per statutũ potest dari potestas creandi notarios: de quo uide, quæ posui in litera N.§. notarios quis posit creare.

statutum, quod disponit de filia maritata, quòd non posit succedere, an comprehendat filiam despõsatam per uerba de præsenti? Vide, quæ posui in litera F.§.filia nupta, seu maritata.

statutum, quod requirit aliquem in aliquo actu cauere cum fideiussore, si ille apparet idoneus, an sufficit nuda cautio. Bart.tenet, q, sic, l.quicunq;.C.de fund.patrimo.li.xj. Vide Fel.d.c.ad nostram. de iureiu.uer.quid autem, si in aliquo casu.nu.9.col.1142. Adde, quòd ibi posui additionem, ubi teneo, quòd si est idoneus, isto casu ad nullam satisdationem tenetur.

statutũ, quod disponit, q, si debitor non soluerit in termino creditori, posit incarcerari, an eo mortuo eius hæres poterit similiter incarcerari? Vide additionem, quam posui ad Fel.c.ex rescripto. de iureiu.uer.ista etiam faciunt ad quæstionem.nu.13.col.1155. Et uide, quæ posui in litera P.§.pactum, per quod debitor. ubi pono, an istud, quod dico de statuto, habeat locum in pacto.

statutum tollens defensiones, an ualeat? do.Abb.c.dilecti. de except.v. col.dicit, q, si statutũ uult tollere defensiones, quæ sunt de iure naturali, & tunc non potest, si tollit defensiones, quæ sunt de iure ciuili. Idem tenet Bar.l.cùm mulier.ff.sol.ma. Pet. de Anch.regula, accessorium.uer.septimò quæro. de reg.iur.in vj.Bald.c.ij. de rescrip.in fi. Adde Felin.d.c.dilecti. de except. uer. & adde multa utilia

utilia & noua.nume. 6.colum. 88.& seq.

statutum an posit tollere præscriptionem? Vide Ant.de Bu.& Imo. c.cùm nobis.de præscrip. Adde Fel.rub.de præscrip.uer.fallit septimò.nu.17.col.167.& in uer. considera secundò, & no.nu.18. col.168.ubi posui a Iditionem ad Fel.

statutum potest tollere debitum, & etiam obligationem naturalem, quæ erat apud creditorem: de quo uide, quæ posui ẽ.§.soluens debitum ignoranter.

statutum an posit tollere præscriptionem longissimam, de initio cuius non est memoria in contrarium? Vide, quæ posui in litera P. §.præscriptio longissima.

statutum, quod præcipit, quòd de sententijs soluatur gabella, intelligitur de diffinitiua. Vide ẽ.§.sententiæ appellatione.

statutum, quod prohibet appellare, intelligitur de diffinitiua. Vide ẽ. §.sententiæ appellatione.

statutum an posit tollere præscriptionem ad minus in aliquo casu? Vide bonum tex.cùm glos.c.j.de capi.Conra.quæ dicit, quòd tollitur solùm præscriptio x.uel.xx.anno. Vide ibi Bal.qui limitat illam gl. Adde, an excludatur præscriptio longissima per statutum? do. Ab.c.fi.de præscri.xij.col.uersi.ego puto.tenet, quòd non. Vide Fel.in rub.de præscri.nu.5.col.161.

statutum loquens de pignore, non habet locum in hypotheca: do Ab. c.cùm aliquibus.de re iud.ij.col.uersi.ex prædictis. Vide ibi Felin. nu.1.col.423.

statutum loquens de maleficio, non habebit locum in contumacia: & & sic bannitus pro contumacia impunè non posset occidi: quod nota pro limitatione illorum, quæ posui ẽ.§.statutum, quòd bannitus occidatur impunè. & uide etiam, quæ posui in litera C.§.cõtumacia non infamat.

statutum, quòd unus puniatur pro alio, an ualeat? Ponit Bal.rub.C. res inter alios acta. & l.ij.C.de consti. pec. & l. j. C.ne filius pro pat. Bar.l.cùm filius.§.in hac.ff.de uerb.obl.Io.de Ana.c.j.de delic.puero, vj. col.& dicit, quòd communis opi. est, quòd ualeat statutum ex causa, quòd unus puniatur pro alio, dùm modò non corporaliter: de quo habes glos. c. cùm homo. xxiij. q. v. uerbo, supplicium. Et uerum, quòd illa glos.in fi.dicit, quòd ubi esset cõsuetudo, quòd quis pro alio puniatur pœna corporali, quòd ualeret: sed circa hoc subsisto. Adde Felin.in tota ista materia, c.ij.de consti.circa prin.nu.2.col.68. Et ibi posui unam additionem, uidelicet quòd præsupposito pro constanti, quòd tale statutum ualeat, an debet intelligi statutum de delicto cõmisso per delinquentem in fird territorium statuentis, uel ubiq; locorum. Et no.& uide ibi: quia est quæstio facti & amicorum.

statutum prohibens factum damnatum à lege: & plus, si addit pœnam: an liget ignorantem, quo ad pœnam. Ioan.An.c.ij. de consti. in vj.pen.col.tenet, quòd non. Et idem tenet ibi Domi. de san Geulti.col.Contrarium tenuit glos. magna.c.à nobis. el j.C.de sentẽ. excom.& Cy.l.j.C.de sum.trini.ij.col.uer.quæro ergo. Vide per Felin.c.ij.de consti. uersic. tertia conclusio i Statutum prohibens. nu.6.col.70.

statutum, quod habet clausulam, ut præcisè seruetur, quomodo debet intelligi? Vide, quæ posui in litera V.uersi.uerbum, Præcisè.

statutum contra libertatem ecclesiasticam an Papa posit confirmare? Vide Felin.c.ex parte.de rescrip.col.402.

statutum, quòd prohibet allegare ignorantiam, ualet. Bar.l.diuus.in princ.ff.de falsis, Bal.l.j.C.de legi.do.Ab.c.ad falsariorum.de crimine fal.in prin. Adde Fel.c.ij.de consti.uer. fallit quartò, nisi statutum.nu.15.col.76.

statutum, quòd dicit, de certa re debere stari iuramento alicuius, tamen potest probari in contrarium per legitimas probationes. Angel.l.qui statuere.ff.de rei.uen. Bald.c.j.penult. col.si de inue. inter do.& uas.lis oria.Sal.l.j.C.de rebus credi.j.col.Pau.de Cast. l.fin.ff.de præto.stip.do.Abb.c.continebatur. de dispon. impu.ij. colum.uersi. & in fin.glos.not.bene. Pet.de Ancha.regula, semel malus.v.col.de reg.iur.in vj.Et idem tenet Felin. c.propositisti.de proba.uersic.secunda conclusio.Etiamsi statutum.nu.3.col.409. Adde tamen, quòd Io. Mona.& Ioan. de Fan.c.ij. de tempo.ordi. in vj.tenent contrarium, sed malè. Limita prædicta, nisi statutum diceret, quòd dictum illius habetur pro plenissima probatione: quia non admitteretur tunc probatio in contrarium. Et idem dic, quando statutum diceret, Habeatur pro omnimoda probatione. Ita Ludo.Roma.l.si duo.ff.de acqui.hære. Adde Felin.d.c.propositisti.de probatio.uersic.secundò limita, nisi præcessisset.nu.4. col.eadem. Limita etiam, quòd non admittatur probatio in contrarium, quando iuramentum præstatur præsente & tacente illo, contra quem iuratur. Ita Cal.c.statutum.§.cùm uerò. de rescri. in vj.& ibi Domi.de sancto Gemi.uer. sed an contra iuramentũ. Adde Felin.d.c.propositisti.uersic.tertiò limita, nisi iuramentum. nu.5.col.410.

statutum, quòd egrediens monasterium non succedat, utrùm ualeat? Bar.l.fi. C. de pac.ij.col.tenuit, quòd sic, uer.ad istam quæstionẽ. & dixit ibi, quòd istud uerum est, dum modò statutum disponat de ingrediente: quia talis cùm sit laicus, potest statutum de eo disponere: secus de ingresso. Et idẽ tenuit Bal.l.Deo nobis.C.de episco.& cleri.penult.col.Lap.alleg.cj.incip.Cy.in ciuitate Florentiæ. Adde, quòd communis opi. est in contrarium. Ita Ang.in disputatione incip.Nobilis quidam, & Lud.Ro.l.stipulatio hoc modo concepta.ff.de uerb.oblig.vij.col.ubi etiam do.Alex. Bal.l.omnes populi.ff.de iusti. & iure.xj.col.Pau.de Cast. l.si quis id.ff.de iurisdict.om. iudic. Anto.de Bu.c.quod clericus. de foro compet. ubi etiam do.Abb.x.col.uer.& facient hæc ad quæst. & Imol.& Gemi.c.quamuis.de pact.in vj.v.col. Adde Felin.c. in præsentia. de proba.uersic.primò quæro, utrùm ualeat statutum. nume. 38. colum. 457.

statutum si requirit, quòd in omni actu sint duo notarij, sufficit, quòd unus scribat, & alter se subscribat. Vide de hoc, quæ posui in litera N.§.notarij plures.

statutum, quod disponit, quòd notario falsum committenti manus amputetur, an comprehendat duos uiros requisitos in defectum notariorum: putà in casu c. quoniam contra. de proba. Vide de quæstione ista, quæ posui in litera D.§.duo uiri requisiti.

statutum nunquam intelligitur à contrario sensu: & hoc, quando ex tali intelligentia statuentes inciderent in pœnam. Felin. c. ecclesia sanctæ Mariæ.de consti.uer.ex quib.uerbis. nu. 70.col.274.

statutum, quòd fit simpliciter contra aliquem in eius præiudicium, ualet, & tenet. Fel.ponit circa istam materiam, longam examinationem c.cùm omnes.de consti.uer.sed pro declaratione: ubi, si statutum.nu.2.in princ.col.96. Adde tu Inno.c.uenientes. de iureiu. Vide Bar.l.toties.ff.de polli.Bal.authen.habita.C. ne filius pro patre.uersic.pone, statuto. Adde etiam, quòd ciuitas potest facere statutum specialiter contra aliquem in eius præiudicium: & hoc ex causa publicæ utilitatis. Ita Bald.addi. Spec tit. de appel.uer. inferiori tempore. Adde, quòd non potest fieri statutum per inferiorem à principe, in præiudicium tertij, nisi sit citatus: c. fin. de maio.& obe. Adde, an statuum posit tollere ius quæsitum alteri? Ponit Bar.l.fin.ff.de pact. Bart.l. Antiochensium. ff.de priuileg. credi. Adde tamen, quòd non potest tollere funditus defensiones, quæ sunt de iure communi: de quo uide Bar. l. fi. C.si contra ius, uel uti.public.

statutum potest fieri, ex causa, in fauorem singularium personarum. De quo uide per Fel. c.cùm omnes.de consti.uersi. tertia conclusio: Sicut ex causa.nu.6.col.98.

statutum, quòd bannitus occidatur impunè, ualet: Ita tenuit Ang.l.si non specialiter. C.de testa.Bald.l.Gracchus.uer.allegat ad q.C.de adul. Vide alias concordantias, quas ponit Felin. c. quæ in ecclesiarum.de consti.uer.per istam conclusionem infertur.nu. 3. col. 126. Adde tu, quid de iure cõmuni, an bãnitus posit impunè occidi? Dico, quòd non. Ita Bal.l.cùm mulier.uer.sed an de iure communi.ff.sol.matri.Bar.l.ut uim ff.de iust.& iure.j.col. Et hoc in persona: secus, in rebus: quia potest de iure communi inferri damnum. Ita Bar.d.l.ut uim. Adde Bal.c.j.uer. & quia tractatur hic. de leg.Cor.Bal.l.j.uersi.sed hic quæritur.C.de hære. in i. Adde, quid de iure canonico, an talis offensio sit permissa? Dic, quòd non. Ita Host.c.fi.de consue.

statutum disponens, quòd bannitus posit impunè offendi, non habet locum extra territorium: nam occidens non erit tutus ab homicidio: quia effectus banni non extenditur extra territorium bannientis. Ita Bald.l.j.xiij.col.C.de hære.insti. & l. executionem.x. col.C.de execu.rei iud. Adde Felin c.quæ in ecclesiarum.de cõsti. uersic.octauus casus est.nu.11.col.128. Adde, quòd Bar.l.cunctos

populos.C.de summa trini.& fide Catho.quærit viij.q.an statutũ ligat subditos extra territorium,ex cõtumacia? Adde,quòd istud statutum non habet locum in bannito. Vide,quæ posui in litera C. §.contumacia an sit delictum.

statutum,quòd quis possit facere uindictam de morte consanguineorum,an ualeat? Dic,quòd sic, cum limitatione,de qua per do. Ab. c.quæ in ecclesiarum.de consti.uer.no. primum. Et adde aliam limitationem, quam ponit gl.singularis l. fundum.uer.postea.ff.de ui & ui arma.uidelicet, quòd statutum de uindicta, debet intelligi, ut quis eam faciat proprijs manibus: secus,si per alium. Vnde Bald.c.ad nostram j.col.de proba.dicit, quòd potestas occidendi priuato concessa,non potest delegari. Adde Fel.d.c.quæ in ecclesiarum.uer.procedit ergo dictum statutum.nu.12.col.ut ī.ubi ponit alias limitationes. Adde ad ista,quæ posui ī.§.statutum an ualeat,quòd homicida possit occidi.

statutum,quod dicit simpliciter,quòd liceat bannitum offendere,intelligitur etiam, quòd possit occidi. Ita Bar.consil. suo clxxxviij. incip.Statuto castri plebis. Fel.c.quæ in ecclesiarũ. de consti.uer. ex istis adde Bar.l.ij.nu.14.col.130.

statutum,quod permittit,ut bãnitus occidatur, non potest tollere infamiam,uidelicet,quòd occidens non sit infamis infamia facti. Bal. l.decuriones.in fi.C. de insa. quia licet istud homicidium sit tollerabile,tamen non est laudabile.Fallit, si diceretur in statuto,quòd possit occidi licitè, & impunè: quia tunc non esset infamis. Tex. est l.is,qui accessorem.C.ad leg. Corne.de sica. Felin.c.quæ in ecclesiarum.de const.uer.no. tertiò, q̃ stante statuto.nu.15.col.ead.

statutum factum à Papa, uel Imperatore, uel alio principe,sine causa,ut certo casu bona auferantur ab aliquo,uel dominium de uno in alium transferatur, nec in foro animæ,nec in foro ciuili seruandum est. Feli.c.quæ in ecclesiarum.de consti.uer.tertia conclusio: Ex causa rationabili.nu.26.col.135.

statutum odiosum,putà contra usurarios,cessat cessante causa. Et idẽ dic in alijs statutis, seu constitutionibus. Fel.c.quæ in ecclesiarum. de consti.uer.hanc declarationem.nu.28.col.137.

statutum inhabilitans fœminas ad successionem, existentibus masculis,an habeat locum in bonis feudalibus? Ponit Felin.c.quæ in ecclesiarum. de const.in fi.uer. postremò unum non omitto. nu.95. colum.171.

statutum,quod disponit, quòd uir lucretur dimidiam dotis mortua uxore in matrimonio & sine liberis, utrùm proceda.t in illa, quæ nupta est ante statutum, & moritur post statutum? Ponit Felin.c. fin.de consti.uer.ex ista ampliatione. nu.2.col.333.Adde tu,nunquid istud statutum habet locũ, etiam in dote promissa, non soluta? Vide Bal.l.si pater.C.de iure do.Bar.l.iubemus.ij.col.C.de sac. san.ec.& consi.suo,statuto cõmuni. & Ang.consi.inci.Statutum loquens de dote. Paul. de Castr. consil. cxxiiij. incip. Super primo puncto. Adde Fel.rub.de sponsa.uersi ad alia contraria nu.3. col.712.ubi latè de hoc.Dic tamen,quòd si mulier esset traducta, & statim moriatur non cognita,maritus lucratur dotem.Felin.d. rub.nu.3.col.ut suprà.

statutum nouum faciens mentionẽ de præteritis,an trahatur ad pendentia in iudicio. Vide, quæ posui in litera L. §. lex noua faciens mentionem.

statutum,quod habilitat prolem illegitimam ad successionem,an ualeat? Fel.c.fi.de const.uer.fallit septimò.nu.13.col.348.

statutum episcopi habilitans omnes filios illegitimos ad minores, & ad simplicia beneficia,an ualeat? Felin.c.fi. de const.uer.allegato, colum.349.

statutum, quod dicit,quòd instrumentum sit mandandum executioni, debet intelligi de ritè facto. Feli.c.ex tenore.de rescri.uer.regula,non præstat.nu.4.col.562.Adde Bar.l.nõ putauit.§.non quæuis.ff.de contra tabu.

statutum, quod disponit, q̃ cedens actionem nobili, puniatur,an intelligatur de cessione ritè facta? Fel.c.ex tenore.de rescrip.uer.alleg.col.ead. Adde Bar.l.nõ putauit.§.nõ quæuis.ff. de contra tab.

statutum, quod dicit, Qualiscunq; fuerit sententia arbitri, mandetur executioni,intelligitur,data eius ualiditate. Fel.c.ex tenore.de rescrip.uer.adde,quod no.Bal nu.6.col.583.

statutum disponens circa attestationes, contractus, sententias, & similia, quomodo intelligatur. Fel.ponit multas remissiones c. causam, quæ.de rescri.uer.de interpretationibus. nu.18.col.614.& seq.Adde tu ad ista,quòd statutum disponens, omnes causas compromitti,limitatur,nisi quis haberet instrumenta, uel aliud ius liquidũm.Vide Bar.l.eleganter.in princ.ff.de cond.inde. & Bar.j. cõsti.C.& ibi Bal.in fi.Et quomodo intelligatur tale statutũ,uide Ang. & Alex. l. cùm hi.§.si cùm lis.ff.de transact. & adde Bar.l. ambitiosa.ff.de decre.ab ord.fa.v.col.uer.circa hoc dico.

statutum tollens exceptionem, intelligitur de iniusta. Feli.c.causam, quæ.de rescript.uer. similiter dicit Bar. l.j.nu.21.col.616. Adde ad ista, quæ posui in litera R.§.rescriptum, uel statutum tollens. ubi multa habebis.

statutum tollens appellationem, de qua intelligatur. Vide Fel.c.causam,quæ.de rescrip.uer.allegato,col.ead.

statutum,quod restringit facultatem probandi ad unum modum tãtùm,putà, per instrumentum tantùm,uel per testes tantùm, ualet. Ita Spec.ti.de proba.§.uidendum.uer.sed pone.& do.Abb.c.ij.de proba.ult.col.uer.uenio nunc ad tertium. Adde Fel.d.c.ij.uer.tertia conclusio: Valet statutũ.nu.12.col.395. Adde,& limita istud, quòd si restrictus ad certam speciem probationis, uellet probare per confessionem partis: quia posset,non obstante statuto.Ita Moderni.d.c.ij.de proba. Vide Fel.loco præalleg.Limita etiam,quòd si astrictus probare aliquid per instrumentum, si uult probare per quinq; testes,non obstante statuto. Ita do.Abb.d.c.ij.de prob. in fi.quem sequitur Fel.ibi, d.c.ij.uer.secundò intellige. nu.13.col. 396. Item limita,quòd si astrictus probare per instrumentum,si probat amissionem instrumenti, poterit probare per testes. Bar. l.testium. C.de testi. uer. ultimò tene menti. & do. Abb. d.c.ij.de proba.uer.unde scias.in ult.col. Idem tenet Felin.d.c.ij.uersi.tertiò intellige.nu.14.col.ut ī.Adde,& dic,quòd istud statutum non habet locum in foro ecclesiastico: & sic tale statutum non potest allegari,nisi inter laicos.Ita Fel.d.c.ij.de proba.uer.quintò intellige.nu.15.ibidem.Limita etiam,quòd astrictus probare debitum per instrumentum, tamen poterit probare damnum & interesse, quod dependet à contentis in instrumento, per testes. Ita Bald.l. certi condictio.§.quoniam.ff.si cert.pet.j.col.uer. hoc facit ad q. Idẽ tenet Bal.authen.sed nouo iure.iiij.col.C.si cer.pet. & Sal. authen.cassa.& irrita. C.de sacrosan. eccles. vj. col. uer. cogitabis. Vnde uide per Fel.latè de hoc d.c.ij.de proba.uer.septimò intellige.nu.16.col.397.Adde, & pone, quòd astrictus probare per instrumentum, debitum, uult illud probare per testes, qui testes adiuuantur per instrumentum,an ualeat talis probatio? Vide per do. Alex.d.l.certi condictio.§.quoniam.ff.si cer. pe.j.col.Adde, quid si stante statuto prohibitiuo, uidelicet quòd quis non possit probare debitum, nisi per instrumentum, tamen pars contra talem probationem produxit omnes,& aduersarius non contradixit, an ualeat talis probatio? Vide per do.Alex.d.§. quoniam.j. col.& per Fel.d.c.ij.uer.octauò intellige.nu.17.col.398. Et adde ad ista, quòd ex decisione Bart. & aliorum d.l. certi condictio. §.quoniam.concluditur, quòd statutum loquens de casu simplici, non trahitur,nec extenditur ad casum mixtum:quod expressè uoluit Bar.l.omnes populi.ff.de ius. & iure.xxij.col. & do.Alex.d. §.quoniam.j.col.

statutum ciuitatis, in quo cauetur, quòd debitum à centum libris suprà,non possit probari per testes,non ligat clericum,etiam in iudicio seculari. Io.Cal.in disputatione sua incip. Statuta ciuitatis. Adde Fel.c.ij.de proba.uer.quinò intellige.nu.15.col.396.

statutum ciuitatis, quod exigit superfluam probationem, non ligat clericum. Vide suprà §.statutum, quod exigit superfluam probationem.

statutum loquens de casu simplici, non trahitur ad casum mixtum. Vide suprà §.statutum,quod restringit facilitatem probandi.circa finem.

statutum, quod uult, quòd debitum à centum libris ī. probetur per instrumentum, intelligitur, de debito principali, non de usuris. Vnde si coaceruata usura, esset maior quantitas, quàm statutum requirit,non fiet coaceruatio, & tunc poterit probari tale debitum per testes:quia intelligitur de quantitate principali.Ita Fel.c. ij.de proba.uer.nonò intellige.nu.18.col.398.Adde tu,quid cõuersos?pone,quòd per statutum iudex non possit cognoscere, nisi sit causa tantæ summæ: dic,quòd tunc fit coaceruatio:quia fit inclusio

clusio iurisdictionis, & nõ exclusio, ut per Bar.l.si idẽ.ff.de iur. om.iud.in prin.Et resolue contrariã legem, quam habes l.si plures.in fi.ff.de pac.Adde ad ista:pone,statutũ est in ciuitate,quòd libris mercatorũ cum eorũ iuramento creditur usq; ad summã tantã:pone, aliquis apparet debitor in libris aliculus mercatoris,& sunt multæ summæ,q̃ nulla de per se excedit summã taxatam per statutũ,an debet fieri coaceruatio, ad hoc, ne possit mercator iurare. Marinus Laud.d.l.si idem.tenet, q̃ fit cumulatio. Et eũ ibi sequuntur Mod.& sic nõ statur iuramẽto. Quod no.in practica.

statutum & pactum an habeant eandem potentiam, uidelicet,quod potest fieri per pactum,possit etiã fieri per statutum,& econtrà. Vide, quæ posui in litera P.§. pacti & statuti an sit eadẽ potẽtia.

statutum si disponit, quòd stetur iuramento alicuius, illi nõ creditur; si ex aduerso probatur contrarium. Ita do. Abb.c.proposuisti.de proba.j.no.Et idem tenet gl.c.ij.de tempo.ord.uerbo,affectata.in vj.Inno.c.quia propter.in fi.de elec. & c.j.quod nte. cau. Domi. de sanc.Ge.c.statutum.§.cùm uerò.de rescri.in vj.uer.sed an contra iuramentum.ubi plenè de hoc.Et ista ueniunt ad limitationem d.c.statutum.§.cùm uerò.Adde Felin.d.c.proposuisti.in princ.nu. 1.colum.408.

statutum, quod disponit stari debere dicto alicuius sine iuramento, intelligi debet, nisi contrarium probetur: & hoc habet locum, etiam in officiali,qui iurauit exercere officium suum. Ita Salic.l.j. C.de re iud.in fi.ubi etiam Bal.& Ioan. And.in Spec.ti. de cita.§. sequitur.uer.sed nunquid. Et sic no.quia licet stetur relationi nuncij,ut tenet Bar.l.j.§.cura.ff.de offi.præfe.urb.tamen potest probari in contrariũ. Ita Bal.l.pe.C.de pericu.tuto.Fel.c.proposuisti. de proba.uer.prima conclusio:Vbi lex.nu.2.col.ut suprà.

statutum domicilij ligat subditũ delinquentem alibi,& sic extra territorium. Feli.c.fi.de fo.compe.uer. pœna autem statuti domicilij. nu.24.col.267. Adde,quòd idem tenet do.Abb.eo.c.fi.xvij.col. uer.ex prædictis uidetur.

statutum episcopi priuans quem beneficio, si fecerit tale quid,an tale iudicium sit criminale? Ponit Fel.rub.de iudi.col.5.

statutum, quod punit deprehensum de nocte,non habet locum in uiso de nocte. Ita Fel.c.cùm non ab homine.de iudi.uersi.si statutum punit deprehensum.nu.6.col.91.

statutum episcopi, in quo cauetur,quòd terminus præfigitur instantiæ,non ualet. Ita Feli.c.uenerabilis. de iudi.uer.in quantum dicit hic Abb.nu.2.col.156.

statutum,quod dicit, quòd si creditor non egerit intra x.annos,amplius nõ audiatur,an ualeat? Vide per Fel.c.uenerabilis.de iudic. uer.hoc tamen ego limitarem. nu.18.col.162. Adde tu,statutum, quod post certũ tempus nõ admittit creditorẽ ad agẽdum, utrùm ualeat,quin saltem possit agi in foro ecclesiastico? Posuit Io.An.c. fi.de except.in vj.Bald.c.si quis per triginta. si de feu. fiue. contro. col.x..Adde do. Abb.rub.de præscr? Vide Bar.l.sequitur.§.si nostra.ff.de usucap.nam ibi tenet unam opi.& l.omnes populi.ff.de iust.& iure.tenet aliam.Adde do.Ab.c.fi.de præscr.iij.& iiij.col.

statutum uolens,quòd iudex sequatur consilium sapientis,an ualeat? Vide per Feli. c. si pro debilitate.de offic.deleg.uer.utrùm autem statutum.nu.7.col.1038.

statutum,quòd à sententia iudicis nõ appelletur,an ualeat? Vide per Feli.c.si pro debilitate.de offi.deleg.uer.allegato.col.ut suprà.

statutum,in dubio uenit ad corrigendum ius commune. Ita Felin.c.de causis.de offi.deleg.uer.in gl.ibi,quid si diuersæ.nu.9.col.1046. Adde tu, & pone, quòd plures sint pœnæ impositæ pro uno delicto à lege communi, postea superuenit statutum, quod imponit aliam pœnam nouam pro eodem delicto, an per pœnam statutariam sit sublata pœna iuris?cõmunis? Bald.in repe.l. quid ergo.§. pœna grauior.ff.de insa.& l.non est nouum.ff.de legi.dicit,quòd indistinctè pœna statuti est sequenda,& nõ pœna iuris cõmunis. Et ratio est ista:quia potestas iurat seruare statuta, & iuramentũ obligat in forma specifica. Tex.est c.ad nostrã.el j.de iureiu? Vide Spe.& Io. An.ti.de pœna te.liti.per Bal.l.j.xj.oppos.C.de sum. tri.& fide Catho.& l.placet.C.de sacrosan.eccles.per do. Alex.l. quicunq;.C.de ser.fu. Adde, quòd Bald.l.data opera.C.qui accus. non pos.tenet, quòd pœna statuti facit cessare pœnam legis communis.Et istam opi.Bal.sequitur Pet.de Anch.c.canonum statuta. de consti.uer.quærò,utrùm.

statutũ ualet, in quo dicit, q̃ missus in possessionẽ ex primo decreto faciat fructus suos,et nõ cõputetur in sortẽ. Ita Fel.c.cõsultationibus.de offi.dele.uer.ualet statutum,quòd missus.nu.10.col.1067.

statutum, quòd hæredes mariti soluant tantum pro centenario, do nec restituant dotem, an ualeat? Vide per Fel.c.consultationibus. de offi. deleg. uersi.utrùm ualeat statutum. nu.11.col.1068. Adde, quòd do.Abb.c.salubriter. de usu. ulti.col.& Raph.Ful.l. insulam.§.qui usuras.ff.sol.mat. & Bal.l.fi.§.præterea.C.de iure dot.dicunt,quòd tale statutum ualet,si sumus in casu,quo alimenta debentur,uel in casu moræ.

statutum non potest dicere,quòd quis condemnetur non citatus. Bal. l.j.iiij.col.C.quomodo & quando iudex. Vide per Fel.c.ex parte. el ij.de offi.deleg.uer.Bal.in l.j.nu.§.col.1075. Adde tu,quòd terminus est dandus illi,qui defendere se intendit,aliàs non posset sequi condemnatio: l.iij.§.ad diem.ff.de re mili.& l.pe. C.de temp. in integ.resti. Et adde, quòd istud habet locum,etiam ubi per statutum procedi posset sine iuris solennitate. Ita Bar.l. filius. ff.de dona.j.col.uer.quæro,quid si est dictum.Et adde,quòd Bar.l.ij.ff. si quis in ius uoc.non ic. ult.col. uer. sed quæro.dicit,quòd contumax nõ potest in mulcta condemnari, nisi iterum citetur, & sibi terminus præfigatur ad se defendendum. Et sic no. quòd defensio non potest tolli per statutum.

statutum an possit tollere exceptionem legitimam? Vide, quæ posui in litera E.§.exceptio an potest tolli.cum multis alijs §§.Ibidem.

statutum,quod uult, quòd dictum testis ualeat sine iuramẽto,an tale statutum teneat? Vide ī.§.statutum faciens ualidam probationẽ. & uide Fel.c.tuis.de testi.uer.ex eo.tex. habes.nu.1.col.779.

statutum si facit mẽtionem de probatione, de qua probatione est intelligendum,uidelicet de uera, an de præsumpta? Vide,quæ posui in litera P.§.probatio in iudicialibus.

statutum,quod disponit,quòd probatio per acta causæ non sufficiat; nisi producens ea, fidem faciat iuramento, an tale statutũ ualeat? Vide per Fel.c.ij.de proba.in princ.nu.1.col.391.

statutum simpliciter loquens de delicto illud puniendo,non intelligitur de incho.ato,sed de consummato. Fel.c fi.de fo.comp.col.258. Adde tu Bar.in materia ista,l.j.ff.de uar. & extraor.cri.Bald.l.si quis, non dicam.C.de episc& cle.Hostien. in sum.de pœ.§.in quibus.Ioan. And.c.perpetuæ.de elect.in vj. Bald. l. si fugit.C. de ser. fugi. & l.arboribus.§. Iulianus. ff. de usufruct. Anto. de But.c.fi. ult.c.l.de eo,qui mit.in pos.causa rei ser.Bar.Bal.l.si quis cũ telo. C.de sica.Lud.Ro.l.damni.§.Sabini.ij.col.ff.de damno infec.

statutum de consensu propinquorum in contractu, utrùm militat in quasi contractu? Vide Felin.c.fi.de fo.compe.uer.ad illud,quibus modis.nu.17.col.252. Adde tu Bar.l.si unus:§.pactus.iiij.colum. uer.ex hoc apparet.ff.de pac. ubi infert in specie, quòd ubicunq; ex forma statuti non posset mulier se obligare, nisi interuenerit consensus duorum propinquorum, non posset etiam facere pactum de non petendo, debitori,non seruata forma statuti. Adde, quòd idem tenet Bar.l.Mæuia.ff.sol.mat. Et cum eo communiter transeunt Doc.tam d.l.si unus.§.pactus.ff.de pac.quàm d.l. Mæuia. Adde Ful. consil.xxxix.incip:Ad id,de quo.quòd istud idem uult,& probat per authen.sacramenta puberum.C.si aduer.uen. quæ est iuris correctorium,& utitur uerbo,Contrà libus,& tamen extenditur ad liberationẽ, ut ibi no.per Doc.& est gl.reputata sing.l.iij.§.j.ff.de contra.iudi.tute. Adde,q̃ potes respõdere; q̃ ideo ibi est:quia tractatur de fauore animæ:ideo fit extensio,ut per Ant.de But.c.fi.de consue.Imo. & Gemi.c.quamuis.de pac.in vj. Adde & considera ultra alios, si potest responderi nouæ opi. contra Bar. & omnes:nam statutum disponit,quòd mulier nõ potest se obligare. Bar.& Doct. intelligunt illud uerbum, Obligare,etiam de sola obligatione naturali: quod potest comprobari: quia statutũ loquitur indefinitè:& indefinita æquipollet uniuersali, l.si pluribus.ubi latè Bar.ff.de leg.ij.gl.c. ut circa. de electio. in vj. Tu caue, quòd ubicunq; in iure fit mentio de obligatione simpliciter,intelligitur de ciuili,& non de naturali.l.iurisgentiũ. uersi.sed in alium.de pac.& §.si seruus. Institu.de inuti.stipu.Ergo statutum loquens de obligatione, debet intelligi de obligatione ciuili, cùm statuta recipiant interpretationẽ à iure cõmuni,l. ij.C.de noxa.glos l.fi.§.in compu. C.de iure delib. Cogita tamen: quia non pono pro constanti. Adde tu tenendo opin. Bartol.&

cõmunem etiam limitat Angel. & do. Alex.d.l.si unus.§.pactus. ff.de pac. ut procedat, quando statutum loqueretur per uerba, quibus utitur Bar.scilicet per uerbum, Obligare: secus, si uteretur uerbo contrahere: putà, quia disponeret, quòd mulier nõ posset cõtrahere sine cõsensu duorũ proximorũ, tunc bene posset facere pactũ de non petendo: quia cùm istud statutum sit stricti iuris, & exorbitans à iure cõmuni, debet strictè intelligi. Similè distinctionem in uerbis statuti facit Mate. no.clxviij. concordando Bar.l. apud Iulianũ. §.fi.ff.quibus ex cau.in pos.ea.& l. more. ff.de acqui.hæ. Pro limitatione facit, quod ult Bal.l.siue apud acta.j.col. C.de transact.ubi refert se consuluisse, quòd statutum disponens, q̃ non ualet contractus mulieris, nisi instituetur, non extenditur ad simplicem deliberationẽ, seu distractum: & ibi sequuntur Moder. Adde tu, quòd quicquid ibi sit in casu nostro, teneo cõtra Angel. & do. Alex. quòd etiamsi statutum utitur uerbo, Contrahere, mulier adhuc nõ possit facere pactum de non petendo absq; solennitate statuti: prout etiam tenet Ang. & Mar.Laud.d.l. si unus.§. pactus. Moueor primò: quia pactum dicitur esse contractus, ut est gl.sing.l.j.in prin.ff.de actio.& obl. Et sic est contractus impropriè, cùm nõ sit ultro citroq; obligatorius, l.Labeo.§.contractus, ff.de uerb sig. Ergo non habet locum in statuto: quià dicò, quòd ubicunq; in statuto non potest assignari, nisi una ratio, illa habetur pro expressa: gl.est l.quamuis. & ibi expressius Bal. & Paul. de Cast.C.de fideicõ. quo casu ex identitate illius rationis, licitum est arguere ad casum, qui sub lata & impropria significatione cõtinetur: Vt est gl.authen.ut hi, qui obli.uerbo, ad curationem. ubi Ang.no.& gl. cle.j.uerbo, alligatur electio. Sed huius statuti non potest assignari, nisi una ratio, propter fragilitatem sexus, & imbecillitatem intellectus: ut no.Bal.l.ij.C.de adopt.& l.ij.C.de rescin.uen. ix.q. Secũdò moueor: nam statutũ loquens in contractu, habet locum in distractu, concurrente identitate rationis: glo.est reputata sing.l.iij.§.contrarium.ff.de contra.iud.tute. Tertiò moueor: quia statutũ in contractu habet locum in renũciatione, concurrente identitate rationis, secundũ Bal.rub. & l.j.C.de pac.& pulchrè Bal.ibi limitat l.pactũ.xxj.q.C.de colla. Secus, ubi est diuersa ratio: Ita potest saluari Bal.l.tres fratres.ff.de pac. Quartò facit, quod no.Bar.authen.contra si filij.ij.no.C.de repu.ubi dicit, quòd cuius consensus requiritur in contrahendo, eiusdem requiritur in distrahendo. Vltimò facit doctrina, l.tale pactum.§.fi.ff. de pac. Quintò, principaliter limita cõclusionem cõmunem, nisi talis liberatio, seu quittatio, fieret per mulierem ex necessitate: puta, quia maritus reddidisset uxori, quod debet: quo casu mulier tenetur quittare, per l.dissoluiæ.C.de condi.ob cau. Et in tali quittatione non requiritur solennitas statuti: Ita per plura similia tenet Lud.Ro.consilio cccxciiij.incip.Præsupposito.

statutum an ualeat, quòd homicida possit occidi ab hæredibus, uel cõsanguineis interfecti? Vide Ant.de But.& Imo.c.quæ in ecclesiarum.de consti. Bar.l.omnes populi. ff. de iusti.& iure.vj. col.uer. ex ista theorica. Bal.l.fi.v.col.C.si contra ius, uel uti.pub.Io.An. in Spec.ti.super rub. de consti.Bal.l.ut uim.ff.de iusti.& iure.& l.ij.C.quando licet se sine iud. uim. Alb.iiij. parte statuto. q. xviij. An.de Bu.c.si uero.el j.de sen.excõ.Domi.de san.Ge.§.is ita.circa medium, vj.dist.Bal.l.si quis. C. de insti.& substi.An. de Bu.c.fi.in fine, de iureiu. Adde Fel.c.ad nostram.de proba. in prin.nu.1.col. 548.ubi per multas remissiones tangit hanc quæstionem, & nihil decidit, sed solùm dicit, quòd non est dubitandũ, quòd tale statutum nõ excusat à peccato, & quòd de hoc est gl.fi.c. inter hæc. xxxiij.q.ij. Sed difficultas stat, an ualeat ad euitandam pœnam capitalem? & dicit etiam ibi Fel.quòd ista potestas gladij concessa priuato ad uindictam, non potest alteri subdelegari. col.549. Et allegat gl.l.cùm fundum.uer.post ea.ff.de ui & ui arma. quam dicit Bald.tenere d.c.ad nostram.& Bal.l.accusationis.C.quod metus cau.& c.j.§.si quis uerò.de pace iura.fir. Pau.de Cast.l.si cùm dotem.§. transgrediamur. ff. sol.mat.& sic cum istis ibi transit. Adde tu pro clariori intelligentia, ad hoc, ut ueritatem habeas: & dic, quòd ista statuta uidẽtur illicita: & ratio est: quia illud, quod debet fieri per uiam iustitiæ, non debet exerceri cum odio & malo animo: quia præbent materiam peccandi, & scãdali: & ad hoc facit text.l.non est singulis. ff. de reg.iur. Et ideo Ioã.An.in Spec. ti.de consti.dicit, quòd statutum, quod dat facultatem cum rancore facere uindictam, non ualet: secus, si dat hanc facultatem, ut minister legis, ad hoc, ut faciat iusticiam: quia isto casu statutum potest illos hæredes, seu consanguineos, ministros iustitiæ facere, xxiij.q.v.c.non est crudelis. Et istud idem tenet do.Abb.c.fi. de cõsue.iij.col.uer.no. primum dictum. Istam conclusionem intellige ueram de iure ciuili, & in foro seculari: de iure autem canonico tale statutum non ualet. Hosti.& omnes d.c.fi. Bal.l.j.ij.col.C. si à non compe.iudic. Adde, & pone, quòd stãte tali statuto, quòd bannitus posit impunè occidi, pulchrũ est uidere, an filius possit impunè occidere patrem bannitum, uel econtrà pater filium bannitum. Ang.l.si adulterium cum incestu.§.liberto. ff. de adulte. tenuit, quòd non: & idem tenet authen.de incest.nup.in prin.Bar. d.§.liberto.tenuit contrarium, & dicit, quòd ista quæstio fuit de facto Tuderti, & quòd per quoddam collegium fuit ita consultũ. Et idem tenet Pet. de Anch. & Ioan. de Ana.rub.de his, qui filios occi. Bar.l.minimè.ff.de relig. Sal.l.j.C.de his, qui parẽ.uel filios occi. Quid dicendum in hac difficultate? respondeo, quod non est fauendum filijs, ut occidant patrem bannitum, nec econtrà: sed post quàm parricidium est consummatum, seu secutum, tenerem opinionem Bar. Adde ad ista: pone, quòd non sit statutum, an bannitus posit de iure communi impunè occidi. Bar.l.ut uim.ff.de iusti.& iure.j.col.uersic.nunquid de iure.concludit, quòd non, nisi sit transfuga, l.iij.§.trãsfuga.ff.de re mil.& ibi omnes. Adde Bal. l.j.xj.col.C.de hæredi.inst. Alb.de Rosa. iiij. parte statuto. q.xv. incip. Deinde quæro. Et subdit postea ibi Bar.d.l.ut uim.q̃, licet de iure communi non sit licitum offendere bannitum in personã, tamen impunè potest dare damnum in rebus: gl. est sing.c.j.§.si quis.uerbo, deprædari.de mili.uasa.qui contu. est. Bar.extrauaganti, qui sint rebelles.uerbo, rebellando. Bald.l.omnes.C.si contra ius, uel uti.pub.Ang.l.in suis ff.de lib.& posthu. & ibi Imol. Sal.& do.Alex.l.qui sepulchra.C.de sepul.uio. Adde ad ista, quæ posui ẽ.§.statutum, quòd quis posit facere uindictam de morte consanguinei.

statutum tollens pacta, non tollit pacta confirmata. Ita Felin.c.consti tutus.de rescrip.uer.statuta iurata. nu.3.col.623. & allegat pro sua opi.duas glo.unam, c.cùm non deceat. de elect in vj.uer.effectus.& alteram, in cle.dudum. de sepul.uer.pacta. Adde tu, quòd illæ gl.probant, quòd prima iurata per nouissima non tolluntur: & sic l.pacta nouissima.C.de pac. non habet locum in pacto, & sic faciunt multæ gl.ad legem istam sic restringendam.

statutum tollitur unico actu contrario, sicut unico actu factum est. Felin.c.cùm accessissent.de cõsti. uer. sunt tamen quinq; casus.nu. 31.col.192. Adde tu, quòd fallit hoc quando statutum habet clausulam derogatoriam: do.Abb.d.c.cùm accessissent.de consti.ij.col. ubi Fel.ponit alias fallentias, col.193.

statutum ecclesiæ, quod disponit, quòd in receptione canonici soluatur tale quid pro fabrica ecclesiæ, an ualeat tale statutum? Felin. ponit c.cùm M.Ferrariensis.de const.uer.sed ad unam ualde quotidianam.nu.20.col.210. Vide, quæ posui in litera C.§. canonici an possint recipere. Et adde, quòd licet tale statutum uideturrogare receptas, ut soluant, tamen non dicuntur sponte soluere, imò coacti. Vide Felin.d.c.cùm M.de consti.uer. an autem liceat nouiter recepto.nu.21.col.211.& facit iste §.sequens, uerbo, statutum.

statutum, per quod quis non potest cogi ad soluendum, si soluit uidetur, quòd metu statuti soluerit, etiamsi petatur: unde non debitor, qui soluit metu statuti, excusatur, si ostendit statutũ, & nihil probat de exactione facta contra eum. Et istud facit pro istis debitoribus bannitorum, qui soluunt cameræ fiscali, etiamsi nõ sint coacti: & hoc, rigore statuti: quia satis uidentur coacti, ex quo statutum præcipit, ut tales debitores soluant. De quo uide Bar.l.creditor.de sol.j.col. Vide Felin.c.cùm M.de consti.uer. proximè allegato.col.ut suprà. Adde Angel.l.liber homo.ff de acqui. rerum do.Dy.l.liber homo.in princ. ff. de hære.insti. Bart.l.si mulier.§. j.ff.rerum amo. Et quòd istud statutum inducat iustum metum, tenet Bald.l.omnes.in fin.C.ad Trebel. Hostien.& alij c.j.de offi. deleg. Et per ista no.quòd canonici, qui habent statutum inter se, quòd canonicus receptus soluat, putà, decem, etiamsi tale statutũ non sit pœnale, tamen recipiendo committunt simoniam: quia in materia simoniæ consideratur & ponderatur solùm petitio. Vide in litera C.§.canonici, qui habent.

statutum ciuitatis, quo quis cogitur ad soluendum delictum, dicitur meticulosum, & sic inducit iustum metum. Bar.l.creditor.j.col. ff.de sol.Ang.l.liber homo.ff.de acqui.re.do.Dy.l. liber homo. ff. de hære.inst.Bal.l.omnes.in fi.C.ad Treb. Hosti.& alij c.j. de offic. delega.

statutum, quod habent canonici, ut receptus soluat, putà x. est simoniacum, & facit, quòd canonici cõmittunt simoniã. Vide, quæ posui in litera C.§.canonici, qui habent statutum.

statutum allegans, an teneatur producere totum statutum? Fel.c.contingit.de fi.inst.nu.2.col.918.

statutum pœnale, quod facit mentionem de religiosis: ex eo non ueniunt, nisi religiosi, qui profitentur tria substantialia: secus, si est fauorabile. Felin.c.ecclesia sanctæ Mariæ, de consti.in princ.nu.1. col.240. Vide, quæ posui in litera R.§.religiosorũ appellatione.

statutum, quod disponit, quòd religiosi nõ assumantur ad officia secularia, an habeat locum in religioso largo modo sumpto? Vide Fel.c ecclesia sanctæ Mariæ.de cõst. uer. adde etiam Domi.nu.2. col.ead. Ponit do. Abb.rub.de regula.

statutum an duret post mortem statuentis? Do. Abb.c.à nobis.de sen. excom.tenet, quòd durat: & idem Fel.ibi, uersi.ad quartã quæstionem.nu.7.col.1183. Vide Bar.l.fi.ff.de pœnis.

statuta contra libertatem ecclesiæ, quæ dicantur? Inno.c.nouerit.de sen.exc.dicit, quòd illa statuta dicuntur contra libertatẽ ecclesiasticã, quæ sunt contra priuilegia concessa ecclesijs per imperatorem, uel Papam. Et idem tenet Bal.authen.cassa. C.de sacrosan.eccles.Lap.alleg.xcij.incip. An constitutio. Sed Bar.d.authen.cassa. aliter loquitur, & dicit, quòd omne statutũ, uel consuetudo, propter quam clerici redduntur timidiores, & laici audaciores, dicitur contra libertatem ecclesiasticam. Et idem tenet do. Abb.d.c. nouerit. Vide Felin.d.c.nouerit.uer. extra glos.tractat hic. nu.2. colum.1229.

statuta iurata à solo impetrante, & nõ à collegio, si non est facta mẽtio de iuramento in impetratione, gratia est nulla. Ita Felin.c.constitutus.de rescrip.uer. amplia hæc.nu. 4.col.625. ubi ponit aliquas limitationes.

statuta iurata tolluntur per generalem derogationem. Ita Fel.c.constitutus.de rescrip.uer.limita tertiò, nisi Papa.nu.6.col.626. No. pro limitatione §.statuta iurata.

statuta iurata non tolluntur per generalem derogationem statutorum. Ita Felin.c.constitutus.de rescrip.uer.statuta iurata.nume.3. colum.625.

statuta confirmata per Papam in genere, non per hoc intelliguntur confirmata ea, quæ sunt contra libertatem ecclesiæ. Felin.c.ecclesian. Ma.de cõsti.uer.adde tamen, q̃ in generali cõfirmatione.nu. 4.col.241. Vide, quæ posui in litera P.§. Papa si confirmat

statuta laicorum an ligant clericos? Vide, quæ posui in litera C.§.cõsuetudo laicorum an ligat clericos.

statuta quando sunt confirmata à principe, non tamen remanent cõfirmata statuta contra libertatem ecclesiæ, nisi expressè dicatur. Bal.l.omnes populi.ff.de iust.& iure.vj.col.& Bal.l.cùm oportet.C.de bo.quæ lib. Adde Felin.c.ad nostram.de proba.uer. ultimò no.quòd lex irrationabilis.nu.4.col.551.

statuta an & quando possint operari circa matrimonia contrahenda? Feli.de sponf.& mat.c.j.nu.9.col.721.

statuta contraria: putà, in libro statutorum sunt duo statuta contraria, utrum stetur primo, uel secundo? do. Abb.c.gratum.de offi.deleg.j.no.dicit, q̃ illa statuta sunt reducenda ad concordiã per subauditionem. Tamen est gl.in cõtrariũ, c.Raynutius, de testa.uerb. relinquens. quæ dicit, q̃ ubi sunt duæ leges contrariæ, statur ultimæ. Adde tu, q̃ procedit illud, nisi prima lex prouideret in uno casu speciali: quia ultima generalis nõ tollit primã specialem: gl.c.ut officium.§.duabus.de hær.in vj.& Pet. de Anc.viij.col.uersi. decimò oppono.c.j.de consti.in vj. Adde Fel.d.c.gratum. ubi multa ponit, in princ.nu.1.col.1107.

statuta laicorum, uel consuetudines, an possint disponere aliquid circa matrimonia contrahenda. Do. Abb.c.j.de spon.ij.col.uer.in gl. dicit, quòd circa substantiam matrimonij disponere non possunt. Idem tenet ibi Anto.de But.& Ang.consi. suo ccviij.incip. Titius existens. do. Abb.c.ecclesia.de const. Bal.l.ij.C.de inst.& substit.in princ. ubi dicit, quòd si statutum laicorũ disponeret, quòd matrimonium non ualeret sine dote, quòd tale statutum non ualet: de quo uide Arch.c.Ostius.lxj.dist. Vide Fel.c.j.de sponf. uersic.tractant hic solenniter omnes Doctores.nu.9.col.721. Adde, q̃ do. Abb.d.c.j.ubi ẽ.plus dicit, q̃ leges ciuiles, quæ prohibent matrimoniũ inter tutorem & pupillum & rectorẽ prouinciæ: quia tales leges non ualent: quia ius canonicum uoluit, quòd matrimonia essent libera. Idem tenet Fride.consi.suo cccxxxv.do.Abb.cõsuo xij.incip. Casus talis est. Vide Feli.d.c.j.uersi.secunda declaratio.nu.11.col.ut suprà.

statuta laicorum, quæ disponunt circa solennitates matrimonij, an ualent, utputà ponendo pœnam personis contrahentib. matrimoniũ sine consensu patris, uel personis contrahentib. ante certã ætatẽ. Io.An.c.statutũ. el j.de hær.in vj.tenuit, quòd talia statuta non ualeãt. Istud idem tenet Pet.de Anc.& Domi.de san.Ge.d.c.statutũ. do. Abb.c.j.de spon.ij.col.uer.quandoq;. ubi etiam Ant.de Bu.& Ang.consi.suo xxviij.Feli.consi. suo xxxv. Ant.de But.consi. suo xl.incip. Visa forma. Vide Fel.d.c.j.de sponf.uer.quarta declaratio.nu.13.col.722. Adde consi.do. Alex.consi.xcvij.inci. Principalis dubitatio.ubi quærit, an ualeat statutũ laicorum, disponens, q̃ nemo contrahat cum muliere uirgine minore xx. annis, absq; consensu patris. Adde do.Ias.May.l.j.§.huius studij.ff.de iust.& iure. Adde, quòd cõtrarium tenuit Bal.rub.de consti.dicens, quòd laici non possunt statuere aliquid in his, quæ sunt de substantia matrimonij: sed bene possunt statuere circa qualitates. Et idem tenet Bal.c.tenor.de re iud.in fi.ubi dicit, quòd statutũ laicorum potest imponere pœnam in matrimonijs, præter quàm circa substantiã. Idem consuluit Pe.de Anc.consi. suo ccxcviij.incip.habet statutũ. Vide Fel.d.c.j.uer. proxi.alleg.col.ut ẽ. Dic tamẽ, quòd istis nõ obstantibus opi.Io.An.d.c.statutũ.est uerior, & cõmunior: de quo uide Feli.d.c.j.uer.alleg.col.ut ẽ.& seq. Adde & limita istã opi Io.An. & aliorum, q̃, si statutũ laicorum imponeret pœnam contrahentibus matrimonium, non odio contrahentiũ, sed fauore filiorũ, quòd tunc tale statutũ ualet: quod tenet Ant.de But.d.c.j. Vide ibi Feli.uer.& primò fallit.nu. 4.col.724. Adde etiã, quòd Ant.de But.d.c.j.uoluit, quòd statutũ laicorum ualeret, ubi pœna est apposita circa lucrum cessans. Vide Fel.d.c.j.uer.secundò fallit. Ibidẽ, nu.15. Adde etiam, quòd statutum laicorũ disponens circa dotem, ualet. Inno.d.c.j.ubi do. Abb.iij.col.uer.quandoq;. Bal. d.rub.de const. Bar.l.Titia.ff.sol.ma. Docto.c.de prudentia.de dona. inter uir.& uxo. Felin.d.c.j.uer.tertiò fallit.nu. 16.col.725. Adde etiam, quòd statutũ laicorum: quod disponit, q̃ aliqua laudabilis solennitas seruetur in contractu matrimonij: quia ualet tale statutũ: imò omittentes illam incurrunt peccatum mortale. Innoc.d.c.j.de sponf. ubi Host.& Io.An & Felin.uer. quartò fallit. nu.17. Ibidem. Quod intellige sano modo, quando illa solennitas omittatur ex contemptu: aliàs non: de quo uide gl.& ibi Arch.c. nostratis.xxx.q.v. Fel.d.c.j.de sponsa.uersi.tertiò intellige istam fallentiã.nu.19.col.726. Adde etiã, q̃ statutum laicorũ puniens contrahentes, ualet: dum modò pœna sit parua & modici momẽti: quod est considerandum secundum qualitates personarum cõtrahentiũ. Ita do.Car.c.is.qui.de sponsa. Vide Fel.d.c.j.uer.quintò fallit prædicta regula.nu.19.col.727. Adde etiam, quòd statutum laicorum ualet, quod disponit, quòd matrimoniũ non potest contrahi inter homines diuersarũ ciuitatum. Ita Bar.l. edicimus. C.de murileg.lib.xj. Et idem tenet do.Card.c. gemma.de sponsa. Bald.l.si matre.C.de suis & legi.ubi dicit, quòd statutum Mediolani ualet, quòd mulier nupta extra territorium, non succedat in bonis patris. Vide Fel.d.c.j.de sponsa.uersi.sextò fallit.nu.20.col. ut ẽ. Adde etiam, quòd statutum laicorũ ualet, quod imponit pœnam amissionis dotis nubenti uiro indigno sine consensu patris. Bald.d.c.statutum. & Pet. de Ancha.d.suo consi.xviij.Feli.d.c.j. uersic.septimò fallit.nu.21.col.728. Tamen istud non teneo: quia est nimis larga decisio. Considera.

statuta laicorum contra libertatem ecclesiasticam: & quæ sint illæ, quæ propriè dicantur contra libertatem ecclesiasticam? dic, quòd in ista materia sunt quatuor opinio. quarum tres refert Felin. c. ecclesia sanctæ Mariæ.de constitu.uersic. unde secundò principaliter quæro. nu.69.col.272. & aliam uersic. quartò quæro.nu. 70.col.274. Et cõtra illã opi.quòd tale statutũ non sit contra libertatem ecclesiasticam, tenuit ipsemet do. Abb.c.si diligenti.ult.

col.de foro compe.uer.ultimò scias. motus ex ista ratione: quia si statuentes fecerunt statutum generale, ubi nulla est facta mētio clericorum, quòd tunc in generali statuto non comprehenduntur clerici: & si non comprehenduntur clerici, frustra est quærere, an statutum istud sit contra libertatem ecclesiasticam? Et quòd tale statutum generale non comprehēdat clericos, tenuit Pau.de Cast. l.ab administratione.C.de leg.quia non est uerisimile, quòd in generali statuto comprehendantur clerici: & statuentes non intelliguntur facere statutum de eo, quod est illicitum. Et ità dicit uelle Bar.l.si quis sub conditione.ff.de cōdi.inst.Adde, quòd istam opi. Bar.tenuit Bal.l.fi.§.in computatione. in fi. C.de iure deliber. & Ant.de But.c.quod clerici.de foro compe.Sed quando statutum faceret expressam mentionem clericorum, bene intimid.ret clericos: de quo uide do. Alex.d.l.ab administratione.C.de leg. Adde duas alias: primā posuit Bal.authē.cassa.C.de sacrosan,eccl.j.col. & authen. statuimus ij.col.C.de episco. & cleri. uidelicet quādo statutum dicit, quod non reddatur ius clerico declinanti forū seculare. Secundam posuit Bar.l.fin.ult.col.uersi. ex hoc concludo. C.de sacrosanct.eccle. quando statutum dicit, quòd ecclesia nullo modo posit acquirere: quia tunc tale statutum dicitur contra libertatem ecclesiasticam. Adde, quòd idem est, quando statutū prohibet alienationem fieri in non subditum: quia non comprehendit clericum, uel ecclesiam, ut ibi Bar.

statuta qualiter interpretātur? an secundum ius canonicum, aut ciuile? Ponit Fel.c.ex literis.de const.ij.no.nu.4.col.309.

statutis factis pro bono publico principaliter, renunciari non potest. Ita Feli.c.si diligenti. de foro compe.uersic. tertium corollarium. nu.9.col.214.& inde.

¶ *Studentes: clerici studentes habentur pro residentibus.Bar.l.quæsitum.ff.de leg.iij.& hoc habet locum, siue addiscant, siue doceāt: & hoc tam in iure canonico, quàm in Theologia. Et hoc modo intelligas tex.c.fi.de magist. Quod intellige sano modo, dum modò studeant in studijs generalibus. Felin.d.c.fi.in princ. nu.1. col. 1050. Et dic, quod possunt habere distributiones quotidianas, si sunt canonici, ut per do.Abb.c.licet.de præben.in fi.& Do.de sancto Gemi.c.j.de cleri.non resi.in vj.*

¶ *Sub interminatione anathematis: non important ista uerba ipso iure. Felin.c. Rodulphus. de rescrip. uersic. sit anathema. nu.33. colum.1005.*

¶ *Sub delegatio an sit de actis? Arch.Io.An.c.si à subdelegato. tenēt, quòd non. Et idem tenet ibi Do.de san. Gemi. de offi.deleg.in vj. & Fel.c.quoniam contra.de proba. uer.ex quibus, & ex tex.ibi, quid autem de subdelegatione.nu.8.col.518.*

subdelegatio facta extra locum, ubi causa fuit delegata, est nulla, etiā de consensu partium: pone, delegatus est datus in ciuitate Venetiarum, non potest subdelegare extra ciuitatem Venetiarum, etiā de consensu partium: de quo uide, quæ posui in litera D.§.delegatus datus in certo loco.

subdelegatio facta alijs personis, quàm expressis.c. statutū. §.in nullo.de rescrip.in vj.est nulla: de quo uide, quæ posui in litera D.§. delegatus non potest subdelegare causam sibi commissam.

¶ *Subdelegatus à subdelegato: ab eo, si ei in totum nō fuit facta subdelegatio, non appellatur ad Papam, sed ad delegantem. Ista est regula: glo.est c.super quæstionum.§.porro.de officio deleg. & ibi do.Abb.uer.no.ad eum. Fallit hoc, quando pars appellaret, & prosequeretur appellans coram Papa, & pars non contradiceret. Rota in nouis. ccclxxxvij.incip. Item si tres.in titulo de officio deleg.Do.de san.Gemi.c.si delegatus.de offi.deleg.in vj. Fallit etiam in delegato inferioris à Papa: quia etiamsi subdelegat, non in totum, potest tamen appellari ad Papam: do.Abb.d.c.porro. & c.cùm Bertholdus.de re iud.ult.col.Et hoc etiam habet locū in legato Papæ, qui subdelegauit: quia poterit appellari ad Papam omisso legato: do.Abb.d.c.cùm Bertholdus.ulti.col.Adde Fel.d.c. super quæstionum.§.porrò. uersic.fallit primò, nisi fieret.nu.13. col.1163.ubi multa bona cumulauit in materia ista quotidiana.*

¶ *Subditus, qui defendendo iura domini sui circa subiectionem, reportauit sententiam contrariam, an noceat domino talis sententia? Vide 5.§.sententia lata contra subiectum semper subiectione.*

subditus delinquens contra statutum, quod ignorat, an ignorantia excusat eum? glo.c.à nobis.de senten.excom.tenet, quòd incurrit pœnam: quia incidit in factum iam damnatū. Ioā.An.c.ut animarum.de consti.in vj.tenet contrarium. Vide Fel.d.c.à nobis uersi. quo autem ad secundam quæstionem.gl.nu.2.col.1183.

Subditus delinquens extra territorium, an posit puniri à suo episcopo? do.Abb.d.c.à nobis.tenet, quòd non.Ibi uide Fel.uer. circa tertiam.nu.6.col.1184.

subditus non potest uenire contra prelatum, uel superiorem suum, qui uult reformare, uel corrigere mores ipsius, & allegare consuetudinem: de quo uide in litera C.§.consuetudo non ualet contra substantiam actus.

subditi possunt agere pro suo interesse, ne mutent dominos & principes suos: do.Abb.c.auditis.de præscrip.vij. col.uersi.item sicut.

subditi an posint interficere iustè principem suum iniustum, uel qui eos opprimit intollerabiliter? Adde, an posint ad minus eum expellere, aut ei non obedire? Vide, quæ posui in litera C.§.ciues an posint expellere principem.

¶ *Subscribēs scripturæ alterius, quādo sibi præiudicat? Imo.c.quoniam contra.de prob.uidetur sentire, q̃ semper præiudicat: & ratio est, ipse dicit, quia omnis uirtus attributa scripturæ alicuius, ita operatur per subscriptionē, ac si ipse scripsisset totam scriptura m. Idem tenet Bal.authen.contrà, qui propriam.ij.col.uer.item quæro.C.de non nume.pecu.Bar.l.emptor.§.Lucius.ff.de pac.Ex quo no.duo.glo.c.quantò.de his, quæ fiunt à præla.uerbo, absentium. An.l.ita stipulatus.§.Chrysogonus.ff.de uerb.oblig. & do. Alexan.l.cùm antiquitas. C. de testamen.ij.col. Vide per Felin.de q.ista, c.quoniam contra.uersic.quartò quæro, utrùm.nu.43.col. 542. Intellige conclusionem istam, dum modò sit actus, qui non posit expediri me non uolente: quia subscribendo uideor consentire, & præiudico: secus, si esset actus, qui poterat expediri, etiā me prohibente: quia subscribeudo non præiudico mihi. Bartol.l. Gaius.ff.de pigno.act. Et dic, quòd si possum contradicere, sed nō sine rubore, subscribendo non præiudico. Bart.l.quæ dotis. ff. sol. ma.in fi.do. Abb.c.ex literis.de transac.ij.col.uer.no. hanc gl. & ibi Ant.de But.& Imo.Felin.d.c.quoniam contra.uer.limita primò.nu.44.col.543.Item intellige, nisi quis subscriberet se nomine alieno: quia non noceret sibi. Imol.c. si quis presbyterum. de rebus eccle.non alie.Felin.d.c.quoniam contra. uer.limita secundò.Ibidem, nu.45.Item intellige, nisi quis subscribat se ratione officij: quia non nocet.Felin.d.c.quoniam contra.uer. limita tertiò, nisi quis.Ibidem, nu.46. Item intellige, quòd si subscribit se, tanquam testis, nō præiudicat sibi. Felin. uer.limita quartò.Ibidem, nu.47.Vide & alias limitationes ad conclusionē istam, quas posuit Felin.d.c.quoniam contra.uer.limita quintò, nisi subscribentes. Ibidem, nu.48.Adde ad ista: pone, aliquis scripsit schedulam manu sua, & non subscripsit, an illa faciat fidem contra eum? Vide Bartol.l.cùm tabernam.§.fidem.ff.de pig.& ibi Angel. & Salice. Anto. de But. c.ij.de fide instru. Bald. in proœmio. ffforum, ulti. colum.*

subscribens se schedulæ uacuæ, cuius tenorem ignorabat, an obligatus sit? Innoc.c.ij.de fide instru.dicit, quòd non est obligatus: primò, quia obligatio non trahitur ad incognita, & penitus non essentia: secundò non dicitur approbasse, quæ ibi scribentur, cùm non uiderit. Adde Fel.c.cùm uenerabilis.de excep.uer.Fallit quartò.nu.37.col.69.

¶ *Subscriptio concilij sine nomine Papæ, quid importat? Ponit Feli. c.j.de pac.in prin.nu.1.col.1396.*

subscriptio testium an sit necessaria in instrumentos? an uerò sufficit, ut inscribatur per notarium? Vide, quæ posui in litera T.§.testes in instrumento an debeant.

¶ *Substantialia, uidelicet de substantia, adeò quòd si non exprimantur, actus diceretur surreptitius: ideo in hoc casu, quæ dicantur substantialia, ponit Feli.c.cum M.Ferrariensis.de consti.uersi.hæc omnia & his similia.nu.7.col.201.*

¶ *Substitutio an euanescat per ingressum religionis, quādo testator dedit substitutum sub conditione, uidelicet si institutus decederet sine liberis ex se legitimè descendentibus, uel ex corpore suo natis: & quæstio ista orta est: quia uidetur, q̃ substitutus nō posit excludi per monasterium: quia monasteriū isto casu nō potest haberi loco filij, ex quo testator dicit, q̃ si institutus decesserit sine filijs ex corpore suo natis: ergo ingrediendo monasteriū mens testatoris non habuit effectum, qui uolebat, quòd bona sua uenirent ad filios natos ex corpore institui: sed monasterium nō est tale: ideo factum est totum substituto: quid dicendum est in ista ardua, subtili & difficili dubitatione, in qua Doctores fuerunt uarijs? Innocentio, quòd Hosti. & Ioan. And.c.Raynaldus.de testa.tenent, quòd tex.§.sed hoc præsenti.authen.de sanc.epis.& tex.d.c.in præsentia.de probat.qui text.ult, quòd monasterium habeatur loco filij, non habeat locum, ubi testator in suo testamento dixit, instituo filium meum, & si decesserit sine filijs ex se descendentibus, uel ex corpore suo natis, substituo talem, quòd isto casu si filius institutus ingrediatur monasterium, quòd monasterium non excludit substitutum. Et idem tenuit Io. de Bel.d.§.sed hoc præsenti. Bal.l si quis posthumos.ff.de liber. & posthu.Bal. & Imo.l.Lucius.ff. de hære.insti.Salic.authen. nisi rogati. C.ad Trebel. uer. fed iuxta hoc quæro.Idem tenent Bal.& Imo.d.c.in præsentia.in fine.Vide Fel. d.c.in præsentia.uersi.gl.fina.ibi, non euanescit.nu.29.col.450. ubi multa adducit pro opinione istorum sic tenētium. Adde, quòd contra istam opinionem, & quòd imò in casu superiùs relato monasteriū habeatur omnino loco filij, tenuit Matef. Cy.Rayn. Bar. Ang.& Paul.de Cast. d.authen.nisi rogati.C.ad Trebel. Bar.diffusè l.si ita quis.§.j. ff.de leg.ij. Lapus alleg.cxxix.incip. Primò quæritur.do. Abb.d.c.in præsentia.xvj.col.uer. quid sit testator. Adde Felin.latissimè d.c.in præsentia.uer.prædicto, col.prædicta & col.458.ubi tenet opinionem istam secundam, quæ uidetur cōmunis & æquior. Adde ad ista: pone, quòd in aliqua dispositione facta est mētio de filijs ex se natis, uel ex corpore suo natis, utrùm ueniāt nepotes? Vide Bar.l.Gallus. §. instituens.ff.de libe.& post. ubi etiam do. Alex.Bald.c.j.de succes.feud.in fin. ubi dicit, quòd si pater recipit feudum pro se & filijs suis masculis & fœminis ex suo corpore natis, continetur etiam filius filiæ. Et idem tenet in consilio suo inci.Punctus talis.Bal.in præludijs feud.dicit, quòd si fit mētio de descendētib.ex suo corpore, ueniūt omnes in infinitū.*

substitutio compendiosa, quæ alio modo dicitur directa, an posit fieri per uerbum, Deuoluantur? Et adde, quid de substitutione fideicommiss. quæ alio modo dicitur obliqua, an etiam posit fieri per uerbum, Deuoluantur? do. Abb.c.in præsentia.de prob. in princ. dicit, quòd ubi est aliquis institutus, & postea alius substitutus, utputà uolo, quòd bona mea deuoluantur ad talem, quòd tunc tale uerbum importet substitutionem fideicom.& non directam. Et reprobat opinionem Anto.de But.ibi, qui dicebat, quòd uerbum, Deuoluitur, importat substitutionem directam. Do. de san.Gemi.c.si pater.de testamen.in vj.in princ.ponit, quæ uerba important directā substitutionem, & quæ obliquam: & post multa dicit, quòd uerbum, Deuoluitur, importat substitutionem directam, quando contingit, quòd ipsius uirtute bona deuoluuntur sine persona media: sed si adest persona media, non importat directam substitutionem, sed obliquam: & hoc est bonum scire: nā ubi est obliqua substitutio, quæ dicitur alio modo fideicommissaria, detrahitur quarta: secus, si directa: d.c.si pater. Tamen si uis cognoscere, quæ sunt uerba, quæ important naturam obliquarum substitutionum & directarum, uide gl.d.c.si pater.uerbo, absque deductione.in fine. & Bar.l.centurio.ultima char. ff.de uulg. & pup.ubi dicit, quòd istud uerbum, Deuoluatur, est uerbum commune, aptū importare utrumq;. Idem tenet Bal.l.Lucius.in princ. ff.de uulg.& pupil. Petrus de Anch.d.c.si pater. Et de istis uerbis uide plenè per Bal.l.fi.penul.& ult.col.C.de sac.sanct. eccle. Bar. consi.suo inci.Pater filio impuberi.Fel.d.c.in præsentia. de prob. uer.in tex.ibi, deuoluantur, nu.2.col.433. Adde tu ad istam regulam infallibilem, quæ uenit ad limitationem omnium iurū loquentium in materia ista: & dic, quòd ubi potest fieri interpretatio, quòd dispositio testatoris ualeat iure directo, & quòd ualeat iure fideicommissario, semper potius fit interpretatio, ut ualeat iure directo. Tex.est d.c.si pater, de testa.in Sexto. Et dic etiā, quòd si testator Titio instituto facit simpliciter substitutionem per istud uerbum, Substituo Sempronīū, talis substitutio in dubio interpretatur, quòd sit directa substitutio uulgaris tantùm, ut aperta litera l.iam hoc iure.uer. uulgarem tantùm.ff.de uul.& pupil. Vide latiùs de hoc per Bar.l.centurio.ff.eo.

substitutio facta in defectum liberorū, utrùm indistinctè expiret per ingressum religionis? glo.fi.& do.Abb.c.in præsentia.de proba. xij.col.uer.quæro, utrùm dicunt, quòd si persona priuata est instituta, quòd euanescit: quia isto casu ingressus monasterium fingitur habere hæredē: si autem substituitur ecclesia, uel alius locus pius, uel uidetur pecunias expendi ad pias causas, tunc nō expirat substitutio. Adde, quòd idem tenet Feli.d.c.in præsentia.uersic.gl.fin. ibi, non euanescit.nu.29.col.450. Sed pulchrum est uidere, an ecclesia instituta hæres, posit detrahere Falcidiam de legatis ad pias causas, uel de legatis factis ad aliam ecclesiam? do. Abb.tenet, quòd sic, d.c.in præsentia.xij.col.uer.& per hanc gl. Vide glo.c. pontifices.xij.q.iij. Vide Ang. §. sed hoc præsenti.authen. de san. episcop.do. Ab.c.cùm causa.de præbē.j.col. Adde Fel.d.c.in præsentia.uer.allegato, col.eadem.

substitutio facta in defectum liberorum, an euanescit, si hæres institutus efficiatur clericus secularis, sicut quando efficitur monachus: do.Abb.c.in præsentia de præben.xiiij.col.uer.quæro ulteriùs.dicit, quòd talis substitutio non euanescit, si substitutus efficiatur clericus: & uult, quòd priuilegium datum monasterijs, non extendatur ad ecclesias seculares. Tamen Ant.de But.& Ioan.de Imol.& Pet. de Anch.d.c.in præsentia. uidentur sentire, quòd ecclesia secularis gaudeat eodem priuilegio, quo etiam monasterium. Adde Fel.d.c.in præsentia.uersi.in ea.glo.ibi, exiguntur duo.nu.31.col. 452.ubi tenet contra do. Abb.d.c.in præsentia.xv.col.uer.ultimò.gl.hic quærit.

substitutio an euanescat, si ingrediens monasterium non perseuerat in monachatu: ut puta intrauit, sed exiuit ante tempus probationis, uel mortuus est antè quàm esset factus monachus? do. Abb.c. in præsentia.de prob.xiij.col.uer.insuper quæro.dicit, quòd non euanescit talis substitutio. Adde, quòd in simili consuluit Ang.consil.suo.xxxiiij.incip. Constantius Arcolani. ubi dicit, quòd maritus, qui reliquit uxori, ad hoc, ut ingrediatur monasterium, intelligitur de ingressu cum perseuerantia. Bald.Sali.l.si quis.C.de inst. & subst. Et ideo dicit Arch.c.cùm simus.xij.q.ij. quòd uolens ingredi religionem, non satisfacit, si ingrediatur & exit. Adde Feli. d.c.in præsentia.uer.in eadem gl.ibi, teneat. nu.32.col.452.

substitutio an euanescit, si institutus nō ingreditur monasterium, sed ipsum monasterium hæredem instituit. Do. Abb.tangit hanc difficultatem c.in præsentia.de prob.xij.col.uer.ex prædictis decisam puto. & ibi tenet, quòd non. Idem tenuit glo.authen.nisi rogati. C.ad Treb.& Arch.c.si qua mulier.xix.q.iij.Ioā.And.& Ant.de Bu.et Pe. de Anc.d.c.in præsentia.Adde Fel.d.c.in præsentia.uer. in ea.ibi, fiat monachus.nu.33.ibidem. ubi reddit rationem, quam posuit do.Abb.d.c.in præsentia.

substitutio an euanescit, si institutus ingrediatur monasterium, & efficiatur monachus in fraudem substituti? do. Ab.c.in præsentia.de proba.xv.col. tangit hunc articulum, & tenet, quòd non euanescit substitutio. Idem tenet Bal.ibi, & dicit plus, quòd si institutus profitetur in articulo mortis, quòd nō euanescit substitutio: quia uidetur fieri in fraudē. Adde Fel.d.c.in præsentia.uer.& per istā gl.dicit Abb.nu.34.col.453.

¶ *Subtrahens probationes partis aduersæ, adeò q. non posit probare, an debeat perdere causam? Vide, quæ posui in litera P.uer. probationes si sunt subtractæ.*

¶ *Successio Iudæorum ab intestato hodie quomodo regulatur, an secundum legem Mosaicam, an uerò secūdum legem ciuilem? Vide, quæ posui in litera I.§.Iudæi non tenentur seruare.*

¶ *Successor an posit capere bona ingressi religionem facta professione? Vide, quæ posui in litera F.§.filij an posint capere.*

successoris appellatio in dubio intelligitur de uniuersali tantùm, & non singulari. Felin.c.quia G.de iudic.uersic. not.quòd appellatione successoris.nu.5.col.99.& inde, Adde tu, quòd istud est pulchrum scire: & hoc, quia actiones personales non transeunt contra singularem possessorem. Ita dicit Bart. l. quædam.§.nihil interest.ff. de eden. Adde text.l.j.§.si hæres.ff. ad Trebel. Et hinc est, quòd executio instrumenti guarentigiati, uel sententiæ, non potest peti contra singularem successorem tenentem aliqua bona obligata; glo.no.l.ea.C.de condi.ob causam. No.Bal.l.ij.C.si aduer.cre.ubi dicit hoc esse notandum contra ignorantes procuratores & aduocatos.

successores excommunicati an sint etiam ipsi excommunicati, putà multi ciues unius ciuitatis sunt excommunicati, an filij sint etiam excom-

excommunicatiē? Vide Bal.l.si grege.§.fin.ff.de leg.j.Bart.l. inter stipulantem.§.fāmam.ff.de uerb.oblig.Inno.c.grauem. de senten. excom. Innocen.do.Abb.c.aduersus.de immu. eccles. Et communiter tenetur,quòd non. Vide Felin.c.responso.de senten.excom. uer.sed quid in successoribus.nu.4.col.1219.

¶ Summaria cognitio. Si in summaria cognitione testes recipiantur,non potest pars aduersa reprobare ipsos testes,neq; circa personam, neq; circa dicta:de quo uide, quæ posui in litera T. §.tertius comparens pro suo interesse,ad fidem,ut impediat.

summaria cognitio quando sufficiat in qualitate negata.Ponit Feli. c.si clericus laicum. de foro compe.uer. limita secundò hanc conclusionem.nu.2.col.185.

summarium iudicium ubi non proceditur in figura iudicij, acta debent reduci in scriptis, & non possunt scribi per iudicem,sed per alium. Ita Feli.c.quoniam contra. de proba.in prin.nu.j.col.513. Limita istud,nisi sit causa modica:quia non requiritur scriptura, sed statur assertioni iudicis.Bar.authen.nisi breuiores.C.de sentē. ex bre.reci. do.Abb.d.c. quoniam contra.de proba.iij.no.& ui. de per Fel.ubi ī.

¶ Supplere qd sit? Adde & uide,quæ posui in litera D.§.declarare.

¶ Suprema potestas Papæ an possit præscribi? Vide, quæ posui in litera P. §. præscriptio non currit contra supremam potestatem Papæ.

¶ Surreptio in una parte rescripti non uitiat totum rescriptum in partibus separatis.Fel.c.ad audientiam.el j.de rescri.uer. amplia tertiò.nu.2.col.521.

surreptio rescripti infra quantum tempus de surreptione rescripti debeat excipi. Ponit Feli.c.constitutus. de rescri.uer.in quantum tangit Abb.nu.21.col.634.

surreptio dolosa uitiat rescriptum ad lites in totum : non dolosa ex ignorantia,uel simplicitate,uitiat formam, sed remanet substantia. Vide in materia ista, quæ posui in litera R.§.rescriptum surrep titium si per dolum.

surreptio in literis ab beneficia, an uitiet gratiam? Vide Felin.c.super literis.j.col.uer.prima conclusio. Sicut in literis.nu. 2 de rescrip.col.633.

surreptio circa malam deductionem iuris communis,non uitiat impetrationem beneficij : utputà,quis impetrauit archidiaconatum Mutinensem, non habet necessariò facere mentionē de cura:quia habet eam de iure cōmuni.Fel.c.super literis.de rescri.uer.secūda regula:Surreptitio. nu.8.col.643.Adde etiam, quòd non est necesse facere mentionem de illis, quæ sunt notoria in curia Papæ. Ita Fel.d.c.super literis.loco præallegato.Quod no.

surreptio non dolosa uitiat priuilegium indistinctè.Ita Fel.c.super literis.de rescript.uersic.limita tertiò, dum modò loquamur. nu.3. colum.639.

surreptio & obreptio inter se differunt. Fel.c.cùm dilecta.de rescri. uer. tenementi differentiam inter surreptionem. nu.2. col. 680. Adde do.Abb.d.c.cùm dilecta.ij.col.uer.quartum intellectū. Adde tu,an iudex ex officio suo possit eū,qui obrepserit,punire? & quæ sunt pœnæ obripiētis iudicis? an sit pœna falsi? Vide l.si quis. de reb.eor.& l.quicunq;.ubi Bal.ad fi.C.de ser. fugi.Bal.l.unica, C.si nup.ex rescripto pet. ponit, quis dicatur obripere? & l.& si legibus.C.si contra ius uel utili. pub. Adde do.Abb.d.c.cùm dilecta.uer.quartum intellectum.

¶ Suspensione facta de aliquo,donec satisfecerit, an requiratur absolutio,si satisfecerit? Vide Felin.c.j.de iudic.uersi.ubi uerò aliquis est suspensus.nu.5.col.9.

¶ Suspensus actualiter,ut c.ij.de pœnis.in vj.non debet habere sustētationem à beneficio, si quod habebat:quia ecclesia de illo nō curat:secus est,si esset suspensus à beneficio uerbaliter : quia ei prouidebitur in tantū,ne egeat: quia debet uiuere clericaliter:de quo uide Fel.c.Apostolicæ.de exce.uersi.& quod dixi de deposito.nu. 11.col.101. Et hoc modo intelligas illa,quæ posui suprà §.suspensus à beneficio est priuatus. ubi dixi,quòd suspensus debet habere modicā sustentationem de fructibus beneficij: hoc est uerum in suspenso uerbaliter:secus,si actualiter,ut hic. Vide Fel.ubi ī.

suspensus actualiter non retinet beneficium fori : secus est in suspenso uerbaliter. Spec.tit.de compe.iud.adi.§.j.in princ. Fel.c.Apostolicæ.de excep.uer.allegato,col.eadem,

suspensus iniustè,seu nulliter, debet recuperare fructus beneficij sui,à quo fuit suspensus:gl.c.super causa.ij.q.v.& ibi Do.de san.Gemi. do.Abb.c.pastoralis.de ap.in fi.Fel.c.Apostolicæ.de excep.uersic. suspensus autē, uel excōmunicatus. nu.12.col.ut ī. Adde,an debeat recuperare distributiones quotidianas? Vide Felin. d.uer.

suspensus iustè non recuperat fructus beneficij , à quo fuit suspensus, nisi in sententia expressè diceretur , quia recuperaret fructus.Ita Felin. d. c.Apostolicæ.de excep.uer.allegato.

suspensus ab officio & beneficio,si capit fructus de facto,licet non suciat eos suos , tamen propter hoc non est irregularis. Spec.tit.de leg.§.iusta.uer.itē no.do.Car.cle.ut hi,qui.xix.q.de æta.& quali. gl.cle.ij.de ui.& hon.cle.uerbo,suspensus.Adde Fel.d.c.Apostolicæ.de excep.uer.si autem suspensus.nu.13.col.prædicta.

suspensus à beneficio si celebrat,non est irregularis propter hoc. Innoc.c.si celebrat.de cleri.excom.mini.Fel.c.Apostolicæ.de excep. uer.prædicto.

suspensus à beneficio tantùm potest eligere, non tamen eligi potest. Item nō potest se impedire de cōmunibus negotijs ecclesiæ, à qua est suspensus.Ita do.Abb.c.Apostolicæ.de excep.ij.col.uer.aut est quis suspensus. Idem tenet do.Car.cle.ut hi , qui.de æta.& quali. xviij.q.Vide Feli.d.c. Apostolicæ.uersi.& licet But. hic dicat.nu. 14.col.102.Adde & dic,quòd in quantum dixi,suspensus non potest eligi,quòd hoc uerum est in territorio suspendentis, sed extra territorium suspendentis bene poterit eligi. Adde etiam,quòd poterit se impedire de cōmunib. negotijs beneficij , quod habet extra territorium suspendentis : do.Card.d.cle.ut hi, qui.circa fi.Et sentit ista do.Abb.c. Apostolicæ.uer.limita materiam, nisi taliter. nu,15.ubi ī. Adde tamē,quòd si esset suspensus ab omnibus beneficijs , talis suspensus non posset se impedire de communibus negotijs beneficij,etiam extra territorium suspendentis. Item,si suspensus esset suspensus à lege , ubiq; operaretur talis suspensio : & sic extra territorium:de quo uide Felin.d.c.Apostolicæ. dicto uersic. colum.prædicta.

suspensus ab ingressu unius ecclesiæ poterit celebrare in alia ecclesia, & etiam extra ecclesiam. Inno.c.sacro. de senten. excōmuni. in gl.c.is,cui.eodem ti.in vj. Spec.tit.de legato.§.iuxta. uer. quid si aliquis. Host.tit.de uerb.signifi.§.quando aliquis.Cal. in tracta tu De ecclesiastico interdicto,in ij.membro principali,q.xxxviij. c.sacro.de sen.excom.uer.in gl.in uerbo,per mensem.col.iij.

suspensus potest agere: quia ipsi non est interdicta hominum communicatio.Ita Feli.c.intelleximus. de iudi.uersi. nona declaratio. nu.10.col.75.

suspensus ab homine si celebrat , deponitur:secus, si à iure:quia non deponitur. Ita Lap. Abb.c.ut clericorum. de ui.& ho.cle. do. de Rota, in antiquis.decis.ccclxiij.ti.de sen.excom.ubi dicunt , quòd suspensus à canone,celebrans,non est irregularis:secus,si ab homine.Vide per Fel.c.pastoralis.§.fin.de offic.deleg.uer.gl. in uer. appellatione.nu.28.col.1181.

suspensus ab homine non potest eligere:secus,si à lege:gl.c.Apostolicæ.de exce. Adde Bal.c.quod translationem. de offi.leg.qui in simili dicit,quòd legatus non absoluit excommunicatum ab homine : secus,si à lege.Vide etiam Fel.c.pastoralis.§.fi.de offic. deleg. uersi.allegato,col.ut ī.

suspensus an possit absolui ad cautelam? Do .Abb.c.Apostolicæ. de excep.j.col.uersi.no.secundò.tenuit,quòd sic.Idem tenet Feli.ibi. uer.dum Abb.no.suspensum.nu.3.col.98.ubi dicit, quòd secus est in interdicto generali,ubi ciuitas est interdicta generaliter. Vide, quæ posui in materia ista in litera A.§,absolutio ad cautelam,& in litera I.§.interdictum particulare . ubi posui, an in eo habeat locum absolutio ad cautelam.

suspensus à beneficio , est priuatus fructibus beneficij. Ita do.Abb.c. Apostolicæ.de excep.iij.col.uer.ex hac gl. & ibi idem tenet Ant. de But.Adde tamē,quòd iste sic suspensus à beneficio,debet habere sustentationem de fructibus ipsius beneficij tantum,ne egeat,& non ultrà.Ita do.Abb.d.c. Apostolicæ.& Ant.de But. loco præallegato. Quod intellige sano modo, dum modò sit suspensus à beneficio propter delictum:quia ex quo non potest exire ab ipsa suspēsione ad libitum suum, ideo habebit sustentationem modicam, ad hoc, ne egeat. Ita do. Abb. c. pastoralis.§.fin.vij.col.de appel. Domi.de san.Gem.c.præter hæc.xxxij.dist.Adde,quòd secus est, in

in suspenso ob contumaciam : quia non debet habere sustentationem etiam modicam: quia in facultate est exire de suspensione obediendo.Ita do. Ab.loco præalle.uidelicet d.c.pastoralis.& Domi.de san.Gemi.ubi ī. Vide Felin.d.c. Apostolicæ.uer.modica sustentatio.nume. 9.col.101. Adde tamen,quòd si suspensus propter delictum,uel etiam suspensus ob contumaciam, periturus esset fame,succurretur ei ad hoc,ne periret, de fructibus beneficij, à quo est suspensus:gl.fi.in fi.d.c.pastoralis.do. Card. cle.ut hi,qui.de ætate & qua.pe.col.uer.uicesimò quæro. Feli.d.c. Apostolicæ.uer. intellige dupliciter:Primò.nu.10.col.ut ī.

suspensus à beneficio, si habet patrimonium, unde uiuere potest, uel habet industriam,nihil habebit de ecclesiastico beneficio : & hoc intelligas,siue sit suspensus propter delictū,siue sit suspensus propter contumaciam.Bal.c.cùm Vintoniensis.de elec.Fel.c.Apostolicæ.de excep.uer.alleg.ī.& uer.præced.col.prædict.

suspensus ab officio,non potest eligere, neq; eligi in nullo loco : quia ubique operatur illa suspensio:& sic neq; in territorio suspendētis,neque extrà.De quo uide Felin.c.Apostolicæ.de excep.uer.alleg. Et in quantum dixi, quòd suspensus ab officio non potest eligere.Vide Fel.ubi ī.qui dubitat.

suspensus ab officio,tenetur dicere officium, & horas canonicas, secretè:glos.j.c.ij.& c.illud.de cleri.excommu.mini.uerbo,officia. glos.fi.c.presbyterum.xxviij.distinct. bonus tex.c. sicut.de homi. Doct.c.j.de sent.excom.in vj.tamen non poterit dicere,Dominus uobiscū.Vide Feli.c.Apostolicæ.de exceptio.uer.Circa suspensum ab officio.nu.16.col.102. Adde,quid de excōmunicato,an teneatur dicere horas canonicas? Vide Fel.ubi ī.

suspensus ab officio,celebrans,est irregularis, siue sit suspensus à canone,siue ab homine:gl.ij.& iij.c.is,cui.de sen. excom.in vj.Domi.de Rota decisio.iij.in antiquis,tit.de sent.excom. Fel.c.Apostolicæ.de except.uers.cætera de materia suspensionis.nume.16. colum.104.

suspensus ad tempus, utrum, postquam tempus præfixum suspensioni est elapsum,requiratur absolutio? Vide gloss. cle.j. uerbo,donec.de decis. quæ dicit,quòd quo ad ecclesiam,requiritur absolutio. Vide Innocen.& Anton.de But.c.bonæ.de æta. & quali. domi. Abb.c.j.de iudic.j.colum. Dominic. de sancto Gemi.c.in primis.iij.colum.ij.quæst.j.Felin.c.si quis.de simo.in princip.num.1 colum.1036.

suspensum à Papa,uel ab alio,non potest inferior absoluere: do.Abb. c.tam literis.de testi.uersi.no.ultimò. Adde Fel.in princ. nu.1.col. 729.Et hoc etiam habet locum in excommunicatione.

¶ Suspicio iudicis notoria,an faciat cessare,ut non sit eundum ad arbitros? Vide per Feli.c.accedens.el j.ut lit.nō contes.uer. in quantum Abb.nu.6.col.327.

suspicio iudicis,quæ superuenit post conclusum in causa,an possit opponi? Vide,quæ posui in litera I.§.iudex suspectus.

suspicionis causa proposita, an semper arbitri eligantur? Vide, quæ posui in litera D.§.delegatus,qui subdelegauit.

suspicionis causæ,quæ possunt opponi contra iudicem suspectū, multæ sunt,quas enumerat gl.c.causam,quæ.de offi.dele.Sed si uis uidere latiùs,quot sunt,Vide per Felin.d.c.causam,quæ.uer.gloss.j. num.2.col.1100.

¶ Subtrahens aduersario copiam probationum,debet perdere causam.Fel.de fi.instru.c.accepimus.nu.15.col.916.

¶ Suus:hoc pronomen Suus,uerificabitur etiam in eo,qui habet iurisdictionē in loco.Item,si profertur in materia, in qua datur dominium, tunc latè comprehendit eum , qui habet iurisdictionem. Vnde si patronus laicus in libello super iurepatronatus diceret, ecclesiā esse suam,sustentatur libellus,nec dicitur nullus:imò plus, non uitiabitur libellus.Vide do. Abb.c.pro illorum.de præbend.j. no.Bar.l.quintus.ff.de auro & arg.le.Feli.c.ij.de iureiu. in prin. & Felin.c.examinata.de iudic.uer.do. Car.allegat hic.num.8.colum.1121.col.134.

suus,sua,suum, pronomen,semper denotat dominium. Feli.de spon. & ma.c.j.nu.8.col.720.

suorum appellatione qui ueniant? & hoc, quando est concessum clericis,suam,& suorum iniuriam uindicare, qui ueniunt in isto casu? Vide,quæ posui in litera C.§.coniuncti in materia capitali.

¶ SYNAGOGAS ueteres, uel ruentes reficere possunt Iudæi. Felin.c.cùm accessissent.de const.uers.gl.final.not.bene nu.33. col. 194. Adde tu, quòd Iudæi & alij possunt uetera ædificia reficere & reparare:pone, Iudæus uult reparare synagogam minantem ruinam:dico,quòd potest:sed non potest illam ampliare, adeo ut amittat antiquam formam, ut fiat pretiosum ædificium.Ita domi. Ab.c.consuluit.de Iudæ.& Ioan.And.c.Iudæi.eo.tit. Sed dubium est,quando ædificium funditus destructum est, an reædificari,uel restitui possit sine licentia superioris : putà, synagoga Iudæorum comburitur , & funditus corruit , an poterint Iudæi reædificare synagogam sine licentia episcopi? Videtur, quòd non, per l.inter stipulantem.§.sacram.ff.de uerb.oblig. Adde tu,quòd in contrarium facit,quod not. Angel.authent.de non alienan.§. hoc ita.ad fi.Collat.II. ubi dicit, quòd si domus emphyteutica cōburitur, uel aliquo casu fortuito destruitur,quia non dicitur in totum destructa propter solum,quod remanet:ideo ex dicto Angel. loco præalle.uidetur posse dici,quòd si synagoga comburatur, uel destruatur in totum,possit refici propter aream,quæ remanet,& non dicatur de nouo refici. Et miror, quòd Felin.hic nullam facit mentionem de Angel.Et per ista uidetur,quòd sint destructæ istæ opiniones suæ , quæ sunt ductæ in istis duabus limitationibus . Considera.

¶ Synodus an recusari possit? Ponit Feli.c.j.de iudi.uersi.gl.in uerb. interrogatus.nu.6.col.11.

synodus an possit recusari,si caput,uel principalis est suspectus? glo. c.in singulis.de statu monacho.tenet,quòd sic. Bald. posuit l.j. C. si quacunq; præd.digni. Do.Abb. tenet contrarium, c.j. de iudic. iiij.col.Vide per Felin.c.insinuante.de offic.deleg.uers.capio glo. in uerb.familiares.nu.5.col.1146.

T

Abelliones

In testificatu præferuntur alijs. Bald.authen. sed cùm testator. C.ad legem Falcid. Adde Felin. c. in nostra.de testi.uers.præferuntur etiam tabelliones.nume.9.col.726.

¶ Tacens uidetur affirmare,quādo ei imputantur duo:quia uno negato,alterum uidetur affirmare.Ita do.Abb.c.nonne. de præsum. in prin.ubi uult,quòd istud non comprehendatur in quæstione illa, quæ dicit, an tacens debeat haberi pro confitente , an pro negante: quia tenet ibi quòd ista sit firma regula : quia habetur pro confesso.Et tu uide Felin.ibi,d.c.nonne. in princ.nu.1,col.1042. Et sic,per ista habes,quòd negatio unius inducit affirmationē alterius. Adde,quòd fallit istud in connexis : quia si fieret expressio in altero ex cōnexis : putà,quia exprimitur affirmatiuè unum ex connexis,non intelligitur dictum negatiuè de alio connexo.Vide Felin.d.c.nonne.uer.primò enim fallit. nu. 2. col. ut ī. Item fallit, quando duo exprimuntur,si unum uenit solùm principaliter, aliud consequenter:quia tunc,si principale negatur,intelligitur etiam negatum accessorium.Anton.de But.c.j.de pac.iiij.no.& ibi do. Abb.circa fi.Felin.d.c.nonne.uer.fallit secundò.ibi,num.3. col.1043. Item fallit , quando proponuntur duo per uerba comparatiua:ut si dico,quis istorum est bonus,si respondetur, Iste:intelligitur,quòd dius sit malus:sed si dico,quis istorum est melior, si respondetur,iste: non sequitur, iste est malus. Felin. d.c. nonne. uer.fallit tertiò.num.6.col.eadem. Item fallit,quando duo proponuntur,seu imputantur:quia si esset eadem ratio in utroq;,uel negando,uel affirmando,utrumq; uidetur affirmatum.Bar.& Bal. l.j.C.de diuer.rescrip.Felin.d.c.nonne.uer.fallit quartò.nume.5. coluṁ.1043.

tacens in obligatione personali,uidetur contradicere:& sic,ubi agitur de obligando quem personaliter,taciturnitas habetur pro cōtradictione:pone,quis constituitur procurator,& est præsens,& tacet,non uidetur consentire,l.filius.§.inuitus.ff.de procu. domi. Abb. c.nonne.de præsum.ij.col.uer.& in hoc.& ibi Feli. uer.secunda regula.num.6.colum.1044. Adde,quòd fallit istud,fauore pupillorum:quia si quis præsens datur fideiussor tutoris,si patitur nomen suum describi , & tacet,talis taciturnitas habetur pro consentiente.Ita Bartol.& Bald.c.cùm ostendimus.§.fi.ff.de fideiusso.tuto.Felin.d.c.nonne.uer.fallit primò ista regula. nu.7.col.

 præd.

præd.Item fallit,fauore matrimonij: quia si pater contrahit matrimonium pro filio,eo præsente,& non contradicente,filius tacens,& præsens, obligatur ex matrimonio cõtracto per patrem. Ita domi.Abb.d.c.nonne.ij.colum.uer.& tacens.ubi allegat text. c.unici,de despon.impu.in vj. Et no.quòd istud non habet locum in alijs consanguineis.Ita Ioan.And.d.c.unico,& domi.Abb.d.c. nonne.loco præallegato. Quod tamẽ intellige sano modo,nisi pater esset furiosus, uel terribilis: quia filius tacens non haberetur pro consentiente:imò posset uenire contra matrimonium.Domi. Abb.d.c.nonne.iij.colum.uer.prædicta fallunt.& uide gl.c.præsens.xx.q.iij.uerbo,patrem.quæ dicit,quòd timor patris impedit matrimonium spirituale.Vide Felin.d.c.nonne.uer.fallit secundò in casu: num.8. Ibidem. Item fallit in contumace in respondendo: quia habetur pro consentiente, uel pro negante, quatenus uertitur magis suum præiudicium:do. Abb.d.c.nonne.ij.colum.uer.item.& ibi Felin.uer.fallit tertiò in contumace.nume.9. col.præalleg.Item fallit, quando quis tacet,et ultra tacere facit actum,per quem demonstrat consentire : quia etiamsi agitur de obligatione personali,hoc modo tacendo sibi præiudicat:do.Abb.d.c.nonne. ij.col.uer.item quæro.Felin.ibi,uer.fallit quartò.n.10.col.1045.

tacens,ubi agitur de aliquo præiudicio,uidetur contradicere,etiamsi non agitur de obligatione personali:quia regulariter tacẽs hoc casu habetur pro contradicente : & maximè, ubi contradicendo non põt impedire: & hoc,si non arctatur aliquo iure ad loquendum:Domi. Abb.d.c.nonne.de præsump.ij.colum.uer.aut igitur. & ibi Felin.uer.tertia regula.num.11.colum.anted.Adde,quòd istud habet locum,etiam ubi quis potest contradicere : quia dato, quòd taceat, non præsumitur consentire : quia non creditur quis uelle iactare suum:domi. Ab.d.c.nonne.iij.col.uer.alij tenent.Felin.ibi,uer.& habet locum ista regula.nume.12.colum.ut s. Adde, quòd fallit ista regula in tacente, uidelicet quando quis potest contradicere,& fraudulenter tacet: qa isto casu habetur pro consentiente,& sibi præiudicat,ac si expressè consentiret :domi.Ab. d.c.nonne.iij.colum.uer.alij tenent.& ibi Felin. uer. fallit primò ista regula.num.13.colum.1046. Item fallit ista regula in tacente,ratione coniunctionis sanguinis:quia tacens habetur pro consentiẽte,etiam in præiudicialibus : Do.Abb.d.c.nonne.iij.colum. uer.prædicta ibi Felin. uer. fallit secundò ratione coniunctionis. num.14. colum.s. dicta. Item fallit ista regula in tacente, fauore diuini cultus,seu religionis : pone, quòd seruus ordinatur sciente domino,& non contradicente,uidetur consentire : do. Abb. d. c. nonne.iiij.colum.uer.item in fauorem reipublicæ.Ioan.And. regula,qui tacet.de reg.iu.in vj. Felin.d.c.nonne. uer. fallit quartò fauore diui. num.15.col.1047. Item fallit ista regula in tacente, cui facta est protestatio:quia sibi præiudicat tacendo:de quo uide Felin.d.c. nonne.uer.fallit sextò in protestatione. Ibidem,nu.17. Item fallit ista regula in eo, qui est uocatus ad aliquem actum, ad hoc,ut consentiat,uel contradicat:quia postea,si est præsens in actu,& tacet,habetur pro consentiente. Innoc.c.uestra.de locato. & do.Abb.ibi,in fine. Ant.de But.c.cùm omnes.de const.viij.colum.Feli.d.c.nonne.de præsum.uer.fallit septimò & ultimò. nume.18.Ibidem.

tacens præsumitur consentire, quando agitur de commodo suo, uel de re sibi appetibili:glo.c.sicut.de electio.in vj.uerbo,per unum. domi.Abb.c.nonne. de præsump.iiij. colum. uer. aut non agitur, & ibi domi.Card.& Anto.de But Bartol.& alij,l.quæ dotis.sol. mat. Felin.d.c.nonne.uer.quarta regula.num.19.colum.ut s. ubi ponit plura exempla.Ibi eum uide. Adde,quòd fallit istud, quando tacens ostenderet aliquibus signis nolle consentire.Fel.d.c.nõne.uer.fallit primò dicta regula.num.20.colum.1043.Item fallit,ubicunq; lex requireret pro forma loquelam:quia isto casu tacens non haberetur pro consentiente. Text. est de hoc c.cùm pro paruulis.de consec.distinct.iiij.Vide Fel.c.nonne.uer. fallit secundò.Ibidem,nu. 21.

¶ Taciturnitas non nocet tacenti: & hoc,quando ille tacet propter reuerentiam,quam habet ad superiorem.Bart.l. quæ dotis.ff.sol. ma.pe.colum. Anton.de But.c.nonne.de præsump.Felin.ibi,uersicul.ultimò scias.num.22.colum.præd.Vide,quæ posui s.§.taciturnitas quando noceat.

taciturnitas quando operatur consensum,etiam in collegiatis. Vide, quæ posui in litera C.§.collegium,aut capitulum.

taciturnitas quando inducat consensum? Ponit Felin. c. cùm omnes. de constit.uer.adde Fed. consi.xvij.nu.11. col.102. Adde tu Bart. l.de ætate.§.qui tacuit.ff.sol.mat.& l.Titia.la j.post gl.ff. de leg. ij.& hoc in iudicialibus : quia taciturnitas in iudicio ad interrogationem iudicis inducit confeßionem:gl.c.certum.§.j.ff.de conf.Bald.& alij l.iij.j.no.C.quando fiscus,uel priua.Bar.l.j.de rela.uer.ultimò no.

taciturnitas quãdo noceat tacenti? dic, quòd sunt alij casus,in quibus quis tacendo uidetur cõsentire,reg.is,qui tacet.lib.vj. Adde,quòd illis casibus quis per taciturnitatem non uidetur consentire, si est talis persona, quæ tenetur præstare reuerentiam : & sic tacendo non uidetur consentire.Ita Bar.l.quæ dotis.pe.col.ff.sol.ma.Bald. l.si fine.in princ.C.de adul.Anton.de But.c.nonne.de præsum. in fi.Vide per Felin.c. causam matrimonij.de officio dele.uer. tamen ista declaratio non procedit.num.3.colum.1094.Adde ad ista illa, quæ posui in litera M. §. matrimonium contractum parte cogente. Adde Fel.c.nõne.de præsum.uer. fallit secundò ratione cõiunctionis.nu.14.col.1046.

¶ Tacitus consensus in prorogatione an sufficiat? Vide, quæ posui in litera P.§.prorogatio.

¶ Taxa beneficiorum semper durat.Ita Fel.c.ad aures.de rescr.uer. limita primò,nisi beneficium.nu.17.col.509.

¶ Taxatio rei,uidelicet quòd ultrà quis non poßit habere de re illa nisi per tantam summam,uel tempus,quomodo fit,& quibus uerbis?Ponit Felin.c.super literis.de rescri.uers.modos autem cognoscendi.nu. 4.col.640.

taxationem expensarum potest sibi reseruare iudex in sententia diffinitiua,non autem condemnationem. Ant.de But.c.grauis.de restit.spo.circa fi.Bar.l.fructus.circa fi.ff.de rei uen.& Pau.de Cast, & domi.Alex.l.Paulus.la j.ff.de re iud.do.de Rota,titu.de re iud. in antiquis,xxij.ubi dicunt fortiùs,quòd iudex, qui reseruauit taxationem expensarũ,in quibus condemnauit reum, si ab eo est appellatum, poterit tamẽ taxare nõ obstãte appellatione:de quo uide Felin.c.significauerunt.de excep.uer.demum circa d.l.num.7. colum.122.

¶ TEMPERANTIA est adhibenda in studendo? Feli.de magis. c. j.nu.2.colum.1043.

¶ Tempus multũ quod dicatur? Vide,quæ posui in litera M.§.multum tempus.

tempus & tempora:pone,quòd dicatur in instrumento,uel alia scriptura,Per tempus & tempora,quid important ista uerba?dic tu, quòd intelligitur de triennio.Ita Felin.c.plerunque. de rescrip. in princ.col.712.

tempus utile non currit impedito : ideo protestatio non est necessaria: pone exemplum in uasallo impedito, qui non petijt infra annum inuestituram:quia ille annus est utilis.Ideo non currit impedito.Ita Feli.c.uenerabilis. de iudic.uer. Communiter & generaliter tenetur.nu.7.col.157.

tempus datum ad prosequendam appellationem, an consensu partium prorogari poßit? Vide,quæ posui in litera F. §. fatalia appellationum.

tempus datum ad lites finiendas, in dubio præsumitur præfixum instantiæ,& non iudici: & hoc modo obuiabitur immortalitati litium.Vide per Fel.c.uenerabilis.de iudic. uer. secunda conclusio. nu.19.col.162.

tempus prorogatum est idem tempus : ideo si quis iurauerit soluere intra decem dies, qui postea fuerunt prorogati, non est periurus, non soluendo.Vide per Felin.c.de causis.de offi.deleg. uer. prima tamen declaratio.nu.2.col.1042.Adde, quòd hoc fallit in materia odiosa:quia tempus prorogatiuum non erit idem. Ita Felin.d. c.de causis.uer.primo limitabis.ubi s.

tempus guerræ comprehendit tempus treugæ in materia pœnali. Felin.de Iudæis.c.significauit.nu.1.uers.secundò nota.col.1071.

tempus datum ad aliquid faciendum,quando dicatur utile,& quando continuum?Feli.posuit multa in materia ista c.querenti.de offic.deleg.in prim.nu.1.col.1150.

tempus si est de substantia probationis,debet præcisè probari, neque aliter dicitur probatum. Vide,quæ posui in litera F.§.fundans suam intentionem.

tempus

tempus centum annorum,an dicatur longum tempus,quando de longitudine temporis quæritur à iure,uel ab homine? Vide,quæ posui in litera I.§.instrumenta antiquißima.

tempus quando currat impedito?&,an restituatur? Vide, quæ posui in litera I.§.impedito an currat tempus.

tempus longum dicitur decennium. Do.Abb. c.uigilanti.de præscri. ij.col.uer.adde tamen.& est gloß.ij.l.cùm de iure.ff.de usur.glos. l.si filius.C.de peti.hære.Bal.rub.C.de præscri.lon.temp. Adde Felin.d.c.uigilanti.uersi.quartus casus est,quando ignoro.num.10. colum. 213.

tempus decem dierum, quod datur ad appellandum, an poßit iudex abbreuiare,uel prorogare? Vide,quæ posui in litera D. §. decem dies,qui dantur.

tempus datum à lege, uel statuto, ad prosequendam appellationem, an poßint partes communi consensu prorogare? Abb.c.ex ratione. de appel. tenuit, quòd partes poßunt suspendere, non autem prorogare.Vide ad ueritatem istius q.quæ posui in litera F. §. fatalia iuris,uel statuti.

tempus datum ad prosequendam appellationem, quod est annus, si est consumptum per ipsum appellantem in reuocandis attentis, lite pendente,non computabitur in ipso anno.Ita do.Abb.c.ex ratione.de appel.ij.col.uer.quandoq; impedimentum. Et idem tenet ibi Anton.de Bu.& do.de Rota ti.de appel.in nouis,xiiij. & antiquis,lxxiij. Quod tamen limita,nisi ipse appellans succubuisset: quia bene currit tempus consumptum.Ita domi. Abb.loco præalleg. Vide Bald.authen.ei,qui.C.de tempo.appel. Vide Feli. d.c.ex ratione.uer.quartò,dum dicunt nu.4.colum.704. Adde, quòd Bald.l contra maiores.C.de inoffi.test.dicit,quòd quando quis dicit sententiam nullam,quòd non currit tempus appellãdi. Et idem tenet Bar.l.si expreßim. ff. de appel. ij.colum.uer.circa tertium, & l.j.C.quando prouo.non est neces.& Feli.d.c.ex ratione.uer. limitant,nisi in causa.num.5.col.ut s.Adde tu,quòd Cy. & Bald. & Pau.de Cas.d.l.contra maiores.plus dicunt,quòd si lata est sententia,& dico eam nullam,quòd, donec prosequor causam nullitatis, interim non currunt tempora in causa appel. Et ideo si succumbo,possum postea intra decem dies appellare : & hoc, si habui iustam credulitatem super nullitate. Idem tenet Cy. Ray. & Bald.l.qui testamento.in princip.ff.de excusa.tut.Raph.Cu.consil.suo clxij.inci.Proponitur,quòd A.iudex. Adde, quòd Bald.d. l.qui testamento. intelligit istud, quando causa sententiæ fuit agitata seorsum ab appellatione:secus,si simul. Quod no.

tempus prorogatum principali debitori, an intelligatur prorogatum fideiussori? Vide,quæ posuit Felin.c.ij.de sponsa. uer. secundò adduco,quod dicitur in fideiussore.nu.34.col.747.

¶ Terminus statutarius datus ad prosequẽdam appellationem post decendium,qui datur ad appellandum, quando incipiat currere? an post decem dies, an uerò pòst quàm pars interposuit appellationem,etiamsi in primo die ex decem diebus interposuisset appellationem? Vide Felin.d.c.quod ad consultationem.de re iudi.uer. decima conclusio:Si statutum.nu.30.col.520.

terminus aßignatus in medio causæ semper censetur peremptorius. Ita Bal.c.licet.de proba. Vide ibi per Fel.uer.& ex prædictis colligit hîc.nu. 4.col.474.

terminus potest præfigi parte etiam non petente,à iudice: & hoc ex officio suo.Ita do. Abb.c.licet.de proba.v.colum. uer. & no.singulariter.Istam eandem opi.tenuit Bar.l.j. C.de dila. Bar.& Bal. l.j.C.ut quæ des.aduo. Cy.Bart.& Sal.l.nouerint. C.ut intra cer. tem.cau.cri.Adde Felin.d.c.licet.uer. & istis adde. nu.13. colum. 483.Adde,quòd istud habet locum etiam in dilatione, ut per scribentes in locis hîc allegatis.Adde etiam,quòd iudex nõ arctat dare terminum,si pars non petit.Ita Felin.loco præallegato,colum. prædicta & do.Abb.etiam,ubi s.

terminus datus à lege,uel statuto,ad probandum, uel excipiendũ, eo lapso amplius produci testes non possunt:secus esset,si terminus esset datus ab homine : quia etiam eo lapso possunt produci testes, dum modò ius aduersarij esset illæsum. Feli.c. licet.de proba.uer. limitatur tertiò,nisi terminus.num.17.col.485.Et adde ista ad §. testes an possunt produci.j.in ista litera T.

terminus datus ad omnes dilatorias proponendas, non est de substantia.Ita domi.Abb.c.pastoralis.de excep.v.colum.Secus est in termino,qui datur reo, an uelit cedere uel contendere? ut ibi per eum.Et uide glos.c.tutor.xvij.q.iiij.Adde Felin.d.c.pastoralis.uersic.ex dictis Abb.extra gloss.nu.21.colum.31.Et dic,quòd iste terminus ad deliberandum, est de substantia etiam in causis summarijs,si petatur:gl.cle.sæpe.de uer.signi.uerbo litis.Vide Felin.d.c. pastoralis.uer.allegato,col.ut s.

terminus ad omnes dilatorias proponendas,an poßit statui per iudicem indistinctè, tàm de iure canonico, quàm ciuili non expectata præsumpta malitia litigantium. Do. Abb.c. pastoralis.de excep. xj.col.dicit,quòd de iure canonico potest præfigi terminus ad omnes dilatorias proponendas,etiam quòd non timeatur de malitia.Et sic tenet ibi,quòd sit differentia inter ius canonicum,& ciuile in hoc.Vide Felin.d.c.pastoralis.uer.item collige,quòd etiam de iure canonico. nu.23. colum.32.ubi uidetur tenere contra domi.Abb.

terminus ad faciendam appellationem,statui non potest per iudicem à quo,ipsi appellanti. De quo uide,quæ posui in litera I. §. iudex à quo,potest præfigere terminum.

terminum habens ad præsentandum se coram aliquo,qualiter,uel ubi debet se præsentare.Fel.de appel.c.personas.nu.3.col.685.

terminis pendentibus,manus iudicis à quo,sunt ligatæ.Fel.d.c. personas.nu.4.col.ut s.

¶ Territorium dicitur uniuersitas agrorum intra fines cuiusq; ciuitatis.Fel.c.Rodulphus.de rescrip.uer.de hoc uerbo,territorio.nume.15.colum.989. Adde tu,an iurisdictio inhæret territorio, uel personis? Et uide, quæ posui in litera I. §. iurisdictio an inhæreat territorio.Et ista faciunt ad multa, & maximè ad ea,quæ habentur.l.fi.ff.de iuris.om.iud.In materia ista adde Feli.c.licet.de probatio.in prin.col.473.

territorio cõcesso,uel castro,an intelligatur concessa iurisdictio?Ponit Fel.c.Rodulphus.de rescri.uer.territorium. ibi, quia territorium.num.15.colum.990.& c.quòd sedem.de offic.ord.in fi.colum.1248.

¶ Tertius comparẽs in iudicio corã iudice ordinario, aut delegato, prò suo interesse,an audiatur ad impediendam executionem sententiæ latæ in possessorio? Do.Abb.c.ueniẽs.ij.de testi.iiij.colum. uersic.quid autem.tenet,quòd sic:quia sicut in petitorio executio sententiæ impeditur, quando tertius comparet pro suo interesse: ita etiam in causa possessorij.Idẽ tenent do.de Rota decis.ccccxix. incip.Etiam fuit dubitatum.& idem tenet Felin.d.c. ueniens.uer. quarta conclusio:Tertius prætendens. num.11. colum.770. par. ij.Limita conclusionem istam, quòd ita demum hoc habet locum, quando ius tertij est separatum à iure spoliantis:secus,si est ita cõnexum,quòd non potest opponi,quin inferatur commodum spolianti.Ita domi.Abb. d.c.ueniens.iiij.colum. uer.& solet istud dictum. & Felin.ibi uer.istud limitatur,ut habeat locum.nume.12. colum.771.

tertius comparens pro suo interesse,ad finem,ut impediat executionem sententiæ, qualiter probabit suum interesse, plenè, uel semiplenè? Do.Abb.c.ueniens.ij.de testi.iiij.col.uer.nunc restat. dicit, quòd sufficit probare semiplenè,& nõ plenè,utputà, sufficit probare,se electum,non autem requiritur probare, se bene electum. Idem tenet Spec.tit. de offic.iud.§.postremò.Bar.l.à diuo Pio.§.si super rebus.ff.de re iud.in principio.Imò plus dicit domi.Abb. c. ueniens.loco præallegato, quòd quare quis probat suum interesse:ita summariè pars aduersa non admittitur ad reprobationem testium,neq; respectu personarum,neq; dictorum. Quod intellige sanè,dum modò præiudiciũ sit reparabile in alio iudicio. De quo uide Felin.c.ueniens.uer.quarta conclusio.uersi.proxi.col.770. Adde consilium domi.Card.consil.suo vij.incip. In causa fratrum omnium sanctorum.

tertius comparens pro suo interesse, potest proponere interesse suum coram iudice delegato, etiamsi nulla sit facta mentio de ipso tertio in commißione delegati.Ita domi.Abb.c.ueniens.ij.de testibus.iiij.colum.uer.sed nunquid iste.Adde Felin.d.c.ueniens.uer.ultimò in hac materia no. primò.nume.16.colum.773.& domi.de Rota, decis.ccvij. incip.Item si causa.in nouißimis.Et hoc no.pro ampliatione c. P. & G. de offic.deleg.ubi dicitur,quòd iudex delegatus non habet iurisdictionem in personis non comprehensis in rescripto.

 tertius

tertius ordo: an illi, qui sunt de tertio ordine, sint de foro ecclesiæ? Ponit Fel. *c.ij. de foro compe. uersic. de illis, qui sunt de tertio ordine. nu.9.col.178.*

tertius comparens pro suo interesse, habet multa priuilegia, quæ non habent partes litigantes. De quibus omnibus uide per Felin. *latissimè c. super eo. de offi. dele. in prin. col.1090.*

tertius potest etiam recusare iudicem suspectum: & sic ita potest allegare suspicionem tertius, sicut principalis. Et *adde, quòd istud in tertio, habet locum etiam post litem contestatam: quia poterit opponere cõtra iudicem suspectum.* Ita Ange. *l. quidam consulebant. in fi. ff. de re iud.* Adde Felin. *c. cùm super. de offic. deleg. in princip. num.3. colum.1090.* Adde *tu, quòd dubitatur, an tertius comparens pro suo interesse, possit opponere exceptiones competentes ex sua persona, utputà, uendidi fundum, & teneor de euictione, sum nominatus in iudicio ab emptore contra consanguineum meum, qui uult uendicare fundum ab ipso emptore: quæritur, an possit declinare forum, & petere causam compromitti, tanquam uertentem inter consanguineos? & hoc ratione statuti, quod disponit, quòd causæ uertentes inter consanguineos compromittantur.* Ioan. And. *c. quoniam. ut lite non contes. tenuit, quòd non, sed cogatur defendere, ubi nominatus tenebatur. Et idem uidetur tenere* Ioan. de Imo. *l. non solùm. §. quod uulgo. ff. de usuca.* Bart. *tangit istam materiam l. procurator ad exhibendum. §. j. ff. rem rat. hab. & l. uenditor. in princip. ff. de iudi. Et in istis duobus locis non bene discutit materiam remittẽdo se: sed l. j. C. ubi in rem act. j. colum. uers. ultimò hic uidetur casus. dicit, quòd ille, qui ex necessitate defendit alium in iudicio, potest omnes defensiões, exceptiones, et beneficia, ex sua persona in iudicium deducere: quod secus esset, si uoluntariè ad defendendum ueniret, non nominatur. Et idem tenet in disputatione sua incip. Consilium ciuitatis Pisanæ. Adde, quòd idem tenet domi. Abb. d. c. quoniam. xxx. colum. uer. & faciunt hæc ad q. Adde, quòd idem tenet Spec. ti. de prin o decreto. §. restat. uersic. quid si dominus. & uersic. seq. Adde Bald. l. j. C. ubi in rem actio. & l. emptori. C. de iudi. Pet. de Ancha. c. significasti. de foro compe. Adde ad ista, an clericus uenditor defendens emptorem in causa euictionis, possit declinare forum laici, & trahere partem eum contentem ad forum ecclesiasticum? Vide per Ang. d. l. uenditor. de iudic. Specul. loco prælegato: & do. Abb. d. c. quoniam. ut lit. non contest. xxx. col. Adde gloss. xj. q. j. & ibi Arc. qui omnes tenent, quòd sic. Adde Bal. d. l. emptori.*

tertius comparens pro suo interesse, sufficit, si doceat apparenter de interesse suo, licet non doceat plenè. Ita Innoc. *c. ueniens. de testi. cl. ij. in princ. Vide per Felin. c. cùm super. de offic. deleg. in princip. col. ut 5. ubi uide.*

tertius an teneatur edere suum instrumentum alij tertiæ personæ? Vide, quæ posui in litera I. *§. instrumentum tertiæ personæ.*

tertius comparens pro suo interesse in iudicio, non potest tamen petere, ut testes, qui fuerunt examinati inter partes, publicentur? domi. Abb. c. constitutus. de testi. j. no. Adde ibi Felin. in princip. colum. 716 par. ij.

tertius comparens in iudicio, tam coram ordinario, quàm iudice delegato, pro suo interesse, an audiatur ad impediendam executionem sententiæ in causa petitorij? domi. Abb. c. ueniens. de testi. ij. colum. uer. aduerte. facit distinctionem hoc modo: si tertius appellat pro suo interesse à sententia lata contra reum, & isto casu potest appellationem prosequi, & impedire executionem sententiæ, aut tertius non appellat, sed uult prosequi appellationem interpositam per reum, & potest: aut reus principalis non appellat, neque potest: & tunc etiam neq; tertius potest appellare. Adde Bartol. *l. à diuo Pio. §. si super rebus. uer. oppos. extra gloss. ff. de re iudic.* Bart. & Bald. *l. pe. ff. de peti. hæredi.* Bald. *l. consentaneum. C. quomodo & quando iudex. uersic. quæro, nunquid.* Innocen. *c. cùm super. de re iudic. Adde & dic clariùs, & fac conclusionem, quòd potest tertius pro suo interesse appellare à sententia lata cõtra alium: & sic impeditur executio sententiæ, ut est text. apertus d. c. cùm super. de re iudic. & l. à sentẽtia. ff. de appella. Et hoc habet locum etiam, quando iudex delegatus esset datus appellatione remota: quia ista clausula non operatur contra tertium, ut est casus c. super eo. de off. deleg. quod tenent ibi omnes Scribentes.* Roma. *l. stipulatio ista. §. in stipulationibus. ij. col. ff. de uerb. ob. domi. Abb. c. ex tenore. in fi. de foro compe.* Felin. *d. c. ueniens. ij. de testi. uer. in glos. in uerbo, audiendus. num.5. colum.768. parte ij. Item tertius potest prosequi appellationem ab alio interpositam pro suo interesse.* Bartol. *d. l. si perlusorio.* Innoc. *d. c. cùm super. domi. Abb. d. c. ueniens, in sua distinctione, quam 5. retuli, & omnes ibi. Quod intellige sano modo, dum modò ipse tertius incipiat illam appellationem prosequi infra tempus, infra quod ipse potuisset appellare: secus, si uellet adhærere appellationi post lapsum tempus ad appellandum: quia non posset: de quo uide* Do. de Rot. *decis. ccxx. in nouissimis: & Felin. d. c. ueniens. uer. secunda conclusio: Potest tertius. num. 6. colum. præd. Tamen contra istam opinionem est unum consilium Oldra. cclv. incipiens, Cõtra prouisionem. ubi dicit Oldradus, quòd omnes, quorum interest, durante causa uenire possunt, et admittuntur in statu, in quo eam inueniunt. Et Felin. idem tenet d. c. ueniens. uersic. si autem uictoria appellantis. num.7. colum. ead. & inde. Item tertius potest se opponere executioni sententiæ: tamen si ille, pro quo est fienda executio, præstat succumbenti, & sic reo, cautionem de restituendo rem illi tertio, in casu, quo uincat, non impeditur executio: domi. Abb. d. c. ueniens. iij. colum. uer. quandoq; retẽtis. Et dic, quòd istud habet locum, quando ille tertius, qui se opponit executioni sententiæ, priùs egerit contra ipsum reum: & sic pendet iudicium inter ipsum tertium, & reum: aliàs non. Felin. d. c. ueniens. uersic. declara primò hanc conclusionem. num. 8. colum. 769. Et dic etiam, quòd istud habet locum, quando res, quæ petita est, non est uacans, sed possidetur ab aliquo: quia tertius non potest se opponere executioni sententiæ, quando per uictorem est præstita cautio de restituenda re ipsi reo in fauorem tertij: domi. Abb. d. c. ueniens. iij. colum. uer. aut bona illa sunt uacantia. & Felin. ibi, in uer. declara secundò, dum modò res. num.9. colum.769. Et sic nota, quòd quando bona sunt uacãtia, tertius potest comparêre pro suo interesse ad impediendam executionem sententiæ. Quod tamen fallit in aliquibus casibus, ut per Felin. d. c. ueniens. uer. quod autem dictum est impediri posse. nu.10. col.770.*

tertius comparens coram iudice ordinario, uel delegato, pro interesse suo, poterit impedire executionem trium sententiarum, allegando nullitatem ipsarum. Ita domi. Cardin. *cle. j. de re iudic. iiij. q. Et sic nota, quòd illa cle. j. non habet locum in tertio. Adde* Felin. *c. ueniens. ij. de testi. uer. tertiò no. quòd si tertius. num.17. col. 773. par. ij.*

tertius comparens coram iudice ordinario, uel delegato, pro suo interesse, poterit producere testes de nouo super eisdem articulis, etiam post publicationem: Ita domi. Ab. *c. ueniens. ij. de testi. ij. col. uer. an autem iste tertius. & Bar. l. si perlusorio. §. j. uer. secundò est uidendum. ff. de appel. Et no. quia ista ueniunt ad limitationem tex. c. fraternitatis. de testi. & cle. ij. eod. tit. & eorum, quæ notantur ibi. Adde* Feli. *d. c. ueniens. uer. quartò no. quòd iste tertius. nu. 18. col. ead.*

tertius potest appellare pro reo cõdemnato in causa criminali. Bar. *l. non tantùm. ff. de appel. & istud habet locum etiam reo inuito, ut putà si diceret, quòd non uult constituere procuratorem ad se defendendum.* Ita Bar. *d. l. non tantùm. ubi etiam alij.* Ioan. And. *c. fi. de fo. compet. in vj. Et dic, quòd si quælibet persona hoc potest facere, etiam clericus poterit appellare pro reo condemnato criminaliter. Spec. ti. de aduoca. §. j. uer. in causa. Et idem tenet* Imo. *c. sententiam sanguinis. ne cleri. uel mona. Et dic etiam, quòd iste tertius nõ solùm potest appellare, sed etiam pro equi appellationem sine alio mandato.* Imo. *d. l. non tantùm. Vide* Felin. *c. cùm super. de re iudic. uer. tertius appellare potest. num. 2. colum. 551. Adde etiam, quòd tertius potest appellare pro reo, quando agitur de deportatione: & sic de morte ciuili.* Bartol. *l. Stichus. ff. de pec. le. j. col. uer. idem, si aliquis. Et hoc habet locum, etiamsi reus renunciauerit appellationi.* Felin. *d. c. cùm super. uersic. amplia quintò. num.3. colum.552. Adde & limita prædicta non habere locum in casibus, in quibus reus non potest appellare in criminalibus: quia si ipse non potest appellare, multò minùs poterit appellare tertius.* Felin. *d. c. cùm super. uer. amplia sextò. eod. num. & colum. ubi ponit istos casus, in quibus reus in criminalibus nõ appellat. Item limita prædicta nõ habere locum in casibus, in quibus reus renunciaret defensionibus: & hoc in nouem casibus,*

quos

quos habes per Felin. *d. c. cùm super. uer. limita secundò in casibus. num.5. ibidem. Et adde tu alios casus, in quibus etiam reus poterit renunciare dilationibus, & defensionibus: imò sibi nulla debet dari dilatio, uel defensio: & hoc, quando reus inuentus est in fragranti crimine. Ita gloss. l. ictus fustium. ff. de infami. & uide* Bald. *de hoc l. ut uim. ff. de iusticia & iure. Adde alium casum, in quo reus potest renunciare defensionibus: & hoc, quando reus dicit se non habere defensionem. Ita gloss. singularis l. j. ff. de furtis. & Bal. eam notat ad hoc l. seruum quoq;. §. publicè. ff. de procura. Vide additionem ad Fel. loco præallegato.*

tertius si appellat pro suo interesse, an uictoria prodest uicto non appellanti? Vide, quæ posui in litera V. *§. uictoria tertij appellantis.*

tertius quoties prætendit interesse, potest appellare à sententia lata contra aliũ: domi. Abb. c. cùm super. de re iudic. iiij. colum. uer. oppo. contra prædicta. & idem tenet Bar. *l. à sententia. ff. de appel. ubi dicit, quòd licet principalis non possit appellare, quia obstat ei titulus, ne liceat tertiò prouocare, & c. tua. de appel. quòd hoc non procedit in tertio, qui appellat pro suo interesse. Et idem tenet do. Car. cle. j. de re iud. iij. colum. uer. quartò quæro. ubi dicit, quòd illa cle. non procedit in tertio appellante pro suo interesse. Vide* Felin. *d. c. cùm super. uer. quoties tertius prætendere potest. nu.11. col.553.*

tertius potest comparêre pro sua defensione reo accusante criminaliter: & hoc, quando agitur de interesse reipublicæ. Bar. *l. ubi pactum. C. de transac. pe. colum. uer. statuto cauetur. & ibi* Ang. *&* Sal. *Et idem tenet* Felin. *c. cùm super. de re iudic. uer. non solùm pro interesse proprio. num.14. colum.557. Adde tu, quòd* Bar. *d. l. ubi pactum. pe. colum. uer. statuto cauetur. dicit, quòd tertius potest defendere reum accusatum de homicidio, qui interfecerat bannitum: quia hic uersatur utilitas publica occidere bannitum. Adde & diligenter no, quòd* Barto. *loco prælegato tenet, quòd statutum ciuitatis, quod disponit, quòd bannitus possit impunè occidi, continet publicam utilitatem. Et idem tenet* Bar. *l. ij. C. quando lic. sine iudic. se uindi. & ibi* Bald. *&* Barto. *l. omnes populi. ff. de iust. & iure. ij. q. tertiæ q. principalis.* Bald. *l.* Gracchus. *C. de adult. domi. Ab. c. fi. de consue. Adde etiam, quòd ex doctrina* Bar. *d. l. ubi pactum, potest dari optima cautela, uidelicet quòd si ex forma statuti in causis criminalibus quis nõ debet audiri, nisi compareat personaliter, quòd poterit comparêre tertius, & implorare officium iudicis, ut ex officio recipiat informationem super innocentia accusati. Ita* Ang. *l. quos prohibet. ff. de postul. & l. filiusfa. §. ueterani. ff. de procur.* Ludo. Roma. *consil. suo ccxiiij. incip. Venerabilis domine.*

tertius comparens pro suo interesse: iudex debet eum admittere in eo statu, in quo erat causa, quando uentilabatur contra reum cõuentum. Felin. *c. cùm super. de re iud. uer. no. etiam, quòd quando tertius. nu.15. col.558.*

tertius comparens pro suo interesse, sufficit, quòd de iure suo doceat apparẽter. Pro hoc facit dictum Bar. *l. j. §. quòd si sit. ff. de præto. stip. & l. si quis. ff. de lib. agnos. ubi* Bar. *dicit, quòd quoties iudicium summarium parat præiudicium reparabile in alio iudicio, ibi non requiritur plena probatio. Adde* Felin. *c. cùm super. de re iudic. uer. ad hoc, ut tertius. nu.16. col. ut 5.*

tertius potest se opponere executioni, etiam post tres sententias. Felin. *de senten. & re iudi. cùm super. nu.18. col.560.*

tertius comparens pro suo interesse, poterit intentare petitorium suspensum per litigantes, qui litigabant super possessorio. Fel. *c. cùm super. de re iudic. uer. scias etiam, quòd tertiò uenienti. num.17. colum. ut 5.*

tertius, qui agit nomine proprio super iure meo, an noceat mihi? & dic, quòd sic, quãdo scirem alium agere de iure pertinente ad me: secus, si hoc ignorarem, uidelicet quòd ius mihi competat: quia etiam si scirem, quòd tertius litigat, & ignorarem, quòd ius competat mihi, tunc iudicium non nocet mihi. Ita domi. Abb. *c. suborta. de re iudic. uer.* Innocen. *dicit.* Vide Felin. *c. pe. de re iudic. uer. limita secundò, dum modò tertius sciret. num.3. colum.647. Item iudicium agitatum per tertium, nocet mihi, dum modò scirem hoc, tempore, quo lis agebatur: secus, si scirem hoc post quàm est sententia: quia non mihi præiudicat.* Bal. *l. ij. C. de fide inst.* Feli. *d. c. pe. uer. limita tertiò, nu. 4. colum.648. Item iudicium agitatum per tertium, non nocet mihi, quando ille tertius agit nomine meo, etiamsi scio & taceo, talis patiẽtia mihi nõ præiudicat.* Bartol. *l. sæpe. de re iudic. j. colum. uer. secundò quæro. Contrarium tenet* Innocen. *d. c. pe. de re iudic. uer. sed quid. Vide* Felin. *d. c. pe. uer. limita quartò. nu.5. col. ut 5. Item iudicium agitatum per tertium, non mihi præiudicat, quando ego sum iudex illius causæ, etiamsi scio ius ad me pertinere. Vide* Fel. *d. c. pe. uer. limita quintò, nisi quis. nu.6. ibidem.*

tertius, qui comparet pro suo interesse, potest petere, quòd interlocutoria bis confirmata reuocetur, & iudex in isto casu hoc potest facere: de quo uide, quæ posui in litera I. *§. interlocutoria: an iudex possit reuocare.*

¶ *Testamentum non redactum in scriptis, non habebit beneficium l. fi. C. de edic. diui Adri. tol.* Bar. *d. l. fi. vj. colum. uers. procedo. Adde tu, an beneficium d. l. fi. habeat locum in testamento nuncupatiuo: gloss. d. l. fi. tenuit, quòd sic: & ibi* Bartol. *vj. colum. uer. procedo ulteriùs. ubi* Bald. Angel. *&* Sal. *Quod intelligas, dum modò testamentum sit redactum in scriptis. Adde, quòd* Bald. *d. l. fi. dicit, quòd remedium illius l. haberet etiam locum in testamento nuncupatiuo non redacto in scriptis, dum modò de eo constaret per confessionẽ partis: quia talis confessio æquipollet instrumento, l. cùm te. C. de transac.*

testamentum manifesti usurarij factum non præstita cautione de restituendis usuris, si postea præstatur cautio, an reconualescat testamentum? Vide, quæ posui in litera B. *§. usurarius manifestus, qui fecit testamentum.*

testamentum excommunicati est nullum ipso iure. Frid. *de Senis consil. suo cxxix. inci. Tamen si excommunicatus absoluitur, eius testamentum reconualescit. Adde* Fel. *c. cùm dilectus. de accus. uer. et prædicta adducuntur. nu.5. col.868.*

testamentum conditum ab excommunicato, an teneat? Vide, quæ posui in litera E. *§. excommunicatus an possit testari.*

testamentum scriptum per abbreuiaturas per notarium mortuum, an potest extendi per alium notarium: pone, notarius in suo protocollo scripsit hoc modo: Testator dixit hanc suam ultimam uoluntatem, &c. tunc abbreuiaturæ non poterunt extendi per uerba derogatoria præcedentis testamenti: quia ista uerba derogatoria non sunt de essentia contractus: & ubi sunt abbreuiaturæ in protocollo, illæ sunt extendendæ secundum substantialia contractus, non autem accidentalia. Ita Bal. *l.* Gallus. *§. item credendum. ff. de lib. & post. Adde ad ista, quæ posui in litera* A. *§. abbreuiaturæ unius notarij. & Bal. l. si quis in principio testamenti. de leg. iij. dixit in hoc tacendum esse: quia quæstio pendebat de facto. Vide* Fel. *c. cùm* P. tabellio. *de fi. inst. uer. septimò quæritur, quæ possunt subintelligi. nu.10. col.1017. par. ij.*

testamentum quomodo publicabitur: & sic, quæ sunt necessaria ad publicationem testamenti? domi. Abb. c. fi. de fide inst. ult. colum. dicit, quòd si est testamentum nuncupatiuum, quòd tunc non est necessaria alia publicatio: si autem nõ testamentum scriptum per notarium, sed manu priuata, & debet publicari, aliàs non facit fidem. Ita do. Abb. ibi, & Bar. *l. ij. C. quemad. test. ape. &* Bar. *l. j. §. si quis. j. col. ff. quemad. test. aper.* Bal. *authen. si quis in aliquo. C. de eden. pe. col.*

testamentum, in quo dicitur, Titius filius Martini, & tamen Martinus erat mortuus, an uitiatur testamentum? Vide Feli. *c. ex parte* B. *de fo. compe. n.3. uer. tertia intelligentia. col.239. Adde & no. unam cautelam ad sustinendum testamẽtum, in quo dicitur, Titius filius Martini: quia quamuis mortuus sit Martinius, tamen subaudiatur Quondam, & ista est communis opi. quam tenent omnes d. c. ex parte* B. *Adde, quid erit modò econtra: pone, in instrumento testamenti dictum est, Titius olim Sempronij, & in ueritate Sempronius pater uiuebat, an uitiatur testamentum? dic, ut per* Bar. *l. j. §. j. ff. de no. ope. nu. j. col. & adde ibi do.* Alex. *de* Imo. *& uide, quæ posui in litera* D. *§. dictio Quondam.*

testamentum iuratum importat tantum, quantum, si esset dictum, Si non ualet, ut ago, ualeat, ut ualere potest. Bar. *l. si quis pro eo. ff. de fideiussori. iij. col. uer. septimò. Adde* Feli. *c. cùm super. de offic. deleg. uer. no. etiam, quo ubi dubitatur. nu. 9. col. 1131.*

testamentum debet edi illi, cuius interest: uide, quæ posui in litera I. *§. instrumentum testamenti.*

testamentum cum duobus testibus, an ualeat, si statutum ciuitatis hoc disponat, etiamsi consensus principis non accedat? Vide, quæ posui in litera S. §. *statutum potest inducere.*

testamentum ad pias causas: ubi dubitatur de ualiditate, semper præfertur illud, quod est ad pias causas: putà, duo sunt testamenta contraria confecta eodem die, & nescitur, quod priùs, uel posteriùs: dic, quòd præsumitur pro illo, quod est ad pias causas. Feli. c. pastoralis. de rescri. uer. de duobus autem testamentis. nu. 7. col. 553.

testamentum secundum non ualet, non faciens mentionem de primo habente clausulam derogatoriam. Felin. c. nonnulli. de rescri. uer. amplia tertiò etiam in ultimis. num. 5. colum. 773. Adde tu, quid si in testamento secundo esset clausula, Quo ad sensum sapientis testamentum posit expendi, an sapiens posit addere clausulam derogatoriam primi? Vide Barto. l. illa institutio. in fi. ff. de hære. inst. Adde, quòd etiam secundum testamentum tollit primum: & hoc, quando per secundum potest adiri hæreditas de iure ciuili. Ita Bar. l. si quis eum. §. si cum suo. uers. iuxta l. nostram. ff. de uulg. & pup. Adde, an testamẽtum secundum tollat primum iuratum? pone, testator fecit testamentum, & iurauit non facere aliud, postea fecit secundum, utrum per illud tollatur primum iuratum. Bar. tangit hanc q. l. si quis in principio testamenti. ff. de leg. iij. ult. colum. uer. quæro, quid si testator. & l. cum duobus. ff. pro socio. ubi tenet, quòd ualet secundum. Idem tenet gl. c. ultima uoluntas. xiij. q. ij. Idẽ tenet Cy. l. j. C. de sac. sanct. eccles. Pau. de Cas. cõsi. suo lvij. incip. Dico, non obstante. Bal. authen. hoc inter liberos. uer. quæro, qd si pater. C. de testa. Adde, quòd Old. consi. suo cxxvij. incip. Viso instrumento pacti. dicit, quòd secundum testamentum ualet de iure ciuili, sed primum ualet de iure canonico. Idem uidetur tenere Ioan. And. in regula, quod semel. de reg. iu. in vj. dicens, quòd periurus est, qui facit testamentum secundum, quando iurauit non facere. Sed Bar. locis prælegatis tenet, quòd non sit periurus, & ualet secundum testamentum, etiamsi sit iuratum nõ facere aliud, per rationes, quas ponit ibi: eum uide. Adde Arch. d. c. ultima uoluntas. xij. q. ij. qui etiam uidetur inclinare in partem Old. & Ioan. And. Cogitabis: quia contrarij adinuicem fuere scriptores in ista materia.

testamenti obseruantia non debet tolli per temeritatem rescripti Papæ. Fel. c. nonnulli. de rescr. nu. 20. uers. tertia conclusio. col. 800. Adde tu, quid si causa subest, & hæres defuncti consentiret, ut testamentum alteraretur, putà ad alium usum, quàm ad destinatum per testatorem, an isto casu legatus Papæ, uel episcopus posit dispensare? Vide Car. & alios cle. ij. de relig. do. uer. quintò quæro.

testamento non lecto, nec inspecto, renunciari non potest. Fel. c. si diligenti. de foro compe. uer. Octauum corollarium. nume. 27. colum. 221.

testamenta: pone, quòd duo testamenta reperiantur eadem die confecta, & unus est institutus duobus testamentis, quomodo debet adire? Ponit Felin. c. pastoralis. de rescrip. uer. de duob. autem. nu. 7. col. 553. Adde tu, quòd si duo testamenta reperiantur eadem die confecta, & quod priùs, uel posteriùs, non apparet, neutrum ualet: l. j. §. j. & ibi Barto. ff. de bo. poss. secundum tab. & l. si duas. in princ. in lec. Nic. de Neapo. in ult. col. uer. ultimò dicit gloss. ff. de excu. tu. Sed cautela est, quòd hæres adeat ex utroque, secundum Angel. l. eum, qui. ff. de acqui. hære. Fallit hoc, quando in uno sunt scripti extranei, & in alio instituti uenientes ab intestato: tunc in dubio debemus præsumere pro uenientibus ab intestato. Ita Bart. d. l. j. §. j. ff. de bo. pos. sec. tab. Item fallit, quando in altero continetur ademptio ad alterum: quia illud prælualet ex coniectura posteritatis. Ita Bal. & alij, l. iij. C. de codicil.

testamentis contrarijs ab uno eodem tempore confectis, quale præsumatur factum antea, & quale postea? Ponit Felin. c. pastoralis. de rescri. uersic. de duobus autem testamentis contrarijs. num. 7. colum. 553.

¶ *Testator si disposuit aliqua in testamẽto suo per uerba simplicia, adeo quòd mens ipsius clarè haberi non potest, recipiunt illa uerba restrictionem & intellectum à stylo patriæ consuetudinario, uel statutario.* Felin. c. cùm M. de constitu. uer. & adde Inno. num. 6. col. 200.

testator, qui in testamento suo relinquit, putà Seio, declarationẽ certorum bonorum malè ablatorum, ut restituantur, putà Sempronio, si Seius declarauit indiscussè & festinanter, an ualeat talis declaratio? Fel. c. ecclesia sanctæ Mariæ. de consti. uer. duodecimò est alia decisio Bal. nu. 15. col. 250.

testator, qui relinquit ecclesiæ possessiones, seu prædia, potest eã aggrauare, ut soluat collectas imponendas à populo. Felin. c. ecclesia sanctæ Mariæ. de consti. uer. primò, quòd testator legando. nume. 77. col. 278.

testator si mandauit aliquod legatum fieri pro anima in loco, in quo sine difficultate fieri non potest, an poterit episcopus mutare legatum? Fel. c. ecclesia sanc. Mariæ. de consti. uer. Confirmari potest istud no. nu. 86. col. 287. Adde, an legatum factum pro anima ad certum usum, posit conuerti ad alium usum? de quo uide, quæ posui in litera L. §. legatum ad pias causas.

testator, qui mandauit hæredi sub certa pœna, ut infra certum tempus cõstrueret monasterium, excusatur mora, si episcopus ex causa inhibuit, ne ædificaret. Fel. c. constitutus. de rescri. uer. authoritas Papæ. nu. 9. col. 626. ibi, facit, quod no. Bal.

testator si uoluit, ut fides adhibeatur, putà Titio, circa uolũtatem suam, talis habet iurare, tanquam testis. Ludo. Roma. consil. suo xx. Ang. l. uacantia. iiij. col. C. de bonis uac. lib. x. Pau. de Cast. l. si pupillo. §. si quis. ff. de ope. no. nunc. l. fina. C. de fideicom. & Bar. l. Theopompus. ff. de dote præle. ij. col. uers. item quæro. Adde Fel. c. ij. de testi. uers. octauò fallit. & c. ueniens. el j. de testi. uers. & primò, in quantum declarat casum. nu. 18, col. 620.

testator, qui relinquit omnia sua bona, ut ecclesia fundetur, & postea ordinat, quòd institutio & gubernatio ipsius ecclesiæ sit talis abbatis, uel prioris, & non episcopi loci: & quòd si illa ecclesia non gubernaretur, ut ipse ordinauit, irritabat & reuocabat omnem ordinationem suam: istis non obstantibus reijcitur ista pœna, & ualet legatum. Vide, quæ posui in litera E. §. ecclesiæ sitæ in diœcesi. & in litera P. §. patronus, qui fundauit. & §. patronus, qui in fundatione ecclesiæ. ubi habes declaratam materiam istam.

testator si errauit in testamento in proprio nomine, suo, uel filij, testamentum propter hoc uitiatur. Vide, quæ posui in litera E. §. error proprij nominis.

testator si dicit in testamento, Lego pro anima, & nõ exprimit, quid, uel quantum, ualet legatum, & taxabitur arbitrio commissariorum. Ita Fel. c. j. de pact. uer. bene facit, quod scribit. col. 1400.

testator non potest renunciare beneficio conueniendi tutorem ad rationem administrationis. Ita Fel. c. si diligenti. de fo. compe. in uer. septimum corollarium. nu. 26. col. 221.

¶ *Testificata si sunt didicita, etiã in causa matrimoniali, faciũt, ut amplius testes non possunt produci: & hoc, quãdo agitur super processu causæ.* Ita do. Abb. c. constitutis. el ij. de testi. ij. col. uer. sol. glo. ij. Adde Fel. ibi, in princ. parte ij. col. 802.

¶ *Testimonium de credulitate quando ualet?* Ponit domi. Abb. c. quoties. de testi. ij. col. uer. sed quæro. & ibi concludit, q̃ ubi credulitas est proxima sensui, per quẽ percipitur ueritas, ualebit testimonium: secus, si remota est à tali sensu. Et allegat Cy. l. testium. C. de testi. & Bar. l. de minore. §. tormenta. ff. de quæstio. Adde tu & dic, quòd regula est, quòd testimonium de credulitate non ualet: quia deponere debet testis de his, quæ pro certo habet: c. relatum. v. q. ij. l. testium. C. de testi. Ita expressè tenet Fel. d. c. quoties. de testi. uer. gl. fi. ibi, de credulitate. nu. 7. col. 586. parte ij. Extende regulam istam, etiam ubi testis in depositione sua diceret: scio, quia credo: quia nihil probat. Bal. l. conuenticula. C. de episc. & cle. Secundò extende etiam regulam istam, ubi testis diceret se pro certo credere: quia non probat. Bal. l. siue posidetis. uers. sed quæro. C. de prob. Et de istis ampliationibus uide Fel. d. c. quoties. d. uer. colum. 587. Adde tu ad istas extensiones Feli. alias tres ualde utiles: col. prædicta: & primò, ubi testis dicit, Videre meo: qa nihil probat. Ita Bal. in repe. l. de quibus. C. de legib. xxv. col. idem est, si dicat, Iudicio meo: quia nihil probat, secũdum Ang. & Mod. in repet. l. sciendum. iiij. col. ff. de uer. ob. do. Alex. consi. lxxiij. inci. Viso testamento Io. j. uol. Idem est, etiam si testis deponit ita esse, secundum conscientiam suam. Bal. c. nisi cùm pridem. iiij. col. de renun. Limita omnia ista superiùs dictà, q̃ si testis in dicto de credulitate aßignat bonam causam: & postea dicit se ita credere, q̃ testimonium de credulitate ualet: do. Ab. d. c. quoties. de test. ij. co. uer. exemplũ secundũ. Fel. d. c. quoties. uer. tertiò amplia. n. 8. col. 587.

Secundò

Secundò limita prædicta, quòd ubi testis deponit per uerbũ Credo, postea ponit rationem, quæ habet concludere, quòd testimonium de credulitate ualet. Bald. d. l. conuenticulam. viij. col. uer. modò uenio. & Felin. d. c. quoties. uer. limita secundò istam regulam. nu. 9. col. 588. Tertiò limita, quòd si testis deponit per uerbum Credo, & est materia, quæ nõ potest cognosci certè & clarè, tunc ualebit testimonium de credulitate. Cy. & Bald. d. l. testium. C. de testi. Bar. l. in summa. §. itẽ Labeo. ff. de aqua plu. arc. uer. dicitur hic. Vide per Fel. latißimè d. c. quoties. nu. 10. uer. limita tertiò. col. prædicta.

testimonium matris in causa filiæ, quando ipsa filia petit uirum, an sit ualidum? Vide, quæ posui in litera M. §. mater. an posit testificari.

testimonium unius testis ualet, ubi nõ agitur de præiudicio alicuius: gloss. c. nuper. & c. licet. de testi. & c. placuit. de consec. distinct. iiij. & gloss. ij. q. iiij. in summa: & gloss. c. quantò. ij. q. v. & ibi Do. de sanct. Gemi. in rub. de consec. eccle. uel alta. do. Abb. c. proposuisti. de consec. eccles. uel alta. ij. col. uer. ex hac gloss. collige. Adde Fel. c. ueniens. el j. de testi. uer, gloss. in uerbo, confesso. nu. 18. parte ij. col. 620.

¶ *Testis, qui offert se, & sic, qui non est citatus, uel productus à parte, suspectus est: & ideo debet repelli.* Bart. l. post legatum. §. is uerò. ff. de his, quibus ut in lig. Bart. l. uxori. j. ff. de falsis. Spec. & ibi Ioan. An. tit. de testi. § qualiter. uer. uolens ergo. Vide Fel. c. in nomine Domini. de testi. uer. primo casu, quando se offert, censetur suspectus. nu. 23. col. 573. par. ij. Adde, & istud intellige saltem modo, nisi essemus in causa peccati: quia pro eo euitando crederetur testi se ultro offerenti. Ioan. de Imol. c. iurauit. de proba. in princ. Fel. d. c. in nomine Domini. uers. allegato. Item intellige, nisi iudex detulisset iuramentum testi se offerenti, & eum examinauerit: quia ualeret eius dictum. Ita Bald. c. j. §. porrò. iij. col. quæ sue. prima causa beneficiamit. Fel. latè de hoc d. c. in nomine Domini. uer. secundò limita, nisi testi. nu. 24. ead. col. Sit ergo cautus ille, contra quem talis testis examinatur à iudice, ut protestetur secundum formam authent. si dicantur. C. de testi.

testis laborans simili morbo, repellitur à testimonio. Fel. de testib. c. personas. nu. 1. col. 678.

testis propter amicitiam non repellitur, nisi sit immoderata. Feli. de testi. c. placuit. nu. 3. col. 563.

testis, qui est productus à parte, etiamsi non est citatus, plenè probat, nec per hoc potest dici suspectus, dum modò in præsentia partis & iudicis deponat: do. Abb. c. in nomine Domini. de testi. v. j. col. uers. extra gloss. & ibi allegat decisionem Rotæ, quæ est cccl v ij. incip. Item fuit dubitatum. in nouis. Idem tenet Bal. c. tertio loco. de probat. ult. col. Bald. c. j. de iudic. Et sic concludo, quòd testis nõ est aliquo modo suspectus, si deposuit rogatus à parte, quamuis iudex eum non citauerit. Istud expressè tenet do. Abb. c. cùm in tua. de sponsa. j. not. & Bart. l. post legatum. §. is uerò. ff. de his, qui. ut indi. Adde Fel. d. c. in nomine Domini. uer. secundo casu, quando. nu. 25. col. 574.

testis si uacillat, an iudex debet facere scribi in actis, qualiter testis uacillat? Do. Abb. c. quoniam contra. de proba. xxij. col. uer. quid si iudex. dicit, quòd debet facere scribi secundum suam conscientiam. Vide Fel. latißimè de hoc d. c. quoniam contra. uersic. quintò quæro, utrùm iudex. nu. 49. col. 544. par. ij.

testis an sit citandus, ad hoc, ut dictum suum ualeat. Vide 5. §. testis, qui est productus à parte.

testis examinatus à iudice, si non est productus à parte, neq; qui se ultro obtulit, an posit opponi examinationem non ualere. Innoc. c. ad nostram. de iureiur. el ij. dicit, quòd iudex in causa ciuili non potest contra eum inquirere de facto ex mero officio: sed in causa criminali est dubium: nam aliquando procedit ex officio, inquirendo: & tunc potest recipere testes, etiam publicato processu. Innoc. c. cùm clamor. de testi. Bart. l. iiij. §. hoc autem. ff. de dam. infec. iij. col. uer. quartò quæro. Vide per Fel. c. in nomine Domini. de testi. uer. tertio casu. nu. 26. col. 574. par. ij.

testis si deposuit dictum suum apud acta iudicij, tamen non apparet, quòd ultrò uocatus deposuerit, an posit opponi examinationem non ualeres? Do. de Rota dicunt, quòd in dubio præsumitur fuisse rogatus à parte: quos uide in decisione cccl x j. Istud idẽ tenet Feli. c. in nomine Domini. uer. quarto & ultimo casu. nu. 27. col. 275.

testis examinatus, parte non citata, nihil probat, neq; etiam facit indicium. Bart. l. maritus. ff. de quæsti. j. col. uer. sed ad hoc. Idem tenet Fel. c. in nomine Domini. uer. Collige secundò ex isto text. nu. 3. col. 567. par. ij. Et istud habet locum, etiam ubi causa esset expedienda, omissa solennitate, putà de plano, sine strepitu & figura iudicij. Bart. l. filiusfamilias. ff. de dona. uer. item an eius uigore. Fel. d. c. in nomine Dommi. uer. secundò declara istum text. nu. 4. col. ead. Item ubi iudex procedit ex officio, pars est uocanda, contra quam procedit. Ioan. An. in Spec. tit. de teste. §. nunc tractandum. Fel. d. c. in nomine Domini. uer. tertiò declara. nu. 5. ead. col. 567. Adde & extende, quod dicitur de receptione testium, quòd non possunt recipi parte non citata, quòd habet locum etiam in publicatione testium. Bart. authent. qui semel. C. de proba. iij. col. uers. quæro, quid si publicatio. Felin. d. c. in nomine Domini. uer. quintò & ultimò. nu. 6. col. 567. Limita prædicta non habere locum, quando iudex uellet se informare super notorio, uel fama: quia potest recipere testes parte nõ uocata. Ant. de But. d. c. in nomine Domini. Arch. c. eorum. xj. q. iij. do. Abb. d. c. in nomine Domini. uer. excipit. Fel. ibi uers. modò aduerte. nu. 7. col. ead. Item testes recipi possunt parte non uocata, quando iudex uult habere informationem alicuius personæ, ut putà, an sit habilis, uel inhabilis ad dignitatem: do. Abb. d. c. in nomine Domini. iij. col. uer. secundus casus. & ibi Fel. uers. secundò limita, nisi testes. nu. 8. col. 568. Itẽ testes recipi possunt parte non citata, quando iudex procedit per uiam inquisitionis. Ita Ant. de But. d. c. in nomine Domini. Adde, quòd contrarium tenet ibi do. Abb. iij. col. uer. tertius casus. & Bart. l. fi. in. fi. ff. de quæstio. Bald. l. iubemus. iij. col. C. de proba. Sal. l. fi. C. de quæst. ubi ponit practicam seruandam contra inquisitum. Et quomodo intelligatur istud, quòd iudex posit recipere testes in inquisitione parte non citata, uide Fel. d. c. in nomine Domini. uers. tertiò limita, nisi procedatur. nu. 9. col. 568. Item testes recipi possunt parte non citata, ubi de facili pars non potest citari. Fel. d. c. in nomine Domini. uers. quartò limita, nisi sit probandus. nu. 10. col. ead. Item testes recipi possunt parte non citata, ubi lex, uel statutum non exigit in aliquo casu plenariam probationem. Host. c. j. de homi. in v j. & ibi Domi. de sanc. Ge. §. fi. iiij. col. Fel. d. c. in nomine Domini. uer. quintò limita. nu. 11. col. 569. Item testes recipi possunt parte non citata: & hoc, quando actor timet de morte, uel absentia testium, & eius aduersarius est persona potens: quia tũc omittitur citatio ad examinationem testium. Do. Abb. d. c. in nomine Domini. iij. col. uers. secundus intellectus. Vide per Fel. latißimè ibi uer. sextò limita, num. 13. col. ead. Item testes possunt recipi parte non citata: & hoc, quando dicto testis de necessitate standum est, utputà testator dixit, Volo, quòd de tali re stetur dicto Titij, tunc pars non debet citari. Ita Bar. l. Theopompus. ff. de dote rel. ij. col. uer. item quæro. Contrarium tenuit do. Abb. c. in nomine Domini. v. col. uer. sed quæro. Vide Feli. ibi uers. nonò limita. num. 14. col. 570. Item possunt recipi testes sine citatione partis: & hoc, quando testes iteratò producuntur ad declarandum dictum suum. Fel. d. c. in nomine Domini. uer. decimò limita. nu. 15. ibid. Item testes possunt recipi parte non citata, quando mulier examinatur: & hoc, quia si est talis, quæ debet examinari in domo, pars non est citanda ad uidendum eã iurare. Ita Gul. de Cu. & Bar. l. ad egregias. ff. de iureiur. Adde, quòd contra Gul. & Bart. tenet do. Abb. c. si qui testium. de testi. j. col. uer. quæro. Et idem tenet Fel. d. c. in nomine Domini. de testi. uers. undecimò limita. nu. 16. ibid. Tamen communis opin. tenet istud, quod Gul. & Bart. tenent. Item testes possunt recipi in causa hæresis, parte non citata: & hoc, quando potentia aduersarij timetur. Fel. d. c. in nomine Domini. uer. quarto decimò limita. nu. 17. col. 5. alleg.

testis, qui fuit citatus, ut compareat in termino, si non compareat, quia impeditus, si fuit excommunicatus, an teneat excommunicatio? Vide, quæ quæ posui in litera E. §. excommunicatio lata contra contumacem.

testis, qui dicit in depositione sua, scio, quia interfui, an ualeat talis depositio, etiamsi non dicat, Vidi, uel intellexi. Vide Felin. c. cum causam. uers. secundò declara. de testi. numer. 5. colum. 755. parte ij.

testis debet iurare tactis euangelijs: per text.c.hortamur.iij. q.ix. Tamen gloss.cle.j.de hære.uerbo, tacta.dicit, quòd consuetudo induxit, quòd sufficit tangere quamlibet scripturam. Quam gloss.tenet do. Abb.c.fraternitatis.ult.colum.de testi.uer. & aduerte. Pe. de Anc.c.ut circa.de elect.in vj.iij.colum. Adde tamen, quòd consuetudo non potest tollere legem, quæ expreßè uult, quòd testis iurando tangat euangelia. Ita do. Card.d.cle.j.§. porrò.in fin. de hære. Et not.quòd cessante consuetudine non ualeret iuramentum, si testis iurasset euangelijs nõ tactis: & maximè, ubi ius prosolennitate exigit tacturam euangeliorum: gloss. d.c.ut circa.uerbo, corporali. & eam sequitur do. Abb. d.c. fraternitatis. loco præallegato, & c.laudabilem.de frigid.ij.not. Et hoc modo intelligas gloss.d.cle.j.de hære. Et si testis iurat non tangendo corporalia euangelia, seu scripturam, sed nuda uoce, eius dictum est nullum. Bald.in repe.l.ij.xj.char. uers. sed nunquid.ff.de iureiur. Adde Felin.in materia ista d.c.fraternitatis.uer.in gloss. fin.in fi. numer.12.parte ij.col.664. & do. Alexand.de Imol.l.ait prætor. ff.de iureiur.§.fin. Vide, quæ posui ī. in materia ista.§. testis, qui iurat non tactis euangelijs.

testis, qui iurauit præsente iudice, et parte, an in dubio præsumatur, quòd iurauerit tactis scripturis: do. Abb.c. fraternitatis.de testis in fi.tenet, quòd sic. Vide Ioan. An.in addi.Spec.tit. de teste.§.sequitur.uer.no. Adde Fel.d.c.fraternitatis. uers. & si diceretur in actis.nu.12.col.65.

testis, qui tulit testimonium iuratus, in causa principali, si iterum in eadem causa producatur, an debeat de nouo iurare? Vide do. Abb. c.fraternitatis.de testi.iiij.no.ubi dicit, quòd fi iurauit super tota causa, non debet iterum iurare. Adde, an hoc habet locum in causa appellationis? Vide Fel.d.c.fraternitatis.uer.no. secundò, ibi, receptis.nu.2.col.654.par.ij.

testis non iurans potest deponere, & ualet dictũ suum: & hoc, quando iuramentum est remissum per partes. Text. est c. tuis. de testi. Adde tu, quòd dubitatur, an in remißione iuramẽti facta testi per partem, requiratur authoritas iudicis: gloss. d.c.tuis.in ij.gloss. tenet, quòd sic: do. Abb.d.c.tuis.ij.colum.uer. sed contra prædicta.tenet, quòd non. Et idem tenet Bart.l.j.ff.de ferijs. & ibi glo. Bartol.l.Lucius.ff.de fideiuss. Adde Felin.d.c.tuis.uer.in gloss.ij. ibi, iudicis.numer.3.colum.780.parte ij. Adde etiam, an in remissione istius iuramenti requiritur solus consensus aduersarij tantùm: do. Abb.d.c.tuis.ij.colum.uer.an autem sufficiat. dicit, quòd consensus utriusq; partis requiritur. Et idem ibi tenet Ioan. An. do. Card. Adde Felin.d.c.tuis.uer.in text.ibi, remittatur.numer.1. colum.779.parte ij.ubi plura similia adducit ad hoc propositũ. Adde & fac conclusionem, quòd iuramentũ testis potest per partes solùm remitti: & de hoc sunt tres gloss.una l.iureiurando. ff. de testi.alia l.ij §.sed quia ueremur. C.de iur.cal.tertia l.j.ff. de ferijs. Et ex ista cõclusione gloss.d.iuribus, tu impugna illud, quod tenet Bald.tit.de pace Constan.xix.colum.uer. secundum. ubi dicit Bald. quòd tabellio sine commißione iudicis non potest recipere iuramentum testium de communi consensu utriusq; partis: istud non est uerum: quia si partes possunt remittere iuramẽtum testibus, ut d.c.tuis. & d.gloss. quantò magis possunt consentire, ut non noceat protestatio iuramenti testium minùs solenniter facta à notario, per regulam l.unicæ, C.de rei uxo.actio.

testis non iuratus: dictum suum ualet, quando agitur de probanda consuetudine inducta à populo. Anton.de Butr.repe.c. fin.c.pe. de consue. Felin.c.tuis.de testi.uersicul.ex eodem tex.habes unum casum.numer.2.colum.780.parte ij.transit cum opin. Anton. de Butri.

testis non iuratus: dictum suum ualet, quando agitur de probanda fama, uel notorium. Innoc. Ant.de Butr.do. Abb.c.cùm tua.de spon. Adde Fel.c.tuis.de testi.uer.prædicto, col.ut ī.

testis non iuratus: dictum suum ualet & hoc, quando statutum disponit, quòd dictum testis non iurati probet. Ludo. Roma.consil. suo cx.incip. Viso puncto. Adde Felin.c.tuis.de testi. uers. prædicto.colum.ut ī. ubi dubitat de hoc. Vide ad propositam materiam ea, quæ posui in litera S.§. statutum faciens ualidam probationem.

testis non iuratus in causa matrimonij: dictum suum non ualet, quia per partes in causa matrimoniali iuramentum testibus non remittitur: gloss.ij.c.tuis.de testi. & ibi do. Abb. ij.colum.uer. quæritur primò. & Alb.l.j.ff.de ferijs.pe.col. & gloss.c. fraternitatis.de testi. Quod intellige, quando agitur de matrimonio dissoluendo: secus, si ageretur de matrimonio confirmando: tunc partes possunt remittere iuramentum testibus. Spec.tit.de teste.§. fi. uers. & not. & do. Abb.d.c.tuis.ij.colum.d.uer. quæritur primò. Adde Felin.d.c.tuis.uers.in ea. gloss. ibi, ne colluderent.numer.3. col.781.

testis, qui iurat, non tactis euangelijs, sed per animam suam, uel tactis reliquijs sanctorum, aut crucis, an ualeat tale iuramentum? do. Abb.c.tuis.de testi.ult.colum.uers. quæro extra gloss. tenet, quòd non: & reprehendit Anton.de Butr. qui tenebat, quòd sic. Tamen pro opin. Anton.de Butr. facit text.c.constitutus.el ij.cum gloss. ij.ff. de appell. & text.c. fraternitatis.de frigid. & c.episcopus, xxxv.q.vj. & text.c.presbyteri.ij.q.v. & text.l. generaliter.§. pen.C.de rebus cre. & ibi gloss.j.Bald.c.j.§. sacramenta. de pace tenenda.iij.colum. & c.j.in princ.de noua forma fideli. In quibus locis Bald.dicit, quòd sufficit iurare super qualibet sacra scriptura. Adde Felin.d.c.tuis.uer.extra gloss.in quantum.nu.5.col. ead. ubi tangit materiam istam intricatè & confusè. Adde tu, & dic clariùs, imò fac regulam, quòd ubi solenniter iuratur: putà, ex forma iuris, uel statutorum, tunc testis debet præstare iuramentum super sacrosanctis euangelijs, ipsis tactis: neq; sufficeret tangere aliam scripturam: si autem non sunt iuramenta solennia, id est, non præstantur ex forma statuti, uel iuris, consuetudo introduxit, ut sufficiat tangere aliam scripturam: de quo uide ad plenum per do. Alex.l.ait prætor.§.fi.ff.de iureiur. & est gloss.de hoc, c. ut circa.de elect.in vj.uerbo, corporali. Et idẽ sentit Fel.d.c.tuis. & d.c.col.782. & c.fraternitatis. de testi.uer. in gloss.fi.num.12. col.664.parte ij. Et adde ad ista, quæ posui ī.uer. testis debet iurare tactis euangelijs.

testis, qui deponit in iudicio, in dubio præsumitur non iuratus, nisi appareat, etiamsi notarius scripsisset, Talis testis iuratus & examinatus deposuit. Ita do. Abb.c.tuis.de testib.ult.col. uers. ultimò quæritur. Idẽ tenuit Bar.l.Theopompus.ff.de dote præle.in prin. Adde Fel.d.c.tuis.de testi.uer.item in quantũ do. Ant. & do. Abb. nu.6.col.782.parte ij.

testis, qui deponit super non articulis, & sic extra articulum, super quo est productus, dictum suum est nullum: do. Abb.d.c.de testib. de testi.j.colum. uers. uenio nunc. & Bartol.l.si quis libertatem. v.colum.ff.de peti.hære. & Bald.l.si duo.§.idem Iulianus. ff. de iureiuran.el ij. Adde Felin.d.c.de testibus.uers.in gloss. j. ibi, non iurauerunt.numer.2.colum.712. parte ij. Adde & declara suprà dicta, quòd quando testis deponeret extra articulum super facto non uerisimili, tunc dictum suum non esset nullum: & hoc, quando esset interrogatus à iudice: pone exemplum: dicitur, quòd quis renunciauit sponte beneficio suo: hoc non est uerisimile: tamen si hoc esset extra articulum, & testis deponeret, ualeret dictum: de quo uide Imol.c.super hoc.de renuncia.14.colum.uers.ex hoc etiam. Et adde Felin.d.c.de testibus.uers.secundò declara.numer.3. colum.712.parte ij. Item intellige suprà dicta, quòd fallit, quando testes iurassent dicere ueritatem super tota causa: quia illud, quod dicit extra articulum, si facit ad causam, ualet eius dictũ: do. Abb. d.c.de testibus.de testi.j.col.uers. sed quærit gl. & Bart.d.l. si duo patroni.§.idem Iulianus.ij.col. uer. pro eius declaratione. Adde Fel.latè d.c.de testibus.uers.ultimò declara.numer.4.colum.713. parte ij.

testis, qui audiuit, tenui pariete intermedio, an probet, uel non? Fel. de testib.c.præterea.nu.4.col.703.

testis, qui deposuit & postea iurauit, an ualeat dictum suum? do. Abb. d.c.de testibus.ij.col. uer. ulteriùs inducitur. de testi. dicit, quòd Gof. & alij fuerunt uarij. tamen ipse tenet, quòd ualet dictum testis, nisi priùs iurauerit, & dicit de hoc esse casum c. fraternitatis.de testi.in fin. Adde, quòd idem tenet Felin. d.c.de testibus.uer. & in quantum Innoc.nu.5.col.713.

testis, qui deposuit non iuratus, si dicit falsum, an sit puniendus de falso? do. Abb.c.de testibus.iij.col.uer. aduerte tamen.de testib.tenet, quòd sic. Et idem tenet Bart.l.si quis legatum. ff. de falsis. ij. col. uers. iuxta hoc. Adde Fel.d.c.de testibus.uers.est uerum, quòd do. Abb.hic.nu.5.col.714.

testis, qui scripsit testimonium suum, & tradidit ipsum iudici in scriptis, uel coram iudice legit, an ualeat? do. Abb. c. de testibus. de testi. in fi. dicit, quòd non ualet, & reprobat opin. Bart. l. Theopompus. ff. de dote præleg. in fi. ubi tenuit, quòd ualebat dictum testis in scriptis. Et opin. Abb. tenuit Pet. de Anch. c. fin. ij. colum. de re iudic. in vj. Anton. de Butr. c. j. in fin. de testi. cog. Bald. rub. de iureiur. Et idem tenet Felin. d. c. de testi. uer. item in quantum do. Abb. numer. 7. colum. 714. Limita conclusionem istam: quia testimonium in scriptis facit præsumptionem ad minus. Anton. de Butr. Imol. & Hostien. c. cùm ecclesijs. de maiori & obe. Et idem tenet Felin. d. c. de testi. uer. fallit primò. num. 8. colum. 714. Item limita in non ualentibus loqui: quia testimonium in scriptis ualet: do. Abb. d. c. de testi. in fin. Anton. de Butr. c. cùm apud. de spon. & Felin. d. c. de testi. uers. fallit secundò. numer. 9. colum. eadem. Item limita, quando agitur de probanda fama alicuius extraiudicialiter: quia poterit probari per testes deponẽtes in scriptis. Felin. d. c. de testibus. uer. fallit tertiò, nisi ageretur. nume. 10. colum. eadem. Item fallit in teste, qui habet deponere de peritia artis: quia poterit deponere in scriptis. Felin. d. c. de testibus. uer. fallit quartò, nisi essent. num. 11. colum. 715. Item limita in teste, qui deposuit in scriptura, & uellet legere scripturam ipsi iudici. Bal. l. iurisiurandi. ff. de ope. li. in fin. Contrarium tenuit Salic. d. l. in risiurandi. Vide Fel. d. c. de testib. uer. fallit quintò. nu. 12. col 715.

testis, qui iurauit simpliciter, intelligitur iurasse super tota causa. Anton. de But. & Imol. d. c. de testibus. de testi. Et plus dicit Imol. ibi, quòd si pars produxisset aliquos articulos, & postea altera pars produxit testes, qui iurarunt simpliciter, tamen intelligitur super tota causa iurasse. Adde Felin. d. c. de testibus. uers. secundò no. quòd testis. nu. 14. col. 715. Et ista faciunt pro sustentatione dictorum testium, qui deposuerunt extra articulos, qui intelligendo, quòd super tota causa iurarunt, si deponunt extra articulos, dictum suum ualet, dum modò faciat ad causam.

testis excommunicatus an sit absoluendus ad cautelam, ut possit testificari? dic primò, quòd absolutio ad cautelam non debet fieri, nisi in duobus casibus, de quibus c. uenerabilibus. §. ult. de sentent. excom. in vj. Vide de hoc Ioan. An. & Domi. de sanct. Gemi. c. solet. de sentent. excom. in vj. do. Abb. c. ueniens. de testi. pen. col. uer. not. primò ex gloss. Felin. d. c. ueniens. el ij. uer. in gloss. fi. ibi, aliàs nullus. nu. 22. col. 776. parte ij. Secundò dic, quòd Hostien. Innoc. do. Card. Anton. de Butr. & Imol. d. c. ueniens. tenent, quòd de consuetudine curiæ absoluuntur illi, qui petuntur in testes, do/nec tulerint testimonium. Adde do. Abb. d. c. ueniens. pen. colum. uer. primus. ubi facit tres casus: & dicit, quòd quando pars producit in iudicio testem excommunicatum, & petit ipsum absolui ad cautelam, quòd ita demum debet absolui testis, quando de nullitate excommunicationis pendet quæstio: aliàs non: & de hoc est gloss. c. decernimus. pe. gloss. de sentent. excom. in vj. Vide Fel. d. c. ueniens. uers. sed aduerte: quia quando quis. numer. 23. colum. 777. In secundo casu dicit do. Abb. quando pars producit testem excommunicatum, & allegat iniusticiam excommunicationis, de qua potest probabiliter dubitari, & tunc potest absolui ad cautelam, donec tulerit testimonium. In tertio casu do. Abb. dicit, quando non negatur iusticia excommunicationis, uel de ea constat: & tunc dicit do. Abb. quòd testis excommunicatus impœnitens non debet absolui. Est uerum per Felin. c. ueniens. uer. allegato, ibi: sed tamen pars. numer. 25. colum. 777. qui dicit, quòd isto tertio casu, si pars producit testem non pœnitentem, & eum petit absolui ad cautelam, quòd debet absolui, dum modò producatur in subsidium, utputà quia alij testes nõ inueniũtur. Adde tu, et fac regulam, quòd nunquam est absoluendus testis, ut testificetur, nisi quando aliàs ueritas haberi non potest. Text. est d. c. ueniẽs. de testi. in fin. & ibi gloss. fin. in fin. Adde Felin. ibi uers. & pro complemento huius materiæ. numer. 26. col. prædicta. Item adde, quamprimùm testis excommunicatus tulerit testimonium, reincidit in eandem excommunicationem. Ita do. Abb. d. c. ueniens. pen. col. uer. uel tertiò. Adde ibi Fel, uer. secundò nota. nu. 27. col. 777.

testis excommunicatus delegatus non potest ipsum testem absoluere ad cautelam, ut ferat testimoniũ. Ita Ioan. An. in add. Spec. super rub. de teste. Innoc, Io. An. c. solet. de sentent. excom. in vj. & ibi Domi. de sanct. Gemi. iij. col. uer. deinde quæritur. Adde Fel. c. ueniens. de testi. uer. tertiò no. nu. 28. par. ij. col. 778.

testis excommunicatus: dictum suum regulariter non ualet: adde tamen, quòd in aliquibus casibus excommunicatus potest esse testis: uide, quæ posui in litera E. §. excommunicatus non potest esse testis.

testis, qui in dicto suo discordat, utputà quia sibi contrarius, uel discordat cum alijs, si est modica contrarietas, etiam quòd concordari non potest, tamen non uitiantur dicta testium. Ant. de But. c. ij. in fi. de regul. Idem, si unus testis diceret plus, quàm alius. Ant. de But. c. j. de offic. deleg. Adde Fel. c. cùm tu. de testi. uer. secundò not. quòd modica contrarietas. nu. 13. par. ij. col. 650.

testis non citatus, neq; productus aliunde, auditur, ubi agitur de peccato impediendo: secus est in alijs casibus: quia ingerens se, suspectus est, l. quæ omnia. ff. de procur. Adde do. Abb. c. iurauit. de proba. ij. no. Et uide per Fel. d. c. iurauit. uer. in text. ibi, quidam. nu. 2. par. ij. col. 420.

testis, qui in dicto suo discordat, & sic cõtradicit sibi ipsi, adeo quòd est uarius, si fieri potest, debet reduci ad concordiam, ut euitet periurium: do. Abb. c. cùm tu. de testi. ij. col. uer. sed nunc quæro. Bart. l. Labeo. ff. de sup. leg. ult. col. uer. crederem cõtrarium. Vide Fel. d. c. cùm tu. in prin. col. 645. par. ij. Adde, quòd dubium est, si dictum istius testis reducitur ad concordiam, utrùm probet? do. Abb. d. c. cùm tu. iij. col. uer. sed est notabile dubium. dicit, quòd solùm ex testibus euitat periurium, & non probat. Et idem tenet ibi Ant. de But. & Bart. d. l. Labeo. loco præallegato. Spec. tit. de notorio crimi. §. fama. in fin. quia uarianti non creditur, l. qui falsa. ff. de testi. Et expreßè hoc tenet Bart. l. eos. in fi. ff. de falsis. ubi dicit, quòd unus testis in dicto suo cõtrarius, nunquam reducitur ad concordiam, ut pœnam, uel periuriũ euitet. Tamen puto posse sustineri, quòd etiamsi testis est sibi contrarius in dicto suo, si reducitur ad concordiã, quòd probet. Bar. l. fi. §. Lucius. ff. de condi. indebi. qui tamen loquitur in scriptura. Eadem ratione dicendum est de teste. Sed de teste tenet Bart. l. de ætate. pen. col. ff. de minor. Adde Fel. latè de hoc, d. c. cùm tu. col. præalleg. & seq.

testis unus, qui contradicit alteri, reducitur ad concordiam, si fieri potest, ut periurium euitetur, non autem ut probetur: & istud habet locum, etiamsi testes producuntur ab eadem parte: do. Abb. c. cùm tu. de testi. iij. col. uer. sed est notabile dubium. Et idem tenet Ant. de But. & Ioan. An. in add. Spec. tit. de teste. §. iam de interrogatorijs. Adde, quòd Bart. l. Gallus. §. ille casus. circa finem, uer. fallit. ff. de lib. & posth. tenuit contrarium, uidelicet quòd non solùm euitent periurium, sed etiam probẽt. Sed pro cõcordia istarũ opinionum uide do. Abb. loco præallegato, quã opi. sequitur Fel. d. c. cùm tu. uer. secunda conclusio. nu. 4. col. 646.

testis unicus probat, si partes consenserunt, ut stetur dicto unius. Ita Bart. l. Theopompus. ff. de dote præleg. in fi. Lud. Ro. l. j. §. fi. ff. de uerb. obl. Bald. l. directas. C. de testa. ma. Bald. l. iudices. C. de sent. ubi dicit, quòd hoc ignotum est illis, quibus puluis iacet super libris. Vide Fel. c. ueniens. el j. de testi. uer. tertiò, in quantũ dicit do. Ant. nu. 19. col. 621. par. ij. Limita conclusionem istam, dum modò partes consenserint in persona & dicto: secus, si in persona tantùm: quia possunt opponere contra dictũ. Ita eleganter dixit Bal. l. in bonæ fidei. C. de reb. cred. vij. col. uer. sed dubitatur. Adde Fe. d. c. ueniens. de testi. el j. uers. & col. præalleg.

testis quis potest esse etiam in causa sua: & hoc, quando ex testificatione sua non est reportaturus commodum, uel incõmodum: damnum, uel lucrũ: laudem, uel uituperationem: uel potest notari aliqua affectione: do. Abb. c. in omi. de testi. Fel. ibi. nu. 4. par. ij. col. 582. uers. in gloss. ibi, restringitur. Vide, quæ posui in litera D. §. denunciator. & in litera P. §. principalis persona.

testis corruptus pecunia, etiam ut dicat ueritatem, dicitur falsarius: & potest puniri de falso. Bart. l. j. ff. de falsis. in princ. & l. diuus. ff. de re iudic. ij. col. uer. quæro, quid. Ioan. de Imol. c. j. de testi. in princ. & d. l. diuus. in princ. Adde Fel. d. c. j. de testi. in princ. nu. 1. colum. 563. Et dic, quòd hoc uerum est, etiamsi pars sponte offert. Iac. de Bel, authent. ut iudic. sine quoquo suffra. §. j.

testis nõ debet habere preciũ: tamẽ poterit habere expẽsas, quas fecit in eundo & redeundo causa testificandi. Ita scribẽtes c. j. de testi. & ibi Felin. uer. & limita. numer. 2. colum. 563. Et dicit Bald. d. c. j. quòd potest etiam dari pecunia testi in recompensationem operarum,

operarum, quas perdit. Et cum ista opin. Bald. ibi transit Felin. col. prædicta. Adde tamen, quòd de hoc oportet, quod iudex sit certificatus, & faciat ipse ex officio suo: aliter non. Hostien. & Ant. de But. d. c. j. de testi.

testis, si dicit unum in iudicio, & aliud postea dicit extra iudicium, primum dictum non tollitur per secundum. Text. est c. sicut. de testi. & ibi uide do. Abb. j. no. Adde Bart. l. eos. ff. de falsis. ij. col. in uer. op. ad idem. Et istud procedit, etiamsi testis dicat hoc in articulo mortis. Bart. l. si quis in graui. ff. ad Sylla. Bald. authent. si dicatur. C. de testi. & uide latè per Felin. d. c. sicut. in princ. nu. 1. parte ij. col. 609. Adde, quæ posui ī. §. testis, qui deponit in uno iudicio.

testis, qui falsum dixit, propter quod quis est decapitatus, potest puniri de homicidio. Ità Bald. c. sicut. de testi. & Bald. c. j. §. homicidium. de pace iura. fir. Adde & pone, quòd quis tulit falsum testimonium contra aliquem, ad hoc, ut puniretur capite, sed ille fuit absolutus, an talis testis sit puniendus pœna mortis? Vide text. c. hæc imago. xxxiij. q. v. & Bald. tit. de pace Constan. xij. col. ubi dicit, quòd falsus testis punitur de iure cōmuni eadem pœna, qua debebat puniri reus absolutus: de quo etiam per Arch. §. quia falsa. iiij. q. iij. & gloss. c. nihilo minus. iij. q. ix. Adde Fel. d. c. sicut. de testi. in princ. ubi ī. uer. præcedenti, col. 609.

testis laicus, aut uilis persona, aut criminosus, an possit ferre testimonium contra clericum in causa simoniæ? Vide, quæ posui in litera C. §. criminosus laicus & etiam uilis persona. & §. criminosi quando possunt testificari.

testis an possit testificari in iudicio contra iuramentum suum: putà, fuit ei dictum unum secretum ab amico suo, cui promisit per iuramentum non reuelare illud secretum: tamen si iste producitur in testem, tenetur reuelare: do. Abb. c. intimauit. de testi. ij. col. uers. secunda lectu. & est bonus text. in materia ista, c. quia pleriq;. de offic. ordi. in vj. Adde Fel. d. c. intimauit. uer. gloss. fi. in fi. nu. 4. col. 868. par. ij.

testis, qui temerè iurauit, pone, quòd iurauit nō testificari in tali causa: & hoc, quia fuit inductus ab aliquo, qui uolebat celare ueritatem, an admittatur simpliciter ad testificandum? do. Abb. tangit hanc q. c. intimauit. de testi. pe. col. uer. sed circa. Et ibi dicit, quòd talis, qui temerè iurauit, potest esse testis contra illum, qui eum induxit ad iurandum, etiamsi pœnituit. Adde Feli. d. c. intimauit. uer. modò quæritur, utrum. nu. 7. col. 669. & hoc modo limitabis text. c. testimonium. de testi. ubi dicitur, quòd testis perseuerans in crimine, non admittitur ad testificandum: si uerò uult esse testis contra alium, qui non induxit ipsum ad iurandum temerè, tunc non admittitur, nisi sit emendatus. Ità do. Abb. loco prælegato. & ibi Fel. uer. secundò casu. ibi, nu. 8. col. 670.

testis an possit iurare per procuratorem? Vide do. Abb. c. licet. de testi. ij. colum. uer. item quæro. Adde Feli. ibi, numer. 1. colum. 803. par. ij.

testis, si deponit in uno iudicio aliquid, postea in alio iudicio deponit aliter inter alias personas: dico, quòd primum dictum facit fidem contra testem, qui accusatur de falso. Ità Bart. l. eos. j. col. ff. de falsis. uer. tamen dicta unius testis. Et ista est singularis limitatio ad id, quod dicitur, quòd acta facta in una causa, non faciunt fidē in alia. Adde Ant. de Butr. c. cùm in tua. de testi. & Frid. de Senis consil. suo xxiij. incip. Titius electus. & consil. suo lv j. incip. Do. Alexand. Vide Felin. c. causam, quæ. de testi. uers. fallit tertiò. nu. 13. col. 626. par. ij. Adde, quæ posui ī. §. testis, qui dicit unum.

testis clericus an possit deponere coram iudice laico sine licentia sui episcopi? & an ualeat depositio, si de facto deponeret? Vide, quæ posui in litera C. §. clericus testis, qui est examinatus.

testis episcopus an possit compelli per superiorem, ferre testimonium? Vide, quæ posui in litera E. §. episcopus non potest compelli.

testis criminosus, quamuis toleratus tempore productionis, potest repelli, si crimē probetur: do. Abb. c. super eo. de testi. el j. in prin. Vide Fel. ibi, nu. 1. par. ij. col. 637.

testis instrumentarius, uidelicet, qui est descriptus in instrumentò, quamuis sit criminosus, dum modò occultè sit criminosus, etiam quòd appareat postea inhabilis respectu crimnis, non repellitur: do. Abb. c. super eo. el j. de testi. in princ. Adde Fel. c. super eo. el j. de testi. in princ. ubi ī. uer. prox. col. ead.

testis criminosus repellitur à testimonio secundum leges ita demum, si est damnatus, sed secundum canones statim, quando potest convinci, potest repelli. Ita gloss. c. super eo. el j. de testi. & ibi do. Abb. uers. oppono contra text. Adde ibi Felin. uer. gloss. j. num. 3. col. 637.

testis si fuit de crimine condemnatus, & appellauit, & interim tulit testimonium, postea deseruit appellationem, ualet eius testimonium. Bald. c. super eo. el j. de testi. Adde Feli. d. c. super eo. uers. & in materia dicit Bald. nu. 4. col. prædicta.

testis bannitus potest testificari de iure ciuili: quia bannum non irrogat infamiam. Bald. c. super eo. el j. de testi. Adde Fel. d. c. super eo. uer. idem dicit, quòd si testis. colum. 637. & uide etiam Felin. c. postulasti. de for. compe. uers. pœna diminutionis status. numer. 5. col. 232.

testis clericus an possit ferre testimonium contra laicum in causa criminali criminaliter mota? & adde, quid, si ciuiliter est mota? Vide, quæ posui in litera C. §. clerici non possunt esse testes. & §. clericus potest accusare.

testis clericus an possit ferre testimonium pro laico in causa criminali? Vide, quæ posui in litera C. §. clericus utrum possit testificari.

testis laicus non potest testificari contra clericum in causa criminali. Ista est regula firma: pone, quòd delictum commissum per clericum non potest probari, nisi per laicos, an isto casu poterunt laici esse testes? Vide, quæ posui in litera L. §. laici non possunt esse testes.

testis in causa propria quis potest esse, quando semiplenè probauit: putà, quia habet unum bonum testem pro se. Ita do. Abb. c. in omni. de testib. iij. col. uers. pone & quintam lecturam. Adde Fel. d. c. in omni. uer. secundo modo potest intelligi. nu. 5. parte ij. colum. 582. Vide in materia ista, quæ posui in litera I. §. iuramentum aliquando.

testis domesticus, uel de familia, regulariter repellitur à testificando. Text. c. in literis. de testi. & l. etiam. C. de testi. & Bald. d. c. in literis. ubi dicit, quòd familiares sunt soliti seruire domino super fas & nefas. Adde, quòd idem tenet Fel. ibi uers. secunda conclusio. nu. 2. col. 689. par. ij. Dic tamen, quòd ista regula fallit in subditis prælatorum & principum, ratione iurisdictionis: quia potest pro eis testificari: de quo uide latè per Felin. d. c. in literis. uer. fallit primò. nu. 3. col. 689. Item fallit ista regula, ubicunque testis domesticus uel familiaris esset persona ualde honesta: quia admittuntur in testes pro dominis suis. Innocent. d. c. in literis. & ibi Felin. uers. fallit secundò. numer. 4. colum. 689 quamuis aliqui Moderni d. c. in literis, teneant contrarium, ut ibi refert Felin. uers. sed puto. numer. 5. colum. prædicta. Item fallit ista regula in his, quæ uerisimiliter melùs sciuntur per domesticos, uel familiares: quia isto casu testes domestici & familiares admittuntur pro dominis suis. Bart. l. si quando. C. unde ui. ult. colum. uers. quæro: dicit statutum. & Bald. l. quoties. C. de naufra. lib. x. ubi Bartol. dicit, quòd testes domestici in istis præferuntur alijs: de quo uide Feli. d. c. in literis. uer. fallit tertiò. numer. 6. colum. 690. item fallit ista regula in uxore: quia potest esse testis pro marito: do. Abb. d. c. in literis. de testi. ult. colum. uers. quæritur, quid de uxore. & Specul. titul. de testi. §. j. d. colum. uer. sed nunquid. Intellige sanè, dum modò sit talis uxor, quæ non timeat maritum, & bonæ famæ: aliàs secus. Tamen Bald. & Salic. l. ij. C. de testi. indistinctè tenent contrarium, quòd in nullo casu uxor possit esse testis pro marito, etiamsi esset sancta. Vide Felin. d. c. in literis. uer. fallit quartò. numer. 7. colum. 691. Item fallit ista regula in famulo, qui tempore, quo debet testificari, non est amplius famulus: utputà, quia discessit ex domo domini, uel dominus eum expulit, ut possit ferre testimonium: do. Abb. d. c. in literis. ult. colum. uer. sed extra gloss. Specul. titul. de teste. §. j. uer. quid si olim. Bart. l. j. §. si seruus. ff. de quæstio. Cy. & Bald. l. ij. C. de testi. Felin. d. c. in literis. uers. fallit quintò. numer. 8. colum. 691. Intellige istud sano modò. dum modò dominus expulisset seruum ante litem motam. Fel. d. c. in literis. uers. illud autem intellige. nume 9. col. 692. Et dic etiam, quòd oportet, quòd ista licentia data à domino suo, sit realis, non simulatà. Ità Fel. d. c. in literis. uer. secundò intellige. nu. 10. col. 5. alleg.

testis,

testis, qui repellitur à testimonio: putà, quia familiaris, uel domesticus, si examinatur, non facit indicium. Bald. l. testimonium. ff. de testi. do. Abb. c. in literis. de testi. iij. no. Felin. d. c. in literis. uer. secundò not. quòd testis. num. 12. colum. 693. dicit, quòd hoc procedit, quando pars contradicit: sed si tacitè consentit, talis testis examinatus, qui non debet examinari, nedum facit indicium, sed probat. Et allegat Bald. l. si quis testibus. ult. colum. C. de testi. & Angel. consil. suo cxcij. incip. Porrecta fuit petitio. Adde tu, & dic, quòd indistinctè testis, qui non debet examinari, si examinatur, non facit indicium: & hoc, quando repellitur à testimonio propter reuerētiam personarum. Casus est l. maritus. ff. de quæstio. & ibi Bartol. j. colum. uers. ulteriùs oppo. Et hoc modo intelligas Bald. d. l. in testimonium. & do. Abb. d. c. in literis. Secus est in alijs casibus: quia si testis non debet examinari, & si examinetur, facit indicium. Bart. l. maritus. uer. ulteriùs oppo.

testis, qui fuit approbatus per partes, non potest reprobari: fallit hoc, circa dictum: quia illud bene potest reprobari. Adde & dic, quòd etiam dictum suum non potest reprobari: & hoc, quando partes promiserunt stare dicto suo: de quo uide, quæ posui in litera D. §. dictum testis.

testis regulariter non debet testificari, nisi super articulis & petitis. Bart. l. si duo patroni. §. idem Iulianus. ff. de iureiur. Felin. & omnes c. de testibus. de testi. numer. 3. colum. 712. parte ij. Adde, quòd tamen testis poterit dicere aliquid circa contigua petitioni. Feli. c. causam. de re iudic. uers. sic etiam uidemus in teste. numer. 5. col. 494.

testis unus, putà ex parte rei, si contradicit etiam uni testi ex parte actoris, annullatur dictū utriusq;: do. Abb. c. in nostra. ij. col. uer. sed amittit. de testib. dicit, quòd dictum non annullatur, sed defertur iuramentum in supplementum probationis illi, qui habet testem meliorem pro se. Et dicit hoc modo intelligendum esse c. fin. de iureiur. Adde Fel. d. c. in nostra. uer. ultimo dicit hic Vin. nu. 13. par. ij. col. 727.

testis interrogatus super omnibus articulis causæ, si respondit se nihil scire exceptis aliquibus, & postea interrogatus super articulo famæ, deposuit, quòd erat publica uox & fama, utrum ista depositio referatur ad omnes articulos? an uerò solum ad illos articulos, super quibus testificatus est? do. Abb. c. cùm causam. de testib. j. col. uer. sed circa prædicta. tenet, quòd referatur ad omnes articulos. Idem tenet Bartol. l. de minore. §. tormenta. ff. de quæstio. penult. colum. uers. quæro, quid si testis. Adde Felin. d. c. cùm causam. in princip. numer. 1. parte ij. colum. 747.

testis regulariter non tenetur in depositione sua reddere causam dicti sui: & tamen dictum suum ualet: gloss. c. cùm causam. de testi. & gloss. l. non solùm. C. de testi. & gloss. ij. c. sicut. de re iudic. & do. Abb. d. c. cùm causam. ij. colum. uer. gloss. in uerbo, de causis. Et omnes tenent istam opin. ut per Felin. ibi, uers. prima conclusio: Testis regulariter. numer. 2. colum. 748. Adde & limita conclusionem istam: primò, nisi testis fuisset interrogatus à iudice, ut redderet causam sui dicti: quia hoc casu, si nō redderet rationem, dictum suum non ualeret: do. Abb. d. c. cùm causam. ij. col. uer. gl. in uerbo, de causis. Omnes ibi sequuntur. Et uide Feli. d. c. cùm causam. uer. Fallit primò ista conclusio. nu. 3. col. 748. Imò plus dicit do. Abb. d. uer. gloss. in uerbo, de causis. quòd testis. qui fuit interrogatus à iudice, ut redderet causam sui dicti, si non reddit, quòd dictum suum non facit præsumptionem. Est uerum, quòd postea ibi dicit, quòd hoc erit in arbitrio iudicis: de quo passu uide Fel. d. c. cùm causam. d. uer. & col. ubi ponit multa bona circa interrogationem istam, quando sit fienda? & si per dolum, uel negligentiam iudex non quærit de causa, an teneatur in foro pœnitentiali? Ibi uide latè per eum. Limita secundò conclusionem istam, quando ageretur de reprobando tabellione: quia testes deponentes contra ipsum tabellionem, debent reddere causam dicti sui, etiam non interrogati à iudice. Bald. l. presbyteri. ult. col. uer. iuxta prædicta. C. de episc. & cle. Vide Feli. d. c. cùm causam. uer. fallit tertiò dicta conclusio. nu. 4. parte ij. col. 753. Limita etiam conclusionem istam, quòd si testis deponit super aliqua re, quæ potest percipi aliquo sensu corporeo, ualet eius dictum, etiamsi non reddit causam dicti sui: sed si deponit super aliqua re, quæ percipitur iudicio intellectus, dictum suum non ualet, si non reddit causam, etiam non interrogatus à iudice: domi. Abb. d. c. cùm causam. ij. col. uer. Innoc. tamen tradit. Et omnes eum sequuntur, ut per Fel. d. c. cùm causam. uer. fallit secundò. nu. 2. col. 749. Limita etiam conclusionem istam in unico teste, qui deponit: quia si non reddit rationem dicti sui, etiam non interrogatus à iudice, quia non dicitur semiplenè probare, adeò quòd non poterit ei deferri iuramentum in supplementum probationis. Ita elegantèr Bald. c. j. §. sacramentum. ij. col. uers. unum scias. de confess. recti feudi. Et uide Fel. qui idem tenet, d. c. cùm causam. de testi. uer. fallit quartò, nisi. nu. 4. col. 753. Limita ultimò conclusionem istam, & eam no. quòd licet testis nō tenetur assignare rationem dicti sui, si non est interrogatus, ut ī. dixi, tamen fallit hoc in causis criminalibus, in quibus non ualet dictum testis, si non assignat rationem dicti sui, etiam non interrogatus. Salic. l. sciant cuncti. C. de proba. do. Alex. consil. suo xv. incip. Viso processu. viij. col. uers. est uerum. Lud. Rom. l. ait prætor. ff. de iureiur. limitat istam communem opin. ut procedat in causis criminalibus, in quibus uenit imponenda pœna corporalis: secus, si esset causa criminalis, pro qua imponeretur pœna pecuniaria. Et idē tenuit ante eum Ant. de But. c. fi. de iureiur. Sed contra Lud. Ro. & Ant. de Butr. tenuit Imol. d. c. fi. & do. Alex. d. l. ait prætor, per generalitatem d. l. sciant cuncti. Et ideo teneas primā opin. indistinctē: quia cōmunē.

testis unicus, qui deponit in aliqua causa, debet reddere rationem dicti sui, etiamsi non est interrogatus à iudice: aliter non diceretur semiplenè probare, neq; ei posset deferri iuramentum in supplementū probationis: de quo uide ī. §. testis nō tenetur regulariter.

testis. si dicit se scire quòd Titius occidit Sempronū, nisi dicat, quòd uidit, & reddat rationem per sensum uisus, dictum suum non ualet. Vide per Fel. c. cùm causam. de testi. uer. tertiò no. quòd si testis. nu. 7. parte ij. col. 757.

testis, qui deponit in casu, ubi agitur de peritia suæ artis, poterit deponere de credulitate: de quo uide Fel. c. quoties. de testi. uer. tertiò declaratur. nu. 11. col. 589. parte ij. Et uide, quæ posui in litera P. §. periti deponentes de peritia artis.

testis si deponit per uerbum, Ita iudico, uel Ita mihi uidetur, non ualet testimonium in his, quæ solo sensu corporis percipiuntur: secus in his, quæ per discursum intellectus. Bal. l. data opera. xviij. col. C. qui accusa. non pos. Fel. latè c. quoties. de testi. uer. quid autem. de teste. nu. 12. col. prædicta.

testis consanguineus, ubi agitur de probanda consanguinitate, non est suspectus, sed est melior testis, quàm sint alij: do. Abb. c. quoties. de testib. ij. no. Adde Felin. d. c. quoties. uer. not. secundò. nu. 2. par. ij. col. 585.

testis propter odium repellitur à testificando. Ità do. Abb. c. quoties. de testibus. uer. not. ibi, priuato odio. Et ibi dicit, quòd duplex est odium, & quasi innuit, quòd propter odium publicum quis non repellatur à testificando. Vide Bal. l. l. iij. ff. de testib. Bald. authen. si dicatur. C. de testi. ubi Salic. iij. colum. uers. quæro: text. Et istud habet locum, etiamsi de recenti reconciliatus est. Innoc. c. cùm I. & A. in fin. de re iudic. Et dic, quòd hoc procedit etiam, quando testis est amicus inimici ipsius, contra quem uult testificari. Adde Felin. d. c. quoties. uer. & considera: iudex arbitraturus. numer. 5. colum. 586. Istæ omnia intellige de inimicitia capitali: quia alia non repellit à testificando. Bald. l. athletæ. §. dato. ff. de excu. tut. Domi. de sancto Gemi. c. quamuis. de procu. in vj. iiij. colum. Vide Fel. d. c. quoties. uer. prædicto, col. ead. Pro declaratione istorum uide, quæ posui in litera I. uer. inimicitia, quæ habet repellere testem.

testis propter amicitiam repellitur à testificando. Text. c. quoties. de testi. §. item testium. iiij. q. iij. gloss. summæ iij. q. v. Adde, quòd do. Abb. d. c. quoties. j. col. uer. idem dic. tenet, quòd amicitia non repellit ex toto testem à testificando, si tanta fides ei non datur. Idē tenet Cy. l. eos. C. de testi. Bart. l. admonendi. vij. col. uer. hoc tamē limito. Et idem tenet Fel. d. c. quoties. uer. no. quintò, ibi: amicitia. nu. 6. col. 586. ubi tamen dicit, quòd credit, quòd si esset magna, uel moderata amicitia, quòd ex toto testis repelletur à testificando. Adde Iac. But. l. iij. ff. de testi. qui dicit, quòd licet duo consanguinei, uel duo amici magna amicitia coniuncti, non probant, tres tamen probant: quia supplet numerus.

testis

testis repentinè loquens, uidetur mendax: gloss.v.q.v.§.ult. Et etiam si multùm cogitat, uidetur dubius. Istam glo.tenet do.Abb.c.cùm causam.de testi.vij.col.uers.uenio ad gl.& Ro.sing.456. Adde Fel.d.c.cùm causam.nu.12.col.760.

testis præcipitanter deponens, est suspectus. Text.sing.§.sed aliud.v. q.v.Lud.Ro.consil.suo 459.incip.an illi, qui celeriter. Fel.c.ecclesia sanctæ Mariæ.de const.uer.ultimò no.quædam. ibi, & est text.§.sed aliud.nu.34.col.257.& in proœ.decre.uers.in gloss.j. nu.1.col.1.

testis, qui deponit hoc modo, Dico, prout dixi in alia mea depositione, si ibi nihil est ad propositũ, talis depositio est nulla. Adde tu, quid si prima examinatio fuit nulla aliquo defectu, postea testis iterum examinatus dicat, Dico per omnia, ut dixi s̄. in proxima examinatione, utrùm hæc secunda examinatio sit eodem modo nulla, sicut prima? Vide Bart.l.legato inutiliter.ff.de leg.j.j. col. Adde Bal.l.iurisiurandi.C.de testi.Pet.de Anch.cle.testib.de testi.in fi.Paul.de Cast.consil.suo ccvj.incip.In Christi nomine, amen: super primo dubio.

testis potest se excusare dicendo, Non sum habilis, & sic allegaret turpitudinem suam.Ita Fel.c.sciscitatus.de rescript.uers. limita quintò in teste.nu.7.col.541.

testis non repetitur apertis attestationibus.do.Abb.c.per tuas.de testi.ij.col.uer.uenio ad secundum.Vide Fel.d.c.per tuas.uer.secunda conclusio: Apertis attestationibus.nu.2.col.812.parte ij.ubi ponit multas fallentias, & posui additionem: & uide, quæ posui in litera I.§.iudex an poßit interrogare testes.

testis, qui fuit examinatus semel super uno articulo, postea si examinatur iterum super eodem ad alium effectum, potest dicere in secunda depositione, Ego dico illa eadem, quæ dixi in prima depositione.Ita do.Abb.c.cùm in tua.de testi.ij.col.uer.no.ibi.Bar.tangit difficultatem istam l.eos.ff.de falsis.ij.col.uer.quæro pro declaratione.ubi dicit, quòd si iudex non contradicit, ualebit tale testimonium: si autem iudex contradicit, non ualebit dictum testis.Et postea dicit Bart.ibi in isto secundo casu, quòd testis poterit dicere, Protestor in ista mea secunda depositione, quòd non intendo discedere à prima depositione: de quo uide Bald.l.gesta. ij.colum.C.de re iudic.Ang. l.legata inutiliter.ff.de leg.j.Pet.de Anch.cle.ij.de testi.Sal.l.iusiurandum.C.de testi.ij.col.uer.quæro: testis.Adde Fel.d.c.cùm in tua.in princ.nu.1.col.797.parte ij. Limita conclusionem istam non procedere in teste examinato coram arbitro: quia si iterum examinaretur coram iudice ordinario, non poterit se remittere ad ea, quæ dixit coram arbitro in prima depositione. Vide latè per Fel.d.c.cùm in tua.in princ.col.798. Limita etiam conclusionem istam non procedere, quando primum dictum testis esset nullum ratione falsitatis: quia non posset testis se remittere. Vide Fel.d.c.cùm in tua.uers.secundò limita, nisi primum.nu.1.par.ij.col.798.

testis si dicit in præsentia partis, quòd erat dicturus in iudicio, utrũ eius testimonium uitietur? & dic, quòd non.Fel.c.fi.de test.cog. uer.postremò, antè quàm.nu.5.par.ij.col.876.

testis repellitur à testificando in criminalibus, quando potest conuinci per exceptionem criminis. Vide, quæ posui in litera E.§.exceptio criminis.

testis, quæ habet suam opinionem aggrauatam, eò quia aliàs fuit repulsus ab actu testificandi, debet repelli iterũ: & hoc in causa criminali: do.Abb.c.testimonium.de testi.x.col.uer. septimus casus. Adde ibi Fel.uer.septima & ultima conclusio.num.32.par.ij.col. 843.

testis licet sit emendatus de crimine, tamen non est idoneus testis in criminali.Vide, quæ posui in litera E.§. emendatus licet sit idoneus.

testis non repellitur à testificando, si probat emendationem criminis: sed quomodo probabit? dic, per sacerdotem: gloss.est c.testimonium.de testi.uerbo, in hoc casu.do.Anton.de Butr.c.ueniens. el j.ij.col.de testi.Arch.Do.de sancto Gem.c.quanto.ij.q.v.Inno. c.qualiter.el j.de accusa. Adde & intellige hoc sano modo, dum modò sacerdos testificetur de uoluntate & consensu confessi: aliter incurreret pœnam, c.communis.de pœni.& remis.Ita Do.de sanct.Gemi.c.ipsi apostoli.ij.q.vij.Adde Felin.d.c.testimonium. uersi.& intellige.nu.35.par.ij.col.844.& ibi posui additionem.

testis repellitur à testificando contra aliquem ex inimicitia orta de nouo: adde, quid si esset orta ex causa illius, cõtra quem testis uult testificari: putà, quia dedit ipsi testi alapam, ad hoc, ut non posset esse testis? dico, quòd isto casu testis non repellitur: de quo uide in litera A.§.alapa data testi.

testis an compellatur testificari? Ponit Bald.rub.de testi.cog.Host.in tit.de test.cog.Adde Fel.d.rub.col.854.

testis potest iterum interrogari ex officio iudicis post publicationem, ut declaret dictum suum obscurum: tamen iudex hoc modo faceret ad petitionem partis: & hoc, nedum in criminalibus, sed etiam, quando iudicium processit inter partes. Ita do.Abb.c.cùm clamor.de testi.j.col.uers.not. bene. ubi postea dicit, quòd Innoc. tenet, quòd iudex potest ad petitionem partis repetere testem.Tu uide Fel.in materia ista latißimè d.c.cùm clamor.uers.in ea.gloss. fin.not.bene.nu.3.parte ij.colum.827.& uide s̄.§.testes possunt iteratò.

testis si precio inductus subtrahit se à testificando, potest iudex procedere contra eum, tanquam falsarium.Fel.c.penul.de testib.cog. uersic.adde etiam, quòd si testis precio. col.fin.nu.4.parte ij.col. 874.

testis, qui latitat, ad hoc, ne testificetur, non potest puniri de falso, nisi sit corruptus precio.Felin.c.pe.de testi.cog.uer.ultimò.nu.5. col.874.

testis quamprimum recusat testificari, præsumitur contra eum: do. Abb.c.j.de testi.cog.ij.col.uer.pondera bene.Adde Feli.ibi uer.in gl.ij.ibi, præsumitur.nu.9.par.ij.col.857.

testis, qui aliàs testificari non compellitur, in subsidium tamen compellitur, quis modò habebit probare, quòd in subsidium testificari debet, ad hoc, ut compelli poßit? Vide do.Abb.c.super eo.de testi.cog.in fin.& ibi Felin.uer.ultimò hîc tangunt omnes.parte ij. nu.9.col.865.

testis in causa criminali subtractus à testificando facto aduersarij, an habeatur pro producto? Vide do. Abb. c. peruenit. el j.de testi.cog.uer.quæro, nunquid.& ibi Fel.uers.in text.ibi, inquam. nu.3.col.866.

testis potest reuocare dictum suum incontinenti: do.Ab.c. præterea. de testi.cog.penul.no.Idem tenet ibi Fel.uer.in gloss.in uerb. aliter.nu.5.col.868.

testis, qui semel deposuerit iuratus coram uno iudice super uno articulo, tamen si iterum examinatur super eodem ab alio iudice, debet iterum iurare. Fel.c. præterea.de testi.cog.uer.in gloss. in uerbo, aliter.nu.5.col.prædicta.

testis examinatus à notario solo, si dicit se dixisse aliter, quàm scripsit notarius, cui sit magis credendum? do.Abb.ponit c.cùm causam.de testi.in fin.& ibi tenet, quòd creditur de facto tabellioni. Et idem tenet Spec.tit.de teste.§.j.uer.sed pone.Adde pro clariori intelligentia Ang.& Sal.l.si quis.C.de falsis.per Innoc.& Imol. c.cùm Ioannes.de fide instrum.& uide Fel. qui ponit multas remißiones d.c.cùm causam.uers.si autem testis examinatus. nu.32. parte ij.col.765.

testis, si allocutus est partem ante testificationem, utrùm ex hoc diminuatur fides eius? Vide Fel.c.præterea.de testi.cog.uer. si autẽ testis ante testificatum.nu.13.par.ij.col.871.

testis illiteratus, qui dicit, quòd uidit instrumentum, in quo continebatur precium rei, putà in centum, non probat: quia conuincitur de mendacio ex impoßibilitate. Ang.authent.de tabelli.iij.col.Et ad hoc facit dictum Old. relatum per Bald.c.j.§.porro. quæ fuit prima causa beneficij amit.ubi Old.dicit, quòd testes, qui dixerunt se uidisse ad lumen Lunæ de nocte aliquid, & facta computatione dierum Lunæ, hoc fuit impoßibile, quia Luna non lucebat, & propter hoc fuerunt reprobati, ut falsi. Et idem tenet Bal. l. si cum exceptione. §. in hac. ff. quod metus causa. ubi etiam Angel.Et plus dicit Bartol.in suo tracta.de testi.viij.colum.quòd testis, qui dicit, Ego uidi Sempronium: & postea subiungit, non uidisse faciem, quòd non deposuit sufficienter. Vide Felin. in materia ista c.sicut. de re iudic. uers. secunda declaratio. nu. 5.col.527.

testis, si dicit, quòd uidit Titium de nocte ad lumen Lunæ, si probaretur, quòd Luna non lucebat, putà, quia parua, uel quòd pluit per totam noctem, tunc dictum suum erit nullum. Old. consil. suo ccvij.

incip.Vniuersis præsentes.Vide Fel.c.sicut. de re iud.uer.et contra testes dicentes se uidisse.nu.6.col.præalleg.

testis si dicit, quòd, cùm esset post cortinam, uel tenuem parietem, audiuit, quòd Titius & Berta contraxerunt matrimonium, an eius dictum ualeat? do.Abb.c.cùm causam.de testi.iiij.col.uer.ad idem allego.tenet, quòd sic: dum modò habeat uoces contrahentium notas. Et hoc ita demum intellige uerum esse, si testis uidit, quòd in loco illo contrahentes ingreßi sunt: si autem non uidit illos ingredientes, & hoc solum habere uoces notas contrahentium, non sufficit ad plenam probationem, sed bene facit indicium uehemẽs. Vide gl.l.in summa.§.item Labeo.ubi Bart.ff.de aqua plu.arcen. Ioan.An.c.ad nostram.de consuetu.Vide Feli.c. sicut. de re iudic. uer.proximè allegato, col.528.

testis licet deponat falsum in iudicio nullo, tamen punitur de falso. Ita Felin.c.ex tenore.de rescript.uer.cæterùm ad multa.nume.9. col.585.Adde tu Bal.l.iurisiurandi.C.de testi.in fi.qui dicit, quòd testis non tenetur de falso, qui non iuratus dixit falsum, sed crimine stellionatus: & hoc, quia iudicium est nullum, cùm non iuratus deposuit testis.Adde, quòd idem tenet Bald.l.j.C.de sepul.uio. ubi dicit, quòd si testis non iurauit, quo casu dictum eius non habet formam, non punitur, nisi talis esset, cui staretur sine iuramento: tunc enim puniretur de falso, ac si iurasset, l.j.ff. de uen.inspi. Si uerò testis iurauit: & tunc, si dictum eius non ualet, quia infamis, uel post terminum, uel inimicus, & quamuis eius dictum nõ ualet, tamen punitur de falso.De materia ista uide Bart.l.damnis. C.de falsis.& Bald.l.fin.in fin.C.si ex fal.instrum. Adde, quid si testis deponit extra articulum, an ualeat dictum eius? Vide Bart. l.si duo patroni.§.idem Iulianus.ff.de iureiur. Adde bonum text. c.de testibus.de testi.& ibi plenè per Ioan.An.Bar.l.j.ff.de quæstio.Spec.& Ioan.An.tit.de teste.§.j.uer.quid ergo.

testis in iudicio in ferendo testimonio tenetur iurare: & Papa nõ potest dispensare.Vide, quæ posui in litera P.§.Papa non potest dispensare, quòd in ferendo.

testis, qui iurauit dicere meram & puram ueritatem, non debet aliquid tacere, quod scit: neque debet exprimere falsum: quia paria sunt, Tacere ueritatem, & Exprimere falsum, l. presbyteri. C. de episc.& cleri.Vide Felin.c.cùm dilecti.de accusa.uer.nota octauò, quòd ille, qui iurat.nu.3.col.844.

testis de credulitate si deponat, quando ei credatur? Vide Felin. ad plenum c.inquisitionis.§. quæsiuisti.j.nota.de accusa. nu.12.col. 880.

testis, qui dixit falsum in uno capitulo, nihil probat in testificatione sua.Innoc.c.fraternitatis.de hære.Old.consilio suo xxxvj.incip. Ad primam q.Specul.tit.de teste.§.j.uer.item quid. Et dic, quòd istud procedit non facta distinctione, utrùm capitula sunt separata, uel connexa.Bal.l.fin.iiij.opp.C.de edict.diui Adri.tol. Fel. d.c.fraternitatis.uer.tertia cõclusio principalis. nu.21. col.1093. Adde, quòd ista conclusio fallit, quando testis ignoranter falsum dixisset.Bald.l.si ex falsis. C. de fide instrum. contrarium tenet Innoc.d.c.fraternitatis.Vide Felin.ibi, uer.sed primò fallit.nu.22. col.eadem.Item fallit, quando testis esset interrogatus ultra capitula: quia ualeret eius dictum, etiamsi ibi dixisset falsum, nisi iurasset respondere super omnibus his, de quibus interrogaretur. Fel.d.c.fraternitatis.uer.secundò fallit.num.23.col.ead.Item fallit ista conclusio in teste, qui deponit super peritia artis: in tali cadit probabilis error: ideo non potest conuinci de mendacio. Feli. d.c.fraternitatis.uer.tertiò fallit.nu.24.col.ead.Item fallit ista cõclusio, quando testis dixit falsum in aliquibus nõ substantialibus. Ang.consilio suo cxcij.Fel.d.c.fraternitatis.uer.quartò fallit.nu. 25.col.ead.Adde ad ista, quòd rex non posset facere, quòd capitula, in quibus testis uerum dixit, non uitientur propter unam falsitatem.Old.d.consilio xxxvj. Feli.d.c.fraternitatis.uer.ultimò not.quòd text.nu.26.col.ead.

testis non tenetur deponere de tempore, in qua facta fuerunt ea, de quibus uult testificari: imo dictum suum ualet, etiamsi non recordatur de tempore.Ita scribentes c.cùm causam.de testi. Gl.l.iij.§. idem.ff.de testi.Bart.l.non est.§.diui fratres.ff. de iure fisci.Bart. & Ang.l.in summa.§.item Labeo.ff. de aqua plu.arc.do. Abb.c. cùm Ioannes.de fide instrum.Et omnes dicũt, quòd ualet dictum testis, etiamsi diceret se non recordari de mense, uel de anno. Et uide Fel.d.c.cùm causam.uer.utrùm autem testis teneatur.num.13. col.760.parte ij.Adde, quòd conclusio ista fallit in aliquibus casibus: & primò, quando testis est suspectus: quia tunc est interrogandus de tempore, & tenetur respondere: aliàs dictum suum esset nullum.Bart.d.l.in summa.§.item Labeo. uers.ulteriùs oppo. Fallit etiam ista conclusio, ubi tempus est de substantia probationis.Casus est c.ex tenore. de testi. & cle. fin. de rescript. de quo uide Fel.plenè d.c.cùm causam.uer.ista limitantur, nisi tempus. num.14.col.760.Fallit etiam ista conclusio, quando testes essent interrogati à iudice de tempore, & omnes dicerent, quòd non recordarentur: quia essent suspecti. Host.d.c.ex tenore.de testi.Vide Feli.d.c.cùm causam.uers.secundò limita, nisi testes.n.15.col.761. parte ij.Item fallit ista conclusio in causa criminali: quia imo testis tenetur deponere de tempore, l.libellum.ff. de actio.& Bart. d.l.in summa.§.item Labeo.in princ.

testis suspectus tenetur deponere de tempore: & sic potest interrogari de tempore: aliter non. Vide s̄.§.testis non tenetur deponere de tempore. Quod no.quia sæpiùs in practica.

testis habetur pro producto in iudicio contra aduersarium, qui præstat causam, ne producatur: gloss.c.cùm causam.de testi.uerbo, cõpellas.& ibi do.Abb.vij.col.uer.quæro, quid.& uide similem gl. c.peruenit.el j.de testi.cog.& ibi Ant.de But.& Fel.d.c.cùm causam.uer.in gloss.in uerbo, compellas.nu.16.col.761.Adde, an testis impeditus, ne producatur, habeatur pro producto semper? & dic, aut impedimentum interuenit in causa ciuili, aut in criminali.In primo casu, si pars impedit per se, siue præsumptiuè per alium, isto casu testis habetur pro producto.Et hoc modo intelligas glo.d.c.cùm causam.& gl.d.c.peruenit.Secundo casu, in causa criminali criminaliter mota, uel ciuiliter, si pars impedit testem, ne producatur, per se, uel per alium (& hoc certum est) testis habetur pro producto. Aut impedimentum præstatur per alium, ne testis producatur, etiamsi præsumatur, partẽ dare operam, uel consentire: tunc testis non habetur pro producto: quia in crimine non proceditur ex præsumptione, ut l. sciant cuncti. C.de proba.sed punitur extraordinariè.Ita do.Abb.d.c.cùm causam.viij.col.uer.ego dicerem.& ibi Fel.uer.est tamen una differentia, quando impedimentum.nu.17.col.761. Adde, quòd dubium est, quando pars in causa ciuili, & sic in casu suprà dicto subtrahit probationes, & sic facit impedimentum, ne testis producatur, an punitur in amißione causæ? Richar. Mal.l.prouidendum.C.de postul.tenuit, quòd sic.Ioan. And.d.c.peruenit. de testi. cog.tenuit cõtrarium.Vide do.Abb.d.c.cùm causam.viij.col.uer. ego dicerem.& ibi Felin.uer.secundo casu procedunt prædicta. nu.18.col.prædicta.Adde, quòd quando testis non potest produci in causa ciuili, uel criminali ex impedimento amici, uel consanguinei, an præsumatur consensus partis? Vide do.Abb. c.cùm causam.viij.colum.uers.sed an ex facto amici.& ibi Feli.uer. & col. præalleg.

testis quando dicatur ualetudinarius, ad hoc, ut poßit recipi eius dictum, ne probatio pereat? Vide, quæ posui in litera V.§.ualetudinarius.& ibi, quid de muliere prægnante.

testis, qui deposuit dictum suum coram iudice, & tamen non fuit interrogatus de causa scientiæ, potest iterum repeti ad instantiam partis super causa scientiæ & alijs interrogatorijs, dum modò pars priùs dedisset interrogatoria.Ita Imol. c. per tuas. j.col.de testi.Adde Felin. qui idem tenet, c.cùm causam.de testi.uer.sextò nota.nu.8.col.758.

testis cæcus an poßit esse testis super re perceptibili auditu, si habet notas uoces contrahentium.Vide do.Abb.c.cùm causam. de testi. iiij.colum.uers.an cæcus.& ibi Felin.uers.sextò no.num.9.parte ij.col.758.

testis interrogatus à iudice, an sit criminosus? utrùm teneatur respondere? do.Abb.c.cùm causam.de testi.v.col. tangit hanc q.& ponit uarias opin.Doctorum: tandem concludit, quod testis non tenetur respondere ad aliquid, per quod sua turpitudo detegatur, utputà quod sit homicida, uel excommunicatus, uel leno, & similia.Et istud tenuit gloss.d.c.cùm causam.& gloss. c. quærendum. ij.q.vij.Innoc.c.dudum.de elect.gloss.c.iudicantem.xxx.q.v.Bal. c.cùm super.de confess.Bart.l.si duo.§.Iulianus. de iureiur. circa fi.Adde, quod fallit ista conclusio in aliquibus casibus: & primo, si interro-

si interrogaretur à iudice, si est seruus, uel liber: uel si est pauper: quia tenetur respondere. Ita glos. d.c. quærendũ. & do. Abb. d.c. cùm causam. v j. col. uer. sexta & ultima opin. Bald. authent. si dicatur. ij. col. C. de testib. Feli. d. c. cùm causam. uer. in ea. gloss. ibi, non tenetur. nu. 10. col. prædicta. Fallit secundò ista conclusio: quia si iudex interrogaret testem, an sit criminosus, etiamsi non tenetur respondere, tamen si responderet, & diceret se esse criminosum, non ualeret eius dictum. Bart. d. l. si duo. §. Iulianus. in fin. Innocent. c. inquisitioni. de accus. Do. de sanct. Gemi. c. ex pœnitentibus. l. dist. & Fel. c. cùm causam. uers. in ea. gl. ibi, personas. nu. 11. col. 759.

testis an debeat cognoscere eos, pro quibus, uel contra quos uult testificari? Vide per Abb. c. cùm causam. de testi. v j. col. uersic. tertiò hæc gloss. quærit. & in effectu dicit, quòd quando deponit testis de facto tangente causam ambarũ partium, putà de emptione & uenditione, & isto casu testis debet cognoscere ambas partes: si autem testis deponit super facto tangente causam unius partis, sufficit illam solùm cognoscere: utputà quia deponit, quòd unus possedit: si autem testis deponit super facto neutrius, & sic, quòd non tangit partes, non est necesse, quòd cognoscat partes. Et no. quòd ista habent locum, quando testes deponũt uiua uoce solùm de testibus descriptis in instrumento: dicam inferius. Adde ad ista Fel. c. cùm causam. uer. in ea. gl. ibi, personas. uer. proxi. col. 759. ubi plenius de hoc. Tamen sequitur opin. do. Abb. An. de But. & Imol. & Bart. l. si. C. de iu. deli. ij. col. uer. ulteriùs oppo.

testis, qui habet consimilem causam, an possit testificari in causa alterius? do. Abb. ponit c. personas. de testi. & ibi Fel. in prin. nu. 1. parte ij. col. 678.

testis, qui deposuit in eadem instantia, & inter easdem personas, contraria: putà, quia dixit primò uno modo, & postea alio modo, an dictum ualeat? do. Abb. ponit c. cùm in tua. uer. in glos. fi. ibi, non ualet. col. ij.

testis si dixit contrarium in diuersis instantijs, utputà in uno iudicio dixit unum, in alio iudicio dixit contrarium: do. Abb. c. cùm in tua. de testi. iiij. col. uer. quandoq; dicit, quòd testis in isto casu dicitur falsarius: l. eos. ff. de fal. iij, respondo: & ibi idem tenet Bart. Postea ibi dicit do. Abb. quòd primum dictum ualet, non secundum. Vide per Feli. c. cùm in tua. uer. secunda conclusio: si testis. nu. 4. parte ij. col. 799. Adde, quòd ista conclusio non habet locum in iudicio nullo: quia si primum dictum fuisset depositum in iudicio nullo, non tollitur secundum dictum in iudicio ualido, et contrarium primo. Ita do. Abb. d. c. cùm in tua. in fin. ubi tamen limitat. Tu uide Feli. d. c. cùm in tua. uer. fallit ista conclusio, nisi primum dictum. nu. 5. col. 799.

testis si dixit unum in iudicio, & aliud extra iudicium: do. Abb. dicit c. cùm in tua. in fi. de test. quòd primum dictum ualet. Et idem tenet Bartol. l. eos. ff. de falsis. ij. colum. uer. oppo. ad idem. Vide Felin. d. c. cùm in tua. uer. tertia conclusio: si testis. numer. 6. col. 800.

testis, qui dixit unum extra iudicium, & postea productus in testem in iudicio dixit contrarium, non probat: imo punitur de falso. Ita Bart. l. eos. ff. de falsis. in fi. de quo passu difficili, & in quo Doctores uariarunt, uide per Felin. ad plenum, c. cùm in tua. de testi. uer. quarta conclusio: si testis dixit. nu. 7. col. 800. Et adde, quòd contra Bart. uidelicet quòd imo talis testis non punitur de falso, tenuit gl. c. cùm causam. in gl. fi. de testi. Est uerum, quòd do. Abb. c. per tuas. de proba. iiij. & v. col. dicit, quòd si talis testis, qui dixit aliquid extra iudicium, iurauit, quòd isto casu opi. Bar. est uera. Vide Fel. d. c. cùm in tua. uer. sed contrarium. numer. 7. colum. prædicta.

testis semel approbatus per producentem, amplius per eum reprobari nõ potest: & hoc in persona, secus in dictis: do. Abb. c. præsentium. de testi. ij. col. uer. gl. j. Adde Felin. d. c. præsentium. uer. in gl. j. in fin. nu. 7. parte ij. col. 719. ubi dicit, quòd pars, quæ produxit testem in uno iudicio, eum non potest amplius reprobare etiã in alio iudicio. Et idem tenet do. Abb. loco præallegato. Et istud habet locum, etiam si producens non sit usus testibus: do. Abb. ubi ẽ. & Fel. d. c. præsentium. uer. & habet locum ista conclusio. nu. 8. col. 720. Adde, quòd ista conclusio fallit, ubi pars aduersa impugnauit testes, & repulit à iudicio: quia ipse producens in alio iudicio poterit reprobare illos testes productos ab alio contra ipsum primum producentem, ex quo non fuit usus eis. Ratio est: quia pars aduersa repulit, & appellatio sua fuit improbata per iudicem. Bald. l. si quis testibus. C. de testi. Fel. d. c. præsentium. uer. fallit, ubi non potuisset. nu. 9. col. 720. Item fallit ista conclusio, ubi testis non esset approbatus in iudicio summario: quia in plenario producens posset eum reprobare. Ant. de Butr. c. ueniens. de testi. v ij. col. uer. oppono. Item fallit ista conclusio, ubi producens uellet reprobare testes productos per se ex noua causa, uel antiqua occulta, quæ de nouo uenit ad eius noticiam: do. Abb. d. c. præsentium. iij. colum. uer. limita tamen prædicta. & Felin. ibi. uers. fallit autem ista conclusio, nisi testis. numer. 10. colum. 720.

testis falsus productus in iudicio, si pars producens dicit, se nolle eo uti, an excusatur à pœna? Vide, quæ posui in litera P. §. producens falsos testes.

testis productus à parte, si dubitatur, quòd falsum dixerit, si pars dicit uelle eo uti, in quantum dixerit ueritatem, an euitet pœnam? Vide Feli. c. præsentium. de testi. uer. tertia conclusio: si pars interrogatur. nu. 12. col. 721.

testis, si reputatur falsarius ex depositione sua, si pars producẽs uult uti dicto illius testis, incideret in falsum. Ita do. Abb. c. præsentiũ. de testi. iiij. col. uer. ex hoc. & Bart. l. si falsos. C. de falsis. Ideo cautela est, quòd ipsa pars statim dicat, nolle uti illis attestationibus. Adde Feli. d. c. præsentium. uers. item not. quòd si falsitas. num. 13. col. 721.

testis pauper, aliàs honesta persona, testificari potest. Ita probat tex. c. si qui testium. de testi. & ibi gl. fi. hoc tenet expressè, & gloss. §. item testiũ. uerbo, locuples. iiij. q. iij. Cy. l. iij. v ij. q. C. de reb. cred. & hoc, quia paupertas non est de genere malorum, c. illa. x v. q. j. Adde do. Abb. d. c. si qui testium. ij. col. uer. no. bene glo. qui tenet, quòd testis pauper, aliàs honestus, poterit testificari in causa ciuili & criminali: sed erit in arbitrio iudicis, dare ei fidem, secundum qualitatem personæ, & quantitatem causæ. Adde Fel. d. c. si qui testium. uer. gl. fi. ibi, aliàs honesta. nu. 8. col. 607. parte ij. Bi tenet opi. gloss. d. c. si qui testium. & etiam sequitur opi. do. Abb. ibi: sed in contrarium allegat gloss. in authent. de hære. & Falcid. uerbo, substantiam. quæ dicit, quòd ad hoc, ut testis dicatur idoneus, requiritur, quòd tantum habeat in bonis, quantum est ualor causæ, in qua deponit. Et finaliter dicit. Intellige illam glo. secundum prædicta. Adde tu, quòd illam gl. d. authent. de hære. & Fal. uerbo, substantiam. sequitur Ro. l. fideiussor. in prin. ff. qui satisd. cog. do. Alex. consilio suo cccl xxx. incip. Viso processu. Ego semper dubitaui de illa gl. cùm sit gl. in contrarium d. c. si qui testium. gl. fi. ut dixi. Et omnes Canonistæ, qui feriunt ibi, eam sequuntur. Vnde uideas d. c. si qui testium. super gl. fi. do. Francis. de Are. & idem do. Francisc. consil. suo xiij. incip. Viso diligẽter thematе. x. col. Bart. l. illicitas. §. fi. uer. item not. de off. præsi. & gl. & text. §. sancimus. authent. de testib.

testis: & sic illi, qui sunt de uniuersitate, uel collegio, possunt testificari in causa uniuersitatis, uel collegij. Et ista est regula firma, quam tenuit Ioan. An. c. cùm nuncius. de testi. propter illum text. & tex. c. in super. eo. tit. Adde, quòd istud idem tenet Bart. & alij, l. sed si hac. §. qui manumittitur. ff. de in ius uoc. ubi expressè dicunt, quòd illi, qui sunt de uniuersitate, possunt esse testes in causa uniuersitatis. Et ista etiam tenet gloss. l. in tantum. §. uniuersitatis. ff. de rerum diuis. gl. l. si municipes. ubi Bald. & Ang. ff. quod cuiusq; uni. Cy. Bald. Salic. l. parentes. C. de testi. do. Alex. consil. suo lx v iij. ij. uol. incip. Viso & bene discusso processu. ij. col. & uide do. Abb. d. c. in super. de testi. j. col. uer. quæro igitur. ubi per iiij. col. examinat istum passum. Adde Felin. d. c. in super. qui idem tenet in princ. nu. 1. col. 590. parte ij. Adde tu, & dic, quòd regula ista fallit in multis casibus: & primò in uniuersitate seculari, in qua licet admittantur illi de uniuersitate, tamen non sunt testes integri habentes plenam fidem. Ita Ant. de But. d. c. cùm nuncius. Secus, est in clericis. Contrarium tenet do. Abb. d. c. in super. ij. col. uer. hoc dictum. ubi reprobat opin. Ant. de But. Et istam opin. do. Abb. contra Ant. de But. tenet Felin. d. c. in super. uer. fallit primò ista regula. nu. 2. col. 591. parte ij. Adde, quòd istam opi. Anton. de But. tenuit Bald. & Alber. de Ros. l. tantum. §. uniuersitatis. ff. de rerum

rerum diuis. do. Alex. consil. suo xliij. iij. uol. incip. Visis & ponderatis his, quæ continentur in instrumento. iiij. col. Et idem tenet Ioan. And. in addi. Spec. ti. de teste. uer. sed nunquid. ubi dicit, quòd Vbertinus de Bobio dixit, quòd non creditur plenè testibus de uniuersitate sine alijs adiunctis. Et ita teneas: quamuis, ut dixi, do. Abb. d. c. in super. & Fel. col. prædicta, tenent contrarium, & malè. Item fallit ista regula, uidelicet quòd testes in causa suæ uniuersitatis non probant: & hoc, quando contra eos sunt producti alij testes contrarij: quia, cæteris paribus, minùs probant illi de uniuersitate. Ita do. Abb. d. c. in super. de testi. iij. col. uersic. ego putarem. Et idem tenet ibi Feli. uersi. fallit secundò ista regula. nu. 3. col. 592. Quod tamen intellige sanè, dum modò sit materia, quæ ita bene possit esse nota illis testibus extraneis, sicut illis de uniuersitate. Ita Fel. d. c. in super. uer. allega. col. ead. Item fallit ista regula, quando causa mota contra uniuersitatẽ, esset criminalis: quia illi de uniuersitate nõ essent idonei testes. Ita do. Abb. d. c. in super. iij. col. uer. uenio ad secundum membrum. & Feli. ibi uersic. fallit tertiò, nisi causa mota. nu. 4. col. 592. Quod intellige sanè, quando unus de uniuersitate produceret alium de uniuersitate contra extraneum: secus, si produceretur in testem ab uno de uniuersitate contra alium de ipsa uniuersitate: quia bene admitteretur, quamuis esset causa criminalis. Ita intelligit do. Abb. d. c. in super. loco præalleg. Felin. ibi. uers. & col. alleg. Item fallit ista regula, quando quis uellet testificari in causa suæ uniuersitatis, & præsumeretur, quòd ille haberet magnam affectionem ad illam causam: quia non posset esse testis. Ita Bald. d. c. cùm nuncius. de testi. & Fel. sequitur d. c. in super. uer. fallit quartò, & notabiliter. num. 5. col. 592. Item fallit ista regula, quando quis de uniuersitate uellet testificari in causa uniuersitatis, ex qua resultat utilitas singulis de uniuersitate, uel collegio, non autem uniuerso collegio, uel uniuersitati. Ioan. An. & Ant. de But. d. c. cùm nuncius. Felin. d. c. in super. uer. fallit quintò, nisi utilitas. nu. 6. col. 593. Item fallit ista regula, ubi illi de uniuersitate possent habere alios testes, quàm ex ipsis de uniuersitate. Felin. tangit hoc d. c. in super. uer. fallit sextò prædicta regula. nu. 7. col. 594. Tamen ibi dicit, quòd do. Abb. ibi tenet contrarium: quam opin. ipse ibi sequitur: ibi uideas. Item fallit ista regula in prælato non habente ecclesiam collegiatam, sed solùm administrationem ecclesiæ: quia ipse nõ poterit esse testis. Ita do. Abb. d. c. in super. de testi. iiij. colum. uer. & primò, quid de prælato. Et idem tenet Felin. d. c. in super. uer. fallit septimò regula ex text. nu. 8. col. 594. Item fallit ista regula in episcopo, uel alio prælato collegiato, qui litigat pro ecclesia sua, quo ad bona mensalia: de quibus habetur per gloss. cle. j. de excess. præla. uerbo, ad mensam, quia in tali causa non potest esse testis. Ita do. Abb. d. c. in super. v. col. uer. ex his infertur. Et idem tenet Feli. d. c. in super. uer. fallit octauò in episcopo. nume. 9. col. 594. ubi etiam ipse Fel. plus dicit, quòd si episcopus, uel prælatus collegiatus in re communi inter ipsum & collegium, constituisset solus procuratorẽ, non posset esse testis: secus, si ipse prælatus cum suo capitulo constituissent procuratorem. Et idem tenet do. Ab. d. c. in super. v. col. uer. sed dubium est.

testis, qui ex testimonio suo, uel ex sententia inde ferenda, acquirit aliquod ius immediatè, repellitur à testimonio: quia sua interest sed si acquiritur ei ius mediatè, non repellitur à testimonio: do exemplum, ut meliùs intelligas: pone, episcopus petit cõtra unam ecclesiam, uel eius rectorem, quartam decimarum: & rector allegat consuetudinem loci esse, ut non soluatur: & ad hoc probandum inducit omnes rectores aliarum ecclesiarum illius diœcesis: dico, quòd isto casu tales rectores poterunt testificari: quia immediatè non sentiunt commodum: de quo uide per Ioan. An. regula, sine possessione. de reg. iur. in v j. pe. col. Adde Felin. c. in super. de testi. uer. ulteriùs uide Bal. nu. 17. col. 598. parte ij. Et sic no. istam regulam in teste: quia poterit tibi seruire ad infinita in materia testium, utputà ad artifices: quia poterunt esse testes pro alio de eadem arte ad probandum aliquid circa ipsam artem.

testis criminosus si probat emendationem criminis per sacerdotem, coram quo confessus est, an possit esse testis? gloss. fin. c. testimonium. de testi. & c. nuper. eo. tit. tenet, quòd sic. Idem tenet Spec. tit. de teste. §. restat. uers. x viij. Do. de sanct. Gemi. c. in capite. l. dist. Ioan. An. c. quanquam. in gloss. ij. de usur. in v j. Cald. consil. suo ij. tit. de testi. Et hoc intelligas, dum modò sacerdos testificetur de emendatione ipsius testis criminosi, de licentia ipsius: aliter incurreret pœnam c. omnis utriusque. de pœni. & remis. de quo uide latè per Felin. c. j. de except. uers. per sacerdotem probatur. nu. 3. col. 10. Et uide, quæ posui in litera C. §. confessio facta in pœnitentia. & ea, quæ posui in litera S. §. sacerdos potest reuelare.

testis criminosus perseuerans in crimine, repellitur à testificando, tam in ciuili, quàm in criminali: & idem est, si fuerit emendatus: do. Abb. c. testimonium. de testi. ultimo no. Adde Feli. uer. prima conclusio. nu. 1. par. ij. col. 831.

testis, cui opponitur crimen, si de eo crimine constat, quamuis non sit publicum, repellitur à testificando, si non probauerit emendationem. Do. Abb. c. testimonium. de testi. iij. col. uer. sed ego credo. Adde Fel. ibi uer. & col. alleg.

testis criminosus potest testificari, si pars non opponit: tamen iudex poterit ex officio eum repellere. Feli. c. testimonium. de testi. uer. debet autem de crimine. nu. 3. col. 831.

testis criminosus si examinatur cum alijs testibus fide dignis, eius dictum sustentatur. Fel. c. testimonium. de testi. uer. secundò no. quòd simul. nu. 5. col. 832.

testis infamatus infamia facti, putà, quia incarceratus, in causa ciuili potest esse testis. Vide Fel. c. testimonium. de testi. uers. adde alium casum, uidelicet. nu. 13. col. 836. par. ij.

testis infamis quando potest esse testis in testamento? Vide, quæ posui in litera I. §. infamis, de cuius infamia.

testis condemnatus de infamia si appellet, & pendente appellatione si testificatur, an ualet eius dictum? Vide, quæ posui in litera I. §. infamis condemnatus de infamia.

testis, qui fuit semel periurus, non poterit testificari, etiamsi sit emendatus, neq; in ciuili, neq; in criminali: de quo uide, quæ posui in litera P. §. periurus quantumcunq; emendatus.

testis semel conuictus de crimine, ubi præcesit accusatio, etiamsi sit emendatus, repellitur in criminali. Do. Abb. c. testimonium. de testi. v iij. col. uersi. quartus casus. Adde Fel. uersi. quarta conclusio: semel conuictus. nu. 24. col. 840. par. ij.

testis repellitur à testificando, si confessus est crimen in alio iudicio, in quo contra ipsum fuit instituta accusatio: do. Abb. c. testimonium. de testi. x. colum. uers. quintus casus. Adde Felin. ibi, uers. quinta conclusio: confessus crimen. numer. 28. colum. 842. parte ij.

testis si inhabilitatem suam tacet, quando assumitur ad officium testificandi, sibi imputetur. Adde, quòd istud habet locum etiam, quo ad alios, qui assumuntur ad officia publica: quia, si non detegunt inhabilitatem suam, remouebuntur: quia non uidebitur secum dispensatum: do. Abb. c. præterea. de test. cog. v. col. uer. not. hoc ultimum. Adde ibi Fel. uers. & ex eo, quod dicit Hostien. nu. 9. col. 870. par. ij.

testis an potest corrigere dictum suum incontinentis? & quando dicatur Incontinenti corrigere dictum suum? ponit do. Abb. c. præterea. de testi. cog. ult. col. uer. gl. ult. & ibi Felin. uer. in gl. fi. in fi. nu. 10. col. 870. Adde tamen, quòd testis potest incontinenti corrigere dictum suum, si iustam causam erroris & correctionis allegat, & hoc iudici uideatur. Ita Bart. l. eos. ff. de falsi. j. col. uer. item oppono ad idem.

testis si corrigit dictum suum ex interuallo, non ualet correctio propter timorem subornationis: imò stabitur primo dicto: do. Abb. c. præterea. de testi. cog. ult. col. uer. gl. ult. Do. de Ro. decis. ccxciij. incip. Si testis informis. Adde Fel. d. c. præterea. uer. si autem testis corriget se. nu. 11. col. 871.

testis criminosus an repellatur à testimonio ex quocunq; crimine de iure canonico, etiamsi non sit condemnatus? Vide, quæ posui in litera C. §. crimen utrùm omne. & j. §. testis de iure ciuili.

testis de iure ciuili non repellitur à testificando, ex eo solùm, quòd sit criminosus: sed oportet, quòd sit condemnatus. Ita glo. c. super eo. el j. de testi. Vide do. Abb. c. testimonium. de testi. iij. col. uer. sed tantum. Adde tamen, quòd etiam de iure ciuili sufficit testem esse conuictum, etiam quòd non sit condemnatus. Ita Bart. l. qui iudicio. ff. de accusa. Vide Fel. d. c. testimonium. uers. secundò declara. nu. 8. parte ij. col. 833.

testis infamatus infamia, nõ potest esse testis, nec in causa criminali, neq; in ciuili: de quo uide, quæ posui in litera I. §. infamia iuris.

testis infamatus infamia canonica, an repellatur à testificãdo? Vide, quæ posui in litera I. §. infamia canonica.

testis infamatus infamia facti, an repellatur à testificãdo in causa criminali? Vide, quæ posui in litera I. §. infamia facti.

testis infamatus infamia facti, an repellatur à testificando in causa ciuili? Vide, quæ posui in litera I. §. infamia facti an repellat.

testis infamatus infamia facti, si habet cõtestem bonæ famæ, probat. Bal. Ang. et alij *l. si quis ex argẽtarijs. §. cogentur. ff. de eden.* Bal. *l. j. ij. col.* C. *de testi.* Sal. *l. in bonæ fidei.* C. *de reb. cre.* Lud. Ro. *cõs. suo ccxc. incip. In casu propositæ consultationis.* do. Alex. *consil. suo lv j. ij. uol. incip. Viso processu causæ.* Adde Feli. *c. testimoniũ. de testi. uer. adde alium casum. nu. 13. col. 836. par. ij.*

testis infamis infamia facti, non est omni exceptione maior: & ideo non poterit testificari, maximè in causa matrimoniali. Ita Feli. *c. at si clerici. de iudic. uer. no. quòd testis infamis infamia. num. 12. col. 39*

testis, qui mecum litigat in causa ciuili, an possit repelli à testificando? uide, quæ posui in litera A. §. aduersarius meus.

testis infamatus infamia facti, an possit esse testis, an uerò repellatur totaliter à testimonio? do. Abb. *c. licet. de prob. iij. col. uer. tertiò, si sunt malæ famæ. dicit, quòd in causa ciuili potest esse testis, dum modò iudex hoc patiatur. Idem uidetur sentire* Bart. *l. Cassius. ff. de senato. uer. si uerò.* Bald. *c. j. §. inter pares. in fi. de lege Conra. dicit, quòd testis synodalis, si est infamis infamia facti, non potest testificari: & in totum repellitur. Item infamatus infamia facti, non est idoneus, ut possit ei deferri iuramentum in supplementum probationis. Ita* Bal. *c. j. §. sacramẽtum. ij. col.* de consue. recti seu. Vide Fel. *d. c. licet. uer. no. octauò. ibi, malæ famæ. nu. 7. col. 477. par. ij.* Adde tu, & dic, quòd testis infamatus infamia facti in causa criminali, nullo modo potest esse testis: quia in ea probationes debent esse luce meridiana clariores. Ita eleganter Bart. *l. Cassius. ff. de senato. uer. si uerò quæris.*

testis, qui deponit super fama, debet cognoscere proprietatem famæ, & ipsius effectus. Fel. *c. cùm contingat. de rescript. uer. tertia conclusio: ille dicitur. nu. 5. col. 718.*

testis, qui deponit super notorio, debet cognoscere, quid sit notoriũ? & si interrogaretur, quid sit notorium, & si nescit respondere, non ualet dictum. Fel. *ubi ī. col. prædicta.*

testis, qui recedit à sua confess. one impugnata per partem aduersam, non dicitur contrarius. Fel. *c. capitulum. de rescript. uer. Confirmatur ista sexta. nu. 13. col. 874.*

testis excommunicatus potest absolui à iudice causæ ad tempus, proferendo testimonio. Fel. *c. ad reprimendam. de offic. ord. uer. reducere non omittas. nu. 1. col. 1242. & seq.* An *elapso tempore reincidat in excommunicationem statim? ibi uide per* Fel. *col. prædicta.* Adde *ad ista* Fel. *c. pastoralis. §. præterea. de offi. or. uer. fallit sextò. nu. 13. col. 1259. & ibi allegat pro ista opi. contra istam opi.*

testis in articulo mortis constitutus, an possit examinari? Ponit Fel. *c. pastoralis. §. præterea. de off. or. uer. secunda declaratio. nu. 14. col. 1260.*

testis de auditu proprio: eius testimoniũ ualet: & hoc, quando actus subijcitur sensui auditus: do. Abb. *c. tam literis. de testi. uer. uenio ad gl.* Adde, *quòd talis testis debet dicere,* Audiui, *& intellexi, aliter non ualet eius dictum.* Fel. *plenè de hoc, d. c. tam literis. uer. sin gl. j. in fi. nu. 2. col. 730.*

testis de auditu auditus: eius testimonium ualet. Spec. *tit. de teste. §. j. uer. item, quòd non prohibent. & §. nunc tractandum. uer. de auditu.* Ant. de But. *&* Imol. *multùm latè c. tam literis. de testi.* Bart. *in tractatu* De teste. *iiij. col. do.* Abb. *c. cùm causam. el j. de testi. iiij. col. uer. sed ad declarationem.* Arch. *ad plenũ c. hoc uidetur. xxij. q. v. do.* Abb. *c. licet ex quadam. de testi. iiij. no.* Fel. *d. c. tam literis. uer. in gl. j. in fi. nu. 2. par. ij. col. prædicta.* Adde tu, *quòd, quando agitur de probando aliquid, quod hominis uita capere non potest, admittitur testimonium de auditu auditus. Ita do.* Abb. *c. cùm causam. de prob. ij. no. & d. c. licet ex quadam. de testi. iiij. not. Et sic no. quòd in antiquis non solùm fama probat, sed etiam testis de auditu auditus: & ratio est, quia est difficilis probationis: & ideo facit plenam probationem. Ita* Innoc. *c. uenien. de uer. sig.* Bald. *l. cùm super. C. de rei uen. & authen. quas actiones. C. de sac. san. eccl. Hinc est, quòd liberi possunt esse testes pro patre & econtrà: & plenè probat* Bar. *l. quoties. C. de naufra. Imò ibi est casus.*

testis de auditu alieno non probat regulariter: do. Abb. *c. tam literis. de testi. ij. col. uer. uenio ad gl. Tamen inducit præsumptionem, adeo quòd transfert onus probandi in aduersarium.* Arch. *c. hoc uidetur. xxij. q. v. Roma. sing. ccci. incip. Testium de auditu.* Fel. *d. c. tam literis. uer. item iuxta istos casus. nu. 3. col. 730.*

testis si dicit in dicto suo, hoc scio, quod depono, non per certam scientiam, sed per auditum & famam, tamen dictum testis per hoc non uitiatur. Vide Felin. *d. c. præterea. de testi. in princ. colum. 701.*

testis productus à parte coram iudice, ut deponat super exceptione dilatoria ante contestationem litis, nõ potest cogi iurare, uel deponere super principali: tamen si esset testis productus coram iudice, ut deponeret super exceptione peremptoria, bene posset cogi iurare & deponere super principali. Ita do. Abb. *c. de testibus. de testi. ij. not. ubi reddit rationem differentiæ. Adde ibi* Felin. *in princip. numer. 1. colum. 711. Et no. prædicta ad text. c. exhibita. de iudic. ubi dicitur, quòd quando agitur super exceptione dilatoria, non potest agi super principali: & de hoc habes text. d. c. de testi. in princ.*

testis, qui in depositione sua dicit aliquid, quod repugnat uerisimili, non probat: do. Abb. *c. quia uerisimile. de præsum. in fi.* Vide Bal. *l. j. ij. col.* C. *de fer. fugi.* Adde Felin. *c. quia uerisimile. uer. & per istum text. infertur. num. 4. col. 1061. par. ij.* Adde, *quòd* do. Abb. *ibi limitat istud, nisi testis sit talis, quòd uerisimiliter non præsumitur, quòd uelit deierare. Et idem tenet* Felin. *d. c. quia uerisimile. uers. & per istum text. uerbo, uel tales. numer. 5. colum. 1062.*

testis, si deponit super aliquo actu, qui directè non potest probari per sensum, sufficit, quòd deponat super actu propinquo: pone, quòd testis sit interrogatus, an Sempronius sit sanus, uel dies? et respondet, est sanus, uel est dies: interrogatus de causa scientiæ, respondit: quia sum uicinus. Bar. *l. j ff. si cer. pe. ij. col. dicit, quòd ista ratio est bona: quia præsumitur uicinus scire facta uicini. Et idem tenet do.* Abb. *c. literis. de præsumpt. ij. not. & ibi* Anton. *de* But. *Idem tenet* Bart. *l. de ætate. ij. q. ff. de min.* Bald. *l. testium. C. de testi. ult. col. Vide* Fel. *d. c. literis. uer. in gloss. ij. num. 2. parte ij. col. 1069. Adde, quòd contrarium tenuit* Bald. *d. l. j. ff. si cer. pe. & in repe. l. ij. C. de rescin. uend. pe. col. ubi dicit, quòd testis, qui deponit hoc modo, non facit plenum testimonium, sed indicium. Vide* Fel. *d. c. literis. uersic. Contrà tenet* Bald. *nu. 3. col. 1070. Vide etiã do.* Alex. *d. l. j. ff. si cert. pet. v j. col. Adde, quòd uidetur, quòd communis opin. sit, quòd testis, qui deponit, scio, quia sum uicinus, depositio ualeat: de quo uide latè per* Felin. *d. c. literis. uers. sed his non obstantib. nu. 4. col. 1070. Vide etiam* Fel. *c. quia uerisimile. de præsumpt. uer. tertiò limitatur, ut habeat locũ. n. 6. col. 1062. Adde, quòd ista communis opin. limitatur in aliquibus casibus: & primò, ut habeat locum in his, qui habent causam successiuam duntaxat: & sic, quòd de facili possit uenire ad noticiã uicinorum.* Fel. *d. c. literis. uer. est uerum, quòd d. opin. num. 5. col. 1071. Item limitatur ista communis opin. in his, quæ secretè aguntur: quia non habet locum in illis, sed solùm in his, quæ publicè aguntur.* Fel. *d. c. literis. uer. tertiò limitatur. num. 6. col. prædicta. Item limitatur ista communis opi. ut habeat locũ in probatione, quæ fit de aliquo: utputà, an sit pauper, an sit dives, uel malæ famæ: quia si testis dicit, Scio, quia sum uicinus, ista ratio probat.* Vide Fel. *d. c. literis. uer. quartò limitatur. nu. 7. col. ut ī. Item limitatur communis opi. quia testes deponentes, Prout dictum est ī. talis probatio dicitur præsumptiua, non autem concludens necessariò.* Bal. *l. j. C. de fer. fug.* Fel. *d. c. literis. uer. quintò limitatur. in fi. nu. 8. col. 1072. Adde, quòd ubicunq; testis habet deponere super aliquo actu, qui directè non potest probari per sensum corporeum, sufficit, quòd ipse testis deponat super præsumptione appropriata illi actui: utputà, quia quis uidit nudum cum nuda in lecto, præsumitur copula carnalis. Et hoc modo intelligas superiùs dicta. Et not. quia ista seruient tibi ad milia, quæ possunt euenire de facto in teste deponente super aliquo actu, qui directè non potest probari: & sic isto casu testis de credulitate probat.*

testis an possit occultare ueritatem aliquo modo, tam in causa ciuili, quàm criminali? Vide, quæ posui in litera V. §. ueritatem occultare. Et ibi habebis, quid de alijs personis, quæ nõ sunt testes, sed interrogantur ab aliquibus super aliqua re, uel negocio, ut fit quotidie, an sit licitum ei occultare. ibi uide.

testis tacens uerum, an puniatur de falso, sicut si falsum diceret? Bar. *tenet, quòd sic, l. præscriptione. in fi. si contra ius, uel uti. pub. &* Bald. *c. fraternitatis. in fin. de testi. & idem tenet do.* Abb. *c. j. de falsis. in princ.* Adde Fel. *c. j. de testi. cog. uer. utrùm autem testis. nu. 3. col. 855. parte ij.* Quod intellige, *si testis iurauit autem testis. nu. 3. col. 855. parte ij.* Quod intellige, *si testis iurauit dicere plenam & meram ueritatem: secus, si iurauit respondere ad interrogata: quod tenuit etiam do.* Abb. *d. c. j. de fal.* Adde, *quòd contrarium tenet* Imol. *c. super literis. de rescript. &* Ioan. *de* Ana. *d. c. j.* Vide *per* Fel. *d. c. j. de testi. cog. uer. sed istud limitatur primò. nu. 4. col. prædicta. Item intellige, quòd si testis tacet ueritatem, & iuratus tacuit, tenetur de falso tacendo: aliàs non.* Vide Feli. *d. c. j. uer. secundò limita. nu. 5. col. 856.*

testis examinatus à notario, si in publicatione dicti facta, dixit se ita non dixisse, sicut notarius scripsit, cui magis credendum sit? do. Abb. *c. ad audientiam. de præscript. j. col. uer. & facit iste text. dicit, quòd in causa ciuili creditur notario: & hoc uerum, nisi notarius sit suspectus, uel testis sit multùm notabilis persona. Idem tenet* Spec. *tit. de teste. §. j. uer. sed pone. &* Lud. Ro. *l. j. §. fin. ult. col. ff. de uerb. obl. &* Fel. *c. ad audientiam. de præscript. uer. ad aliud, quod tangit* Abb. *n. 6. col. 274. Adde, quæ posui ī. §. testis examinatus à notario solo.*

testis accusatur de falso, si contra eum producitur dictum suum, & ille negat se ita dixisse: do. Abb. *c. ad audientiam. de præscrip. ij. col. uer. & facit. dicit, quòd non creditur scripturæ notarij: & sic dictum testis non sufficit ad condemnationem: quia poterit esse, quòd non bene scripsit notarius: & dicit, quòd idem tenet* Spec. *tit. de instrum. edi. §. restat. uer. quid. Et idem tenet do.* Card. *c. si, cut. el j. de testi. in fi.* Adde *& limita hoc, nisi iudex fuisset præsens cum notario in examinatione testium: quia tunc talis scriptura esset sufficiens ad condemnationem falsi. Ita* Salic. *l. si quis. C. de falsis.* Floria. *l. cùm ætate. ult. col. ff. de prob.* Adde Fel. *d. c. ad audientiam. de præscript. uer. item limita, nisi agatur. nu. 7. col. 274.*

testis, si est condemnatus de falso ex sententia lata inter partes litigantes, per quam sententiam declaratur, quòd testes sunt falsi, talis sententia non nocet ipsis testibus. Bart. *l. denunciasse. §. quæritur. ff. de adul. & l. si uerbis. C. de fi. instr.* Adde Fel. *c. j. de except. uer. item limita secundò. nu. 17. col. 15.*

testis, cui obijcitur crimen, an possit replicare contra opponentem, quòd etiam ipse est criminosus: &, an talis exceptio, seu replicatio debet admitti? do. Abb. *d. c. dilecti. de except. pe. col. uer. tertiò dicit, quòd gloss. l. iij. ff. de testi. sentit, quòd sic: postea ipse tenet, quòd talis replicatio non debet admitti. Et idem tenet* Bart. *l. cùm mulier. ff. fol. mat. Idem tenet gl. c. testimonium. de testi. in gl. fi. & gl. ij. c. notificamus. xxx v. q. v j.* Bald. *in repe. l. cunctos populos. C. de fum. trini. & fide Catho. ij. col.* Bald. Ang. *&* Imol. *d. l. cùm mulier. ff. fol. ma.* Adde Feli. *d. c. dilecti. uer. ad tertium casum dictorum. nu. 8. col. 90.*

testis, qui interrogatus de possidente, & respondit, quòd talis possedit: de qua possessione intelligatur loqui, iuris, aut facti? uide, quæ posui in litera P. § possidens si de possidente. Et adde, quòd talis probatio per testes inferat præsumptionem ueræ possessionis. Vide d. §. possidens.

testis inhabilis dictum sustentatur per testem habilem. Ita dicit Bald. *l. si quis ex argentarijs. §. cogentur. ff. de eden.* Ang. *consil. suo j.* Sal. *l. in bonæ fidei. viij. col. uer. & per hoc facit. C. de reb. cre.* Fel. *c. tertio loco. de prob. uer. item dicit, quòd unus notarius subscribens. nu. 9. col. 419. par. ij.* Adde tu, *quòd* Ful. *l. j. C. de testa. dicit, quòd illud dictum* Bald. *d. l. ex argentarijs. §. cogentur. ff. de eden. procedit, quando alij testes recepti sufficiebant absq; isto inhabili: aliàs sequeretur, quòd si in testamento essent sex testes, & septimus esset inhabilis, testamentũ ualeret: & quòd defectus illius septimi testis suppleretur per numerũ aliorum, contra l. hac consultissima. uerb. septem testibus ciuibus Romanis. C. de testa. Et sic* Fulg. *limitat dictum* Bald. *d. l. si quis ex argentarijs. §. cogentur. per suprà dictã, quod no.*

testis dicto si statur de necessitate, utputà quando testator in testamento suo dixit, & uolo ut stetur dicto Titij circa uoluntatem meam, an isto casu pars sit citanda? Vide Bart. *l. Theopompus. ff. de dote præleg. ij. col. uer. item quæro. &* Fel. *c. j. de testi. in ix. fallentia. num. 14. col. 570. par. ij.* Adde do. Abb. *d. c. j. v j. col. uer. sed quæro.*

Testi non creditur sine iuramento, etiam religioso. Vide, quæ posui in litera R. §. religioso testi.

testi solo non creditur in præiudicium alterius: imò Papa non posset dispensare, ut ei credatur. Text. est c. iudicas. iij. q. ix. & Fel. *c. constitutus. de rescript. uersic. unde absolutè. nu. 16. col. 630.*

Testem non idoneum iudex potest ex officio repellere, etiamsi pars nil opponat. Innoc. c. intimauit. de testi. Ludo. Ro. *rubr. de arb. x. colum.* Ant. de But. *c. bonæ. el j. de postu. præla. v ij. col. Sequitur* Felin. *c. nulli. de accusa. uer. not. ex gloss. j. quòd si accusatus. nu. 2. col. 763.*

Testes an comprehendantur appellatione instrumentorum in statutis. Do. Abb. *rubr. de fide instrum. tenet, quòd non. Vide latè per* Fel. *d. rubr. de fi. instr. uer. secunda conclusio: propter communẽ usum. nu. 2. col. 877. par. ij.*

testes in instrumento an debeant se subscribere, an uerò sufficit, ut per notarium inscribantur? do. Abb. *c. j. de fid. instrum. ij. colum. uer. & aduerte. dicit, quòd sufficit, ut inscribantur per notariũ, nisi consuetudo aliter seruaret. Adde* Fel. *c. j. uer. item requiritur descriptio testium. numer. 14. colum. 884. parte ij. Et ibi posui additionem.*

testes descripti in instrumento probant, etiam si non sunt rogati à partibus. Ita do. Abb. *c. j. de fid. instrum. iij. colum. uersicul. an autem testes. Adde* Felin. *uer. testes autem descripti. numer. 16. colum. prædicta.*

testes reprobati in causa principali, quia infames, poterunt recipi in causa appellationis, si sunt famæ restituti. Vide, quæ posui in litera A. §. appellationis causa: in ea potest deduci.

testes recepti in iudicio summario, etiamsi mortui sunt, non probant in plenario: quod secus est, si sunt recepti coram arbitro: quia si sunt mortui probant, ut est text. c. præsentata. de testi. & l. fin. C. eod. Vide Fel. *c. præsentata. uer. limita quartò, seu declara. nu. 14. col. 822.*

testes quando possunt recipi parte non citata? Vide ī. §. testis examinatus parte non citata.

testes quando debent iurare, an pars sit citanda peremptoriè, id est, triplici citatione? an uerò una sufficiat? Vide, quæ posui in litera C. §. citatio, quæ fit.

testes recipiuntur lite non cont. & parte non citata: & hoc, quando reus est potens, adeò quòd actor non audet eum conuenire propter eius potentiam. Ita do. Abb. *c. quoniam frequenter. ut lite non cont. ix. col. uersic. quintò quæro. & ibi dicit, quòd fuit dictũ* Hostien. *Facit dictum* Ioan. An. *c. nõ minus. de immu. eccles. quòd unica citatio sufficit, quando agitur de citando aduersario, qui est homo terribilis & potens. Idem tenet* Fel. *d. c. quoniam frequenter. (aliàs est §.) nu. 7. col. 352. parte ij. uer. no. perpetuò dictum* Host. *Adde, an possunt testes examinari reo non citato propter eius potẽtiam? & hoc, quando testes sunt ualetudinarij, uel sunt absentandi diuturna absentia? an uerò in omni casu, etiamsi non timetur de morte, uel absentia? Vide* Felin. *d. c. quoniam frequenter. uers. sed in proposito attende. nu. 8. parte ij. col. 352. ubi tenet, quòd text. c. fin. de testi. non habet locum, quando reus est potens: quia eo non citato testes poterunt examinari, reseruata ipsi reo exceptione contra personas & dicta testium.*

testes si discordant in dicto suo in causa criminali, an sint reducendi ad concordiam, ut probent? & uidetur dicendum, quòd non: quia probationes in criminali debent esse clarissimæ, l. fin. C. de prob. Vide per Fel. *c. cùm tu. de testi. uers. sed pulchrè dubitatur ultra alios. nu. 16. parte ij. col. 651.*

testes ex toto non integri, efficiuntur integri, si materia, super qua testificantur, aliter probari non possit, utputà statur dicto illorũ de capitulo de gestis in eo. Adde, quòd istud ita demum uerum est, quando ex natura facti alij testes adesse non possunt, ut in exemplo hic posito, uidelicet de gestis in capitulo. Ita eleganter tenet

Ant. de But. & Imol. d. c. tertio loco. de prob. Adde Fel. d. c. tertio loco. uersic. in text. ibi, fratres ad perhibendum. nu. 3. parte ij. col. 416.

testes, si deponunt super facto non uerisimili, nisi assignent causam dicti sui, etiam non interrogati, eis non creditur. Bald. l. solam. C. de testi. Adde Fel. c. tertio loco. de prob. uersic. & ex isto tex. iuncta hic. nu. 4. col. 417.

testes non possunt produci ultra tertiam productionem, nisi cum solennitate legali: de quo uide, quæ posui in litera P. §. productio tertia testium. ubi habebis limitationes ad ista.

testes non possunt ampliùs produci, ubi renunciatum est testibus, uel conclusum est in causa. Fallit hoc, quando alij uenirent de nouo ad noticiam partis: quia bene possunt produci, quamuis esset renunciatum productioni, uel esset conclusum: de quo uide, quæ posui in litera P. §. productio quarta testium.

testes recepti in quarta productione, quæ fuit data sine solennitate legali: an ualeant eorum attestationes. Vide, quæ posui in litera P. §. productio quarta.

testes recepti post conclusionem in causa: eorum attestationes ualent, si non fuit appellatum. Do. de Ro. decis. v. & do. Abb. c. in causis. de testi. in fi. Adde Fel. d. c. in causis. uer. facit secundum do. Abb. quod no. Ro. nu. 5. parte ij. col. 645.

testes post quàm sunt publicati in causa principali, non possunt alij testes produci in causa appellationis super eisdem capitulis, uel directo contrarijs: do. Abb. c. fraternitatis. de testi. uer. oppo. ul/ teriùs. Et allegat pro decisione istius dubij cle. ij. de testi. Quare dicit ibi, quòd est superfluum referre opin. Legistarum contrarias. Et idem tenet Bart. l. per hanc. C. de temp. appell. ij. col. uer. secundò est uidendum. Adde, quòd decisio illius clem. debet seruari etiam in foro ciuili. Ita Ant. de But. & Imol. d. c. fraternitatis. et Pet. de Anch. in repe. c. j. de const. xv j. col. uer. ultimò non omitto. Vide per Fel. d. c. fraternitatis. uers. in gloss. uerbo, nouis. nu. 3. col. 655. parte ij. Adde, quòd Bald. l. eos. §. si quid autem. C. de appell. tenet, quòd d. cle. ij. non est seruanda in foro ciuili, per rationes, quas ibi ponit. Et idem tenet Ang. l. per hanc. C. de temp. appell. & Bald. ibi: de quo passu uide Fel. d. c. fraternitatis. uersic. sed contrarium, quòd imo. nu. 4. col. 655.

testes post quàm sunt publicati in causa principali, impediunt productionem aliorum testium super eisdem articulis, uel directò contrarijs, tam in causa principali, quàm in causa appellationis: & ista est regula. Adde, quòd ista regula fallit in multis casibus, quos enumerat do. Ab. c. fraternitatis. de testi. ij. col. uer. sed pro declaratione. & inter illos casus ponit unum, uidelicet quando dicta testium nulla, sunt publicata: quia poterunt alij testes produci super eisdem articulis, tam in causa principali, quàm in causa appellationis. Ita do. Abb. d. c. fraternitatis. iiij. col. uers. xiij. in casu. c. cùm causam. & est gl. de hoc cle. ij. de testi. uerbo, ritè. & Do. de Ro. decis. cccl xxiiij. incip. Item si ad instantiam. Bart. authent. qui semel. C. de proba. uer. quæro, quid. ult. col. & l. qui per salutem. in fi. ff. de iureiur. Adde Fel. d. c. fraternitatis. uer. primò igitur. col. 656. nu. 5. Item fallit ista regula: quia possunt produci testes iterò post publicationem: & hoc, quando partes consentiunt: do. Abb. d. c. fraternitatis. uers. xiiij. ibi Fel. uer. secundò, in quantum dicunt Doct. nu. 6. col. prædicta. Item fallit ista regula, quando testes sunt examinati in causa principali, & dixissent super articulis, se nihil scire: quia isto casu possunt noui testes produci in causa appellationis super eisdem articulis, uel directò cõtrarijs. Bal. c. j. §. si enim. quid sit inuesti. Adde Fel. idem tenentem d. c. fraternitatis. uer. sed ultra ipsos. nu. 7. col. 660. parte ij. Item fallit ista regula in testibus, qui deponunt de peritia artis: quia poterunt post didicita testificata alij testes produci: quia si retractetur sententia eorum, multò plus dicta testium: de quo uide Felin. d. c. fraternitatis. de testi. uer. item limita, nisi fuissent. num. 8. col. prædicta. Et de hoc uide, quæ posui in litera S. §. sententia lata ad dicta peritorum. Item fallit ista regula, ubi perit instantia: putà de iure Canonico propter petitionem ineptam, c. examinata. de iudic. et de iure ciuili propter lapsum triennij, l. properandum. C. de iud. quia post publicationem testium poterunt alij testes produci super eisdem articulis, tam in causa principali, quàm in causa appellationis: do. Abb. d. c. fraternitatis. iij. col. uer. quartò, ubi perijt. Et idem tenet Fel. ibi. uer. item limita, nisi in diuersa instantia. nu. 9. col. 661. Adde tu pro declaratione istius passus, ubi dubitatur, utrùm peremptà instantia per lapsum temporis, limitata de iure communi, iuxta l. properandum. C. de iudic. uel limitata ex forma statuti, quo casu est eadem instantia iuris communis restricta per statutum loci, ut no. Bald. l. contractibus. §. illo. C. de non nu. pe. & quod no. Pau. de Cast. l. cùm potest. ff. quando actio de pec. est anna. Sal. & Doct. d. l. properandum. in princ. si instantia renouatur, an possunt produci alij testes non obst. quòd in prima instantia esset publicatus processus, & didicita essent testificatas & certè sic. Ita dicit Pet. de Anch. cle. ij. de testi. iij. fallentia. 10 an. An. d. c. fraternitatis. in fi. Idem tenet do. Abb. ut dixi, ibi: & do. Card. d. cle. ij. iij. q. Et ista est communis opin. à qua in iudicando non est recedendũ. Adde tamen, quòd do. Alex. consil. suo lxj. iiij. col. uidetur tenere contrariũ: tamen non multùm clarè: neq; alle. prædictos Doctores: ideo tene primã opi. qa cõmunis. Et in quantũ dico, quòd do. Car. d. cle. ij. tenet, quòd in secũda instãtia admittũtur testes, hoc nõ uerũ. sed bene dicit, q̃ cõmuniter Scribẽtes ita tenẽt d. c. fraternitatis. & sic probat, quòd sit cõmunis opi. tamẽ ipse tenet cõtrariũ. Vnde in practica credo, quòd uix poteris obtinere, quòd in secũda instãtia admittãtur testes post publicationẽ testiũ. Tamẽ probabis: quia si cõsuetudo erit, obtinebis. Itẽ limita istã regulã: qa post publicationẽ sup eisdẽ capitulis, tã in cã principali, q̃ in cã app. tertius cõparẽs pro suo interesse, poterit producere testes. Spec. tit. de teste. §. satis. uer. quid si à sententia. tamẽ ibi cõcludit, hoc esse uerũ, si ignorabat causam ad se spectãtẽ agi. Vide p Fel. d. c. fraternitatis. uer. itẽ limita, nisi esset tertius uolẽs. n. 10. col. 661. Multas alias limitationes ad istam regulam habes, quas ponit Fel. d. c. fraternitatis. col. prædicta & seq.

testes post quam sunt publicati, an alij testes possint produci? Vide, quæ posui in litera P. §. publicatio sola.

testes quando sint cõpellendi ferre testimoniũ, tã de iure canonico, quàm ciuili? & hoc tam in causa criminali, quàm ciuili? Vide do. Abb. c. pe. de testi. cog. iij. col. uer. & omnia prædicta. & iiij col. uer. unde puto. Et in istis locis concludit ipse, quòd tam in ciuili, quàm criminali: & tã de iure canonico, quàm ciuili, testes cõpelluntur ferre testimoniũ: & hoc, quãdo ueritas aliter haberi non pot. Fallit in clerico: qa etiãsi ueritas aliter haberi nõ pot, nõ cõpellitur in causa sanguinis: in causa uerò ciuili, si alter ueritas haberi pot, testes nõ cõpelluntur de iure canonico: secus est de iure ciuili: quia in cõpulsione testiũ inter causas ciuiles et criminales, de iure ciuili nõ fit distinctio. Ita do. Abb. d. c. pe. locis præallegatis, & c. super eo. de test. cog. j. col. uer. no. ibi, passim. Itẽ fallit hoc in personis priuilegiatis: de quibus iiij. q. iij. item lege Iulia. quia non compelluntur ad testificandum, nisi in subsidium. Ita do. Ab. locis præallegatis. Si tamẽ pars subtraxit testes maliciosè, ne testificarentur in omni casu, ipsi testes compelluntur etiam de iure canonico: do. Abb. d. c. pe. in fi. Adde ad ista Fel. d. c. pe. uer. in eadẽ gl. in fi. nu. 3. col. 873. parte ij. ubi dicit, quòd tam de iure canonico, quàm ciuili, etiã si aliter ueritas haberi non potest in causa criminali, an testes sunt compellendi. quòd istud erit in arbitrio iudicis propter periculum ipsius testis.

testes duo in actibus grauissimi præiudicij faciunt plenam fidem, seu probationẽ. Ita do. Abb. c. quoties. de testi. j. no. facit gl. c. præsul. ij. q. iiij. quæ dicit, quòd duo testes sufficiunt ad probandũ crimen contra Papã. Idem tenet Fel. d. c. quoties. j. uer. nu. 1. col. 584. par. ij. Adde tu, quòd Angel. authent. quomodo oportet episcopos. §. quanta. uer. no. dicit, quòd duo testes nõ sufficiũt ad probandum, quòd quis sit bonæ famæ & opinionis: & hoc, quando à lege, uel statuto requiritur: & econuerso etiam duò testes non sufficiunt ad probandum, quòd quis sit malæ famæ & opinionis: quod notabis pro limitatione tex. d. c. quoties. de testib.

testes citati, ut ueniãt ad testificandum, si nõ ueniũt, aut se nõ excusant, tũc est præsumpta malicia cõtra eos: & sic possunt cõpelli: quod intellige in cã ciuili: secus est in criminali: quia nõ præsumitur malicia. Ita Fel. c. pe. d e testi. cog. in prin. nu. 1. par. ij. col. 872.

testes citati ad iurandũ ad diem nõ iuridicã, si ponunt die sequenti iuridica, parte nõ præsente, non ualet receptio. Ita do. de Ro. decis. clxv ij. incip. Itẽ si testis. in nouissimis. Fel. idẽ tenet de testib. c. in nomine Domini. uer, ultimò scias. nu. 37. col. 578. parte ij.

testes,

testes, qui sunt examinati, non seruata forma c. in nomine Domini. de testi. poterũt iterum examinari super eisdem capitulis, etiam post publicationem attestationum. Do. de Ro. decis. cccl xxiiij. Item si ad instantiam. in nouissimis. Adde Feli. c. in nomine Domini. uer. prædi. col. prædicta.

testes an possunt produci post lapsum terminum datum ad probandum, etiamsi res est integra. Doctores fuerunt uarij in quæstione ista. Tu uide aliquid per do. Ab. c. licet. de prob. vij. col. uer. quinto & ultimo casu. Adde, quòd glo. cle. sæpe. de uer. sig. uerbo, non obstante. tenet, quòd testes possunt produci post lapsum terminũ datum ad probandum: & hoc, si res est integra, & ius aduersarij sit illæsum. Et idem tenet Cy. l. si ea. C. qui accus. nõ pos. & ibi Bal. Inn. c. cùm in tua. in fi. qui ma. accu, pos. Sali. l. si ea. C. qui accu. nõ pos. ij. col. uer. redeo ad gloss. Do. de Ro. conclusi. clxij. incip. Aliquis dat articulos. in nouis. Adde Felin. d. c. licet. uer. tangunt etiam hic do. Anton. nu. 15. parte ij. col. 484. ubi plenè de hoc. Limita istam conclusionem, quando terminus esset datus ad probãdas exceptiones dilatorias: quia ex quo sunt modici præiudicij, post terminum non possunt admitti. Ita Feli. d. c. licet. in uer. limita secundò, nisi esset datus terminus. nu. 16. col. 485. Item limita, quando esset datus terminus à lege, uel statuto, ad probandum, uel excipiendum: quia post terminum nõ auditur, qui uult producere testes. Innoc. d. c. cùm in tua. qui ma. accus. non pos. Felin. d. c. licet. de prob. uer. limita tertiò, nisi terminus. col. eadem. nu. 17. Adde tamen, quòd contrariam partem, uidelicet quòd elapso termino etiam re integra testes post terminum peremptorium nõ possunt produci, tenuit Archi. c. indicante. xxx. q. v. Spec. ti. de dila. §. uidendum. uer. quid si datus. Bar. l. mancipiorum. ff. de optio. leg. & Bar. l. admonendi. ff. de iureiu. ij. col. uer. & ex hac notabili. do. Abb. c. cùm dilectus. de fi. inst. ij. colum. uer. nunc quæro. Adde Felin. d. c. licet. de prob. uer. sed aduerte: quia contrariam. nume. 18. colum. 485. ubi adducit multa ad hanc difficultatem: & finaliter tenet istam secũdam opi. quam postea limitat sedecim modis, quos uide per te latissimè. Adde, quòd istam opi. Bar. d. l. admonẽdi. tenuit Bal. Sal. & Fulg. ibi: & Bald. l. j. iiij. q. C. de condi. inde. & dicit ibi quòd istud habet locum in ciuilibus: sed in criminalibus tenet, quòd possunt produci testes, & instrumenta, & aliæ probationes, quandocunq;. Adde Bar. in hoc, l. diui fratres. ff. de pœnis. & l. unius. §. cogitauerim. ff. de quæstio. Io. An. c. cùm dilectus. de cau. pos. & propri. do. Alex. tenet etiam opi. Bar. d. l. admonendi. vj. col. sed cum limitatione, uidelicet quòd si quis uult post terminum producere testes, uel instrumenta de nouo reperta, petat restitutionem in integrum. Adde, quòd contra istam doctrinam do. Alex. est theorica Innocen. c. cùm uenissent. de testi. ubi clarè dicit, quòd iudex potest admittere instrumẽta de nouo reperta sine restitutione. Et idem tenet Pau. de Cas. l. oratione. ff. de fer. Tu tamen considera: quia pulcher passus & quotidianus.

testes an possunt recipi post didicita testificata, in causa matrimonij contrahendi, sicut in iam contracto: ut c. series. de testiẽ gl. tenet, q̃ non, c. iurauit. de prob. gl. j. ij. no. & ibi Bal. Adde Fel. d. c. iurauit. uer. gl. j. in fi. nu. 2. parte ij. col. 420.

testes si non iurant dicere ueritatem super tota causa, an iudex debet eos recipere? Vide Fel. c. per tuas. de testi. uer. item in quantum dicit Inno. nu. 4. parte ij. col. 814.

testes an sint examinandi iterum post didicita testificata, ex officio iudicis? Vide, quæ posui in litera I. §. iudex. utrum.

testes possunt examinari per iudicem incompetentem, & ualent dicta eorum: & hoc, ubi periculum est in mora. Ita Barto. l. ij. C. de nauf. li. xj. & Lu. Ro. l. si uerò. §. de uiro. liiij. fallentia. ff. sol. mat.

testes possunt produci post quàm sunt didicita testificata: et hoc, quãdo mixta est probatio: de quo uide, quæ posui in litera P. §. probatio mixta.

testes si sunt ꝓducti in termino, & iurati, an possunt examinari post lapsum terminum. Ista est ardua q. quam tangunt Doctores c. licet. de prob. Inuenio, quòd Do. de Ro. dec. lxx. incip. Item licet. in nouis, dicunt, quòd possunt examinari post lapsum terminũ, dummodò in termino iurauerint: & hoc, etiamsi pars non fecerit diligentiam circa examinationem in termino. Et idem tenet Salic. l. si quando, C. de testi. iij. col. uer. quæro nunc. Et idem tenet Io. An. in Spe. tit. de teste. §. qualiter. uer. his quoq; in fi. Est uerum, q̃ Bar. l. damni. §. Sabini. ff. de dam. infec. tenet, q̃ si pars fuit negligens in solicitando iudicem pro examinatione testium, q̃ elapso termino non sunt examinãdi, etiamsi in termino iurauerint. Et istam opi. Bar. uidetur sequi do. Abb. d. c. licet. vj. col. uer. ulteriùs. Adde Felin. d. c. licet. uer. limita decimosextò & ultimò. nu. 19. col. 489. parte ij. ubi dicit, quòd opi. Io. An. & Sal. est communis & uera: & ibi adducit alios Doctores tenentes istam opi. quã etiã ipse ibi tenet per multas rationes, quas poteris uidere. Adde, quòd ista cõmunis opi. fallit in aliquibus casibus: & primò, quando terminus est statutus à lege ad probandum: quia intelligitur de probatione integra. Bal. sing. in rub. C. si ex fal. instr. Bar. c. in nomine Domini. de testi. ubi dicit, quòd illud, quod dicitur, testes possunt examinari post dilationẽ, intelligitur in dilatione arbitraria data à iudice: secus in dilatione determinata à iure. Et idem tenet Felin. d. c. licet. uer. primus casus est, quando terminus. nu. 20. col. 490. Item fallit ista conclusio, ubi iudex astrinxisset partes ad probandum infra tot dies: quia intelligitur de perfecta probatiõe: de quo uide Felin. d. c. licet. uer. secundus casus est. nu. 21. col. eadem. Fallit etiam, ubi datus est terminus ad probandum, & probatum habẽdum: quia non sufficit, q̃ testes in termino iurauerint, sed oportet, quòd etiam in termino sint examinati: & sic post terminum non sunt examinandi. Io. An. in Spe. ti. de teste. §. qualiter. uer. his quoque. Io. An. c. pia. de excep. in vj. do. Ab. d. c. licet. de prob. vij. col. uer. quarto casu. Vide per Fel. uer. tertius casus. nu. 22. col. prædicta. Fallit etiã ista conclusio, quãdo datus est terminus ad probandũ & probatũ habendũ per omne genus probationis: qa tunc testes non possunt examinari post terminũ datum, etiãsi iurauerint in termino: do. Ab. d. c. licet. vij. col. uer. quinto & ultimo casu. Idem tenet Feli. ibi uer. quartus casus. n. 23. col. 491. Et circa istam materiam uide multa alia ibi per Fel. col. prædicta & seq.

testes uario modo loquentes, auferunt uerum intellectum suarum depositionum. Fel. in prooemio Decretal. nu. j. in princip. gl. col. 1.

testes deponentes sibi extortas esse usuras, non probant quem usurarium. Fel. de testi. c. personas. nu. 2. col. 679.

testes si non sunt publicati in prima instantia, an sententia sit nulla? Vide per Feli. c. licet. de prob. uer. fallit secundò, nisi testes. nu. 26. col. 493. parte ij.

testes si concordant in dicto, licet discordent in causa, eorum dicta ualent. Speculi. in ti. de teste. §. iam de interrogatorijs. uer. hic est. Bald. l. j. vj. colum. C. de testa. Anton. de But. c. quoniam. iij. colum. de offic. ord. Adde Felin. c. cùm tu. de testi. uer. sextò no. quòd. nu. 14. col. 651. parte ij.

testes plures si contradicunt pluribus, & sunt inæquales, fit concordia, ut euitent periurium, non ut probent: & ratio est, quia statur pluribus & dignioribus: gloss. c. cùm contingat. uerbo, utriusque partis. de offic. deleg. Et idem tenet Bar. l. ij. §. pe. ff. si cer. pe. in fi. & l. Gallus. §. ille casus. ff. de lib. & posthum. uer. fallit ratione. Adde, quòd in contrarium est ueritas: quia imò, si sunt reducti ad concordiam, non solùm euitant periurium, sed etiam probant: quod tenuit gloss. iiij. q. iij. §. si testes. & domi. Abb. c. cùm tu. de testi. ij. col. uer. si autem alia pars haberet. Adde Felin. d. c. cùm tu. uer. tertia conclusio. nume. 5. colum. 646. parte ij. cum duobus uer. seq. ubi latè prosequitur materiam istam. Adde, quòd ista conclusio procedit, siue testes producãtur ab eadem parte, siue ab utraq;, & uariarẽt testes unius partis cum testibus alterius: de quo uide Felin. c. cùm tu. de testi. uersic. & procedit ista conclusio. nu. 8. colum. 647. parte ij. Et uide in materia ista, quæ posui ī. §. testes utriusque partis.

testes producti ab una parte si discordant inter se, debent reduci ad concordiam, ut ī. §. testis unus. Tamen si dicta testium discordarent cum confessione producentis: putà, quia dicta testium nõ concluderent intentum partis, tunc non fit cõcordia inter dicta testiũ & confessionem producentis: do. Ab. c. cùm tu. de testi. uer. aduerte tamen. Bar. & Pau. de Cas. l. ij. §. creditum. ff. si cer. pe. domi. Abb. c. cùm Ioannes. de fi. instrum. ul. no. Adde Felin. d. c. cùm tu. uer. quinta. conclusio. nume. 9. colum. 647. & uer. secundò aduerte. nu. 11. col. 648.

testes an possunt repeti post publicationem, quando proceditur per uiam inquisitionis? Vide do. Ab. c. cùm clamor. de testi. ij. col. uer. extra gloss. ubi facit unam distinctionem, quòd aut iudex proce-

dit ex officio suo, aut est alius executor. Adde Felin. d.c. cùm clamor. uer. an aüt ad instantiam prosequẽtis. n. 4. parte ij. col. 827.

testes an sint recipiendi, etiamsi oppositiones contra eos sint propositæ an uerò dictæ oppositiones sint priùs probandæ? Vide, quæ posui in litera E. §. exceptiones contra testes.

testes, qui sunt recipiendi, si ad iudicem commodè uenire nõ possunt, debet ad eos iudex mittere examinatorem: & sunt istæ personæ enumeratæ in tex. c. si qui testium. de testi. uidelicet ualetudinarij, senes, debiles, & pauperes: & sic sunt quatuor genera personarum, quæ non possunt cohiberi ferre testimonium in iudicio, sed iudex debet ire ad domum eorum, uel mittere. Adde quintum genus, uidelicet mulierem, quæ etiam non cohibetur. Tex. est c. mulieres. de iudic. in vj. Adde, quòd istud ita demum uerum est, quãdo personæ hic enumeratæ non possunt commodè accedere ad iudicem: secus, si commodè: do. de. Ro. conclusi. ccxviij. incip. Item quòd senex. in nouissimis. Et intellige Commodè, absq; dedecore: quia non dicitur commodè fieri, quod cum rubore fit, l. in eadem causa. ff. ex qui cau. maio. Adde Felin. idem tenentem d. c. si qui testium. de testi. in princip. num. 1. colum. 605. parte ij. Item in causa criminali. iudex non debet mittere examinatorem ad domum istarum personarum, sed debent personaliter accedere, c. ij. de iudic. in vj. & ibi gloss. uerbo, iure. Et ita tenet domi. Abb. d. c. si qui testium. j. colum. uer. si autem talis. & ibi Fel. in princip. num. 2. colum. prædicta. Quod limita tamen duobus modis: primo, si iudex esset in dignitate: quia substituet alium, d. c. ij. de iudic. in vj. Limita etiam, quando testes essent extra territorium iudicantis: quia scribet iudici illius loci, ut eos recipiat. Ita Bald. d. c. si qui testium. de quo uide ibi Felin. in princip. colum. ut s̃. Et idem tenet dõ. Abb. j. col.

testes quando deponunt debent iurare quinq; capitula, super quibus præstant iuramentum. Io. An. c. fraternitatis. de testi. addit sextum, uidelicet quòd ipse testis tenebit secretum dictum suum usq; ad publicationem. Et istam opi. Io. An. tenuit do. Abb. d. c. fraternitatis. ult. col. uer. uenio nunc. & etiam omnes ibi sequuntur: latè Speculatit. de teste. §. sequitur. Bal. l. presbyteri. j. col. uer. quartò no. C. de episco. & cleri. Adde Fel. d. c. fraternitatis. uer. in gloss. fi. in fi. nu. 12. parte ij. col. 664.

testes producti ab una parte, si sunt contrarij, an talis contrarietas uitiet? Vide, quæ posui in litera C. §. contrarietas in testib.

testes ex iniuria ad perpetuam rei memoriam, etiam no publicati, faciunt fidem. Vide [illegible] §. testes examinati, si attestationes.

testes recepti inter alias personas, si sunt mortui, faciunt semiplenam probationẽ, quo ad alias personas tertias: de quo passu uide, quæ posui in litera A. §. acta inter alias personas.

testes postquam sunt publicati in causa matrimoniali, alij testes possunt produci, etiam testificatis didicitis: do. Abb. c. series. de testi. ij. col. uer. quartus intellectus. Adde Felin. d. c. series. uer. in glos. fi. in fi. nu. 5. parte ij. col. 700.

testes rei & actoris si sunt discordes, eò quia cõtraria deponũt, propter hoc non tolliur eorum fides, sed statur dignioribus, honestioribus, & melioris famæ, & etiam deponentibus credibiliora: cæteris paribus, statur numero: putà, quòd tam actor, quàm reus bene probauit, adeo quòd sunt pares in probatione: secundò actor habet plures testes, quàm reus: eò tunc stabitur testibus actoris. Vide do. Abb. c. in nostra. de testi. ij. no. & Fel. ibi in prin. nu. 1. parte ij. col. 724.

testes illi præferuntur alijs testibus in causa: & hoc, quando testes deponunt in fauorem illius causæ, pro qua lata est sententia: de quo uide latè per Fel. c. in nostra. de testi. uer. præferuntur etiam in omni causa. nu. 2. col. 724.

testes præferuntur alijs testibus quando deponunt uerisimiliora: do. Abb. c. in nostra. de testi. ij. no. & ibi Felin. uer. præferuntur etiam dicentes, col. prædicta. Adde, quòd illi testes dicuntur deponere uerisimiliora, quandò deponunt consona iuri communi. Inno. c. auditis. de præscri. & do. Abb. loco præalle. Pe. de Anc. c. lj. de præscri. in vj. Adde Fel. d. c. in nostra. uer. præferuntur etiam. nu. 3. colum. 724.

testes affirmantes aliquid, etiamsi essent, nisi duo, præferũtur centum negantibus: do. Abb. c. in nostra. de testi. in fi. Inno. & Imo. c. super eo. de renun. Bald. rub. C. si quis aliquem test. probi. & in consil. schisma. Io. An. regula, sine possessiõe. iiij. q. de reg. iur. in vj. Adde Fel. d. c. in nostra. uer. præferuntur etiã testes. nu. 4. col. 725. par. ij. Ista cõclusio fallit, ubi plures testes, et meliores, negarent, & adducerent bonã rationẽ, consonã sensui: de quo uide Bar. l. diẽ proferre. §. si plures. ff. de arbi. & Felin. d. c. in nostra. uers. fallit istud primò. n. 5. col. 725. Itẽ fallit ista cõclusio: quia testes negãtes, præferuntur affirmantibus: & hoc, quando uolunt probare negatiuã per sensum corporis: putà, qa negant equũ morbosum, uel q, res sit uitiosa, uel q, talis sit furiosus. Vide Feli. d. c. in nostra. uer. fallit secundò, nisi etiã. col. præd. Item fallit ista conclusio, quando testes negantes probãt negatiuã, coarctãtã loco & tẽpore: quia isto casu præferuntur testibus affirmantibus. do. Abb. d. c. in nostra. in fi. Bal. l. cùm l. §. si integra. ff. de transac. do. Ab. & An. de Bu. c. bonæ. el j. de elect. Fel. d. c. in nostra. uer. fallit tertiò, nisi etiã data paritate. nu. 7. col. ead. Adde tamẽ Bal. l. ij. circa fi. C. de rescind. uendi. ubi uidetur sentire contrà: de quo uide Felin. d. c. in nostra. uer. prædicto, col. ut s̃. Addè ad ista, quæ posui s̃. §. testibus negãtibus. quia illa ueniunt ad declarationem istorum.

testes, qui reddunt causam dicti sui, etiã ubi nõ requiritur, præferuntur alijs non reddentibus. Bal. l. presbyteri. C. de episc. & cle. Fel. c. in nostra. de testi. uer. & præferuntur causam. nu. 10. col. 726.

testes nobiles, etiam pauci, præferuntur multis rusticis, l. iij. ff. de testi. Fel. c. in nostra. de testi. uer. & præferuntur pauci. nu. 11. col. præd.

testes masculi præferuntur fœminis. Bal. l. j. ff. de sent. Felin. c. in nostra. de testi. uer. prædicto, col. eadem.

testes uicini præferuntur non uicinis in probanda possessione. Bal. c. j. §. si res. de pace tenen. Felin. c. in nostra. de testi. uer. & præferũtur testes uicini. nu. 12. col. ut s̃.

testes descripti in instrumento: an ad ualiditatẽ instrumenti requiritur necessariò, ut ip si testes cognoscant partes cõtrahentes? Vide domi. Abb. c. cùm causam. de testi. vj. col. uer. tertiò hæc gl. quærit. qui finaliter dicit, quòd non requiritur, ut testes cognoscant partes, quo ad notitiam antiquam, sed bene debent cognoscere ad minus tempore contractus: de quo uide Felin. d. c. cùm causam. uers. in eadem. glos. nu. 11. col. 759. & uide in simili, quæ posui s̃. §. testis an debeat cognoscere eos.

testes interrogati à iudice de loco & tempore, si discordant de tempore & loco, dictum eorum nõ ualet: & hoc habet locum, ubi actus non est iterabilis, ut putà homicidium: secus est, ubi actus est iterabilis: putà, adulterium. Ita do. Abb. c. cùm causam. de testi. vij. col. uer. uenio ad gloss. Adde Fel. ibi uer. in gl. in uerbo, tempore. nu. 12. parte ij. col. 760.

testes recepti in una causa ad certum effectum, putà, ut probent summariè, partes communi consensu possunt approbare illos testes, & facere, ut probent in alia causa plenariè, ubi aliàs non probarent: do. Ab. c. ueniens. lo ij. de testi. v. no. Adde Fel. ibi uers. in tex. ibi, quæsitum. nu. 3. parte ij. col. 767.

testes examinati in iudicio summario, non faciunt fidem in iudicio plenario, ad fauorem producentis, ut propter hoc possit habere pro eo sententiam: sed bene faciunt fidem ad probandum dictum suum, si contrarium dicunt in plenario. Ita do. Ab. c. ueniens. ij. de testi. vj. col. uer. sed uult gl. Idem tenet Bar. l. eos. ff. de falsis. j. col. uer. tamen dicta unius testis. Adde Felin. in q. ista, d. c. ueniens. ij. uers. in ea. gl. ibi, non credo ualere. nu. 20. col. 775. parte ij. Et uide in hoc proposito ea, quæ posui s̃. §. testis, qui deponit in uno iudicio. ubi habetur, quòd semper primo dicto testis creditur, & facit fidem contra ipsum testem.

testes aliàs inhabiles admittuntur in materia, quæ de sui natura nota est solùm ipsis testibus. Tex. est c. ueniens. ij. de testibus. in fi. & tex. cum gl. c. cùm dilecti. de ele. ubi gl. in uerbo, tres. Vide Bar. l. quidam relegatus. in princ. ff. de reb. dub. & Frid. de Senis consil. suo cxcix. incip. Nullum dubium. & consilium Cal. consi. xxv. incip. Testator habens filios. Vide Fel. d. c. ueniens. uer. in gloss. fi. in princ. col. 776. nu. 21. & uide s̃. §. testes ex toto. & s̃. §. testes: & sic illi, qui sunt de uniuersitate.

testes in causa ciuili debent recipi per iudicem, & non debet committi examinatio eorum alteri: & ista est uera conclusio. Bal. c. si qui testium. de testi. do. Abb. c. cùm causam. de testi. x. col. uer. aut causa est ciuilis. ubi dicit, quòd statur cõsuetudini, de quo loco sunt uocandi. Vide Felin. d. c. cùm causam. uer. secunda conclusio: etiam in cau =

in causa ciuili. num. 26. parte ij. col. 763. Adde, quòd ista conclusio fallit, ubi periculum esset in mora: quia non solùm posset committi alteri examinatio testium, sed etiam iudex diàs incõpetens, posset examinare testes. Ita Bar. l. admonendi. viij. col. ff. de iureiu. uersic. quid si dictum testis, quem sequitur Felin. d. c. cùm causam. uersic. fallit primò, nisi occurrisset casus. num. 27. colum. 764. Item fallit ista conclusio, quando iudex committeret examinationem testium notario suo: quia ualet: do. Abb. d. cùm causam. in fi. Bal. l. hac consultissima. §. fi. C. qui test. fa. pos. Sal. authen. apud eloquentissimum. C. de fi. instrum. j. col. uer. sed iuxta prædicta. Vide Felin. d. c. cùm causam. uer. fallit secundò, nisi iudex. nu. 28. colum. prædicta: quamuis contrarium teneat gl. & Bald. d. authen. apud eloquentissimum. & Bald. authen. sed iudex. C. de episc. & cle. Bar. l. uideamus. §. deferre. ff. de in lit. iur. & Bald. c. j. §. sacramenta. de pace iura. fir. Tamen tene, quod suprà dixi, uidelicet q, iudex poteft examinationem testium cõmittere notario. Casus est cle. j. de offic. deleg. & c. ij. de iudic. in vj. Adde Fel. latè in hoc articulo, d. c. cùm causam. uer. est tamen uerum, quòd contrarium. num. 29. colum. 764. Item, fallit ista conclusio, ubi testes multùm distarẽt à loco iudicij: quia poteft iudex committere examinationem testium alteri: do. Abb. d. c. cùm causam. x. colum. uer. si uerò in hoc. Spe. ti. de teste. §. qualiter. uer. scribit. & uer. potest etiam. Arch. c. testes. in princip. ij. q. vij. do. Car. d. cle. j. de offic. deleg. vj. q. Vide Felin. in q. ista d. c. cùm causam. uer. fallit quintò, nisi testes. num. 24. colum. 763. Et dic, quòd ista procedunt, dum modò testes sint alterius ciuitatis habitatores: & hodie nõ quæritur, quòd sint alterius prouinciæ, sed solùm ciuitatis. Ita do. Ab. d. c. cùm causam. x. col. uer. aduerte tamen. & sequitur ibi Fel. uer. & ista procedunt: siue testes. nu. 31. col. 764.

testes non sunt reprobandi in causa summaria, neq; circa personam, neq; circa dicta: de quo uide, quæ posui in litera T. §. tertius comparens pro suo interresse ad finem, ut impediat.

testes recepti ad perpetuam rei memoriam, non interrumpunt præscriptionem: de quo uide per Fel. c. illud. de præscrip. uer. decimatertia conclusio. nu. 17. col. 237.

testes examinandi ad perpetuam rei memoriam, ad instantiam cuius sint examinandi, uidelicet rei, uel actoris? Vide, quæ posui in litera R. §. reus solus. & in litera A. §. actor non potest petere.

testes interrogati de ualore rei, si respondent, quòd communiter daretur tantum, putà, xx. & interrogati de causa, dixerunt sic nobis uidetur: do. Cardin. c. cùm causam. lo ij. de testi. dicit, quòd isti testes non probant, & dat nouum intellectum ad Bar. l. fi. ff. de l. b. cau. Adde Feli. c. cùm causam. el ij. de testi. uer. in gl. ij. no. optimam gl. nu. 1. col. 792.

testes, qui recipiuntur ad perpetuam rei memoriam, in tali publicatione citandi sunt omnes, de quorum interesse agitur: gl. ij. c. Albericus. de testi. & ibi Abb. ij. col. uer. sed quæro. Et idem tenet ibi Inno. Bald. authen. si quis in aliquo. C. de eden. ij. colum. uer. quæro, quando. Bal. l. sancimus. in princi. C. de diuers. rescrip. Bar. l. ij. C. de testa. Et no. quòd in istis locis Bart. loquitur de publicatione instrumenti. Sed idem dic de testibus, ut per Bart. l. Theopompus. ff. de dote præle. Adde Felin. d. c. Albericus. in princip. colum. 794.

testes recepti ad perpetuam rei memoriã: an dicta eorum statim sint publicanda? gloss. c. significauit. de testi. ij. gloss. tenuit, quòd sic. Spec. ti. de teste. §. nunc tractemus. uer. aliàs tenet contrarium. dò. Abb. d. c. significauit. ij. colum. uer. secundò, quia. tenet opi. glos. Et idem tenet Ioan. And. ibi, Anton. de But. & Imol. & Bart. authen. sed et si. C. de testi. in prin. Vide per Fel. d. c. significauit. uers. in gl. ij. ibi, hic statim. col. 788.

testes recepti ad perpetuam rei memoriam: contra illos potest opponi etiam in persona. Ita. Ab. c. significauit. de testi. ij. col. uer. quarta differentia. Vide per Felin. d. c. significauit. uer. secunda conclusio. si testis. col. 789.

testes examinantur ad perpetuam rei memoriam, ad petitionem rei, & non actoris. Vide, quæ posui in litera R. §. reus solus.

testes possunt iteratò produci, etiã post publicationem: & hoc, quando dubiẽ, uel confusè deposuerunt, ut dictum suum declarent. Felin. c. cùm clamor. de testi. in princip. num. 1. col. 826. parte ij. Adde, quòd istud habet locum, non solùm ex officio iudicis, sed etiam parte petente, contra quam testes deposuerunt obscurè. Ita glo. & Ang. authen. de teste. §. quia uerò. uerbo, habebit. Et hoc modo intelligas do. Abb. d. c. cùm clamor. in summario.

testes criminosi et participes delicti admituntur in testes in defectum probationis. Ita do. Abb. c. si. de testi. cog. Adde ibi Felin. qui dicit, quòd istud ita demum habet iocũ, si hoc uoluerit ille, cui actus criminosus nocebat. Ita Felin. d. c. si. uer. in tex. ibi, ad testimonium. nu. 3. parte ij. col. 875.

testes infames an probant, si non opponatur. Bald. uidetur tenere, quòd sic, l. pe. ij. colum. C. de senten. quæ sine cert. quanti. Adde Felin. c. testimonium. de testi. uer. item adde, quòd si iudex dicat. num. 18. col. 837. parte ij.

testes inhabiles iudex ex officio suo, etiam parte non excipiente, potest repellere: domi. Abb. c. intimauit. de testi. ult. colum. uer. licet aliàs. & hoc fuit de mente Innocen. ibi: & idem tenuit ibi Anton. de But. Ludouic. Roma. in rub. ff. de arbi. x. colum. Vide Felin. d. c. intimauit. uer. ulteriùs dicit hic Innocen. num. 9. parte ij. colum. 670. Adde & intellige istud esse uerum ita demum, quando testis est omnino inhabilis: putà, infamis, Iudæus, hæreticus: quia isto casu iudex ex officio suo poterit tales testes repellere, etiã parte tacente, & non opponente. Et hoc modo intelligas do. Abb. & alios loco præallegato. Ita egregiè dixit Anto. de Bu. c. bonæ. el j. de elec. & c. cùm dilectus. de consue. x. colum. & ibi Imo. xviij. colum. Sed si nõ erunt inhabiles omnino testes, tunc, quia tacito consensu partis, uel expresso, possunt habilitari, ideo iudex non poterit eos repellere. Adde Felin. d. c. intimauit. uer. sed aduerte bene. nu. 10. col. 670.

testes utriusque partis si sunt pares in depositionibus suis, illis standum est, qui habent ius commune pro dictis suis: uel etiam, qui dicunt uerisimiliora: domi. Abb. c. auditis. de præscri. v. colum. uer. saluando. Et idem tenet Innocen. c. licet. de prob. gloss. ij. c. in nostra. de testi. Bald. l. ob carmen. ff. de testi. iiij. colum. Pe. de Anc. c. j. de præscrip. in vj. iiij. colum. & consil. suo cclxxxv. incip. Iure scripto. Bald. in rubr. de controuer. inuesti. Speculatit. tit. de teste. §. postquam. uer. quid si plures. Adde Felin. c. auditis. de præscrip. uersic. in quantum postea gustat hoc. numer. 23. colum. 305.

testes postquam sunt publicati in causa criminali, alij testes possunt produci, etiam testificatis didicitis: do. Abb. c. series. de testi. ij. col. uer. quartus intellectus. Adde Felin. d. c. series. uer. in gloss. fi. in fi. nu. 5. col. 700. parte ij. Adde & limita, quòd quando primæ attestationes sunt pro matrimonio, tunc contra ipsum matrimonium non fit noua productio post didicita testificata. Ioan. And. d. c. series. Sequitur Fel. c. lator. de re iud. uers. secunda declaratio. nu. 3. col. 428. Et ratio est: quia sententia lata in causa matrimoniali in fauorem matrimonij. transit in rem iud. ut per Fel. d. c. lator. uer. materiam huius decretalis. colum. 427. num. 2. & seq. Quod intellige sano modo, nisi ille, qui uenit contra matrimonium, allegaret perpetuum impedimentum: quia ratione peccati audiretur. Felin. ubi. s. col. 428.

testes priuilegiati, de quibus iiij. q. iiij. an cogantur ferre testimonium, etiam si aliter ueritas haberi potest? Vide, quæ posui in litera P. §. personæ priuilegiatæ.

testes non priuilegiati an semper compellantur ferre testimonium? Vide, quæ posui in litera P. §. personæ priuilegiatæ.

testes, qui semel deposuerunt dictum suum coram iudice, si iterum examinentur, ad hoc, ut declarent illud, quod dixerunt, aut ut addãt, debet eis prælegi dictum eorum. Fel. c. per tuas. de testi. uer. secundò adde. nu. 7. col. 815. parte ij.

testes, qui repetunt dictum suum, ad hoc, ut illud declarent, non debent iteratò iurare: tamen, si iterum examinentur ad aliud, quàm ad declarandum dictum suum ambiguum, debent etiam iteratò iurare. Felin. c. per tuas. de testi. uer. tertiò adde. colum. prædicta.

testes reprobare licitum est usq; ad tertiam productionem. Ita domi. Abb. c. licet. el ij. de testi. uer. no. secundò. Vide Fel. in princip. colum. 815. parte ij. Adde, quid de dictis testium, an licitum sit reprobare dicta testium ultra tertiam productionem? Felin. ponit c. licet. uersic. et col. præall. Et uide, quæ posui in litera D. §. dicta testium: an licitum sit ea reprobare ultra tertiam productionem.

testet,

testes, qui iurarunt coram arbitro, si secundò producuntur coram iudice ordinario, an debeant iterum iurare? Vide Fel. c. *præsentata. de testi. uer. an autem debeant iterum iurare. num. 4. colum. 819. parte ij.*

testes, qui fuerunt examinati coram arbitro, & postea si iterum examinantur coram iudice ordinario, si in secunda examinatione aliter dicũt, quod dictum ualet, primum, an secundum, an neutrum? Ponit do. Abb. c. *præsentata. de testi. v. colum. uersic. quid si isti testes.* Adde Feli. d. c. *præsentata. uer. quid autem, si istr. num. 4. colum. 820.*

testes, qui habent uoces contrahentium notas, etiamsi eos non uiderunt, si deponunt, quòd illud sciunt, quia audierunt contrahentes, an ualeat dictum suum? Vide 5. §. *testes, qui dicit, quòd, cùm esset post cortinam.*

testes indignos & infames iudex debet repellere ex officio suo. Do. Abb. c. *cùm* 1. & A. *de re iudic. vj. col. uer. opp. contra tex. & glo. c. quærendum. ij. q. vij. tamen loquitur in accusatore.* Vide Bal. l. j. §. *si præses. ff. de mag. conuc.* Bald. & Angel. l. *quos prohibet. ff. de postul.* Adde Felin. d. c. *cùm* 1. & A. *uer. colligi possunt quatuor notanda. nu. 6. col. 623.*

testes quando producuntur, etiam quadam uia extraordinaria, debẽt citari, quorum interest. Felin. de testi. c. significauit. nume. 3. colum. 788.

testes recepti inter alias personas, faciunt fidem, quo ad alias, respectu semiplenæ probationis. Felin. c. pe. de re iudic. in princi. nu. 1. col. 646. Adde *tu, nunqd testes recepti inter alias personas, si sunt mortui, faciant semiplenam probationẽ, quo ad alias tertias?* Bar. l. *admonendi. ff. de iureiu. iiij. q. singulariter tenet, quòd testes recepti inter alias personas, quando sunt mortui, ita quòd reexaminari non possunt, faciunt semiplenam probationem, quo ad alias tertias. Et no. quia est noua limitatio ad regulam, res inter alios acta. toto ti. C. res inter alios acta.* & l. *sæpe. in prin. ff. de re iud.* Adde, *quòd idem tenet* Ang. l. *ij.* C. de eden. Ant. de Bu. do. Abb. & Imol. c. *fi. de iureiu.* Do. Ale. *in rep. d. l. sæpe. xxxvij. col. exclamat istud dictum* Bart. & *dicit, quòd est de pane lucrando. Tamen putat, quòd non sit sine dubio: quia tex. l. à sententia. ff. de apppellat. per quem mouetur* Barto. *nihil probat de semiplena probatione, cùm appellatio quælibet permittatur, etiam leuis præiudicij: imo solius misericordiæ, l. notum. ff. de appella.* Adde, *quòd istud dictum* Bar. *reprobat* Franc. de Are. *conf. suo clxiiij. inci. Sicut* S. Io. *scripsit in* Apocalyp. *iij. col.* & *pleniùs c. causam, quæ. de testi.* & *allegat aliqua, quæ nihil faciunt contra* Bar. *cùm loquuntur in terminis, in quibus* Bar. *facit fundamentum, uidelicet quando testes sunt mortui. Inter cætera ponderat tex. qui contra eum multùm strinxit, c. inter dilectos. §. porro. de fi. instr. ubi dicitur, quòd attestationes inter alios receptæ, alijs præiudicium non generant:* & *tamen, secundum eum, cùm ille processus esset de longinquo, uerisimiliter testes erant mortui: sed certè tex. ille nõ probat necessariò contra* Bart. *quia quamuis processus esset de longinquo, non per hoc præsumitur, quòd testes essent mortui: imo præsumuntur uiuere usq; ad centum annos, l. fi.* C. de *sac. sanc. eccles.* & *l. si usufructu. ff. de usuf. leg.* Declarat Bar. & Doc. *l. si quidem.* C. *fol. ma.* & *l. ij. §. si dicitur. ff. quemadmo. testa. aper. Tamen istis non obstantibus ego teneo opi.* Bar. *à qua non recederem, nec in consulendo, nec in iudicando.* Vide, *quæ posui ad* Fel. d. c. pen.

testes in causa matrimonij, etiamsi sint idonei, non sufficit hoc, sed requiritur, quòd sint omni exceptione maiores. Vide, quæ posui in litera M. §. *matrimonium est priuilegiatum.*

testes singulares quando probant? Vide *latissimè per Felin. c. licet ex quadam. de testi. uer. ultimo est sciendum. nu. 2. col. 805. parte ij.*

testes possunt repeti, quamdiu attestationes sunt clausæ: & *hoc de testibus, qui fuerũt iam recepti. Quod intellige sano modo, dum modò incontinenti corrigant dictum suum:* & *hoc casu poterunt etiam addere. De quo do. Abb. c. per tuas. de testi. j. col. uer. quæro enim primò. Adde Felin. d. c. per tuas. in prin. col. 811.*

testes si rogati à partibus deponunt, an ipsæ partes possint opponere inhabilitatem? Vide, quæ posui in litera P. §. *partes, quæ rogauerunt.*

testes examinati in inquisitione generali, an faciant fidem posita in inquisitione speciali? Vide do. Ab. *c. graue. de præb. ij. col. uer. gl. j.* Adde Inno. *c. bonæ. el j. de elec. v. col.* Vide Felin. *c. causam, quæ. el j. de testi. uer. an testes examinati in inquisitione generali. num. 5. par. ij. col. 624.*

testes examinati, si attestationes non fuerunt publicatæ coram iudice recipiente, nõ faciunt fidem in alio iudicio, etiam inter easdẽ personas. Et hoc modo limitabis, quæ posui in litera A. §. acta facta in iudicio. Istud tenet gloss. 1a. de Are. Bar. l. gesta. C. de re iudic. Cy. l. properandum. §. fi. ff. de iudic. Bar. l. j. ff. de his, quæ in frau. cre. in fi. Bar. l. non solùm. C. de testi. Bald. l. ij. pe. colum. C. de eden. Et ibi dicit, quòd iudex alterius instantiæ non poterit publicare attestationes non publicatas in prima instantia. Et idem tenet Bal. l. fi. j. colum. C. de testi. & *c. j. §. j. de pace Constan.* & *l. prolatam. C. de senten.* & *interlo. om. iudic.* Anton. de But. *c. fraternitatis. de testi. antepe. colum.* Vide Feli. *latissimè c. causam, quæ. el j. de testi. uer. fallit tertiò prædicta regula. num. 13. colum. 626.* Adde, *quòd contrarium tenuit domi.* Ab. *d. c. causam, quæ. ij. colum. uer. circa hoc dubitatur.* & Bar. *sibi contrarius, l. ij. ff. iudic. sol. ij. col. uer. quædam sunt acta. Quid dicendum in isto dubio passu? Ego teneo primam opinionem, uidelicet quòd si attestationes non sunt publicatæ, quòd non faciunt fidem, neque iudex alterius instantiæ poterit publicare. Quàm opinionem uidetur etiam tenere Felin. d. c. causam, que. uer. sed tamen istis non obstantibus. num. 14. parte ij. co. 627. Quam opinionẽ fortifico isto medio, l. fi.* C. de *testi. quæ uult, quòd quãdo testes sunt examinati coram arbitro, si uiuunt, quòd sit in electione eius, contra quem producuntur, eis stare, uel petere, ut iterum examinẽtur. Vnde dico, quòd idem est dicendum de iudice, coram quo attestationes non publicatæ producuntur: quia erit in electione eius, contra quem producuntur, facere, ut iterum testes examinentur in isto secũdo iudicio: neq; est dicendum, quòd iudex secũdæ instantiæ posit testes publicare. Et istud uidetur sentire Bartol. l. admonendi. ff. de iureiu. vij. colum. uer. quæro, quid si dicta testium?* Et *istam opin. tenet* Bald. *addi. Specu. ti. de instru. edi. ult. colum. uer. acta.* Anto. de But. *c.* Albericus. *de testi. Et idem tenet* Bald. Salic. *l. gesta. C. de re iudic. moti per d. l. fi.* C. de *testi. domi.* Alexan. *consil. suo lxxxij. iij. uol. incip. Viso processu causæ uertentis. ult. colum. Et ista est uerior & communior opi. Fateor, quòd in aliquibus casibus contraria opi. posset procedere:* & *primò, quando iudex secundæ instantiæ uult publicare attestationes de cõsensu illius partis, de præiudicio cuius agitur: quia potest, c. cùm causam. de testi. in fi. Sequitur Felin. d. c. causam, quæ. uer. est uerum quatuor casibus. nume. 14. colum. 628. Secundus casus est, quando testes recepti,* & *non publicati, sunt mortui, uel adeo in longinquis partibus, quòd iteratò produci non possunt: quia tunc procedit opi. Bar. d. l. ij. ff. iudic. sol. ut suprà.* & *tenet Felin. d. c. causam, quæ. uer. tertius casus est. num. 16. colum. 628. Alius casus est, si attestationes non sunt publicatæ in prima instãtia: quia in causa appellationis faciunt fidem,* & *possunt publicari per ipsum iudicem appellationis, seu per iudicem surrogatum. Ita do. Abb. d. c. causam, quæ. de testi. ij. col. uer. ego puto. Fel. sequitur ibi, uer. quartus casus est. nu. 17. col. ead. Est alius casus, quando testes non publicati faciunt fidem:* & *hoc, quando examinantur ad perpetuam rei memoriam: de quo uide Fel. d. c. causam, quæ. de testi. uer. tertia regula. nu. 18. col. ead.*

testes non publicati in prima instantia, possunt publicari in secunda instantia de consensu partis per iudicem appellationis. Vide 5. §. testes examinati si attestationes.

testes examinati non publicati, si sunt mortui, uel in longinquis partibus, probant in secũda instantia. Vide 5. §. testes examinati si attestationes.

testes non publicati in prima instantia, probant in causa appellationis, etiam coram iudice subrogato: uide 5. §. testes examinati, si attestationes.

testes, qui promiserunt de non testificando cum iuramento, quamuis iuramentum non ualet, ut per domi. Ab. *c. intimauit. de testi. j. notamen nõ possunt cõpelli ferre testimoniũ, quando dicta aliorũ testiũ fuissent publicata: do. Ab. d. c. intimauit. j. col. uers. op. cõtra literã. & idẽ tenet Feli. ibi uer. in gl. nu. 1. par. ij. col. 666. Limita istud, secundum* Hosti. Inn. Ioan. And. Bal. & do. Ab. *d. c. intimauit. j. col. uer. glo. j. quia per uiam restitutionis in integrum bene possunt ferre testimonium, etiamsi facta est publicatio aliorum testium:* &

um: & *hoc, quando isti testes fuerunt inducti ad iurandum, quòd non ferrent testimonium per partem aduersam: quia si alteri parti non subueniretur beneficio restitutionis in integrum, pars aduersa reportaret commodum ex dolo suo: de quo uide do. Abb. d. c. intimauit. loco præal.* & *Fel. ibi, d. uer. col. 667. Intelligas tamẽ istud sano modo, dum modò pars, quæ petijt restitutionem in integrum, ut testes, qui iurarunt, non ferre testimonium, posint post publicationem testificari, quando ex dolo aduersarij fuerunt isti testes subtracti,* & *ipsa pars, quæ petit, ut examinentur post publicationem, hoc ignorabat: secus, si sciret,* & *tacuit. Ita domi. Ab. c. intimauit. uer. sed hoc ultimum. Et adde Feli. ibi uer. sed ut bene intelligas. nu. 2. col. prædicta.*

testes utriusq; partis si sunt pares, reducendi sunt ad concordiam, ut probent. Ita uoluit gl. c. cùm contingat. de offi. deleg. j. gl. Idem tenuit Bar. *l. ij. §. creditum. ff. si cer. pe. in fi.* Bal. *j. consil.* C. *§. quibus.* Pau. *de Cas. d. l. ij. §. creditum.* Floria. *l. cùm de ætate. ff. de prob.* Bar. *l.* Gallus. *§. ille casus. ff. de lib.* & *posthu.* Car. *c. cùm tu. de testi. Adde, quòd contra istam gloss.* & *gl. c. in nostra. de testi. in j. gl.* & *gl. §. si testes. iiij. q. iij. tmo. l. inter stipulantem. §. j. ff. de uer. ob.* Innoc. & *domi.* Abb. *d. c. cùm tu. Et est communis opi. Et est ratio: quia d. c. cùm tu. non fit distinctio inter paritatem & disparitatem. Adde Felin. d. c. cùm contingat. uer. glo. in. uer. utriusq; nu. 6. colum. 1213. Adde etiam, quòd tex. d. c. cùm tu. non habet loquando est discordia inter dicta partium & dicta testium: quia tunc non fit concordia.* Innocen. *d. c. cùm contingat.* Bar. Pau. *de Cas.* Roma. *d. l. ij. §. creditum.* Bald. *j. const.* C. *d. §. quibus.* Imol. *d. c. cùm tua. Adde Felin. d. c. cùm contingat. loco prælleg. colum. eadem, ubi posuit multa in materia ista. Adde ad ista, quæ posui 5. §. testes plures.*

testes perituri morte, uel qui habent absentari diuturna absentia, possunt recipi à iudice, à quo fuit appellatum ab interlocutoria, licet pendente appellatione nihil debeat attẽtare, ut c. non solùm. de appel. in vj. tamen ipse iudex à quo, poterit recipere ipsos testes, ne probatio pereat. Ita Do. de Rom. *ti. de testi. decisio. ij. in antiquis:* Ant. de But. *c. quoniam frequenter. ut lit. non contest. Adde, quòd propter istud pars non dicitur renunciare appellationi. Vide latè per Felin. c. quoniam frequenter. (aliàs est. §.) uer.* & *ut intelligas istam receptionem. num. 4. colum. 349. ubi posuit multa priuilegia circa receptionem testium peritorum. Adde domi. Abb. in materia ista d. c. quoniam frequenter. ij. colum. uer. sentiunt* Do. de Rot.

testes, qui fuerunt recepti nulliter, putà quia de iure talis receptio nõ ualebat, utrùm per cõsensum tacitum, uel expressum utriusq; partis, tales testes posint comprobari? Vide, quæ posui in litera A. §. attestationes nullæ.

testes in causa criminali: an eorum examinatio posit committi alteri? Bal. Cy. Sal. *authen. apud eloquentissimum.* C. *de fi. inst. tenet, quòd non:* & *est gloss. uerbo, in ciuili. cle. f. offi. deleg. gl. c. ij. uerbo, prohibente. de iudic. in vj. bonus tex. l. iij. §. diuus. ff. de testi.* & *uide domi.* Abb. *c. cùm causam. de testi. ix. colum. uer. quæro, an index.* & *ibi Felin. uer. prima conclusio: non potest iudex. num. 21. colum. 763. parte ij. Adde, quòd ista conclusio fallit in multis casibus:* & *primò, quando persona, quæ est examinanda, non posset uenire ad iudicem,* & *iudex non posset ire ad testem: quia est persona multùm honorata: quia isto casu posset iudex etiam in causa criminali committere examinationem testium alteri. Pe. de Anch.* & *ibi* Do. *de san. Gem. d. c. ij. de iudic. in vj.* & *Felin. sequitur d. c. cùm causam. uer. fallit ista conclusio. num. 22. colum. prædicta. Item fallit ista conclusio, quando agitur de crimine per uiam exceptionis. Pe. de Anch. c. ij. §. testes. de testi. in vj. Felin. idem tenet d. c. cùm causam. uersic. fallit secundò, nisi ageretur. num. 23. col. eadem. Item fallit ista conclusio in causa hæresis, c. ut officium. §. uerùm. de hære. in vj. Item fallit ista conclusio in Papa. Spec. ti. de teste. §. nunc tractandum.* & *est tex. c. proposuit. de concess. præben. Item fallit ista conclusio, quando testes, qui sunt examinãdi in causa criminali, essent extra prouinciam: quia potest eorum examinatio alteri committi. Bald.* & *Imo. d. authen. apud eloquentissimum. Ioan. de Ana. c. fi. de collusio. ij. col. uer. no. hic. Io. An. c. Romana. §. contrahentes. de sp. cõpe. in vj. Contrariũ tenuit do. Abb. d. c. cùm causam. x. col. uer. sed ego. Cy.* & *Sal. d. authen. apud eloquentissimum. Adde* & *dic, quòd communis opi. est, quòd examinatio testium in criminalibus potest committi alteri, quãdo testes essent extra prouinciam:* & *sic opi. Cy. do. Abb.* & *Sal. est reprobata: de quo uide per Felin. d. c. cùm causam. uer. fallit quintò, nisi testes. nu. 24. col. ut 5.*

testes possunt argui de falsitate per indirectum: putà, quis probauit per testes, quòd Titius interfecit Sempronium: tamen publicatis attestationibus poterit probare, quòd testes sunt falsarij astringendo se ad negatiuam coarctatam loco & tempore. Ita do. Abb. c. ex tenore. de testi. iiij. no. 10. An. ibi dicit, quòd hoc est uerum, dũ modò testes, qui deponunt super absentia Titij, dicant, quòd uiderunt illum continuè, adeo quòd impossibile fuit, quòd Sempronii interfecerit: aliàs non ualet ista probatio indirectè. No. bene. Ad de Felin. d. c. ex tenore. uer. no. etiam tex. notabilem. nume. 2. col. 737. parte ij.

testes, qui audierunt confessionem confitentis coram sacerdote, si postea deponunt in iudicio, testimonium eorum non probat illã confessionem sic factam in foro pœnitentiali. Io. An. c. fi. de temp. ord. Adde Felin. c. j. de excep. uer. per sacerdotem probatur. nu. 3. par. ij. colum. 10.

testes, qui sunt conuicti de crimine per uiam exceptionis, uel incidenter, an possint puniri per iudicem? Vide, quæ posui in litera C. §. *crimen deductum in iudicio per uiam exceptionis.*

testes reprobati à principio à parte: an iudex posit eos recipere, & reseruare exceptiones oppositas contra ipsos testes in tempus disputationis: de quo passu uide, quæ posui in litera E. §. *exceptiones contra testes oppositas.*

testiũ reprobatio bis fieri pōt, & nõ ultrà: uidelicet licitũ est reprobare reprobatorios probatoriorũ: testes aũt reprobatorios reprobatoriorum non licet reprobare. Tex. est c. licet. el ij. de testi. & *ibi do. Abb. Vide Fel. ibi in prin. nu. 1. col. 815. parte ij. Adde, an istud, quod dicitur, quòd nõ licet reprobare reprobatorios reprobatoriorum, habeat locum etiam circa dicta: quia primum dictũ habet locum solùm circa personas testium: quia non licet reprobare testes reprobatorios reprobatoriorũ: sed quid de dictis eorum, an licitum sit reprobare? do. Ab. d. c. licet. ij. col. uer. sed pro declaratione. tenet, quòd sicut non licet personas testium reprobare, ita neque dicta eorum. Et idem tenuit* Host. *c. ex tenore. de testi. Et ista est communis opi. Vide Fel. d. c. licet. uers. fallit primò ista decretalis, col. 816.*

testium productioni si renunciatum est extra iudicium, an ualeat? Vide, quæ posui in litera R. §. *renunciatio extra iudicium facta per partes de non probando aliquid per testes.*

testium dicta interpretantur secundum communem usum loquendi. Bar. *l.* Labeo. *in fi. ff. de supel. leg.* Bal. *ti. de pace Constan. c. j. §. fi. Adde Felin. c. cùm tu. de testi. uer. septimò & ultimò no. quòd ubi communis. nu. 16. parte ij. col. 651.*

testium probationi renunciari non potest, nisi sit iuratum. Fel. c. si diligenti. de foro compe. uersi. primum corollarium. nu. 12. col. 215.

testium productioni renunciare non potest accusator in causa criminali. Bar. *authen. qui semel. C. de prob. ij. col. uer. si uerò ageretur. Vide Fel. c. cùm uenisset. de testi. uers. in gl. ij. nu. 3. par. ij. col. 693.*

testium productioni non potest renunciare reus accusatus de crimine. Bal. *c. cùm uenisset. de testi. Vide* Bar. *l. custodias. ff. de pub. iud. Ponit Feli. d. c. cùm uenissent. uer. secunda cõclusio: Renunciatio facta. nu. 4. col. 696. Vide in ista materia illud, quod posui in litera* R. §. *reus in criminalibus non potest renunciare. et ibi habebis omnia ad plenum.*

testibus si renunciatum est in causa principali, an talis renunciatio extendatur ad causam appellationis, adeo quòd alij testes produci non possunt? domi. Ab. c. cùm uenisset. de testi. ult. col. uer. uenio nunc. facit unam distinctionem ex mente Innoc. Aut renunciatum est in specie quibusdam articulis, aut in genere: posita ibi facit cõclusionem, siue sit renunciatum in specie, siue in genere, quòd renunciatio facta in causa principali, non extenditur ad causam appellationis, quò minùs in ea possint alij testes produci. Et istam opi. domi. Abb. tenuit. Bar. *authen. qui semel. C. de proba. iij. colum. uer. quæro, utrùm renunciatio. Anton. de But. c. pastoralis. iij. colum. de causa posses.* & *proprie. Vide Felin. d. c. cùm uenisset. de testi. uer. tertia conclusio. num. 5. col. 697. Adde* & *dic, quòd ista*

sunt

sunt intelligenda sano modo, nisi esset timor subornationis: putà, quia super illis capitulis producti fuissent alij testes in prima causa. Ita do. Ab. d. c. cùm uenisset. d. uer. uenio nunc. Et idem tenet Felin. ibi, uer. & ita intellige. col. 698.

testibus duobus creditur magis, quàm centum: dic, quòd quando duo testes ex una parte sunt tantæ honestatis & bonitatis, quòd tunc magis ei creditur, quàm centum ribaldis: do. Abb. c. in nostra. de testi. ij. no. Adde Fel. ibi in principio, nu. 1. parte ij. col. 723.

testibus negantibus magis creditur, quàm affirmantibus, si stant pro reo. Ita tenet gl. c. clerici. lxxxj. dist. & eam notat Ludo. Rom. l. j. §. fi. iij. col. & l. illa. in fi. ff. de uer. obl. aliàs secus. Ita Inno. c. super hoc. de renun. Adde Felin. c. iij. de proba. uer. ultimò no. quòd ubi probationes. nu. 5. col. 402. parte ij. Vide, quæ posui in materia ista circa testes negantes & affirmantes, quibus magis credatur ſ. in §. testes affirmantes aliquid.

testibus credendum est, adeo quòd iudex dictis testium in dubio debet credere, nisi alia causa suadeat ipsi iudici, ne credat: quia aliter sententia in causa appellationis cassabitur. Bar. l. Lucius. in fi. ff. de his, qui no. infa. Vide Felin. in materia ista, c. cùm uenisset. de testi. ibi, in tex. ibi, secundum. nu. 1. parte ij. col. 694.

testibus publicatis, regula est, quòd opponi in personas eorum non potest: & ratio est, quia præsumitur, quòd malitiosè reprobant. Ita domi. Abb. c. præsentium. de testi. j. col. uer. no. secundò. Adde, quòd istud idem tenet Felin. ibi in princip. colum. 717. Ista regula fallit in aliquibus casibus: & primò, quãdo ille, qui uult reprobare post publicationem, iurat, quòd malitiosè hoc non facit: quia ei creditur, & tunc poterit opponere: do. Abb. d. c. præsentium. j. colum. uer. & primo casu. Felin. ibi, in princip. num. 1. col. prædicta, parte ij. Itẽ fallit ista regula, quando pars protestata est, quòd intendit reprobare testes: quia poterit, neq; requiritur consensus partis aduersæ in ista protestatione. Bar. l. non solum. §. morte. iij. colum. uersic. quæro ergo circa protestationem. & domi. Ab. d. c. præsentium. ij. colum. uer. sed dic colligendo. Et sic reprobatur opi. Innocen. ibi, qui uolebat, quòd consensus iudicis & partis requiratur, ut dicit domi. Abb. d. c. præsentium. uer. circa secundum casum. Pro declaratione istius dubij uide Felin. d. c. præsentium. d. uer. colum. 718. ubi concordat opi. Inn. cum opi. domi. Abb. Item fallit ista regula, quãdo pars uult opponere post publicationem: quia poterit: et hoc, si iuret, aut probet, quòd illa oppositio de nouo ad notitiam uenerit: domi. Abb. d. c. præsentium. ij. colum. uer. circa tertium. & uide ibi Felin. uer. tertiò fallit principaliter. nu. 2. colum. prædicta. Item fallit ista regula, quando pars fuit impedita, ne opponeret, per iudicem: quia poterit opponere post publicationem testium. Felin. d. c. præsentium. uer. quartò fallit. num. 3. colum. c. ad. Item fallit ista regula, quando pars post publicationem opponit contra testes aliqua, quæ ueniunt totaliter ad reprobationem ipsorum testium, adeo quòd pars non posset eos habilitare, ut quia testis est Iudæus, hæreticus, excommunicatus: nam isto casu pars etiam post publicationem poterit opponere. Feli. d. c. præsentium. uer. quintò fallit. nu. 4. col. ead. parte ij. ubi multa adducit pro ista opi. & etiam contra istam opi. Item fallit ista regula, quãdo testes fuissent examinati parte absente: quia pars ipsa poterit opponere, etiam publicatis testibus. Feli. d. c. præsentium. uersi. sextò fallit. num. 5. col. 719. Tamen ibi dicit, quòd do. suus ibi tenebat contrarium. Eum uide.

testibus deponentibus in fauorem illius partis, quæ protestata fuit se uelle opponere in personas eorum, non creditur. Text. est c. præsentium. de testi. in fi. & ibi uide Feli. uer. no. ultimò. nu. 6. colum. prædicta, parte ij.

testibus senioribus, an iunioribus magis sit credendum? Do. Abb. c. quoties. de testib. iij. not. dicit, quòd magis creditur senioribus. Idẽ tenet Bar. l. cùm quid. ff. si cer. pet. ij. col. uer. in omnibus. Adde Felin. d. c. quoties. uer. no. tertiò, quòd ius. nu. 3. parte ij. col. 583.

testibus non creditur, qui deponunt in fauorem illius, qui protestatus est in iudicio uelle personas eorum reprobare: gloss. c. præsentiũ. de testi. in gl. fi. Et ista est regula, quam tradit tex. d. c. præsentium. de quo uide do. Abb. ibi, iiij. col. uer. glos. fi. ubi recitat uarias opiniones Doctorum. Tu dic post multa, quòd regulare est, quòd nõ creditur testibus deponentibus in fauorem protestantis: & ratio est, quia protestans uidetur inhabilitare personam testis: & sic diceret eius dicta non uera: secundò fortè testes timore impugnationis personæ possent dicere mendacium, & ideo non creditur. De quo uide Felin. d. c. præsentium. uersi. in gl. fi. n. 14. col. 722. parte ij. Adde, quòd ista regula fallit, quando protestans non processisset ad actum reprobationis, sed ipse protestationi renunciauit ante testium depositionem: quia isto casu testes, qui deponunt pro protestante, probant. Io. An. Host. Ant. de Bu. & Imo. d. c. præsentium. Est uerum, quòd do. Ab. ibi in ult. colum. uer. aut protestans non processit. tenet contrarium, uidelicet quòd hoc est arbitrarium: quia iudex habebit arbitrari, quantum eis credatur. Adde, q. Fel. tenet contra do. Abb. d. c. præsentium. uer. fallit primò ista regula. num. 15. col. præd. Item fallit ista regula, quando protestatio non processit in forma. Ita Fel. d. c. præsentium. uer. fallit secundò, nisi protestatio. col. ead. nu. 16. Item fallit ista regula, quãdo pars impugnasset personas testium post depositionem: quia si deposuissent testes in fauorem oppugnantis eorum personas, probarent: & ita tenet hic in discursu do. Abb. d. c. præsentium. de testi. v. col. uer. aduerte. & Felin. d. c. præsentium. uer. fallit ultimò. in fi. nu. 17. col. 723.

testibus idiotis uulgarizari debent capitula, super quibus examinantur. Spe. ti. de teste. §. nunc tractandum. Vide Felin. rub. de consti. uer. ex quo inferunt ibi. Doc. nu. 7. col. 36.

¶ *Timẽs uim inferri in sua possessione, potest adire iudicem, & absque libello petere, ut obuietur, ne iniuria committatur. Ita Felin. rub. de treuga & pace. uersi. nona declaratio. nu. 12. col. 1376.*

¶ *Timor reuerentialis non nocet tacenti. ita Felin. c. cùm omnes. de const. uer. tertiò limita non procedere. num. 12. colum. 103. Adde, quòd si subditus tacet ob reuerentiam, uel timorem domini, putà in mandato sibi facto, illa taciturnitas non nocet ei. Bar. l. quæ dotis. pe. colum. uersicul. secundo casu. ff. sol. mat. domi. Abb. c. nonne. de præsum. pe. col.*

¶ *Titulus putatiuus proueniens ex errore facti, est sufficiẽs ad præscribendum: utputà, quando quis errore iusto ductus credidit titulum præcessisse: domi. Abb. d. c. de quarta. de præscri. ij. colum. uer. dico tamen. Et idem tenet glos. ij. d. c. de quarta. do. de Rota ti. de præscri. in nouis, decisio. iij. pone exemplum: hæres audiuit famam, quòd defunctus possidebat. Ista est iusta causa præscribendi. Bal. l. Celsius. de usucap. ij. colum. uer. item ex publica fama. Et idem dicit domi. Abb. loco præallegato. Vide Felin. d. c. de quarta. uer. sed ad cognoscendum, quis titulus. num. 24. colum. 195. et adde Bar. l. qui fundum. §. procurator. ff. pro emptore. domi. Abb. c. significauit. de censi. circa fi. Adde tamen pro limitatione istius conclusionis: quia ubi lex expressè diceret, quòd iniustus titulus non det casum præscribendi, tunc titulus putatiuus nõ esset sufficiens ad præscribendum. Tex. est c. ij. de reb. eccles. non alie. §. cõtractus. Credo tamen in casu illius §. contractus. si quis erraret in facto, & non in iure, quòd tunc titulus putatiuus esset sufficiẽs ad præscribendum. Ita dicit do. Abb. d. c. de quarta. loco, ubi suprà: & uide Fel. ibi uersi. & ab ista doctri. & seq. excipe. col. 196. reprobata gl. d. §. contractus. uerbo, præscribenti. quæ intelligebat illum §. contractus. quòd loquitur in causa speciali.*

titulus putatiuus proueniens ex errore iuris, regulariter non est sufficiens ad præscribendum, l. nunquam. ff. de usuc. domi. Abb. c. de quarta. de præscrip. iij. colum. uer. fol. dic. Do. de Rom. ti. de præscrip. ij. in antiquis. Vide Felin. d. c. de quarta. uer. secunda doctrina: credulitas cum errore. num. 26. colum. prædicta. Adde, an iste sic præscribens ex errore iuris, teneatur ad restitutionem fructuum industrialiũ, quatenus est factus locupletior? Vide, quæ posui in litera P. §. possessor bonæ fidei. Adde etiã, quòd ista regula fallit, ubi ius esset dubiũ: quia si quis erraret, propter hoc titulus putatiuus proueniens ex tali errore iuris, in dubio prodest ad præscribendũ, ac si esset error facti: do. Ab. d. c. de quarta. ij. col. uer. si autem. & Ant. de Bu. c. cùm dilectus. de consue. viij. col. & ibi Imo. vij. col. & ibi etiã do. Car. do. Abb. c. dudũ. de deci. ult. col. An. de Bu. c. si diligenti. de præscri. viij. col. do. Car. cle. si una. §. quòd si episcopus. de reb. eccles. non alie. vj. q. & consi. suo cxxxj. inci. Reperitur quædam. Adde Felin. d. c. de quarta. uer. limita utiliter hanc doctrinã. nu. 27. col. 197. Et quando dicatur ius obscuriũ, & dubiũ, in casu isto, ad hoc, ut præbeat iustã causam præscribẽdi, uide Feli. d. c. de quarta. uer. dicitur aũt probabilis error. col. præd.

titulus putatiuus proueniens ex errore iuris, facit, q. ille, qui stetit in possessione cum tali titulo, nõ tenetur ad restitutionem fructuum: gl. l. quod uxor. ff. de acquir. pos. Bald. l. uenditioni. C. de usu. pro emp. Bart. & gl. l. si furem. §. j. de usuc. do. Abb. c. si diligenti. de præscrip. vij. col. uer. secundus casus. Fel. d. c. de quarta. de præscri. uersi. limita secundò dictam doctrinam. num. 29. col. 198. Adde tamen, quòd titulus ex errore iuris non prodest in fructibus naturalibus: quia illi sunt restituendi. Et sic intellige, quod ſ. dixi de fructibus industrialibus, ad restitutionem, quorum non tenetur, qui habet titulum ex errore iuris. Spe. tit. de fruct. & inter. §. j. & Io. And. ibi in addi. Vide Felin. d. c. de quarta. uersi. prima restrictio. num. 30. col. ead. Adde, quòd in quantum dicit, quòd habens titulum ex errore iuris, non tenetur ad restitutionem fructuum industrialium: quòd hoc fallit, quatenus quis est factus locupletior: gl. l. si lege. §. scire. de petit. hæred. Vide Felin. d. c. de quarta. uersi. secunda restrictio. num. 31. col. prædicta. Adde & uide, quæ posui in litera P. §. possessor bonæ fidei. Adde in materia, & uidetur, q. Ang. fuit in contraria opi. l. quæcunq;. ff. de publica. ubi dicit in fi. Nota diligenter, quòd emens bona fide rem alienam prohibitam, facit fructus suos. Vnde non restituet eos consumptos. Adde Ludo. Ro. consi. suo cccl. incip. In re præsenti. in iij. dubio, quòd quando titulus reducitur ad non titulum, res est restituenda cum fructibus. Et idem tenet do. Abb. c. cùm causa. de offic. deleg. ij. col. uersic. sed dubium. Vide Ang. l. sed & ff. quod metus causa. ubi ponit doctrinam, quando titulus nullus, uel annullandus excusat à fructibus. Adde Fel. c. cùm causa. de re iud. uersi. respectu autem fructuum. nu. 27. col. 445.

titulus putatiuus procedens ex errore iuris, est sufficiens ad præscribendum in præscriptione temporis longissimi. Imo. d. c. de quarta. de præscri. & idem tenet ipse Imo. in repe. c. fi. de præscri. iiij. col. & idem tenet Ant. de But. c. cura. de iurepatro. iij. col. uersi. secundum hoc. & c. peruenit. de emp. & uen. j. col. uer. unum tamen. ubi expressè dicit, quòd licet præscriptio xxx. annorum non procedit cum mala fide secundum canones, ut est text. c. fi. de præscri. tamen procedit cum bona fide & titulo putatiuo. Idem Imo. d. c. peruenit. & Pau. de Cast. consi. suo clij. incip. Circa præsentem casum. iij. col. & consi. suo xl. incip. In causa, quæ uertitur. j. col. uer. pro hoc. Lud. consil. suo cxxiij. incip. Circa primum dubium. iiij. col. Pau. de Castr. consi. suo cclxxxv. incip. Hæreditas dictæ puellæ. circa fin. Vide Felin. d. c. de quarta. de prescri. uersi. limita tertiò dictam doctrinam. num. 34. col. 201. Adde, quòd contrarium tenuit Pau. de Cast. consi. suo lxxxij. incip. quia frustra disputatur. circa fi. Cyn. l. si quis. §. j. C. de præscri. xxx. ann. Bar. l. si lege. §. scire. ff. de pe. hæred. Et pro ista opin. facit text. c. dudum. de deci. ubi tex. impugnat titulum, & præsupponit præscriptionem longissimam, & tamen non prodesse iuris errorem in dicta longissima præscriptione. Et idem tenet gl. multùm notabilis c. ij. de his, quæ fi. à prel. & c. Apostolicæ. de dona. quæ. gl. dicũt, errorem iuris nõ excusare à mala fide: imo impedire præscriptionem. Et per ista habes notare, quòd titulus putatiuus procedens ex errore iuris, non est sufficiens ad præscribendum, etiam in præscriptione longissimi temporis. Adde Fel. d. c. de quarta. uer. contrariũ tenet simpliciter Pau. n. 35. col. prædicta: & uide, quæ posui in materia ista ſ. §. titulus putatiuus proueniens ex errore iuris regulariter. ubi habes limitationem ad omnia, quæ dicta sunt hic: & nota, quia quotidiana.

titulus putatiuus, procedens errore iuris simul cum errore facti, est sufficiens ad præscribendum: gl. & Bar. l. si uir. ff. de usu. per donа. Bar. & Bald. l. uenditioni. C. de usu. pro empt. Adde Felin. c. de quarta. de præscrip. uersic. limita quintò & ultimò. numc. 36. col. 203.

titulus uerus an acquiratur ex præstatione diuturna allegata: pone, rusticus dedit mihi omni anno unum par caponum per x. annos, an sit obligatus in perpetuum? Vide Bar. l. cum de in rem uerso. ff. de usur. & Inn. c. cùm ecclesia sutrina. de cau. pos. & propri. ubi dicit, quòd si miles quis hospitaretur amicum suum in domo, quòd propter hoc non est inducta consuetudo. Adde Felin. c. cùm M. de constit. uersic. sed ad unum ualde quotidianum. nu. 20. col. 210.

titulus beneficij multiplicatur ad cautelam, etiã in eodem beneficio. Fel. c. in nostra. de resc. uer. titulus multiplicatur. col. 910. num. 2. Adde, q. quis potest consequi uarios titulos super eodem beneficio, & ratione illorum se defendere: secus agendo & petendo. Ita do. Abb. c. post electionem. de concess. præben. iij. no. Vnde si dubitas de prima collatione, poteris impetrare secundã collationem: quia per hoc non inducitur renunciatio primæ. Ita Fel. loco præallegato. col. eadem: & do. Abb. d. c. post electionem. in prin. & c. olim. el ij. de priuileg. in fi.

titulus contra iuris dispositionem habetur pro non titulo: gl. est c. nõ liceat. xij. q. ij. & tenet Ab. c. ij. de reb. ecc. non alie. c. no. Inn. c. consultationibus. de iure patro. j. col. Adde & pone, q. si quis emerit rem ecclesiæ, quod est ex titulo contra iuris dispositionem, si res euincatur ab ecclesia, an debeat habere precium? Vide per Fel. c. cũ causa. de offic. deleg. uersi. ex omnibus istis not. quòd titulus. nu. 7. col. 1126.

titulus in beneficialibus non causatur ex diuturnitate temporis: et sic habes, q. ex diuturnitate temporis non præsumitur canonica institutio: quod intellige sano modo: quia ipsa diuturnitas non causat titulum, quasi per uiam præscriptionis, sed bene causat præsumptionem tituli. Ita Inn. & alij. c. illud. de præsumptio. Bal. c. ex parte. de testi. & Bal. l. siue possidetis. in prin. C. de proba. Do. de sanc. Ge. c. ordinarij. v. col. de offi. ord. in vj. Adde Feli. d. c. ex parte. in prin. nu. 1. parte ij. col. 599.

titulus præsumitur ex discursu magni temporis: utputà clericus, qui non habet titulum, præsumitur habere ex cursu temporis. Vide Felin. c. Albericus. de testi. uer. idem Bal. de clerico. num. 4. parte ij. col. 795.

titulus beneficij probatur per longum tempus: utputà, quia quis stetit in aliqua ecclesia diu, ut rector: & hoc habet locũ, etiã quando beneficiatus uult probare titulum, siue agit possessorio, siue petitorio: quamuis Inn. c. illud. de præsumptio. fuerit uarius. tamen d. c. illud. hoc firmat do. Abb. v. col. uer. tertium intellectum. Et idem tenuit ibi Host. do. Card. Ant. de Bu. & Imo. Non tamen intelligas, q. longum tempus inducat titulum, sed inducit præsumptionem tituli, ut per Doct. d. c. illud. & uide quæ posui ſ. §. titulus in beneficialibus. Adde Fel. in materia ista, d. c. illud. uer. no. primò. ibi, per decem annos. nu. 5. col. 1066. parte ij. Adde pro limitatione istius cõclusionis: quia, quamuis præsumatur pro illo, qui diu ecclesiam possedit, si tamẽ constaret de intrusione, uel alio uitioso ingressu, poterit expelli, non obstante, q. longo tempore tenuerit ecclesiam, & habitus fuerit in communi pro uero rectore. Ita do. Abb. d. c. illud. vj. col. uer. dicit tamen. & idem tenuit ibi Host. & Fel. uer. tertiò est aduertendum. num. 7. col. 1067. Item pro limitatione istius conclusionis dic, q. si beneficium non fuerit usitatum per longum tẽpus à superiore, quia negligens: quia isto casu etiam quòd rector possederit per lõgum tempus ecclesiam, ista diuturnitas temporis non probaret titulum, neq; induceret præsumptionẽ tituli. Ita Fel. d. c. illud. uer. quartò est aduertendum. nu. 8. Ibidem. Item pro limitatione istius cõclusionis dic, q. si aliquis habet plura beneficia incompatibilia, etiam q. per longum tempus possederit, tamen superior poterit petere, ut ostendat, quo titulo illa beneficia teneat: do. Abb. c. licet Heli. de simonia. Fel. d. c. illud. uer. quintò est aduertendum. nu. 9. col. prædicta.

titulus, Nil nouari pend. appella. an procedat respectu partis? Feli. de excep. c. dilectæ. post iu. 7. uer. in quantum Abbas. col. 112.

titulum non canonicum habens in beneficio, si postea dispẽsatur, an debeat continuare primam collationem secundum titulum non canonicum? an uerò egeat noua collatione? Vide, quæ posui in litera D. §. dispensatio facta cum illo.

¶ TRACTATVS *de aliquo, tanquam de filio, an probet filiationẽ? Vide, quæ posui in litera F. §. filiatio quibus modis.*

¶ *Transactio super sorte, operatur super pœna. Fel. c. super literis. de rescri. uer. quintò facit. nu. 20. col. 651. Adde tu, q. ista regula habet locum in multis similibus: adde, q. liberatio facta super principali, trahitur ad accessorium illi connexum. l. si cùm tibi. C. de iud. Bar. l. Aurelio. §. Caius. ad fi. ff. de lib. lega. Adde, quòd simile est in præscriptione super sorte principali: quia trahitur ad accessoria, l. eos. in princip. C. de usur. l. si aliena. §. j. ff. de usur. Simile est in sententia absolutoria à sorte principali, l. si cùm totum. §. ancillam. ff. de excep. rei iud. Adde ad ista Bart. l. ij. in princip. ff. si quis caut.*

transactio facta coram delegato: utrum delegatus poßit ipsam transactionem mandare executioni? Vide per Fel. *c.si quando. de offic. deleg. Dic, quòd quatuor casus sunt considerandi. Primus, quando in commißione datur expreßè potestas reducendi partes ad concordiam: tunc potest delegatus exequi. Secundus casus est, quando cessante tali commißione partes transigunt post sententiam: tunc etiam potest compellere delegatus partes ad obseruantiam transactionis. Tertius casus est, quãdo ex permissu partis, seu partium, delegatus composuit eos: quia potest cogere eas ad obseruantiam transactionis. Quartus casus est, quando partes transigunt coram delegato, qui postea authorizat super ea: tunc dic, quòd delegatus non potest cogere partes ad obseruantiam transactionis: quia potestas sibi data, non extenditur ad transactionem. Vide per Fel. d.c.si quando. de offic. dele. uer. capio gloss. in uerbo, transactione. num.3.col. prædicta.*

transactio facta de re iudicata non ualet, neq; ut transactio, neq; ut pactum: si fuit iuratum, ualet, ut nuda conuentio. Felin. c. cùm super. de officio deleg. uer. & uide Bartol. l. si quis maior. numer. 19. colum. 1132.

transactio Canonicorum an ualeat facta capitulariter? Vide, quæ posui in litera C. §. capitulum canonicorum.

transactio an cadat in decimis? Vide, quæ posui in litera L. §. laici contendentes.

transactio non retractatur propter instrumenta de nouo reperta. do. Abb. c.j. de transact. in prin. Felin. c. suborta. de re iud. uer. amplia quartò etiam in ecclesia. nu.14. col. 617.

¶ *Transigere super delicto non licet. Fel. c. nulli. de accus. uer. item in quantum do. Ab. allegat Bar. nu.2. col. 763. Adde, quæ est ratio, q. non liceat transigere de delicto? dic, cùm interesse priuatum non sit connexum cum publico, non est licitum priuato transigere, uel pacisci in præiudicium publicum. Ita notanter Bar. l. hac edictali. C. de secun. nupt. Bart. & alij, C. de pac. Canonistæ c. si diligenti. de for. comp. Et ex istis apparet non esse uerum illud, quod tenet Iac. Bu. in disputatione sua, quam refert Bar. l. trãsigere. C. de transact. iiij. col. uer. quæro. ubi ipse Ia. Bu. dicit, quòd si iudex inquirit contra aliquem de furto, & comparet dominus rei furatæ, qui dicat furtum fuisse factum sua uoluntate, quòd impeditur iudex à procedendo in inquisitione, falsum est ex parte prædicta.*

¶ *Trebellianica, uel Falcidia, an sit sublata, quando testator substituit, uel legauit pleno iure: de quo uide, quæ posui in litera V. §. uerbũ Pleno iure.*

¶ *Treuga si est facta ab uno, an alius poßit eandem treugam frangere impunè? Vide Fel. c.j. de treu. & pa. uer. considera tamen diligẽter. nu.6. col.1379.*

treuga est seruanda, etiamsi altera pars fidem frangit rumpendo treugam: quia donec durat tempus treugæ, semper illa est seruanda. Ita Innoc. Ioan. And. do. Cardin. Ant. de Bu. c.iij. de iureiur. Vide Fel. d.c.iij. uer. secundus casus est in conuentione facta. num. 6. part. ij. col.1125.

treuga an comprehendat in se bellum? utputà, quis excusatur à solutione gabellæ tempore guerræ, an etiam excusabitur tempore treugæ? Et uidetur dicendum, quòd sic, per tex. c.j. §. uasalli. ti. qui feudare poss. Lud. Ro. in sing. suis, sing. cccvj. inc. Sicut. Fel. c. significauit. de Iudæis. in prin. nu.1. col.1071.

Tribus terminis: pone, quòd in instrumento dicatur, promitto dare, uel soluere in tribus terminis, nec dico, quibus, intelligitur in tribus annis. Fel. c. plerunq; de rescr. col.712.

¶ *Tributum quid sit? gl. rub. C. de anno. & tribu. lib. x. quòd annona est in speciebus tributum in auro, & argento. & Bal. l. fi. C. si censu, uel reliq. j. col. quòd munera ordinaria, non dicuntur propriè tributa: & gl. c. tua. de deci. dicit, quòd decimæ dicũtur impropriè tributa. & Bal. c.j. de mil. uas. qui contu. est, quòd tributũ debetur ratione proprij soli: uectigal ratione publici. Adde Fel. c. audientiam. de præscr. uer. & differentiam inter tributum & uectigal. nu.21. col.280.*

¶ TVA *non interest: an sit dilatoria exceptio? Vide, quæ posui in litera D. §. dilatoria exceptio an sit ista.*

¶ *Turbatus in possẽßione an quis dicatur ex eo solo, quòd reus negat aduersarium suũ poßidere? item, an quis poßit prætendere se spoliatum per solum sequestrum, etiam quòd omnis uiolentia cesset? Vide per Felin. c. licet. de prob. uer. nota duodecimò. ibi, perierat. nu.11. par. ij. col.482.*

